9
14 E
20

R. P. F.
GABRIELIS BUCELINI
MONACHI THEOLOGI
Imperialis Monasterij
WEINGARTENSIS.

GERMANIA TOPO=CHRONO=STEMMATO=GRAPHICA SACRA ET PROPHANA.

In qua Brevi Compendio Multa distincte explicantur.

ULMÆ
Apud Johannem Gorlinum Bibliopolam.
Anno Salutis M.DC.LV.

Julius Bens inve. Con. Meyer Pictor fecit.

GERMANIA TOPO-CHRONO-STEMMATO-GRAPHICA SACRA ET PROFANA,

IN QUA

BREVI COMPENDIO REGNORUM ET PROVINCIARUM EIUSDEM AMPLITUDO, SITUS ET QUALITAS DESIGNANTUR.

Chronologica dein relatione, sacra profanæ Historiæ utiliter commiscetur, & juxta varios rerum successus propagatum per viros Apostolicos Christi Regnum, promota per eruditos res Litteraria, aliaque memoratu digniora describuntur.

Recensentur ex ordine Cathedralium Ecclesiarum Pontifices & ab illis præclarè gesta, obiter memorantur, diversorum, Abbatiali maximè titulo illustrium, Cænobiorum Catalogus texitur, & nonnullorum Præsides enumerantur.

Germanæ demum Nobilitatis eminentia commendatur & tabulis variis Stemmatographicis, contra receptissimam multorum opinionem, è vetustissimis monimentis, familiarum præcipuarum origines docentur, & generationes deducuntur.

OPERÂ ET STUDIO

R. P. F. GABRIELIS BUCELINI,
ORD. S. P. BENEDICTI MONACHI THEOLOGI IMPERIALIS Monasterii Weingarttensis Prioris S. Ioan. Bapt. in oppido Rhætiæ superæ Veldtkirchensi.

Cum Licentia & Facultate Superiorum.

ANNO CHRISTI M. DC. LV.

AUGUSTÆ VINDELICORUM, Typis Ioannis Prætorii.





DIVO
FERDINANDO IV.
ROMANORVM, GERMANIAE, VNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ &c. REGI &c. ANICIO HABSPURGIO, AUSTRIO ÆTERNO IMPERII GERMANICI ORNAMENTO.



VIVAT REX IN ÆTERNVM!

Ivis enim, postquam etiam vixisti, Ferdinande Rex noster, & in æternum vivis. Vivis, vivis, & in æternum vives, Germaniæ Tuæ alter Henrice, Vngariæ alter Stephane, alter Casimire, Bohemiæ Tuæ alter Wenceslae. Ut merito quod mortali nuper in manus porrexeram nunc consecrem immortali, Opus Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ, à Te gratiosissime acceptum & commendatum. Ita orientem tunc Solem adoraveram, quem nunc etiam postquam occidit, in meridie suspicio, omni illustriorem sole meridiano. Et sanè, cum coronari Te Regem Romanorum Ratisponæ intuerer, colligere eodemmet tempore ex halone circa solem visus sum, Soli nostro cælum apertum, digniorem illic coronam præparari. Acclamavi nihilominus, non sine tamen lachrymis, cum VIVAT, VIVAT, solemne illud toties Vota Aulæ, vota populi congeminarent, expendens juxta mecum ipse, quam brevis illa sit Votorum æternitas, æternitas Imperiorum. O longè, ô longè aliâ (dictabat observantissimus tui animus) Ferdinandum nostrum, Henricum, Stephanum, Wenceslaum nostrum, ô longè aliâ dignum æternitate. Et hoc ipsum erat, quod me postea in incomparabili Ferdinandi III. Augustissimi parentis Tui, in Leonoræ utriusque Augustæ, in Aulæ totius, in Germaniæ, Imperii, tot Regnorum, in Orbis Christiani universali & inconsolabili luctu, insigniter solabatur, evasisse te denique inaudito in eam usque diem à condito primùm Imperio, exemplo, Regem Augustali jam coronâ redimitum, pomo Imperiali sceptro atque ense exultum, & à Numine æque ac Regno & Imperio donatum, evasisse tamen, tot fastidia negotiorum, tot pericula Regum ac Regnorum, Regem quem nulla fortuna corruperit, nulla consilia seduxerint, nullæ voluptates illaqueaverint, Regem mente & corpore Virginem, Regem ut sangvinis Regii admirando prorsus confluxu supra omnium à primo Regum Nobilitatem longè Nobilissi-

mum ac planè Anicium, sic, absque corpore esses, Regem verè Angelum, singulare in terris solatium Angelorum. Horum, horum ambitiosissimis tuæ amicitiæ Votis ereptus mortalibus es, ut illis, ut Henrico, Stephano, Casimiro, Wenceslao jungereris, nulli inferior Virginitate, zelo Justitiæ, eximia animi pietate & religione, gemellus eorumdem, imo idem cum ipsis, uno omnium spiritu corpus Tuum animante, & si melior Orbis foret, aurea per Te Tuumque Imperium sæcula promittente. Non ausus essem ingerere vivo, quæ nunc mortuo, imo mortalitatis legibus jam solutissimo, tali demissione animi semper eras, tali modestia, cui horrori laudes erant, expetita autem atque exquisita, omnia veræ laudis media atque argumenta. Nunc autem securæ Tuæ ipsius conscientiæ, conscientiæ Aulæ totius, ipsius conscientiæ cæli ingero, tantoque confidentius & securius in laudes erumpens Tuas, librum hunc denuo dedico, quanto nunc sum liberior, ab omni suspicione adulationis, Tuæque metu offensionis. Et vero, etsi minimè nesciam, quantillum tibi modo, quod nuper magnum videri poterat, videatur, certus ex quanto, quantæ sublimitatis Regno, tantilla aspicias, suspicere nihilominus Solem nostrum juvat, juvat exponere in singulis Tui Imperii provinciis, Tuorum Vota, Tuorum desideria, Tuorum è discessu Tuo præmaturo lamenta, quæ in singulis Tibi Operis hujus verbis, in syllabis singulis, singulis litteris designata cupio & in aprico collocata. Vtinam, utinam, quod vivus, quod mortalis optaveras, exequaris redivivus, immortalis; & qua valere Te confidimus apud Numen Ter Opt. Max. gratia, ita populorũ Tibi creditorum consociari impetres animos, ut primitivæ Ecclesiæ fructibus gaudeant, *fiantque cor unum & anima una,* comprecantibus, quorum gemellus es Divis Henrico Augusto, Stephano, Casimiro, Wenceslao, quibuscum Te vivere uti nullus dubito, ita quod toties consvevêre illi, Regnis suis etiam prodigiosè consulere, Te quoque, cujus perspectissima mihi fuit semper benignitas, facturum certo esse, mihi totique Imperio confidentissime polliceor, ut haud immerito tanto nunc altius hilariusque exclamem, quam olim, congeminemque: VIVAT, VIVAT, VIVAT REX IN ÆTERNVM!

AVGVSTISSIMÆ MAIESTATIS TVÆ

Perenni devotione Cliens

P. F. Gabriel Bucelinus.

AD

AD LECTOREM PRAEFATIO.

Ermaniam damus, non quam plurimis pridem annis bono destinabamus publico, distinctissimè descriptam, prolixè deductam, collatis diversissimorum scriptorum sententiis, in conflictum Historiæ commissam, ac dein reconciliatis opinionum diversitatibus compositam, sed tumultuario scriptam, tempori tempestatique accommodam, quæ ipsa brevitate cùm alliciat, tùm respondeat inopiæ loculorum, ætatis nostræ exactionibus continuis flagellatissimæ, tenuitati. Historiam à Clodovei primùm ad Christum conversi initiis damus, quod Veterem Germaniam ita acurate designârit aureum illud sæculi nostri caput Philippus Cluverius, ut nesciam utrum plus operæ insumpserit, an meruerit immortalitatis. Illius passim judicium magni facimus, in paucis dissentimus, eo quam maximè, quod cum de Gentium migrationibus tam multa ac varia afferat, & pulcherrimè discurrat, Græcos tamen ac Trojugenas arcere prorsus videatur, solisque Classicis, ut vocamus, scriptoribus, & quos manu ac memoria tenuerat, deferat, quasi vero, multi ex Classicis futu i non fuissent, si toties transcripti, seu postero tempore typo editi, omnium oculis æquè ac illi prostitissent, plerique quia simpliciore stylo & ævo minus adulationi & animi passionibus obnoxio scripti, minus curati & observati, è quibus solida rerum veritas, absque ullo verborum fuco hauriri potuisset, imo debuisset. Et sanè quid Phraseos Germanæ cum Græca affinitas, quid ipsa verborum seu nominum alterius ab altero deductio (quorum non nemo eruditus mihi perquam familiaris, curiosissimæ lectionis scripsit Dictionarium) quid tot Græcorum olim reperta, hodieque superantia monimenta omni designent posteritati, quam, si non maximam, haud minimam tamen patriæ nostræ partem, Græcos insedisse, quorum inania etiam Numina, & Sacra sacrilega, priusquam ipsi Romanique mutuo innotescerent, coluisse Teutones comprobantur; ut taceamus Græcorum potentiam longius exporrectam, continuum terrarum tractum; flumine vix ullo, nullа maris interfusione sejunctum, per amplissimos celebratissimosque Elysia fertilitate Pannoniæ campos, in Norici Ripensis pulcherrimam planitiem, non potuisse non gentem ex gente pellicere, & verè pellexisse, ut somnia eredas imaginantium sibi eam fuisse olim Germaniæ vastitatem, quæ densitate sylvarum, cæli asperitate, nihil quam feras ferocissimas, & his ferociores homines, verè Barbaros edere potuerit, cum tamen omnium gentium litteris constet, loca millies situ & cælo asperiora, ac penè inaccessa, tot ante Romani Regni, Reipubl. & Imperii initia sæculis, populo frequentia, & ex incultis, manu & ingenio evasisse cultissima, ut nunquam satis doleamus, ea, quæ ipsi suam in rebus Germaniæ fassi ignorantiam, comminiscuntur Latini majore authoritate apud Germanos nonnullos esse, quam quæ prisca majorum & Germana fide, Græcorum etiam & Gallorum litteris accepimus, quæque viri sanctissimi simulque eruditissimi, Gregorius Turonensis, Floriacenses Ascetæ, postera ætate Trithemius, plurimique rerum Germaniæ scriptores pro indubitatis habuere, nunc primum nulla sufficiente ex causa in dubium vocari, quasi vero ignorantium & ignorantiam suam fatentium Latinorum opinioni plus fidei, quam Græcorum atque Germanorum, quorum asserta sequuti sunt Gregorius & Trithemius, deberetur. Cæterum nonnulla subinde in tam remotæ ætatis Historia videri posse minus rationi seu tempori congrua, tantum abest, ut Cluverii subtilissimæ indagini adversemur, ut idipsum calculo quoque nostro comprobemus, illud unum contendimus, Historicorum, illorum nomina, non ideo penitus exsufflanda, damnandam prorsus Historiam seu Genesim Principum, quam tot sæculorum eruditi, non inconvulsam solum reliquêre, sed majorem partem sequuti comprobavêre. Idipsum in Genealogica Germaniæ nostræ notitia initio Geneseos nostrorum Principum fecimus, minimè è cerebro nostro ducto Geneseos stamine, sed fide veterum syncera, etsi obnoxia subinde erroribus, tamen fuci nescia, donec à mille ferè ultimis annis, ex variis diversissimorum Mona-

)(3 naste-

nasteriorum documentis, ipsorummet vetustissimorum Principum Diplomatibus, suorum parentum & filiorum disertissimam mentionem facientium, certissimam omnino atque indubitatam Genealogiæ seriem texeremus. Nec quidquam me tantopere impulit ad hanc Germaniæ editionem, quam quod plerosque huc usque alterum ab altero duci & seduci, in tractanda Principum nostrorum Genesi cerneremus, cum quæ nonnulli petitis à sola ratione argumentis, multo quidem labore & industria in ordinem digessissent, alii pro compertissimis haberent, & ut talia posteritati traderent, quibus ipsimet, de quibus agitur Principes, facto ipso, verbo scriptoque contradicunt, congeminant de parentibus filii, de his nepotes ac pronepotes, quorum apud vetustissima Ordinis Cænobia, tot millia superant in hodiernam usque diem instrumenta & monimenta, ipsorummet Principum manu propria subscripta, sigillis subsignata, testibus confirmata, ut sæpe, siquidem Diploma quodcunque vocari posset in dubium, decem & viginti proferre alia liceat donationum factarum uni seu diversis Cænobiis, Genesim illam confirmantia, ut videas quantum in hoc ipso Cænobitis debeat sera posteritas, adeo memori grati animi significatione Principum suorum conservasse non solum nomina, sed quotidie Numini, accepta ab iisdem beneficia recensere conservare eorumdem memoriam, animos votis juvare, cineres lachrymis infundere, illud perpetuo agere, ut antiquus Germaniæ splendor, magno posteritatis solatio conservetur. Quod à me edoctus haud ita pridem maximi nominis, vetustissimæ originis Princeps, ultro confessus est, non aliunde hæc compertiora haberi dixit, etsi prius sola rationum probabilitate niti pleraque credidisset: cui insuper, optima ejusdem voluntate ingessi, simili, multoque majore beneficio, ab iisdem, priusquam typi inventio nova, immensos eorumdem labores sublevasset, optimos quosque libros, Syriacos, Chaldaicos, Arabicos, Græcos, Latinos, ipsa Sacro-sancta volumina millies centies transcripta, adeo syncere conservata, ut in tot voluminum myriadibus, nec apex de industria mutatus reperiatur, cum tamen in hac sæculi ambiguitate, in uno eodemque loco cusa & recusa brevi tempore multoties, mira & monstrosa, antiquis adeo dissona afferrent, quæ simplex ac rectus animus, merito horreat, cælum detestetur. Hæc, ne ad Monachos putes Genealogiam non pertinere, quorum labor perpetuus fuit, Sacram ab Orbe condito Genesim toties transcribere, ut una sæpe tot Cænobiorum millium Bibliotheca, ad centum ducenta & ultra exemplaria MSS.ta tot sæculis congereret; post Christum autem, Principis Romanæ, omniumque subordinatarum eidem Ecclesiarum, Pontifices ac Pastores, Genealogica quasi serie, innumeris libris prodere, summa deniq; industria Principum ac procerum nomina non solum sed facta illustriora conservare, & posterorum imitationi commendare. Cæterum ad commiscendam prophanæ sacram Historiam, illud potissimum me movit, quod istam plerique qui ante me scripserant, sive prætermisissent, sive vix attigissent; cum tamen ista præ aliis conduceret, & plurimum referret, scire à quibus primùm majores nostri lumen fidei acceperint, à quibus bonos mores & litteras docti sint, quomodo, & quoties in errores lapsi, & revocati. Omnia ad compendium relata habes, quo memoriam juves, & felicius quæ memoratu sunt digniora repetas, sicut & Pontificum res gestas eas solummodo obiter attigi, quæ seriem non turbarent, & ad Chronologiam, illic de industria omissa, tanquam minus Generalia, nonnihil tamen conducerent. Monasteriologiam aliàs conscripsi magno volumine GenealogiamGermaniæ tomis octo, multa & mira afferentibus, quę multæ jam olim, & ultima gravissima patriæ jactatio & convulsio penitus sustulisse videbantur. Ea tempori, & multorum necessitati reservamus qui tunc primum æstimare ejusmodi discent, quando in tot ruinis Germaniæ vix porro quidquam reperient, quo suam & majorum tueantur gloriam, & inter summè plausibilia habebunt, si quæcunque sibi conservata deprehendant monimenta, & vel minima etiam priscæ excellentiæ argumenta, Genealogica fragmenta, quorum multa millia eatacly smo nostrę ætatis maturè subtraxi, & laboro etiamnum tanto majore sollicitudine, quanto inconsolabilius tot monimentorum jacturam etiamnum deploro, detestatus multorum plus quam supinam negligentiam, qui tot edocti malis, temporum volubilitati audent denuo credere, & ipsa fragmenta, ne pereant, negligunt colligere, quę certo certius, nisi conservet typus; æs, marmora, chalybs minimè, sed neque ulla munitissimarum arcium atque urbium propugnacula tuebuntur. In Serie seu Catalogo Episcopatuum, sed & in tabulis Genealogicis, & avorum probationibus, data opera, ordinem, sive ætatis sive dignitatis observare nolui, & ultra confiteor

ctor de industria fecisse, ne cuicunque de jure suo & eminentia quidquam videar detraxisse, sive in discrimen adduxisse. Fruere interim Lector, labore hoc nostro, dum ea prodeant, quæ temporum angustia ceu carcere claudit, & si quę pro symbolis servire possint, conferre non dedigneris, priusquam tempestas orbis, ex usu mortalium perpetuo, alternet, & pauca quæ reliquit posteris monimenta, omnino absorbeat, neglectu nunquam deinceps satis deplorando. Vale.

Observa, obsecro:

Quæ in finem libri, tanquam sentinam abjecta sunt, mend-, ante omnia emendes, quę amanuensis, solâ manu litterati, inadvertentiâ, adeo multa irrepsère, ut nonnullis locis sensum totum corrumpant, aliis in Priscianum graviter impingant, asperrima *asperissima* redhibeant, nemini quam Authori graviora, qui neque typo adesse potuit neque exemplaris adeo corrupti correctioni Ignosce proin erranti, Authori compatere, & nisi falli subinde velis Tibi ut es præmonitus consule.

A. Aba-

A.	Long. grad.	min.	Lati. grad.	m.
Abacum vulgo Abach Bavariæ	29	45	48	59
Aichstadium Bavariæ	28	34	48	51
Amberga Palarinatus	29	3	49	26
Ambsterodamum Hollandiæ	21	4	52	39
Ambarsee	28	45	47	55
Antverpia Belgii.	20	16	51	28
Andernacum	23	29	50	25
Aquisgranum	22	24	51	6
Argentina	24	30	48	45
Arnstadt Turingiæ	28	19	51	2
Anspach Franconiæ	27	51	49	15
Aschitz Misniæ	30	32	51	7
Augusta Vindelicorum	28	31	48	15
B.				
Badena Ergoviæ	25	16	48	44
Basilea Rauracorum	24	22	47	41
Badena Marchionatus	25	16	48	44
Bamberga Franconiæ	28	10	49	56
Bauzen Silesiæ	31	50	51	0
Belgradum	45	0	44	30
Berlinum Brandeburg.	31	36	52	51
Biburgum Daniæ	31	28	57	26
Berna Helvetiæ	24	18	46	25
Bonna prope Colon.	23	23	50	47
Bibaracum Sveviæ	27	25	48	4
Braunauvv Bavariæ	31	3	48	10
Brandeburgum	30	35	52	36
Brema Saxon.	25	9	53	40
Brunsvicum	28	0	52	34
Buoch Misniæ	30	21	51	7
Burghausen Bavariæ	30	51	48	4
Brugæ Flandriæ	18	7	51	30
Bruxellæ	20	16	51	4
Buscum Ducis	20	40	52	10
Budvveis Bohemiæ	32	16	49	0
Bruck Styriæ ad Muram	34	20	47	10
Brixia Tyrolensis	30	0	46	6
C.				
Cassel Hassiæ	26	36	51	34
Campena Holland.	21	22	52	50
Caminum Pomeraniæ	33	8	54	12
Carlspergum Bavariæ	29	5	47	52
Campidona Algoviæ	27	58	47	31
Cauffbüra	27	26	47	45
Colonia Agrippina	23	28	51	0
Clivia	22	6	52	0
Colmaria	24	3	48	12
Confluentia	23	56	50	25
Constantia Rheni & Aeronii	26	43	47	30
Crembs Austriæ	34	5	48	24
Creuznacum	24	34	50	2

	Long. grad.	m.	Lat. grad.	m.
Curia Rhætiæ	27	40	46	29
Curia Voitlandiæ	29	30	50	20
D.				
Danzig	39	2	54	54
Diermaningen Bavariæ	30	51	47	56
Dingelfingen	30	15	48	27
Deckendorff	30	45	48	46
Dinckelspüel	27	53	48	56
Dierfurth Bavariæ	29	25	48	52
Dobeln Misniæ	30	32	51	7
Dockum Frisiæ.	22	26	53	42
Dordrecht Holland	19	56	52	16
Dresden seu Dresen Misn.	31	3	51	0
E.				
Eckenfeldt Bavariæ	30	36	48	20
Egra Bohem.	49	44	50	5
Elenbogen Bohemiæ	30	16	50	8
Einbeck Saxon.	27	32	52	6
Eisleben	29	20	51	46
Embden Frisiæ	23	16	53	42
Erffurth Turing.	28	30	51	10
Esslingen	26	33	48	35
Ens Austr.	32	45	40	0
F.				
Flensburgum Holsatiæ	28	18	56	7
Fons saluris Sveviæ	26	15	49	10
Francofurtum	25	38	50	12
Freisingen Bavariæ	29	27	48	20
Fridtberg Bavar.	28	41	48	22
Fryburgum Misniæ	30	39	50	58
Fryburgum Helveriæ	24	18	46	25
Fryburgum Brisiacæ	24	30	48	13
Füssen	28	18	47	32
G.				
Gandavum Belgii	19	8	51	24
S. Galli oppidum Helver.	27	6	47	8
Geldria	22	33	51	42
Gloggovium	33	1	51	31
Gr lmona Pomeraniæ	31	54	54	6
Gorliz Silef.	32	30	51	0
Gripsvvaldt Pomeraniæ	31	46	54	18
Grätz Styr.	34	35	46	50
Gravenauvv, Bavar.	31	10	48	57
Gunzenhausen Norici	27	41	49	18
H.				
Halberstadt	28	38	52	11
Halla Saxonum	29	46	51	41
Havelburgum	29	55	53	15
Hagenauvv	24	36	49	7
Hassfurth	27	52	50	12
Heidelberg	25	38	49	35
Herbipolis Franconiæ	27	3	49	58
Herizburgum	30	44	51	42

Hohen-

	Long. grad.	min.	Lati. grad.	m.
Hohenvvart Bavariæ	29	0	48	35
Hamburgum - -	7	0	54	24
I.				
Jena Turingiæ - -	29	2	51	8
Ingolstadium Bavariæ	29	6	48	42
Inspruck in Tyroli -	30	2	46	55
Ips Austriæ - -	33	43	48	6
Isenacum Turingiæ -	27	45	51	6
Juliacum - - -	22	44	51	8
K.				
Karlstatt - - -	26	54	50	5
Keisers Lautern -	24	44	49	22
Keisersberg - -	23	48	48	14
Kelheim Bavariæ - -	29	35	48	46
Kemnitz Misniæ - -	30	35	50	56
Koldiz Misniæ - -	30	14	51	8
Königsperg - -	28	4	50	16
Kulmach in Voitlandia	28	50	50	8
Kuttenberg Bohemiæ	32	45	49	52
L.				
Landovium Palat. -	25	9	49	16
Landovium Bavariæ -	30	25	48	45
Landshuor Bavariæ -	29	53	49	19
Landsperg Bavariæ -	28	30	47	56
Lauffen Diœc. Salisburg.	31	0	47	47
Lebenberg Saxoniæ -	28	2	54	10
Leipzig Misniæ - - .	29	58	51	24
Leopolis Russiæ - -	43	15	50	33
Leyden Hollandiæ -	20	47	52	44
Linz Super. Austriæ -	32	30	48	4
Lauinga Sveviæ - - .	27	51	48	25
Lycostoma Os Lyci -	38	31	48	44
Lipsniza Russiæ - -	41	3	49	45
Leodium - - -	21	48	50	51
Lira Belgii - - -	20	24	51	21
Lovanium - -	20	36	50	59
Lucemburgum - -	25	30	50	0
Lucerna Helvet. -	26	0	46	34
Lubeck - - -	28	20	54	48
Lunæburgum - -	27	50	54	0
M.				
Magdeburgum - -	29	38	52	20
Macove Massoviæ -	43	25	52	4
Marieburgum Prussiæ	39	53	54	43
Mechlinia - -	20	20	51	15
Mellicum Melck Austr.	34	1	48	5
Mersburgum Misniæ -	29	35	51	34
Mildeburgum - -	26	34	49	44
Minden Saxoniæ - -	25	44	52	50
Misna Saxoniæ - -	30	45	51	5
Mitvvelde Misniæ - -	30	28	51	3
Moguntia - -	25	4	50	8
Mons Regalis Prussiæ -	41	16	54	17
Mosburg Bavariæ -	29	35	48	19

	Long. grad.	m.	Lat. grad.	m.
München Bavariæ -	29	16	48	0
Münster Westphaliæ -	24	8	52	0
N.				
Neumarck Norici -	28	52	49	16
Neumarck Bavariæ -	30	23	48	17
Neumünster Holsatiæ -	27	40	55	16
Neoburgum Bavariæ .	28	49	48	42
Neoburgum Turingiæ	29	15	51	20
Neostadium Bavar. .	29	32	48	41
Nordlinga Sveviæ .	27	54	48	49
Nissa Silesiæ . .	35	0	50	30
Norimberga . . .	28	20	49	24
Northausen . . .	28	22	51	43
O.				
Oedenburgum . .	35	12	47	54
Olomuzium Moraviæ .	34	40	49	30
Oettinga Bavar. . .	30	37	48	8
Oettinga Sveviæ . .	28	3	48	54
Oxenfurth Franconiæ -	27	16	49	49
P.				
Paderborna - -	25	38	52	0
Penica Misniæ - -	30	10	59	54
Passavium - - -	31	33	48	42
Pettovium - -	34	20	46	7
Pforzen Sveviæ - -	25	49	48	58
Praga Metropolis Bohem.	32	0	50	6
Pfaffenhofen Bavar. -	29	20	48	31
Presburgum - -	36	5	48	8
Preslau - -	34	34	51	10
Prinn Moraviæ - -	34	0	49	8
Pruck Leitæ - -	35	27	48	1
Puzbacum Hassiæ -	25	39	50	35
R.				
Rain Bavariæ - -	28	35	48	39
Revalia Livoniæ - -	50	23	61	56
Riga Livoniæ - -	50	0	59	0
Ripa Daniæ - -	28	34	56	47
Rochlicium Misniæ -	30	15	51	2
Rostochium - -	30	14	54	36
Reginoburgum - -	29	50	48	56
Rottvveil Sveviæ - -	25	50	48	16
S.				
Saganum Silesiæ - -	32	8	51	30
Sambocca Russiæ - -	42	45	49	41
Salisburgum - -	31	0	47	44
Sarbruck - - -	23	47	49	16
Schaffnausen Helvetiæ	24	58	47	28
Selestastadium - -	24	6	48	22
Scherdingen Bavariæ -	31	29	48	30
Slesvicum Holsatiæ -	28	10	54	54
Schvveinfurth Francon.	27	29	50	10
Spira - - -	25	36	49	20
Stetinum Pomeraniæ -	33	20	54	0

Star-

	Long. grad.	m.	Lati. grad.	m.
Stargardum	33	50	53	50
Straubingen	30	22	48	46
Stockholm	42	38	60	30
Steyr Austriæ	32	40	47	48
Schottvvien	34	36	37	44
Svvoll Frisiæ	22	8	52	47
Susatum Soest	24	36	51	43
Sternberg Moraviæ	34	45	49	38
T.				
Tigurum	26	36	46	48
Troppavv	33	20	50	6
Tergestum, Triest	33	30	44	54
Tornacum	25	15	51	40
Tubinga	26	23	48	38
V.				
Valencenæ	19	30	50	9
Vberlinga	26	43	47	43
Vesalia	33	45	51	30
Veldtkirch Rhætiæ	27	42	47	0
Vienna Austriæ	35	8	48	22
Villingen	25	18	47	12
Ulma Sveviæ	27	30	48	26
Vorchaim	28	18	49	46

	Long. grad.	m.	Lati. grad.	m.
Vochburg	29	19	48	42
Utrecht Ultrajectum	20	52	52	16
Villacum Carinthiæ	32	10	46	25
S. Viti	32	34	46	38
Vilshofen	31	10	48	42
Verona	31	18	44	49
W.				
VVeiden	29	30	49	40
VVeinmaria	28	45	51	15
VValdmünchen	29	29	49	18
VVeissenburg	27	47	49	10
VVormatia	25	15	49	44
VVerden	26	35	53	25
VVischegrad	40	17	52	4
VVittenberg	30	30	5	50
VVelsnach	29	49	53	15
S. VVolfgang	31	30	47	41
VVasserburgum Bavariæ	30	6	47	54
Z.				
Zangerhausen	29	13	51	39
Znaim Moraviæ	34	0	48	49
Zvvickauvv Voitlandiæ	29	52	50	46

TOPO.

TOPOGRAPHICA GERMANIAE NOTITIA.

Qua

Obiter Breviterque eadem mensuratur, in partes distinguitur, describitur, & commendatur.

AUTHORE

R. P. F. GABRIELE BUCELINO MONACHO THEOLOGO IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS ORD. S. BENEDICTI.

GERMANIAM, si Imperium, & quibus jure suo imperat ac dominatur, spectes, velle describere, ambitiosum C. Cæs. Octaviani Augusti conatum proculdubio referret, cujus arrogantia: *Exijt edictum*, teste Luca c. 2. *ut describeretur universus orbis &c.* etsi tantillum orbis erat cui tunc Roma & Cæsar præerant, ut si remotissimas Orientis Occidentisque Indias, quibus Germani Principes etiam hodie imperant, vel solas quidem cum illo Imperio conferas, vix pugilli illud rationem habere censeas, nec immerito, quod Alcibiadi Socrates, retundendo fastui ingeras, jusso Atticam quærere in Cosmographica tabula, ac tum quo tantopere turgeret imperio ipsum in charta digito monstrare ac dimetiri. Tanto majus Romano Germanum Imperium est quanto & Assyriorum, Ægyptiorum, Persarum, Græcorum veterem potentiam quam longissimè exsuperat quantoque etiam hodie latissimè imperantium, Turcarum atque Abyssinorum præcellit amplitudinem ac majestatem. Et sanè ut deductas jam olim Longobardorum in Italiam, Suevorum & Visigothorum in Hispaniam, Francorum in Galliam, in Angliam Saxonum, in Africam Wandalorum, in Asiam atque Orientem quaquaversum diversissimorum Germaniæ populorum colonias sileam, ut victricia passim illata atque erecta signa, ut seram victorum in ijsdem provincijs ac regnis posteritatem de industria prætercam; constat rerum & Historiarum vel obiter gnaris, quam longè lateque sese exporrigat Fides Christiana, vix ullum uspiam magni nominis Regem reperiri seu Principem, qui non Germanæ originis Germani sanguinis & nominis se esse vel glorietur, vel siquidem etiam abnuat, sive nesciat, comprobetur; cujus probationis exempla haud minima hoc ipso præsenti opere, in Genealogica Germaniæ Notitia proponimus; daturi operam, ut suo quoq; tempore, quæ de exteris collegimus, luci consecremus. Sed, ut & hos quoque seponamus; compertissimum est eundem qui & Germaniæ Regem, Italiæ juxta & Romanum Imperatorem esse, nec non absque jure hoc & titulis, Augustissimam domum Austriam, multo maximam Italiæ partem, & Regna longè opulentissima Neapolim, Siciliam utramque, Apuliam, Calabriam, Sardiniam, Mediolani Principatum aliasque provincias, hæreditatis etiam successione legitimè possidere; cujus unius Germanicæ familiæ & domus est potentia tanta, tantaque Imperij eorundem amplitudo, ut quotquot ab orbe condito, famosissimi nominis Monarchię celebrantur, si vires insimul conferant universas, istas minimè adæquent, neque se eousque exporexerint, quo isti, relicto tanto post se, à metis illorum Imperij, intervallo, simul cum suo Regnum Christi memorabili felicitate protulerunt, eoque tanto merito, amplissima illa etiam atque æterna cœlorum regna demeruerunt, & proculdubio etiam obtinuerunt; postquam tantoperè fidem suam & fidelitatem Numini in terris comprobassent. Quia proin Historiam Universi aliàs texemus, solam autem Germaniæ modo statuimus evulgandam; intra hujus unius terminos consistimus. Sed neque Veterem Germaniam, longè ampliorem, describendam suscipimus, quæ Daniam, Sueciam, Gotthiam, Norvegiam multaque alia Regna & provincias amplissimas complexa, etiam prius quam à tot sæculis Romani Imperij fascibus à Deo honorata & donata est, cum Romano certare Imperio poterat, nec tam Regni, quam Imperij amplissimi titulo gloriari. Novam, & quidem obiter adumbramus, cujus, etsi strictim sumptæ, tanta tamen amplitudo est, ut haud immerito ab Antonio Magino, provinciarum Europæ maxima celebretur, nec vulgo solùm tres Italias unam Galliam, tres Gallias unam Germaniam exæquare velint, sed & locorum periti contendant atque eruditi, è quibus Gallus etiam scriptor apud versatissimum in his Zeilerum, Dominus de Pibrac la 1. Remonstr. p. 46. La Germaniæ est pres, que trois fois aussi grande que la France, &c. haud veretur confiteri; certissimumque est Teutoniam ut magni-

magnitudine, sic potentia atque majestate cæteris Europæ universæ provinciis longè antecellere, ut haud immeritò summum in terris (post sacra) vendicet sibi, & octingentis quinquaginta jam annis generosissimè tueatur Principatum.

Fines Germaniæ hodie sunt: Alpes Italicæ ad Meridiem, ab Oriente Polonia Vngaria; ab Occidente Picardia, Campania, Burgundia; à Septentrione Oceanus Germanicus; cujus ambitum, longitudinemq; aclatitudinem, variè varij metiuntur. Nonnulli in circuitu quingenta viginti milliaria Germanica (Italica bis mille sexcenta) complecti volunt; alij haud multo pauciora quingentis contendunt. Dresſero quadringenta quinque & sexaginta numerantur; Aliis aliter atque aliter placet, quorum nonnulli equo, alij pedes iter dimensi, illi aliquot supra nonaginta diebus, isti centum & triginta circiter, circulum absolvêre. Longitudini Wintherus, passuum sexcenta octuaginta sex millia; Sansovinus octingenta quadraginta milliaria Italica, latitudini septingenta quadraginta quinque tribuit; quæ nostratia facerent in longum 168. in latum centum, novem & quadraginta. Tota penè metientium inde oritur diversitas, quod qui pauciora millia numerant, tribuant nonnulla vicinis provinciis, quorum lingua Germani utuntur ipsa consuetudine, & cum accolis commerciorum docti necessitate. Legendus in his oculatissimus Zeilerus, in accuratissimo suo Germaniæ Itinerario; qui & Germaniam superiorem hoc modo partitur.

Superioris Germaniæ provinciæ.

1 Frisia. 2. Comitatus Oldenburgius, &c. 3. Westphalia. 4. Archiepiscopatus Bremensis. 5. Ducatus Bergensis, Iuliacensis, Clivensis cum Comitatu Moersensi & pertinentibus. 6. Archiepiscopatus Coloniensis. 7. Episcopatus Leodiensis. 8. Archiepiscopatus Treverensis. 9. Comitatus Waldeccensis. 10. Palatinatus Rheni. 11. Ducatus Wirtenbergensis cum Comitatu Mompelgardensi. 12. Superior & Inferior Alsatia. 13. Suevia. 14. Bavaria. 15. Palatinatus Superior. 16. Landgraviatus Leuchtenbergensis. 17. Franconia. 18. Hassia. 19. Thuringia. 20. Saxonia superior & Misnensis provincia. 21. Electoratus Brandeburgius. 22. Principatus Anhaltinus. 23. Ducatus Pomeraniæ. 24. Ducatus Mechelburgius. 25. Archiepiscopatus Magdeburgensis. 26. Comitatus Mansfeldensis. 27. Ducatus Lauenburgicus. 28. Ducatus Lunæburgicus. 29. Ducatus Brunsvicensis. 30. Episcopatus Hildesianus. 31. Provinciæ: Holsatia, Stormaria, Dithmarsia, Prussia, Livonia. 32. Bohemia, Silesia, Moravia, Lusatia. 33. Austria, Styria, Carinthia, Carniola, &c. 34. Archiepiscopatus Salisburgensis. 35. Comitatus Tirolensis & pertinentia. 36. Helvetia & Rhetia. 37. Lotharingia, &c.

Inferioris Germaniæ provinciæ.

1. Ducatus Brabantiæ. 2. Ducatus Limburgius. 3. Ducatus Lucelburgius. 4. Ducatus Geldrensis. 5. Comitatus Flandriæ. 6. Comitatus Artesiæ. 7. Comitatus Hannoniæ. 8. Comitatus Hollandiæ. 9. Comitatus Seelandiæ. 10. Comitatus Namurcensis. 11. Comitatus Zutphaniæ. 12. Marchionatus S. R. Imperij. 13. Dominium Frisiæ. 14. Dominium Mechliniæ. 15. Dominium Ultrajectense. 16. Dominium Transyselanum. 17. Dominium Groeningense. Restat ut ordine singularum provinciarum amplitudinem, & dignitatem obiter adumbremus.

FRISIÆ DESCRIPTIO SIVE ADUMBRATIO.

Frisiæ olim termini ampliores, quàm hodie, cum suos etiam Reges, nec magnis inferiores Principes habuisset, Hollandiam etiam complexa, atque Oceano, Albi fluvio, nec non Rheno,& Regno Daniæ circumsepta, ita ut longitudine milliaria Germanica quinquaginta, latitudine septem minimùm sive octo complecteretur. Hodie alios terminos habet, ampla nihilominus & populo frequens, dividiturque in majorem ac minorem, quarum illa, à Flevo flumine ad usque Lauicam exporrigitur, continetque longitudine quinque & viginti, latitudine octo milliaria Teutonica majora; quo in districtu undecim urbes, pagi trecenti triginta unus, præter villas atque arces, Præfecturæ viginti octo, quadraginta sex Cœnobia, à quibus novem Abbatiæ, numerantur.

Frisia minor ab æstuario Lauicæ ad Amasiam (vulgo Ems) extenditur, & Vmblandiæ sive Grôningensis Frisiæ titulo variè cognominatur. Hujus duæ solummodo Vrbes sunt Grôninga & Dammona, cultissimæ tamen & commodissimæ, pagi, exceptis villis, centum & sexaginta, Cœnobia opulenta quinque & viginti, è quibus Adoardense inprimis atque Essense celebrantur. Exornant regionem arces & castra spectatissima, in quibus lectissima degit nobilitas; & multa curiosa observantur. Adjungitur his duabus tertia, quæ Orientalis, sive Emdana dicitur, & potentissimis hoc nomine Comitibus paret, Amasiam inter & Visurgim fluvios sita, & ad mare usque extensa, Episcopatui etiam Monasteriensi, & provinciæ Oldenburgiæ contermina. Longa est ad passuum fetè quinquaginta millia, celebrioresque civitates habet Emdensem, Nordensem, Auricensem, Witmundanam, Ieverensem & Efeosem; multa præterea Vrbibus concertantia loca, portusque è quibus Oldersheimium, & Mariæ portus (vulgo Mariehafen) Wenera dein, Lera, Iemgumum; pagi etiam maximo numero spectatissimi visuntur, floruerunteque ante mutationem Religionis in hac Comitum ditione ad triginta Cœnobia, è quibus Veldense cæteris præstitit; ut nihil de alijs magni nominis Basilicis & Collegijs memoremus. De Comitibus provinciæ Dominis, eorumque probatione cognatione & affinitate alibi; uti & urbibus locisque præcipuis suo loco dicemus. Scripsit præ alijs de Frisia doctissime Vbbo Emmins.

Oldenburgensis Comitatus.

Hic terminos etiam satis amplos habet, confinis nimirum Ostfrisiæ, ditioni Bremensi, Ducatui Lunaburgio, Westphaliæ, & ex parte mari Germanico interclusus. Longus nonnullis locis est milliaria majora undecim, latus novem & supra; complectiturque multa celebriora loca & munitiones, Delmen-

Delmenhorstium, Jeveram, Apen, & Ovelgunna; pagos item plurimos, de quibus, quia tanti non refert hic recensere, consulendus in Chronico Oldenburgio Hamelmannus.

Westphalia.

DE hâc consulendi inter alios Joan Angel. VVerdenhagius de Rebuspublicis Hanseaticis, Joannes Domannus in Vindicijs VVestphalicis, Reinerus Reineccius, Pomarius in Chron. Sax. Münsterus, Marquardus, Freherus, Speidelius, Zeilerus, &c. Fines VVestphaliæ sunt: ab Oriente VVesera, à Septentrione Ultrajectensis ditio & Frisia; à Meridie Hassia, ab Occidente Rhenus; continetque ambitu suo Episcopatus quatuor, Monasteriensem, Osnabruggensem, Paderbornensem, & Mindensem; Ducatus item Cliviæ, Iuliaci, & Montium; Abbatias, VVerdensem, Stabulensem, Corneliensem, Echternacensem, Corbeiensem, & Hervordensem, præterplurima alia Monasteria, & Ecclesias Collegiatas, Comitatus item, Seinensem, Virnebergensem, Manderscheidium, Dillenbergensem, VViedanū, Ringelbergensem, Môrsianum, Bronkorstium, Steinfurtensem, Benthemiū, Diepholtium, Lippiensem, Hoiensem, Arnbergensem, Oldenburgium, Dortmundanum, Schauenburgiū & Tiernbergensem, Dominia amplissima Winnebergense, Spiegelbergense, So nmerhausense, &c. Vrbes spectatissimas, Coloniam, Aquisgranū, Wesaliam inferiorem, Dortmundam, Duisburgū, Werdam, Warbergam, Brackelium, Hervordiam, Mindam, Osnabrugum, Dusseldorpium, &c. Militiam haberpromptam ad arma, & mox paratam, eandemque admodum copiosam; Nobilitatem Equestrem lectissimam, è qua paucorum nomina recensemus: Equites ab Afsbeck, à Knehem, de Büren, ab Elverfeldt, à Suetlage, de Westphalen, de Rosfeldt, ab Hüchtenbruch, de Brincken, Metternach, Rolandt, de Velen, de Dürgel, à Galen, Torcken, Freydag, Hagken, Drosten, de Closter, Strenhorst, de Westerholz, Mallinckrodt, Aschwede, Lenick, Beveren, Bruch, Tappen, Beverforde, ab Hoyte, de Meppen, Vossn, Korff, VVendte, Dincklage, Amelunxen, Nagell, Oher, Busche, de Varendorff, de Kersfenbrock, à Metternicht, de Prabeck, Schörlemer, Dincklage, Keteler, de Beverforde, VVesterholt, &c. ut sexcentos alios taceamus, imo sedes Nobilium, uti Quadus loquitur, penè infinitas. Fluvijs irrigatur nobilissimis, Rheno, Visurgi, Amesi, Glaa, &c. fetarum, ut gregum domesticorum affatim dives provincia, nec satis & metallorum copia distituitur. Fertilior ager circa Visurgim, ac Paderbornam & Lippiam est, prope Sulatum etiam & Hammonem, nemorosa per totam Surlandiam & Bergensem Principatum. Patet hodie diversis Principibus, & magna ex parte Electori Coloniensi, qui Ducem VVestphaliæ sese atque Angriæ nominat; sed & multis alijs provincijs dominatur.

Archiepiscopatus Bremensis.

SItus hic amplissimus Archiepiscopatus est VVeseram inter & Albim, Lunæburgensi Ducatui conterminus; dividitur in ditiones sive provincias varias, populo frequentes, cujus alii aliique diverso censentur nomine, ut moribus sunt dissimiles, Hadelerij, Kedingij & VVorstenses, qui etsi Principem suum agnoscant Archipræsulem, multa tamen fruuntur libertate & licentia; VVorstenses inprimis, qui Helveriorum more munitionem & castrum nullum ferunt, ne deserte Dynastis cogantur, sed nec urbem nec oppidum habent, ægrè etiam Principis sui jussa admittunt, si pius domari armis, nunquam tamen edomiti, quin intolerantiores jugi redderentur. Reliqui paucas arces & urbes habent, è quibus Brema ipsa Metropolis, Fryburgum ad Albim, Stada, Hornburgum, Langvvedel, & his minus celebria oppida aliquot, pagi autem vici, villæque plurimi numerantur. Subsunt Metropolitano, Episcopi Lubecensis sive Aldenburgensis, Suerinensis, Lebusiensis, Slesvicensis, Hamburgensis Bremensi modo unitus, & Raizenburgensis. Sed de his consulendi Vbbo Emmius, Erpoldus Lindenbrogius, Matth. Quadius, Adam Bremensis, &c.

Ducatus Bergensis, Iuliacensis & Clivensis.

BErgensis Ducatus Orientem versus VValdecensem Comitatum habet & Hassiæ partem, versus Occidentem Rheno adjacet, versus Septentrionem Comitatui Marcano, versus meridiem Nassovianæ ditioni conterminus est, VVippera amnis medium secat. A Montium frequentia haud immerito cognominatur, è quibus etiam haud minimū opum educitur. Arcibus & pagis insignibus ornatur. Oppida & celebriora Principatus loca sunt: Ellersfeldt, Burgum, Mondavium, Schwelheim, Lennep, Macheim, Neustatt, Gerrischem, Roer, Horst, Rattingen, Hardenberg, &c. Metropolis est Dusseldorpium. Iuliacensis Ducatus, à Metropoli cognominatus amplus omnino & locuplesest. Fluminibus rigatur Rura, Erfate, Narsi & Vormio, Orientali latere Rhenum, Occidentali Mosam respicit. Confines undiq; provincias, meridiem versus Coloniensem, Septentrionem versus Geldriam, Zutphaniam & VVestphaliam, versus Orientem, Hassiam superam, versus Occidentem Comitatum Falckenburgium rursumque Geldriæ portionem habet. Ejus in gremio nobilissima illa Imperij Vrbium Aquisgranum consider. Ex ijs quæ Principi patent præcipuæ Iuliacum & Durenium. Cæterum minorum oppidorum & pagorum castrorumque atque arcium ingens frequentia, ut & virorum genere Nobilium & divitijs præstantium magna copia, de quibus alijsque consulendi Quadius & Pighius.

Clivensis Ducatus, haud ignobilior Iuliacensi, Metropolim, à qua cognominatur Cliviā habet. Conterminus est ab Oriente Ducatui Montium, Marcæ & VVestphaliæ; ab Occidente Brabantiæ, & Leodiensi tractui; à Meridie Coloniensi; à Septentrione Zutphaniæ & parti Hollandiæ. Illustratur & plurimis alijs Vrbibus atque oppidis, quæ inter Vesalia splendidissima ac munitissima, magnos spiritus incolis gignit, mercatura etiam celebris, cæterisq; fortunæ bonis ac donis mirè instructa. Sed & Teutoburgum præ alijs eminet, celebranturque Santense, VVesaliense, Emericense, Genneppense, Calcariense, & alia oppida plurima. E Nobilitate spectatiores sunt, Mero-

dij, Palantij, Reoschenbergij, Nesselrodij, Quadij, Flodroffij, Binsfeldij, Bilantij, Horstij, Virmundij, Waehteodunckij, Ketteleri, Hatzfeldij, Veldbruggenses, Borschidij, Frenlij, & plurimæ præterea insignes Equestres ac Nobiles familiæ, qui plerique nobilissimas arces occupant, & amplas possident Ditiones. Ager ubicunque fertilis, frumento locuples, lætus pascuis, vinum tamen non gignit; quod tamen tolerabili pretio undecunque importatur. Fluminibus irrigatur Rheno, Narsi, Roti & Lippia multisque alijs amnibus, ex quibus magna piscium copia, fœcundatur.

Archiepiscopatus Coloniensis.

COmplectitur hic multos & potentissimos Principatus, Comitatus item amplissimos, quibus Archipræsul atq; Elector dominatur; unde & Westphaliæ, Angriæq; se Principem appellat. Finitimi Coloniensi ditioni sunt ab Oriente VVestphali, à Septentrione cùm Monasterienses tum Clivenses inde Bergenses atque Hassi stipant quasi latera atque exambiont. Continet eadem Diœcesis civitates egregias; Andernaeum, Bonam, Sontinam, Brulam, Novesiom sive Nussiam, &c. Oppida autem pagos villas, incredibili penè numero, ex quibus facile sit de potentia hujus Archiepiscopi omninari, in cujus aula tanta Illustrium & Nobilium vasallorum multitudo se offert, ut Regiam omnino magnificentiam præseferre videatur. Sed de his consuli velim amicissimũ Gelenium, virum de Colonia meritissimum, eruditissimum, omniq; reverentia dignum, qui in describendo hoc Archipræsulatu, multũ olei insompsit, nec tameo operam perdidit, cujus si studium multi imitarentur & suæ quisque Diœceseos momimenta pari industria excuteret, plurimum sanè momenti ad Historiam Ecclesiæ universalem, hæc ona secum symbolæ conferrent. Nos Coloniæ ipsius Elogium suo loco dabimus, Gelenio hîc debuimus; & ut plures ipsi debeant, ad il'um remisimus.

Episcopatus Leodiensis.

ET hic modo subjacet paretque Coloniensi Electori, onde & Bovillonensem sive Boillonij Ducem, Francimontensem Marchionem, Hasbaniæ & Borchlonensem Comitem se appellat. Tantas ditiones unus hic Episcopatus complectitur, ut nihil de Baronatibus & Dynastijs magno numero amplissimis dicam, deque Abbatijs amplissimis, quarum ultra quinquaginta in unico hoc Episcopatu numerantur. Certè Vrbes atque oppida solummodo muris vallisque munita, viginti quatuor habet, in quibus præcipua Leodium ipsum celebratur, amplissima omnino atque pulcherrima; dehinc Bouillon Ducatus titulo insignis, ejusdemque Principatus Metropolis, Borchlooo præterea, Borchworm, Hoyum, Dinaotum, S. Trudonis aliaque. Flominibus amnibusque lympidissimis uodique regio irrigatur, unde & fertilissima est; cultissima agris & vineis, fontibus sylvis, montibus, vallibus fodinis metallicis & carbonarijs instructissima, sed ante omnia Nobilitate insigni clarissima, felicissima mater præstantissimorum ingeniorum.

Archiepiscopatus Treverensis.

COntinet Treverensis Episcopi ditio, Comitatus Vitneburgium sive VVirnebergensem, Spanheimensem, Menderscheidensem, & Arburgensem, Baronatus item Ritterscheidensem Ruttingensem & Reineckanum, spectatque eodem Obrineani etiam tractus pars. Habet & multas nobiles Vrbes, quorum Metropolis est Trevaris, longè Roma antiquior, eom Viterbia & Genua, quæ se primas Europ. jactant, certans vetustate. Ditionis termini sunt, à Septentrione Comitatus Nassovius, Ducatus Bergensis, tractus Coloniensis; à Meridie Palatin tus & Biponrinum territorium; ab Oriente Rhingovia & Hassia; ab Occidente Ducatus Locembutgius. Ager circum Treveros satis fœcundus est, sed & Bachreo cultui montes vitent, piscium autem & feriræ ing ns est copia. Cætera loca ombrosa admodum sylvis ac montibus, humida item ac paludosa sunt, præterquã ea quæ Rheno ac Mosellæ adjacent, quibus verò omnium copia omnisq; generis delitiæ affluunt. Magnus oppidorũ, Dynastiatum atque arcium numerus, villæ frequentes & nobiles pagi. E Cænobij nobiliota: S. Maximini, S. Martini, S. MARIÆ ad Martyres, S. Mathiæ Apostoli, Epternacense, S. Salvatoris, S. M. Lacense ptope Andernacũ, Theologiense aliaquè, omnia Ord. S. Benedicti, Aureæ Vallis item, Bonæ Viæ, Clari fontis, ut ingentem numerum taceam Ordinum mendicantium, sed & variarum Ecclesiarum Collegiatarũ, quę amplissimis reditibus uberrim ditatæ sunt, ingentemque numerum aluntCanonicorum & Clericorũ. Abundat præterea regio thermis salutaribus, metallorũ fodinis, & mira lympidissimorum amnium frequentia nec non lacobus duobus Vlmensi & Laichenensi, in quibus lapides splendidissimi Smaragdis atque Hyacinthis simillimi reperiontur. Videatur Kyriandri Hist Trevet. Mart. Zeilerus, Matth. Quadus &c.

Comitatus Waldeccensis.

VNica hæc Imperij Comitum de Waldeck Ditio (ut videas quę Comitum nostrorum Veterum dignitas fuerit & potentia) adeo latè expotrigitur, ut io plurimas Dynastias, quibos Nobiles equestri ex Ordine Vasalli præsunt, dividatur. Ab Oriente confinem Landgraviatum Hassiæ habet; à Septentrione Episcopatu Paderbornensi clauditur, occidentalior autem pars respicit Diœcesim Coloniensem. Feodatorij Comitis sunt Equites de Virmunt, de Meissenburg, de Zerzen, de Vosmerich. hausen, de Dalwig, ab Eppe, de Rodehausen, de Reen, à Schonstatt, ab Herzinghausen, de Twilcht, de Hanxleden, de Greismar, de Kuman, de Dorfeldt, de Wittstein, de Rietesel, Spiegelij, de Calenberg, de Volckenberg, Idden, Wulft, Pappenheim, Beinenburg, Meschede, Westfal, de Canstain, Mengerson, Malspurg, Lebenstein &c. quorũ certè multi sunt, qui aqud exteros maximorum Comitatum honore censerentur. Habet & multa oppida civibus & mercatu frequentia idem Comitatus, è quibus Waldeccium inprimis ipsum, loco peropportuno atque eleganti, cum arce præstantissima; dein Altinchusium, Diderinckhusum, Landavium,

vium, Corbachium, Mergethusium, Rhodena, Vildungia, apud quam metallorum fodinæ quamplurimæ, ex quibus magna vis auri & ferri, uti & prope arcem eorumdem Comitum Eisenburgensem eruitur, quo ipso loco lapides carbonarij, lithanthraces, qui loco lignorum & carbonum inserviant effodiuntur. Terra varijs & plurimis passim amnibus impinguatur, quorum præcipuus Edrus, non à piscium solummodo copia, & sapore plurimum deprædicatur, sed & aurum cum arena convehere dicitur. Sed & Dimilus, Orca, Aris, Tuistius, Ithrus alijque amnes, multum secum utilitatis conferunt; ut nihil de frugum copia, pagorum, castrorum, villarum frequentia memoremus.

Palatinatus Rheni.

PRincipatus est potentissimus simulque deliciosissimus; confines, ab Oriente Franconiā & Wirtenbergiam habet, ab Occidente Principatum Bipontinum, à Septentrione Mœnum fluvium, à Meridie Alsatiam. Abundat rerum omnium copia, ita ut nihil quod ad humanum victum est necessarium desideretur. Montes ipsi generosissimum producunt vinum, agri amplissimi & fœcundissimi prægnantissimam edunt segetem tritici, siliginis, bordei &c. sylvæ feris refertissimæ, fluvij piscibus copiosissimi. Loca quæ Rheno, Mœno, Necaro adjacent terrestris Paradisi digna nomine. Præter castrorum, pagorum villarum, Cænobiorum, Collegiorum incredibilem multitudinem, Vrbes atque oppida numerantur quadraginta octo, è quibus præcipua Heidelberga, in qua & Principis sedes est, tum celebres Alzæa, Neostadium, Mosbachium, Crucenacum, Oppenheimium, Franckental, &c. Vt nihil de celeberrimis à's locis dicam, oppido Pfeddersheim & Baccaraco, mutuo de vini præstantia & copia certantibus, cunctis Germaniæ locis palmam referentibus, ut haud frivolè Baccaracum à *Bachi* illic olim posita *ara* cognominatum sit, ad quod ipsum alludens Henricus Stephanus, haud infimæ notæ Poëta, in Bacharam prædictam hoc modo lusit:

Hæc mihi pocula sint: contemnam Gallica quotquot
Græcia quotquot habet, quæcunque dat Itala tellus
Nec sitiam varios mihi quos lautissima Roma
Sepe ministravit latices: me iudice, quamvis
Romana Bachi sint maxima gloria mensa;
Nam varia ob varios passim celebrantur honores
Vina, sibi propriam poscentia singula laudem:
At tua cunctorum cumulata videmus honore,
Cunctorumque simul titulos laudesq; mereri,
Bacchi igitur merito tribuit tibi nomen ab ara
Bacchāra, quicumque est primus tibi nominis autor.

Et sanè tanti id vinum Wenceslaus quondam Imperator Augustus fecit, ut exauctoratus merito suo, id immeritus solatij fugando mœrori peteret, & Norimbergensea sibi constantissimè adhærentes, sacramento quo sibi adstricti erant libenter se soluturum promitteret, dummodo Baccharensis vini cados aliquot sibi in Bohemiam transmitterent. Sed de Palatinatu nec integro quidem volumine satis & pro dignitate scriberemus: quod multis libris alij Auctores præstitere.

Ducatus Wirttenbergensis, &c.

COmplectitur unus hic Principatus sexaginta sex civitates & oppida. 1. Stutgardiam sedem Principum seu residentiam ordinariam. 2. Tubingam. 3. Tuttlingam. 4. Balingam. 5. Ebingam. 6. Rosenfeldam. 7. Blaubyram. 8. Minsingam. 9. Aurachium. 10. Neyffenam. 11. Kirchheimium. 12. Weilheimium. 13 Nirtingam. 14. Grâzingam. 15. Waltenbuoch. 16. Herrenberg. 17. Beblingam. 18. Sindelfingam. 19 Kaloe vulgo Kalvv. 20. Nagolt. 21. Wildbergam. 22. Zavelsteinam. 23. VVildbadenam. 24. Neoburgum an der Enz. 25. Rizingen. 26. Vaibingen. 27. Bieticken. 28. Butticken. 29. Brackenheim. 30. Dornsteten. 31. Schiltach. 32. Hornberg. 33. Besicken. 34. Guglingen. 35. Sulz ad Neccarum. 36. Heiterbach. 37. Dornheim. 38. Garthard. 39. Lauffen ad Neccarū. 40 Kirchen. 41. Marbach. 42. Bakana. 43. Botmer. 44. VVinida. 45. Grüningen. 46. Limburg sive Leonburg. 47. Haymsen. 48. Canstatt. 49. VVaiblingen. 50. Gôppingen. 51. Schorndorff. 52. Murhart. 53. Hohenegg. 54. Bernegg. 55. Hewbach. 56. Hettingen. 57. Bamerdingen. 58. Hechingen. 59. Habingen. 60. VVindlingen. 61. Buolach. 62. Garrach. 63. Giglingen, & tres Imperiales civitates. 64. Eslingen. 65. Reütlingen. 66. VVila vulgo VVeilerstatt. Dividitur in magnos & præstantissimos Comitatus & Dominia, in Ducatum inprimis Teccensem, dein Vralingensem & Schiltacensem; postea in Comitatus Calvensem, Tubingensem, Vracensem, Achalmensem, Beutelspacensem, Griningensem, Herrenbergensem, Aspergensem, Veringensem, Zabergovianum, Craichgovianum, Neyffensem, Helffensteinensem & Zolleranū. Circumambitur ab Oriente Elvacensis Principis ditione & Giengensi, ab Occidente Marchia Badensi, parte Alsatiæ atque Hercinie; à Meridie Danubio & montibus, à Septentrione autem Palatinatu atque Franconiæ Ducatu. Est provincia adeo à naturā mirificè rebus necessarijs instructa, ut in ea nihil posse desiderari videatur. Ferri, cupri, argenti fodinæ plurimæ; colliguntur que juxta Puechlachiensem argentifodinam lapilli splendidissimi varijs coloribus, ut videatur natura, nequid regioni illi deesset, molita etiam esse gemmas producere, uti & supra gemmarum omnium virtutem, varios fontes produxit, persanandis quibuscunque morbis ad miraculum illustres; & nusquam sanè tantopere viget copia & salubritas acidularum, totoque Imperio mirificè celebrantur Gôppingenses, Iebenhusanæ, Donacenses, Audegastinæ, Petrivallenses, Griesbacenses, &c. Religiosissimorum Præsulum atque Ascetarum promptuarium olim fuit, quo vix in genere quæcunque totius Imperij provincia illustrior enituit. Et sanè quod Casinum Italiæ, Cluniacum atque Cistercium Galliæ, hoc Germaniæ universæ Hirsaugia fuit, cum provincia sanè nulla esset, quam non grandibus meritis illud Monasterium demeruerit, quod non sanctissimos tantum Pontifices & pastores Cathedris celeberrimis submitteret, sed & studia litterarum tot, abhinc, sæculis foveret ac propagaret, & verè Germanorum Lutetia, Papia, Cantabrigia, imo Roma esset, Romanæ autem Ecclesiæ speculum sanctitatis,

ctitaria, decus patriæ sempiternum. Fuêre autem plurima, præter hoc, VVirttenbergiæ Monasteria; è quibus illustriora, Laureacense, vulgo Lorch. Maulbrunnense, Bebenhausanum, Blaubyranum, Anhausanum, Herbertingense, AlbaDominorum, Königsbrunnense, Adelbergense, Murhartense, Reichartshofense, Oberstenfeldense, S. Georgij Hercinię, Reichenbacense, Pfulingense, Steinheimense, Liechtensternense, VVeilerense prope Eslingam, Marię Reithin, Gnadenzellense, Offenhausanum, Kirchaimense, Frauwenzimmern, AlbaDominarum, Rechentshofense, & plura alia, ut Præposituras nobilissimas Stutgardiensem, Tubingensem, Vracensem, Göppingensem, Herrenbergensem, Backnangensem, Furedanam, de industria non computemus, in quæ condendæ & ad omnem posteritatem conservanda, innumerabilem pecuniarum vim, veterum Principū atque Illustrium pietas congessit, atque profudit, ut illic juge sacrificium laudis & oblationis perennaret, Videantur Documenta redviva Monaster. Mart. Crusius, Trithem. &c.

MOMPELGARDENSIS Comitatus, qui proprios olim habuit Comites, ad VVirttenbergenses quoque hæreditate pervenit; huic semper aliquis ex hac Illustrissima familia dominatur. Subjacent Mōpelgardio Dominia plurima lectissima: Clemont, Hericourt, Blamont, Estobon, Chastelot, Franquemont, Mandeurre, Clereval, Granges & Passavant. Spectant eodem Comitatus Horburgius Alsatiæ, & Reichenweiler, ut facilè de cætero, de potentia ejus Comitis Mumpelgardij ominetis.

Superior & Inferior Alsatia.

ALsatia Provinciarum Germaniæ fertilissima, vulgo Elsäß/ quasi Edelsäß; Nobilium, sive Nobilis Sedes, ab ipsa soli Nobilitate & præstantia dicitur. etsi etiam verè Nobilitatis præstantissimæ sedes & patria appellari queat, in qua tanta Equestris Ordinis multitudo commoretur. Paucorum è plurimis nomina recensemus:

Equites Alsaticæ Nobilitatis.

DE Mülhaim. Zornen à Buolach. Andlauvv. Kageneck. Berckaimb. Fleckenstein. VVezel à Marsilien. Berstetten. Ratzenhausen. Sturmen. Stauffenberg. Bluomenegg. Röderer à Tiersperg. Kippenheim. Bluomenauvv. Fegersheim. Endingen. Enzenberg. Oberkirch. Firdenheim. Neuwenstein. Böcklin à Böcklinsauvv. Geispizhaimb. Pfaffenlappen. VVangen. Westhausen. Truckfessen à Reinfelden. Baden. Vttenheim. Thalheim. VVickersheim. Bapst de Bolsenheimb. Rutberg. VVeitersheimb. Ruost. Breunen à Reichnburg. Gottersheim. Surger à Mutzig. Sulcz. Botzhaimb. Schauvvenburg. VVurmser à Schaffoltsheim. Rechburg. Brumbach. Zuckmantel. Blickn à Rotenburg. Bittenbeim. Ritter ab Vrendorff. Hornberg. Holtzapfel. Brandtsebidt, Iohan à Mundolzheim. Marxen ab Eckvversheim. Hüpschmann. Dettlingen. Ampringen. Bockn ab Erlenburg. Dürckhaimb, Hafner à VVaselheim. Kettenheim. Sickingen. Zinten à Kenaingen. Landsperg. Mügn à Boffsheim. Degelin. Renchen. Volzen ab Altenauvv. VVattvveil. Reichn à Reichnstein. Pfort. Landeck. Bulschvveiler. Lampertheim. Königshofen. Königspach &c.

Sed de Nobilitate Alsatiæ videatur Chronicon Bernhardi Herzog, Vrstisius, Annal. Friburg. &c. Et vero licet provincia non usque adeo magna sit, continet nihilominus urbes & oppida muris circumdata sex & quadraginta; arces vero spectatiores quinquaginta, *Vicorum & villarum*, inquit Quadus, *non est numerus*. Dividitur in superiorem & inferiorem. Superior confinis Suntgoviæ, cui & hæc ipsa provincia, una cum Brisiaca sive Brisangia accensetur; & Brisiaca quidem sola per decem milliaria Germanica extenditur, cum non supra duo in latitudine complectatur. Ejus metropolis olim Brisacum fuit, cui tamen primatum Friburgum abstulit, cum longè splendorem ejus & opes deinceps superasset. Inferioris Metropolis Argentoratum est, nobiliores urbes Hagenovia, Schlettstadium, Weissenburgum, Landavium, Keiserperga, Ehenheimium, Turckheimium, &c. Præter Rhenum, septemdecim amnibus inferior tantummodo Alsatia irrigatur. Monasteria multa numerat: Eberstein-Münster, Truttenhausen, Altorffense, Maursmünster, Steffan-felden, Neuvveiler, Stürzelbrunn, Neuvvenburg, Selz, S. VValpurgæ, Surburg &c. & hæc quidem omnia virorum. Virginum vero, Eschaugiense, Andloviense, Ersteinense, Nidermünster, Hohenburgense, & multa alia, Mendicantium præsertim quæ hoc loco prætermittimus, & ad alia properamus.

Suevia.

SVevia provinciarum & Libertima & verè Nobilis, etsi suos olim incomparabili potentia habuerit Principes, soli tamen Romano deinceps Imperatori immediatè subjecta fuit, & verè Imperialis evasit. Latissimè se olim exporrexit, ita ut Aethicus atque Orosius Suevorum populos quatuor & quinquaginta numerarent, quorum & Princeps Historicorum Tacitus non paucos recenset; Hermunduros, Nariscos, Marcomannos, Quados, Marsingos, Burios, Semnones, Lygios, Burgundiones, Gothinos, Herulos, Rugios, Carinos, Longobardos, Deuringos, Cavlones, Anglos, Varinos, Eudoses, Suardones, Nuithones &c. Et sane ut in diversissimas amplissimasq; Europæ provincias illorum se potentia exporreait, ita ab avito sanguine, etsi suppresso Suevorum nomine, virtus nihilominus in posteris apud diversas gentes se prodit atque exerit; etsi plerique à tot sæculis, suæ originis minus memores cum nomine etiā mores mutaverint. Hodie certis, nec tamen arctis, (si cum cæteris Germaniæ provincijs compares.) limitibus clauditur; ab Oriente quidem Boiça sive Bavarica, ab Occidente Rheno atque Alsatia, à Meridie, jugis Tirolensium, Rhæticis atque Helveticis, à septentrione Franconia. Complectitur varios Ducatus & Principatus, Comitatus & ditiones amplissimas, urbes nobilissimas & spectatissimas, castra munitissima, oppida quamplurima, pagos vicosque grandi multitudine, Monasteria Religiosissima & splendidissima, &c. Ducatum inprimis VVirttenbergensem, de quo supra, longè deliciosissimum opulentissimum-

simumque, nec non Teccensem iisdem Principibus subjectum, dein Marchionatum Badensem, cum Alsatia nobilitate & fœcunditate certantem Marchionatum Hochbergensem, Marchionatum Burgoviensem; Landtgraviatus Baarensem, Sulenbergensem, Stülingensem, Kleggoviensem; Comitatus Nelleuburgium, Theuganum, Veringensem, Achalmensem, Neyffensem, Kirchbergensem, Aspacensem, Lechsgmundanum, Hoheneccium, Calwensem, Montfortensem, Aspergensem, Dettnangensem, Herrenbergensem, Eberfteinensem, Dilinginum, Lupfensem, Reinfeldensem, Oeningensem, Altorffensem, Ravenspurgium, Thannensem, Beyenburgium, Sonnenbergensem, Schälcklingensem, VVeissenhornanum, Heilgenbergensem, Auracensem, Fürstenbergensem, Heiffensteinensem, Zolleranum, Tübingensem, Sulzensem, Zimmerensem, Oettingensem &c. Vrbes egregias, Augustam, Vlmam, Cōstantiam, Memmingam, Nördlingam, Vberlingam, Lindavium, Campodunum, Hailbrunnam, Eslingam, Reutlingam, Ravenspurgum, Biberacum, Isnam, Kauffbüram, Rottvvelam, Kalbam &c. (nt nihil de maximo oppidorum numero dicam.) Dilingam puto, Lauingam, Höchstadium, Gundelfingam, Ginzburgum, Gamundiam, Riedlingam &c. quorum totum catalogum reperies apud Crusium, Zeilerum aliosque, & sexaginta sex jam supra in sola VVirtenbergia dedimus; Cœnobiorum autem è multis paucorum & illustriorum solummodo syllabum damus, cujusmodi sunt: Augia Dives, Anhusium, ugia Major Brigantina, Bebenhausen, S. Blasij Hercinix, Blaubyra, Cæsarea vulgo Keysersheim, Campidona, Creuzlinga, S. Crucis Augustanum, S. Crucis Donaverdanum, Deckingense, Elchingense, S. Georgij Hercinix, S. Georgij Augustanum, Hirsaugiense, Isnense, Königsbrunnense, Laureacense, Marcktallense, Maulbrunnense, S. Michaelis VVengense, Nörisheimense, Ochenhausanum, Oeningense, Petrusianum, vulgo Petershausen, Rockenburgense, Rotrense, Salemitanum vulgo Salmenschvveil, Schusenriedanum, Vinearum vulgo VVeingarten, S. Vlrici Augustanum, Vrsinense, Vrspergense, Vtenpuranum, VValdsense, VVettenhusanum, VViblingense, Zuifaltense, &c. Vt Sacrarum Virginum, splendidissima quævis, Buchaviense & Lindaviense Principibus accensorum, Edelstettense, Vtspringense, Inzkofense, &c. imo utriusque sexus memorabilem mendicantium, ut vocant, multitudinem prætermittamus, Castrorum autem, pagorum, vicorum, villarum ne numerum quidem inire possimus, sed neque compendium hoc pateretur. Sed de eximia & liberrima Sueviæ Nobilitate, legendus Cyriacus Spangenberger, Mart. Crusius, Zeilerus, alijque plurimi, &c.

Bavaria.

Bavaria amplissimum olim Regnum, terminos Vngariam, Franconiam, & mare Adriaticum habuit; sed & subacta à Francorum Regibus, Principes nihilominus potentissimos aluit, Carinthiam, Carniolam, Styriam, Austriam, Tyrolim, multasque alias provincias, imperio & nomine complexa; donec singulæ ferè harum proprium Principem nancisc-cerentur. Florentissimus nihilominus hodiè post tot convulsiones atque accisiones Ducatus est, pluresque quam duodecim (quod ad Ducatum olim requirebatur) sub ditione continet Comitatus. Fines modo habet ab Oriente Austriam atque Bohemiam, ab Occidente Sueviam, à Septentrione Franconiam, à meridie Tirolim & Alpes. Urbes numerat triginta quinque; oppida & mercatu insignia loca nonaginta quatuor; Monasteria septuaginta quinque (Mendicantium exceptis.) Octo Cathedrales seu Collegiatas Ecclesias; arces septingentas viginti; pagos & vicos quater mille septingentos. Nobilitatem Boicum integro tomo descripsit Wiguleus Hundius, pluribus res Bavariæ idem designavit, & Aventinus atque Brunnerus, ad quos lectorem remittimus.

Palatinatus Superior.

Spectat & iste Principatus ad Ducem Bavariæ, estque conterminus ab Oriente Bohemiæ, ab Occidente Franconiæ, à Meridie Bavariæ, à Septentrione Voigtlandiæ. Appellatur Superior sive Palatinatus Bavariæ, ad differentiam inferioris sive Rhenani. Irrigatur varijs fluminibus, Danubio inprimis, quo à Bavaria disterminatur, Egra dein, Nabo, Vilso, Regnitio sive Rego, Pegnitio, Swarzachio, Sulza, Altimulo, Labero, & Lutra alijsque amnibus, quorum aliqui & aurum & gemmas ferre perhibentur. Insignes aliquot Vrbes, & plurima oppida habet; Ambergam inprimis Metropolim, Eichstadium dein, Auerbacium, Sulzbaccium, Kemnatam, Egram, Neostadii, Ruvenkolvium, Beirrutum, Krusenum, Gievenwerdum, Eschenbacum, Weidenam, Pernavium, Pleisteinium, Aerspurgum Rurbacum, Ingolstadium, Neumarck, Tursenrutum, Elbogium, Chamum, Naburgum, Kalmuntium aliaque ut ex his facile æstimes, multitudinem pagorum, vicorum, villarum, arcium Monasteriorum. Ad ulteriora pergamus.

Landgraviatus Leuchtenbergensis.

Horum Principum nuper extincta familia multo Illustrior atque vetustior quam potentior extitit; habuêre nihilominus, satis amplam ditionē cum in Palatinatu superiore, tum Bohemiæ atque Franconiæ partibus. Possedêre & plures alios Comitatus atque ditiones, Comitatum inprimis Russiensem, atque Halsensem, Dominia Cham, Vttendorff, Harbach, Osterhofen, Haidenburg, Wernberg Bohemiæ, Gmentfeld Franconiæ aliaque, cujus familiæ hæredem unicam sibi junxit Serenissimus Albertus utriusque Bavariæ Dux, Serenissimi Maximiliani Electoris germanus, mâtrem lectissimorum Principum, quorum nemo non, cui intueri concessum est, virtutem admiratur deprædicatque.

Franconia.

Amplissima olim, cum Regna Francorum potentissima in Occidentalem atque Orientalem dividerentur. Hodie Franconia, etsi minus benè, dicitur, quæ Francia Orientalis erat, habetque nunc fines ab Oriente Bohemiam, Rhenum ab Occidente, à Meridie Sueviam ac Bavariam, à Septentrione Hassiam ac

Thuringiam Nobiles Urbes aliquot, oppida plurima, pagos, arces, castra, villas incredibili penè numero habet, ita ut nemo satis mereatur tantæ Nobilitatis Equestris frequentiam, cum tamen ferè singuli suos arces possideant, multi binas, ternas & quaternas magnis cum proventibus occupent. Herbipolis Metropolis Ducatus est, proxima dignitate Bamberga, inde Schvveinfurtum, Ochsenfurtum, Hassfurtum, Forchemium, Coburgum, Neostadium ad Saalam, Kizinga, Bristadium, Chronacum, Konigsperga, Carolstadium, Arnsteinium, Auba, Ebermanstatt, Gamundia ad Salam, Gerolshofen, Procelda ad Mœnum, Rortinga ad Tubarum, Staffelstein, Weickersheimium, Holfelden, Kreglinga, &c. Abundat Cerere & Bacho provincia, & fluminibus piscosissimis perluitur, pecudum domesticarum & ferarum ditissima, creditur media omnino esse Germaniæ, in cujus finibus Norimberga est, quam nonnemo voluit centrum esse Germaniarum.

Hassia superior & inferior.

ILlius termini sunt Franconia, Palatinatus, ditio Archipræsulum Moguntini, Coloniensis, & Treverensis, complectiturque amplissimos aliquot Dynastarum S. R. I. liberorum, Comitatus, Catimeliboccensem, vulgo Catzenelendogen, Dietzensem, Nassaviensem, Wittgensteinensem, Niddanum, Principatum an der Löhn, tractum præterea Rheingaviensem & Wetteraviensem. Inferior Hassia confines attinet Buchoniam, Thuringiam, Ducatum Brunsvicensem, Eisfeldiam & Westphaliam, continetque in gremio suo, ipsum Principatum inferioris Hassiæ, ac dein ditionem Hersfeldensem, & Comitatus Waldec iamq & Zigenheimium. Catimeliboci Comitatus hodie Landgravijs paret, cujus urbes atque oppida præcipua sunt Darmstadium (à quo diversa Hassiæ Landgraviorum linea cognominatur) Zwingenberga, Hohenstein, Rheinfels, Cazn-elenbogen, S. Gewer, Braubach, &c. Diezensis Comitatus, ab opulentia, olim dictus aureus, partim ad Landgravios, partim ad Nassovios spectat, cujus Metropolim Diezium, isti obtinent. Nassoviensis Comitatus proprios suos habet Comites, eosque potentissimos. Dividitur in varia atque opulentissima Dominia, Wisbadense nimirum, Idsteinense, Weilburgense, Beyelsteinense & Dillenbergense. Potiti sunt ijdem Comites deinceps diversis alijs & amplissimis ditionibus, Comitatu nimirum Saræpontano, Sarwerdensi, & dominijs Lahrensi, Bredano, Gertrudobergensi, nec non Uraniæ in Francia Principatu, ad quos etiam olim Ducatus Geldriæ pertinuit. Ut denuo videas, quid de Comitibus Imperij censendum, quorum tanta potentia est, ut ipsis subinde Regibus sint metuendi.

WitgensteinensisComitatus, proprios olim habuit Comites, quibus extinctis devolutus hæreditate est, ad Senæos Comites, hisque similiter demortuis cessit Spanheimij Comitibus, ex quibus orti sunt qui hodie Witgensteinij appellantur. Ampla ditio est finesque habet Comitatum Nassovitum, Comitatum Arnsbergensem, & inde Hassiam superiorem.

Niddanus Comitatus, hinc & hinc Wetterovia, Isenburgio Comitatu, Vogelbergensi tractu, & Principatu ad Lanum clauditur; celebraturq; à rerum omnium copia & summa fœcunditate, sed & à salis præstantissimo fonte. Proprijs extinctis Comitibus ad Zigenhelmios devolutus est, inde ad Landgravios, qui eo usque hodie potiuntur.

Principatus ad Lanum (an der Löhn) Metropolim Marpurgum habet, multisque ai ja urbibus atque oppidis nitet, Battenburgo inprimis, quod Bar- to Cattorum Rex condidisse creditur, Franckenbergam, Sachsenbergam, Alsfeldam, &c.

Hassiæ Inferioris Vrbes atque oppida meliores notæ sunt; Cassella, Vachium ad Werram, Sontra, Eschwege, Allendorffium, VVizenhausen, Rottenburgum ad Fuldam, Spangenberga, Homburgum, Fridslaria, Guttensberga, &c. Cæterum non ita sterilem, atque vulgò spargitur esse Hassiam, docet Zeilerus parte 1. Itinerarij Germ. cap 22. præter frumenti & frugum omnis generis copiam, eo inprimis tractu, quo Rheno alluitur, & Comitatu Catimeliboccensi generosissimo vino gaudere astruit. Qui videatur.

Turingia.

TVringiæ nomen penè Hassicum absorbuit, cum tamen Hassia olim Comitatus solummodo, Turingia Regnum amplissimum esset. Hodie terminos non usque adeo longe diffusos habet. ab Oriente quidem Salam fluvium, ab occidente VVetam, à meridie Herciniam, quæ à provincia Turingica cognominatur, à Septentrione sylvam quæ nomen Herciniæ retinet. Etsi autem minus ampla provincia sit frequentissima tamen equestri nobilitate est, & populi multitudine, ita ut ducentas quinquaginta arces suo ambitu contineat, urbes atque oppida centum quadraginta quatuor, duo pagorum millia. Dividitur in Comitatus duodecim, totidemque opulentas Abbatias numerat. Majori provinciæ parti Saxo Elector & Principes VVeinmarij Coburgenses & Eisenaccij dominantur, nonnullis Elector Moguntinus, cætera Comites Swarzenburgij, Stolbergenses alijq; Dynastæ possident; quædam sibi vendicant Erfurdenses. Sed de Turingia prolixè scripserunt Rivander & Becherus.

Saxonia Superior & Misnensis Provincia.

ELectoris provincia hodie in sex potissimum circulos dividitur in Saxonicum absolutè sic dictum, in Thuringicum, Misnensem, Lipsiacum, Alpensem, & Voigtlandensem. Ad Electoratum pertinet inprimis Palatinatus Saxoniæ, dein Comitatus Brennensis, tum Burggraviatus Magdeburgius; urbes præterea & oppida VVittemberga metropolis, Belzigk, Brück, Niemickh, Breitin, Jessen, Herzberg, Liebenwerda, Bitterfeldia, Kemberg, Schmidperg, Schweiniz, Zana, Gräffenhänichen, Brena, Gommera, Seyda, Luchauvv, Schönenwald, Schlichen, Ebigauvv, VVarnburgk, Baruth, Ekersperg &c. Misnensis provincia fertilissima omnino est, & cultissima urbibus & castris, Nobilitate Equestri & populo frequentissimo ac humanissimo, ab Oriente clauditur Lusatia, ab Occidente Turingia, à Meridie Buhemia, à Septentrione Saxonia. E Nobilitate

Equestri

Equestri præ alijs celebrantur à Zeilero: Domini à Bünauw, Schönberg, Pflnog, & Schleinitz, ac dein Equites Einsidel, Miltiz, Haugwiz, Starschedel, Bereustein, Ende, Carlovvlz, Luttichauvv, Bocken, Maltiz, Ponickauvv, Schnolenburg, &c. Sed de Saxoniæ totius & provinciarum laude & potentia consulendi citatus Zeilerus, Lantent. Peccenst. & diversi rerum Saxon. scriptores.

Electoratus Brandeburgius.

MArchia Brandeburgia sita est inter fluvios Albim, Havelam, & Spreum. Dividitur, in Veterem, Novam, Mediam, & Vkermarchiam. Confines ab Oriente Poloniam, ab Occidente Magdeburgensem ditionem; à Meridie Silesiam & Lusatiam, à Septentrione Megapolim ac Pomeraniam habet. Longitudine ac latitudine septem dierum spatio vix percurritur. Frequentissima populo est, solaque pars illa, quam Veterem appellant, septem urbes, oppida plura, pagos & vicos quadringentos sexaginta continet. Neque infrequentiores sunt partes aliæ, in quibus splendidæ urbes, oppidaque permulta visuntur, castra robustissima, pagi cultissimi. Brandeburgum metropolis est, à quo toti provinciæ nomen, Berlinum dein, ubi Principum sedes, Havelburgum à quo Episcopatui nomen; Vrbium & oppidorum aliquot nomina recenset Zeilerus: Apenburgum, Arnsvvald, Arendtsee, Berlichingen, Bernstein, Bezendorff, Bismarcke, Bôzau, Buzovv, Dramburg, Erxleben, Falckenburg, Flechtingen, Granson, Frauberg, Kôpenick, Frideberg, Lenzen, Liebenvvalde, Lindavv, Lippen, Mittvvald, Bellin, Münchberg, Morin, Neustatt ad amnem Dorsinm, Neustatt ad Furam, Nopoin, Osterburg, Perleberg, Plage ad Havelam, Potstam, Pritzvvalck, Pudtlitt, Seelavv, Soldin, Schimmelberg, Schvved ad Oderam, Templin, Trebin, VVedel, VVrizen, VVüsterhausen, Zigeser, Zossen, &c. Spectant ad Principes eosdem Ducatus Grossensis, partes Pomeraniæ, Lusatię, Principatum Iuliacensium, Comitatus Rupinensis amplissimus, Ditio Prignicensis, & multa alia, ut nihil quam Regius titulus huic Electori, uti & Saxoni, multisq; alijs Germaniæ Principibus deesse videatur.

Principatus Alhaltinus.

HVjus circum undiq; termini sunt Ducatus Brunsvicensis, Comitatus Mansfeldensis, ditio Magdeburgensis, Marchionatus Brandeburgius, Electoratus Saxonicus, & Marchionatus Misnensis. Dividitur in varios & celeberrimos Comitatus, Ascaniæ nimirum, Ballenstettensem, Zervestensem, Bernburgensem, &c. Spectantur tota ditione oppida & castra lectissima, quę inter Zervestum urbs residentia Principum insignis, & Gymnasio, Cosvvickum, sive Cosuicum ad Albim fluvium, VVidersteten, Koetten residentia item Principum, Munchnenburgum, Dessoviam, in qua urbe aula Principum, & arx nobilissima condita ab Alberto & VValdemaro fratribus Anhaltinis, anno 1341. Hatzkeroda, Haderslebia, & multa alia, &c.

Ducatus Pomeraniæ.

POmerania fertilissima ut amplissima provincia, mari adjacens Balthico, ad littora ejusdem longitudinem exporrigens suam, quinque & quinquaginta ermanicis milliaribus, grandi sanè spatio, extenditur; latitudine 17. & nonnullis locis 20. & 22. complectitur. Nullus in ea locus est vacuus atque incultus, nisi quà montibus & lacubus, ijsdemque cùm ad ornatum, tum usum commodissimis, occupatur. Cæteroquin fertilis quaquaversum, aquis irrigua, navibus pervia, dives agris, pascuis, pomis, lignis, rivis, montibus, venatione, pecore, piscibus, frumento, butyro, melle, cera alijsque & necessarijs & ad delicias requisitis. Est & optime culta civitatibus oppidis arcibus pagis vicis villisque, adeo insuper à natura vallis & scopulis præmunita, ut nullam maris timent inundationem. In cujus littore insigniores urbes sunt: Stetinum, Neugardia, Stargardia, &c. Dividitur in Pomeraniam anteriorem & ulteriorem. In illa Principatus sunt Stetinensis, Wolgastensis, & insulæ Rugiæ, cujus unius ambitus duo & vinginti milliaria complectitur. Ulterior, Poloniæ vicina & Prussiæ, Wandaliæ & Cassuborum continet Principatum. E Pomeraniæ civitatibus (quæ plurimæ sunt & mercatu oportunissimæ, decem Hanseaticis accensæ sunt; Stralsunda nimirum, Stetinum, Deminum, Anclamum, Gripswaldia. Colberga, Golnovium, Stargardia, Stolpe & Rügenwald. Videatur Joan. Ang Werdenhagen.

Ducatus Mechelburgius.

DIviditur à Wagria, Dravo fluvio, à Septentrione autem mari Balthico adjacet, Meridie Marchiæ Brandeburgiæ, ab Occidento confinis Mechelburgio Ducatui est. Præcipuæ Urbes in hoc Ducatu sunt: Rostockium, Sverinum, Gustrovium; Wismaria, Stargardia, Malchinum, Warna, &c. Oppida plurima & frequentissima populo, quæ inter celebriora: Robellum, Penzlinum, Buzovium, Streelizium, Plaa, Gadebuscum, Dobberanum, Swana, Sterneberga, Dobbertinum, Goldberga, Stövenhagen, Ivenack, Neuenkahlen, Dargunum, Wredenhagen, Crivitzen, Wittenberga, Beizenburgum, Nemerovium, Wantzick, Feldberga, Friedtlandt, VVoldegesen, Fürstenberga, VVesenberga, Mirovein, Parchimen, Lupzen, Mernitz, Grabovium, Görlosen, Buckaugia, Grebismühlen, Rhene, Tempzinum, &c.

Archiepiscopatus Magdeburgensis.

HUjus termini sunt ex omni parte, Ducatus Brunsvicensis, Principatus Anhaltinus, Marchia Brandeburgensis, Comitatus Mansfeldensis, Saxonia superior & Misnensis. Potentissimus est Archiepiscopus, habetque sub ditione sua octo & viginti civitates, quas inter Halla præcipua, dein Burgum, Gammersleben, Könnern; Alvensleben, VVänsleben, VVettinum, &c. Sed & Magdeburgum ipsum certis legibus & conditionibus paret Episcopo, qui & Germaniæ Primas est.

Comitatus Mansfeldensis.

POtentissimus hic Comitatus est, complectiturque in se plures & amplissimas ditiones, imo totos acque opulentissimos alios Comitatus; Arnstettensem, VVipren-

VVipτensem, VVettinensem, Querfurtensem, Supplinburgensem, Arnsteinensem, Ballenstedensem, Reinsteinensem &c. præter Baronatus varios & Dynastias, ut facile ex his Mansfeldensium Comitum potentiam metiaris, nec necesse sit, urbium, castrorum, oppidorum, pagorum nomina recensere.

Ducatus Lunæburgicus, & Brunsvicensis.

Eiusdem generis Principes, imo germani fratres, utrique hodie imperant, ut & plurimis alijs provincijs & Principatibus, à quibus cùm olim tum hodie diversæ eorundem Principum familiæ seu lineæ cognominatæ sunt, quales sunt, Grubenhagensis, Grôningensis, Einbeckensis, Dannenbergensis, Giffhornensis, Gôttingensis, Cellensis, Harburgensis, VVolfenbeutellensis; paret ijsdem provincia ad VVeseram, provincia auffm Hartz; Comitatus VVunstorpensis, Ebersteinensis, VVelpensis, Homburgensis, Hellermontanus, Diepholtinus, Hoyensis &c. ut nihil de Baronatibus alijsque Dynastiis memoremus. Brunsvicensis Ducatus, hinc confinea habet Lunæburgi Ducatum, inde Bremensem Archiepiscopatum, cursuque Brandeburgensem Marchiam, superam Saxoniam, Hassiæque & VVestphaliæ partem. Amplus omnio est, & planitie camporum atque fertilitate peramœnus, fluviorum atque amnium piscosissimorum multitudine irriguus, egregiarumque urbium atque arcium frequentia cultissimus. Illas inter facilè præeminet Brunsvicum, à quo provinciæ nomen, inde Hildesheimium, Peina, Hanoverum, Minda, Nottheimium, Dossel, Helmstatt, Alshusium, Baddickenstati, Ebersteinium, Barum, Bodenwerdar, Burchdorff, Christenbruck, Dieterich Holtensen, Dransfeldium, Ostenode, Eldagessen, Nidernfreden, Grossen-Freyen, Holzmünden, Hornburg, Osterwick, Liebenhalle, Münder, Osterwick an der Ilsa/ Parensen, Soladalem, Seesen, Scheppenstatt, Scheningen, Sawingen, Visler, VValhausen ad Helmum, VVerningerode, &c. Nobilitatem Equestrem præstantissimam habet, è quibus quam paucissimos enumeramus:

De Lente, ab Haxthausen, von der Wend, ab Haimborch, ab Ahlon, von der Hudre. Rauscheblat, Drosten, Lugeman de Hardegsen, Schulzen, ab Allefelden, VVippermann, Bremer, de Knesebecken, Drosten, à Bergen, de Knesebecken, von der Wend, ab Hardenberg, ab Ahlen, de Streithorst, ab Herdt, à Merfeldt, de VVelsco, à Falckenberg, de Radenhausen, à Ruttenberg, ab Honstett, de Leypzig, de Bodenstein, ab Oberhausen, de Salder, à Linsing, ab Oberg, de Gadenstett, de Reden, de Kalle, Spiegel, ab Amelunzen, de Maysenbug de Mingerode, Quasn, Zvvidorn, ab Hôldinghausen, Zertschen, ab Heym, de Mansee, ab Adelvesen, de Salza, de Kampen, de Campen aliud, de Hamstett, Rehebock, de Bodenbansen, de Rôsingen, de Bardeleben, de Bodendick, Haacken, de Kerstlingerode, ab Hermsdorff, de Rhor, de Bodendorff, de Rantzavv, de Stecbovv, de Bôlzig, de Iaganvv, von der Tecke, de Indenstett, de VVülcknitz, de Schvveighalt, de VVinzkerode, Beern, de Mandelsloo, de Landeaberg, de Tale de Bülzingsleben, ab Oseo, ab Olderhausen, de Bothmar, de Sambeleben, de Meltzing, de Steinberg, de Dorstett, de Asseburg, de Buchwaldt, ab Alten, de Münchhausen, de Wenden, ab Halle, de Gitelde, Reysehuott, Langen, Guldenpock, ab Holden, de Gladenbeck, ab Heringen, Freytag, de Wensee, ab Hodenberg, ab Estorff, de Donop, Marschalcken, de Honrodt, de Frese, de Worbis, &c, de Wrisberge, de Wense, Klüser, Klencken, ab Ilten, de Walmode, de Hanensee, de Lainsen, de Sürsen, Buschen, de Gelen, de Kniggen, Bockn à Nordholz, de Helmersen, de Düring.

Ut magnam præterea vim Equestri dignitate atque opibus florentium de industria prætereamus. Inter arces præcipuæ, post ipsas Ducum aulas seu residentias Ducales, Friedlandia, & Erichsburgum, ad quam posteriorem pertinet Dasselium civitas, cum pagis 16. & Monasterio Fredelsheimensi. Est & metalli, atque inprimis argenti-fodinis ditissimus Ducatus, eque solis montibus & sylvis prope Goslariam, præter expensas omnes, in annos singulos supra octuaginta quatuor millia florenorum Ducali ærario inferuntur; ut fodinas alias taceamus, atque inprimis argenti præstantiam, cujus adeo pauci nummi in Germania reperiuntur, quod vel in thesauros miro omnium studio recondantur, vel mira industria comparati, ab alijs Principibus & urbibus, argento sequioris notæ commixti recudantur. Sed argento, sed auro omni pretiosior est augustissima illa Augusti Ducis, Guelpherbiti recondita sequuturis sæculis in Thesaurum universalem Bibliotheca, cujus non possumus non, vel pro tanti Principis & Eruditorum Mecœnatis, eximijs de re litteraria meritis meminisse: Habuit illa superioris anni 1653. mense Majo (crescit enim quotidie, & ex eo tempore, magnis numeris) voluminum

Theologicorum	8077.
Juridicorum	2647.
Medicorum	623.
Historicorum	2658.
Politicorum	904.
Musicorum	61.
Ad res bellicas pertinentium	164.
Oeconomicorum	44.
Ethicorum	902.
Geographicorum	120.
Astronomicorum	243.
Physicorum	520.
Mathemat. & Gemetricorum	228.
Arithmeticorum	61.
Poeticorum	838.
Logicorum	136.
Rhetoricorum	449.
Grammaticorum	453.
Manuscriptorum	1263.
Variorum seu vulgo Quodlibeticorum	2941.

Tot, unâ in Bibliothecâ, millia; in quibus si Authorum sive scriptorum nomina adnumeres 38099. deprehendas, Tractatus autem sive diversorum sive eorundem Authorum 71545. magnum omnino numerum in quo selectiorum Lucubrationum thesauris ingens: Et, ne quis, ait Bibliothecæ ejusdem Encomiastes, ipsius Principis Augusti monumenta hic desideret, visuntur non tantum ibidem ea, quæ ab aliena profecta industria, vitam ipsi debent, veluti sut de

de multis pauci nominentur) *Antonij Benfinij Symposion trimetron*: *Bartholomæi Fontij Commentarius in Persiam*, *&c.* verum etiam præclara ejusdemetipsius scripta, eruditorum Orbi, sub nomine Gustavi Seleni, olim exhibita: CRYPTOGRAPHIA nempe, qua (*teste Clarissimo Naudæo in Bibliographia Politica* eruditissimi *Trithemij Steganographia*, hactenus omnibus fermè eruditis, ipsi etiam Francisco Iunio magica credita, hujusque judicio Vulcano consecreta, ita illustrata est, ut quidquid in Trithemio obscurum involutumque tamdiu in summâ omnium veneratione & opinione delituerat, omnium oculis patefactum atque retectum sit. Vt multa alia de industria, brevitatis nimirum studio prætereamus. Lunæburgensis Ducatus, à Metropoli sic appellatus clauditur hâc illâque VVestphalia, Holsatia, Brunsuicensi Ducatu, Marchia Brandeburgia, Magdeburgensi ac Bremensi ditionibus; ornatur splendidis urbibus, oppidis, castris, pagis, villis, multa Nobilitatis frequentia, agri fertilitate, atque inprimis ditescit maximis è sale proventibus. Grubenhagensis provincia terminis concluditur, Hassia, Ducatu Brunsuicensi, & Comitatibus VValdeggensi ac Mansfeldensi. De reliquis Brunsuicensium ditionibus prolixius agemus in nostra Historia Guelphica & legendi Buntingus, atque Zeillerus.

Episcopatus Hildesheimensis.

POtentissimus olim, septem Comitatus opulentissimos habuit, ad incitas tamen pene redactus est sub Ioanne Episcopo Saxoniæ Lauenburgicæ Duce, cum is Brunsuicenses Duces hostiliter insectaretur, qui diuturno bello cum ipso congressi, & victores, omnibus penè ditionibus urbibus castrisque ipsum exuêre. Comitatuum nomina sunt: VVinzenbergensis, Schladensis, Poppenburgensis, Peinensis, VVoldenburgensis, Lewensteinensis & Hundtsruggensis; urbes præterea Grunoviensis, Alveldensis, Beckelheimensis, Bodenwederensis, Peinensis, Dasselensis, Sarstiddensis, Ezensis, Lawensteinensis, Sachsenstettensis, Hemmendorffensis, &c.

Holsatia, Stormaria, Dithmarsia, Prussia, &c.

HOlsatia, olim Nordalbingia, novem milliaria in longitudine, septem in latitudine, tresque insulas complectitur, cui adjuncta VVagria, duodecim longa, quinque an sex lata est; illa urbium nobiliores VVilstriam, Chilonium Rensburgum, & Neomonasterium, hæc Segebergam, Lubecam aliasque numerat. Stormaria æqualiter longa ac lata septem milliaribus hâc, illacque exporrigitur, habetque illustriores Vrbes, Hamburgum, VVedelium, Elmehornam, Crempium, Izehoam, Bramstedium, insigneque propugnaculum Glückstadium. Dithmarsia octo milliaria in longum, quinque in latum extensa, unam & viginti parochias, insulamque Busenam gremio suo continet. Omnes hæ provinciæ fertiles admodum, & pecore inprimis divites sunt. Holsatiæ spectatissima est Nobilitas, & potens admodū, eminentque præ alijs Equites ab Alefeldt, de Pogwisch, Reventlovv, Schestette, Bluomen, &c. potentissimi tamen omnium Ranzovij; qui soli supra septuaginta arces, prætereque has, ædes sive domicilia cultu visenda, octuaginta habere celebrantur. Sed & Alefeldij quadraginta arcibus, Pogwizij octodecim, Blumij undecim, Schestettij novem possidere arces memorantur, ut hanc quoque Germaniæ Nobilitatem, haud immerito magni facias, cum multi apud exteros Principes, horum potentia atque opibus superentur.

Prussia, Lauenburgo Ragnitium usque quadraginta octo milliaria Germanica, nonnullibi duo & quinquaginta habet, quâ latior est quatuor & triginta. Dividitur in 12. provincias, cultissimaque est Vrbibus, oppidis, arcibus frequentissimis. De quibus consulendus Gaspar Schüz Chronico Pruthenico &c. Livonia ab Oriente Russiam ac Moscoviam, ab Occidente mare Balthicum, sive Germanicum, à Meridie Samagitiam & Lithuaniam, à Septentrione sinum maris Balthici habet, quo à Suecia & Finlandia interstinguitur. Qui minimum longitudini ejus tribuunt, nonaginta milliaria Germanica numerant, latitudini quadraginta. Dividitur in Esthoniam, Lettiam & Curlandiam. Totius Livoniæ Metropolis Riga est; cæterorum urbium multæ & mercimonijs frequentes, oppida pagi, arces, vici, pene absque numero.

Bohemia, Silesia, Moravia, &c.

BOhemia æquè longa atque lata, sex fere ac triginta milliaria Bohemica habet. Etsi non ita per seipsam ampla, frequentia tamen urbium ac hominum ad miraculum excellit, ut nihil de rerum omniū copia loquamur. Vrbes Regias unam & quadraginta numerant, sexaginta circiter earum, quæ alijs Dynastis immediatè parent. Sunt qui promiscuè cum Vrbibus oppida septingenta & duo insuper ac triginta recenseant, arcium autem & pagorum triginta quatuor millia septingenta septem & septuaginta. Quod benè incredibile videatur, memorat tamen, & ex diversis varia & mira affert Zeillerus; Hagecius rerum Bohemicarum expertissimus scriptor, suâ & Ferd. I. ætate urbes centum & duas, oppida trecenta octo, arces spectatiores solummodo & munitiores ducentas quinquaginta octa, Monasteria, etsi tunc pleraque per Hæreticos fœdata seu eversa unum & septuaginta supra centum, pagorum triginta millia & trecentos insuper tres & sexaginta memorat, ex ijs solummodo, qui gregibus armentorum pastorem proprium conducerent. Spectant autem ad coronam insuper Bohemiæ, Silesia Moravia & Lusatia utraque, quæ & ipsæ frequentissimæ urbibus & populo, potentissimum sane Regnum efficiunt.

SILESIA sola, quadringenta Vrbes atque oppida & undecim insuper numerat, arces autem pro dignitate conditas octingentas tres & sexaginta, pagos 51112.

MORAVIA Vrbes atque oppida insigniora centum; oppida minora seu pagos majores absque muris quadringentos decem, minores triciea mille trecentos sexaginta, ante supremam bellorum tempestatem A. C. 1613. teste Gaspare Laudismanno recensuit.

Lusatiæ Vrbium atque oppidorum etsi plurimorum recenseri numerum non comperi, etsi quamplurima item esse constet, & ex eo liqueat, quod nul-

la præ-

la præsidij imminutione seu periculo, inde viginti millia peditum educi in aciem possint. Ex quo facilè appareat quid de universi Regni militia opineris, cum hæc cæteris provincijs inferior tantam suppetat copiam bellatorum, & quanti denique facias Exercitus Germaniæ universæ, si es unico Bohemię Regno, tot Legiones excites, facile hodie, uti olim, tentaturos & subacturos Tyrannos orbis universi maximos, dummodo dissociata per diversa & millies versa & mutata dogmata. redeat prisca & verè Germana syncerita, & coeat denuò concordia animorum.

Austria, Styria, Carinthia, Carniola, &c.

AUstria pars olim Boicæ & Marchia, erecta in Ducatum à Friderico Barbarossa Cæsare est. Postquam autem cum hâc Carinthiam quoque ac Styriam fortuna Principum Habspurgiorum sociavit ac junxit, omnem illa Carinthiæ gloriam & potentiam absorbuit cum hæc à Carolo Magno Cæsare, Archiducatus insignita titulo, eousque sola tanto nomine censeretur. & Styriæ etiam ipsi Marchiones destinaret, Immigravit cum Habspurgijs summus Austriæ honor, & à Sede quoque Principum eorundem Styriæ libertas major, ut penè Archiducale Carinthiæ nomen sileretur. Cumque deinceps eidem Habspurgiæ familiæ Augustalis decretus honor esset, & per tot capita, absque ullo fortunæ tot familiarum Cæsarearum exemplo, quasi perpetuaret, Austriæ ejusque Metropoli Viennæ evenit, de quo ille: *Ubi Cæsar, ibi Roma*, Austria ut penè Romæ ipsius, (sacra & Veneranda Angelis Pontificum exceptâ dignitate) obscuraret splendorem ac majestatem. Dividitur in superam atque inferam, & sola Anassi fluvij separatur interfluxu. Supera trans flumen prædictum, qua Orientem, inferam quoque respicit Austriam, qua Occidentem Passaviensem & Salisburgensem Episcopatus, nec non Bavariam confines intuetur; A Meridie Styriam, Bohemiam autem attinet à Septentrione. Etsi haud ita magna fertilis tamen omnino est, & situ opportuna. Urbium atque oppidorum præcipua sunt: Linzium, Styra, Welsena, Ensena, Freystadium, Gamundia, Vocklabrugum, Efferdinga &c. Celebratur & à Monasteriorum diversi Ordinis copia & præstantia, quæ inter, Cremiphanium, vulgo Crembsmünster, Lambacum, S. Floriani, Divæ Virginis Garstense, facilè eminent; accensenturque Statibus provinciæ ac Senatoribus etiam Prælati Monasteriorum, Waldhausani, Wilheringensis, Paumbgarttenbergensis, Glunicensis (vulgo Glainck) Hospitalensis, Schlogeliani, Schlierbacensis, Pulgarensis, Gravenkirchensis. Infera, ut amplior multo, sic Urbibus, oppidis castris, pagis, vicis Cænobijs, Nobilitate cùm altiori, tum Equestri, populoque frequentior, rerum omnium copia atque ubertate æmula Alsatiæ est. Certè familiarum quæ jam ante plures annos Comitum & Baronum titulo insignitæ fuerant prope centum eminere affirmat Zeillerus, Equestris verò nobilitatis alias, quæ ad Comitia seu Conventus Provinciales solemniter convocentur, centum octoginta; ut vix numerus earum ineatur, quæ jus ferendi suffragij non habeant. Nos præcipuarum cùm Austriæ tum Styriæ atque Carinthiæ deductiones Genealogicas tomis duobus benè magnis complexi sumus, dum in ijs provincijs moraremur; & multarum jam extinctarum famam resuscitavimus, etsi minimè, quotquot deflere omnium, cum à sexcentis solùm annis, supra mille quingentas Equestris ordinis desideratas idem amicissimus mihi Author memoret.

STYRIA Veteris Norici pars, ab Oriente Vngariam, ab Occidente Carinthiam, à Meridie hujus item partem, & Carniolam, à Septentrione Austriam cùm superam tum inferam conterminas habet. Longitudo ejus à sex & viginti nonnullis locis, milliaribus ad triginta alibi extenditur, latitudo hâc illâcque nimis quam diversa est, duodecim, quindecim, octodecim alibi complexa. Dividitur in superiorem item atque inferiorem, hujus metropolis Græcium est, illius Iudæburgum. Abundat omni rerum copia, inferior maximè, quę ijs maximè, locis, quibus confinis Vngarię est, Vina gignit, Creticis non inferiora, & ab Hispanis pro Hispanis habita. etsi ea quæ notæ infimæ, quæque mediocris sunt, Austrijs palmam cedant. Superior autem Styria quo minus, vino, nisi illato gaudet, tanto abundat pecore, pabulo, sale, metalli fodinis. Vtraque oppidis, pagis, villis, arcibus cultissima & frequentissima populo. De quibus consulendus in his describendis prolixior Zeillerus.

CARINTHIA, Mediterranei Norici provincia, ab Oriente & Septentrione Styriæ, à Meridie vero & Occidente, Carniolæ, Alpibus, & Forolulij adjacet. Amplissimus olim Archiducatus, ad quem Styria quoque Carniola, Merniæ insuper Ducatus, & Crayburgensis atque Goriecensis Palatinatus pertinebant. Vrbes, oppida, & castra spectatissima habet. Ex illis Villacum inprimis placuit, situ peramœnum æque ac oportunum, Clagenfurtum Metropolis est propugnaculum natura & ingenio munitissimum, Frisacum, S. Viti olim Tiburnia aliaque. Sed de Carinthia nemo melius prolixiusque Megisero. Qui legendus.

CARNIOLA Carinthiæ olim portio, à Friderico I. Imp. primum separata, & Engelberto Marchioni de Crainburg concessa eodem tempore est, quo & Styriam proprio Marchioni Ottocaro credidit, cujus ejusdem Cæsaris concessione, supra audivimus, Austriam quoque proprios nactam Duces, cum antea Bavariæ, uti illa Carinthiæ eousque pars fuisset. Provincia non magna est, dividiturque & ipsa in superiorem atque inferiorem, nec non Labacensem. Ejus termini hâc illacque sunt, Forum Iulij, Istria, Carinthia, Croatia, &c. Sed ad reliqua maturemus.

Archiepiscopatus Salisburgensis.

POtentissimus omnino est, & frequentissimus, urbibus, oppidis, pagis villis, arcibus, Cænobijs &c. dives auro, argento, cupro, ferro, alijsque metallis; metas ab Oriente attingit Styriam, ab Occidente & Septentrione Bavariam, & Austriam, à meridie Carinthiam; cujus Archiepiscopi potentia quanta sit, vel inde quidem colligitur, quod in persione juxta Imperij matriculam, Eminentissimis & Serenissimis Electoribus, Moguntino, Coloniensi, Palatino, Brandeburgio par habeatur. Subsunt eidem Archipræsuli sequentes Episcopi suffraganei: Tridentinus, Brixiensis, Passaviensis, Frisingensis, Viennensis, Seccoviensis, Lavantinus, Gurcensis, Chiemensis.

Comi-

Comitatus Tirolensis.

AMplissimus potentissimusque ac planè Archiducalis; confines ab Oriente Marchiam Tarvisanam, & Forum-Julij habet; ab Oriente Helvetiam ac Rhætiam, à Meridie Longobardiam, à Septentrione Bavariam. Ejus metropolis Oenipons, vulgo Oenipontum est, Sede Archiducali illustre oppidum. Frequentia Nobilitatis in eo tanta est, ut vix ulla uspiam provincia tot arcibus castrisque & palatijs splendeat, recensetque ac describit cum superstitum, tum extinctarum familiarum unius Comitatus nomina sexcenta Andreas Zibock, Genealogicam earumdem seriem mira industria & felicitate contexens. Montes altissimos habet provincia aurique ac variorum metallorum feracissimos, valles amplissimas & cùm vino præstantissimo redundantes, tùm frumento, omnique frugum genere divites. Memorabile omnino quod de uno monte, sive potius unicâ, inter altissima montium juga, valle memorat Grasserus, & ex hoc Zeillerus, Nansiam, vulgo Nansserthal appellant. Quæ cum vix duodecim milliaria Germanica longitudine occupet, tria latitudine, trecentas tamen & quinquaginta parochiales Ecclesias habeat, castella autem & arces spectatiores duo & triginta, ex quo facile de cæteris judices.

Helvetia & Rhætia.

REgnum amplissimum, etsi nil magis quam titulum Regium aversetur & Dominatum. Provinciarum Europæ universæ liberrima, etsi sint qui summum servitutis genus censeant à paribus, nec majoribus, quam sit qui obtemperat, gubernari. Terminos habet à Meridie Alpes Cottias, Longobardiam & Ducatum Mediolani ac Pedemontium, à Septentrione Rhenum & Sueviam, ab ortu solis Tirolim, ab occasu Sabaudiam atque Burgundiam; inde magnæ omnino Helvetiorum opes, à confinio tot nobilium provinciarum; maxime item à maximis Europæ Principibus, propter annuas pensiones, quibus quisque eos sibi obnoxios cupit, cavetque quam maximè, ne utrobique opportuni ab adversario cujusque inescentur & ad partes trahantur; ijdem propugnatorum constantissimi habiti, satellitum fidelissimi dum custodiæ corporis à Rom. Pont. Regibusque Hispaniarum & Galliarum adhibentur. Fuit magna olim Helvetiæ Nobilitas, prius quam licentia nimia Præfectorum & Præsidum oppressi, in Libertatem qua fruuntur usque hodie sese assererent; refertque Grasserus, FRIDERICO II. Imperante, quinquaginta Comitum familias, centum & sexaginta Baronum, Nobilium autem sive equestrium mille ducentas numeratas. Verum de rebus Helveticis & Rhæticis consulendi, Joan. Stumpfius, Jos. Simlerus, Christianus Urstisius, Franc. Guillim. Petterman. Etterlinus, Egidius Tschudius, Martinus Zeillerus, Joan. Gulerus, Fortunatus Sprecherus, &c.

Lotharingia.

ETsi sint qui ad Galliam pertinere dicant, pertinet tamen ad Imperium, nec eo solùm nomine, quo à Regnis Germaniæ diversum quid, & his sublimius creditur, sed portio ipsius Germaniæ est, etsi Gallico idiomate utatur; cum & Lotharius, à quo provinciæ nomen, omnesque majores ejus Francici, hoc est, Germani, non Gallici sanguinis fuerint; & quotquot dein Lothario successerant, ut è Genealogica Germaniæ Notitia, præsenti opere constat, omnes Germanæ item originis comprobentur. Provincia est amplissima, & ab Oriente contermina Alsatiæ ac Westriæ, ab Occidente Campaniæ & Alpestribus Helvetiæ, à Meridie autem Burgundiæ, à Septentrione montanis Lucelburgensibus ac Treverensibus.

Brabantia.

HUjus longitudo ad duo & viginti millaria Germanica, latitudo ab 18. ad viginti exporrigitur, ambitus universus ad octuaginta Alemannica, sive Italica quadringenta circumducitur. Sex & viginti civitates vallis fossisque ac muris circumdatas habet, quas inter facile princeps Antverpia est; tum Bruxellæ, Lovanium, Mechlinia, Buscumducis, Tiena, Leva, Nivella, Arscotum, Berga ad Somam, Megem, Breda, Stenoberga, &c. pagos numerat penè innumeros, castraque & villas. De quibus varij Germaniæ inferioris scriptores.

Ducatus Limburgius.

E Comitatu in Ducatum evehitur Annus Christi 1172. Estque opulentissimus, omniumque rerum necessariarum copia dives. Metalli fodinis instructissimus, ferrum illic præstantissimum eruitur, uti & plumbum, quin & lapis, Ærosus Plinio dictus & Cadmia. Ducatus metropolis Limburgum est, à quo & Provincia cognominatur. Spectant eodem Falckenburgia & Dalemensis ditio, plurimaque oppida & Castella, quorum nomina leges in Athlante majore nuper edito, quæ brevitatis causa prætermittimus.

Ducatus Lucelburgicus.

A Metropoli Lucemburgo sic appellatus. Dividitur in septem Comitatus: La Roche, Durbi, Salme, Chini, Vandalen sive Vianden, S. Joann. & Manderscheidt. *Baronatus*, ait Quadus, *in hoc Ducatu penè innumeri sunt, ac Dominia infinita. Neque enim universa Belgica provinciam habet, quæ Nobilibus frequentior sit, quam hæc, quorum tanta est libertas, & in subditos, ut vel Regulis comparentur, &c.* Terminatur ab Oriente Mosella flumine & Treverensi ditione, ab Occidente Mosa fluvio Arduenna sylva & Eyphalia, à Meridie Lotharingia, à Septentrione, Namurcensi Comitatu & Leodiensi Episcopatu. Civitates cultiores & muris cinctas viginti tres habet, vicos pagosq;

novem supra centum & sexaginta, castra atque areea ingenti numero. Regio montosa est, & nemoribus passim consita, fœcundissimis nihilominus agris instructissima. De cæteris memoratu dignis legendus Joan. Bertels.

Ducatus Geldrensis.

AB Ortu Rhenum pro termino & partem Cliviæ habet, ab occasu Hollandiam, cum Ditione Ultrajectensi, à Meridie Brabantiam & Cliviæ aliam partem, à Septentrione Frisiam & partem maris, quam Zuider See appellant. Urbes viginti duas habet, è quibus præcipuæ Neomagum, Ruremunda, Arnheimium, Zutphania, &c. pagos supra trecentos. In Comitatus & ditionea varias subdividitur, quorũ potiores sunt: Bronckhorstensis, Tschetenbergensis, Culenborgensis, Burensis. Spectat eòdem Velavia tota, Zutphania, ditto Bergensis, Batenborck item, Montfort, Anholt, Groesbeck, &c. Tribus celeberrimis fluvijs, Rheno, Mosa & Vahali irrigatur. Omnium rerum fertilis est, præcipuè frumenti fœcunda, & supra modum pascendis pecoribus apta. Sed & mercatui oportuna.

Comitatus Flandriæ.

TOtus ferè quantus est, una quasi civitas est, eâ populi, Urbium, oppidorum, pagorum, arcium frequentia, ut nemo non, qui videt, totus in admirationem rapiatur. Golnizius Urbes atque oppida duo & sexaginta, pagos mille, centum & quinquaginta quatuor numerat; Monasteria centum & triginta, quæ inter Abbatiæ quinquaginta septem; Canonicorum Collegia unum & viginti. Urbium præcipuæ, Gandavum, Brugæ, Ipra, &c. Longitudine unum & triginta milliaria Germanica, viginti latitudine occupat. Clauditur à Meridie Hannonia & Artesia, à Septentrione Oceano Germanico, ab Oriente Brabantia, ab Occidente Gallia. Regio omnium rerum, quæ hominis victui conveniant fœcunda, magnorum ingeniorum fertilissima.

Comitatus Artesiæ.

AMplissima & hæc provincia est, à Cameracensi, Picardiæ, Hannoniæ & Flandriæ finibus, ad Oceanum usque Britannicum exporrecta. Urbes muratas octo habet, pagos octingentos quatuor & quinquaginta. Ejus Metropolis Atrebatum est. Proximum dignitate Fanum S. Andomari, vulgo S. Omer, celebria item oppida Hesdinum, Bethunia, Fanum S. Pauli, Pernæ, Lillerium, Lentium, Aria, Bappalma, &c. Arcea spectatissimas & munitissimas plurimas, Cænobia opulentissima, eaque inter Abbatias octo & viginti numerat, quorum longè celeberrimum S. Vedasti est, tùm Sithivense, sive S. Bertini, Salvatoris dein, ac Montis S. Eligij. Fertilissima regio est, impinguaturque fluvijs & amnibus Lysa, Scarpa, Aa, Cachia, Anthia, nec minus quam captura piscium dives est, nemoribus densissimis profert totos quasi greges ferarum; multo etiam alio nomine, & à Nobilitate etiam Equestri commendanda.

Comitatus Hannoniæ.

COmplectitur hic octo alios Comitatus, & viginti duos Baronatus. Urbes autem quamplurimas & oppida cultiora. Ea inter præcipua sunt Montes & Valencenæ, Condatum dein, Halla, Angia, Malbodium, Avesnæ, Bellus-Mons, Chimaeum, Quercetum, Binchium, &c. pagorum & vicorum ingens omnino frequentia, Guicciardinus 950. numerat, Monasteria quamplurima, quæ inter sex & viginti Abbatiæ celebrantur. Provincia fertilis omnino, atque insuper mercatu opulenta. Confinis est ab Oriente Namurcensibus & Leodiensibus, ab Occidente, parti Flandriæ & Artesiæ, à Meridie Campaniæ & Picardiæ, à Septentrione Brabantiæ & Flandriæ. Longitudine viginti Germanica milliaria, centum Italica, sedecim Germ. nimirum octuaginta Italica occupat, multo nomine plurimum commendata.

Comitatus Hollandiæ.

BRevi ambitu sexaginta Teutonicorum milliarium sive trecentorum Italicorum, magnas opes, frequentissimas & ornatissimas urbes complectitur; atque nihil simile, delicatissima ædium & hominum politiæ Hollandiæ reperiri. A Meridie Brabantiæ, & ditioni Ultrajectensium adsidet, à Septentrione & Occidente Oceano alluitur, ab Oriente parte maris Germanici, Geldria insuper & Frisiâ clauditur. Tres & triginta pulcherrimas urbes habet, quas inter Amsterodamum præcipuum hodie totius Europæ creditur Emporium, Dordracum item, Harleinum, Delfium, Gouda, Enchusa, Hornium, Leyda, Roterodamum, Gorcum, &c. urbea ad miraculum exculta; ut reliquarum nomina taceamus. Pagi quadringenti & supra memorantur. Ejus fertilitas miranda omnino est, aiuntque caseo solo & Butyro venalibus, in annos singulos supra auri millionem provinciæ inferri. Quam autem ingenio sint Hollandi, novit, at vix capit orbis universus.

Comitatus Seelandiæ.

SEptem insulas complectitur: Scaldiam, Duvelandiam, Tolam, Walachriam, Zuidbevelandiam, Nordbeverlandiam, & Wolfardi-damum. In his civitates decem, supra centum, pagi numerantur. Attingit versus Orientem Brabantiam, versus Occidentem mare Germanicum, à Meridie Flandriam, à Septentrione Hollandiam. Inquilinos statura corporis liberali habet, robustos, ingenio, solertia & negotiandi peritia instructissimos. Prata & pascua habet lætissima, diciturque quodvis jugerum Zeelandicum, duobus Brabanticis prævalere.

Comitatus Namurcensis.

PRovinciam hanc undiq; claudunt Leodiensis ditio, Brabantia, Hannonia ac Lucelburgum. Ferax rerum omnium est ad vitam humanam necessariarū. Quatuor tantum urbes habet, Namur cum scilicet Metro-

Metropolim, Bovinum, Carolomontium, & Vallencuriam; pagos autem numerat centum & duos supra octuaginta; Monasteria plurima & opulenta.

Comitatus Zutphaniæ.

Metropolim habet Zutphanium, à qua cognominatur. Habet alias præstantes Urbes ac oppida non pauca, Doesburgum inprimis Dotecum, Lochemium, Grollam, Bredevordiam, &c. Accensetur iisdem oppidum Herenbergense cum toto ejus nominis Comitatu.

Marchionatus S. R. Imperij.

EO titulo gaudet Antverpia, & sane amplissimos olim habuisse terminos certum est tunc Marchionatum. Et si hodie in multa alia Dominia subdivisus sit, sola tamen Antverpia, seipsa tanta est, ut magnos etiam Principatûs potentia adæquet, & miranda superet majestate. Sunt qui mercaturæ unius Antuerpiæ summam in annos singulos, absque pecuniis quæ per cambium mutantur, supra centum triginta tres auri milliones excedere affirment. Ut ex hoc facilè condiscas, quanta potentia unius urbis civium sit, quanta Antuerpiæ opulentia. Ut nihil de reliquis Urbis prærogativis memoremus, nec frustra Carolus Scribanus hoc elogio ipsam honorârit. Belgium orbis Annulus, annulique hujus gemma Antuerpia. Belgium orbis Oculus, oculique hujus popula Antuerpia. Belgium orbis Nemus, nemorisque hujus Laurus, Antuerpia. Belgium Orbis Paradisus, Paradisique hujus deliciæ, Antuerpia. Belgium Orbis cælum, cælique hujus Sol, Antuerpia.

Dominium Frisiæ.

AMpliores & ipsa olim quam hodie terminos habuit, imo Regnum integrum fuit. Modo in duas partes seu provincias dividitur, quarum tamen altera Dominium Groeningense appellatur. Pars prior tôto ambitu, non supra quinque & viginti milliaria, in his tamen viginti octo præfecturas, octo civitates munitas, tres absque muris sed cultissimas, pagos unum & triginta supra trecentos, Monasteria quadraginta sex, & hæc inter novem insignes Abbatias, complectitur. Pars Frisiæ altera.

Dominium Groeningense.

SIve Umblandia appellatur, cujus Metropolis Gröninga est, cui proxima honore Dammona succedit. Nec alias Urbes præter has habet, pagos tamen centum & sexaginta, arces quamplurimas, & antequam Calvini invalescerent dogmata, viginti quinque florentissima Cænobia, quæ inter Adoardense atque Essense summa fuêre in æstimatione.

Dominium Mechliniæ.

A metropoli cognominatur, & quamvis non adeo sit amplum, amplissimis tamen commoditatibus fruitur, & pollet divitijs, à textura inprimis, cum penè incredibile sit, quod Gregorius Brunus scribit: in sola Mechliniæ provincia textorum Officinas ter centies mille numerari.

Dominium Ultrajectense.

EST & hoc ex septendecim Germaniæ Inferioris provincijs, habetque tam à Meridie, quam Septentrione & Oriente Hollandiam, ab Occidente Velaviam. Metropolim habet Ultrajectum, Urbes præterea Batavodurum, sive Durstadium, Rhenen, Amersford, Montfort, oppida plura, pagos supra septuaginta.

Dominium Transiselaniæ.

CLauditur à Meridie Geldria, à Septentrione Frisia, ab Oriente Westphalia, ab Occidente brachio Oceani, & Isola flumine. Dividitur in Salandiam sive Ilalandiam, Drentam, & Tuveotam. Octo tantum Urbes habet, ex his celebriores, Daventriam, Suollam, Campen & Stenwick; pagos præterea circiter centum. Fluviorum præcipuus Vidrus est. Provincia fertilis, populus perhumanus. Atque hæc usque de Germaniæ superæ inferæque provincijs, quam compendiosissimè egimus, donec suo tempore singulas patriæ regiones & loca prolixiore Elogio honoremur.

De alijs Comitatibus & Dynastijs Germaniæ.

POssemus nunc in immensum quasi excurrere, imò singulorum Germaniæ procerum distinctius potentiam adumbrare, hæreditarias avito & oovissimò jure possessiones non solum describere, sed & si tempus & sumptus permitterent, tabulas Geographicas acuratissimæ dimensionis, nunquam antea visas, quamplurimas proponere, in quibus quivis ad amussim sua recognosceret, & circini oon minus certo, quam pedum passu, agros & campos metiretur. Sed quia plurimi sunt, qui sua in alienis esse oculis nolunt, ipsorumque magis interest, ignorari, satis oobis est Friderici III. Imp. Aug. descriptionem Imperij Generalem hoc ipso opere exhibuisse; atque adjunxisse, pensionis menstruæ pro defensione Imperij in certa cùm equestris tum pedestris militiæ capita exigi solitæ numeros; è quibus facilè de potentia cujusque ac reditibus omineris, etsi alij & alij translatione varia possessionum, supra quam æquum sit oneratos se coquerantur, non ideo vertendâ in dubium Matriculæ, ut vocant, computatione, cum quæ alijs decesserunt alijs accesserint, adeoque rationes has constet, ipsas possessiones respicere, etsi ad alias atque alias cum tempore manus hæ devolutæ sint, & qui merito audiri debuerant, necdum sint exauditi & sublevati. Fatemur nihilominus vix dimidiam Dominiorum & possessionum partem, memorato Friderici III. Imp. catalogo contineri, cum ex ijs qui memorantur Comitibus & Baronibus, nulli omnino essent, quorum familia non duo, tria quatuorve nonnulli ad viginti & triginta Dominia & Dynastias possiderent. Constatque plurimos ex equestri solummodo, nedum majorum procerum, ordine, avito multorum sæculorum jure plurimas, nec impares Baronum & Comi-

tum Dynastias proprias, ac prorsus eximias, soli obnoxias Imperio tenuisse, ac vero etiamnum retinere; ut qui unius Viri Nobilis in Germania opes & possessiones penitius dispiciat, totus necesse est stupeat super tanta Nobilitatis Germaniæ fortuna, simulque super modestia Germanorum; cum per alia Regna videas, qui vix dimidium exæquent, imo nec decimam possessionum partem habeant, Illustribus tamen titulis censeri ambiant & censeantur, magnorum Baronum Comitum, & Marchionum. Atque utinam modestiam hanc de cætero non turbent, peregrioi in patriam illati mores, pessundenique inania nomina, tantas divitias, dissipent possessiones, quæ absque nominibus & titulis, Baronibus pares & Comitibus majores nostros comprobarunt.

De Vrbibus Germaniæ.

HÆ numero, situ, splendore, opibus tantæ ac tales sunt, ut quæ cultissima Orbis partium Europa est, nihil, quam patet amplissimè, uspiam habeat per tot provincias & Regna, quod una atque unica Germania, non exæquet saltem, nisi superet splendore & dignitate. Soli Romæ tanquam Christiani Orbis defert capiti, etsi præter Majestatem Summi Pontificis, Romam quoque inter prima primum numeret, dum suum tot sæculis secum habet Romanum Imperatorem. Cæterùm æmula, quantum per Superos licet, Romæ Colonia, urbs verè Religiosa, Religionis intaminatæ tot sæculis miraculum, Cleri amplissimum frequentissimumq; Collegium prædicatur; Urbs verè Regia, in qua Regum Regis primi è Principibus Adoratores, insimul sedem fixêre, in qua incomparabile Sponsi Virginum, verè Regium undecim millium Virginum Gynecæum, in sua consedit purpura, in qua Veteris quoque ævi & Testamenti Heroes Machabæi, tabernacula collocarunt. Proximè Moguntia Treverisque Roma multis sæculis priores, proximè Religione, à Divi Petri discipulis, ut & Colonia institutæ atque informatæ. Et quid post Romam Venetiæ, Genua? quibus Ambsterodamum & Antverpia tantopere præcellunt, ut qui Emporij cujusque & tationes expendat & emolumenta, Venetorum Ligurumque commercia omnia, præ illis Germaniæ, infrequentia planè, ac penè nulla, deprehendat. Certè Germania inferior quæ Oceano adjacet adeo culta ingenijs non minus quam ædificijs est, ut qui totam lustrarit Europam, nihil vidisse se æstimet porro, postquam datum est Belgium intueri, ubi non tam miratur incomparabilia prorsus urbium & ædificiorum miracula, sed stupet totus, ab argumentis & monimentis, inexlauftorum tantis molitionibus & inventionibus ingeniorum. Et quanta superæ Germaniæ ornamenta Argentoratum, Augusta, Norimberga? quantæ urbium aliarum opes, quanta potentia? Quanta Bernæ, quanta Tiguri, quanta Ulmæ magnificentia? ut qui unius ejusmodi opes penitius expendat, non possit non Germaniæ fortunam, præ omni Europæ, imo orbis terrarum universi suspicere, & vel maximè, si juxta attendat, cùm Principum tum Urbium ac Procerum Imperialium liberrimam libertatem, quæ merito bonis omnibus anteponitur, & comprobat Germanos à Numine peculiariùs formatos ad imperandum. Ita nimirum Italiæ tot sæculis Augustos & Reges dedit, ita Galliæ Merovingos, Carolingos, Capetinos imposuit; Ita Britanniæ Saxones immisit; ita Hispanijs atque Africæ Wandalos; ita Asiæ atque Orientis Imperio Flandros, ita denique novo orbi, Indijs Orientali atque Occidentali, simolque præcipuis Europæ Provincijs, AUSTRIACOS Principes nostros præstituit ut nemo nisi Historiarum ignorantissimus, nescire possit, Germanos non tam hæc sibi inani gloria & jactatione famæ, ambitiosius arrogare, quam jure optimo vendicare, etsi minus se ipsi circumspiciant, quam illi quorum territorium totum corio bovis unius possit circumscribi. Certè Bernæ sola magnis haud inferior Principibus Dominatu, modestiam nihilominus opibus potiorem habet, idque vel maximè curat, ne, qui rebus præsunt, Bernæ præesse se putent, verum facto ipso demonstrent, Reipublicæ fideliter inservire. Nec major apparatus seu splendor est, qui maximis præsunt urbibus, quam eorum qui minimis præsunt oppidis, cum id unum quisque attendat Magistratuum, à modestia potius ac probitate, quam pompa minus necessaria & comitatu commendari.

GERMA-

GERMANIA CHRONOLOGICE DESIGNATA,

CUIUS

Potiores eventus, resque cùm prophanæ tùm Sacræ, præ cæteris memorabiles,

Ad compendium referuntur.

Authore R. P. F. GABRIELE BVCELINO, IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS ASCETA THEOLOGO.

NI ferè Germaniæ contigit, quod vix provinciarum sive Regnorum alteri cuivis, ut cum vix uspiam ab armis quiescerent, ejus incolæ & domi desiderent, atque si in exteros movendi causa deesset sive facultas, seipsos signis infestis peterent, sedibus alteri alteros ejicerent, varijs ob hoc ipsum censi nominibus, Alemanni alij, Helvetij, Suevi, Marsi, Gambrivij, Sicambri alij alijque vix ulla communi tot populorum appellatione dicerentur, Generalius cæteris, Teutonum & Francorum nomen fuit; GERMANORUM recentius, &, si Straboni credimus, inde ortum, quod, cum Romanis primum, post subactos bello Gallos, visi essent, vultu, moribus, mole corporum ac robore Gallis quam simillimi, GERMANI Gallorum fratres dicerentur. Nec ignorare omnino potuit Strabo, qui temporibus Augusti & Tiberij claruit, habuitque Nomenclaturæ hujus testes, sive ipsos qui imposuêre nomen, sive etiam qui comprobarunt, & acceptarunt. Etsi profundior multo, altiusque radicata nominis origo & causa videatur, quam ut Straboni patuerit; & ex eo liqueat, quod cum Francus Antharij filius Teutonum Rex potentissimus, magnam jam partem Galliæ, antequam libros suos Strabo scripsisset, subegerit, quosque subjecerat, Galli non minus, quam quibus antea imperaverat Teutones, communi jam nomine Franci à Rege cognominarentur, imo cæsis seu pulsis Gallis immissi Teutones Franci, Gallorum ab ipsa provinciæ parte nomen accepissent, non solo nomine, sed ipso naturæ & sanguinis jure, deprehendas reapse Teutones fuisse fratres GERMANOS Gallorum, Francorum scilicet Germanorum, Galliæ partem occupantium, donec suo, ut videbimus tempore Gallia tota potirentur, Regno hoc amplissimo usque hodie FRANCORUM nomen ceu proprium usurpante, nec agnoscente, eo ipso confirmari jus antiquissimum in Gallias GERMANORUM. Mitto, quas alij GERMANI nominis afferunt deductiones, è quibus potissimi, Philippus Cluverius à Celtico *Gerre* & *Mann*, quorum illud bellum, hoc virum sonat; Jacobus Micyllus, & Jodocus Willichius, à Germanico *Gar* sive *Ger*, quod Latinis *omnino* dicitur, adeoque GERMANUM, *omnino Virum*, hoc est, Virum verè Mavortium, haud multum aberrantibus à scopo opinionibus, contendunt derivari. Nec propositum nobis hoc opere, sive super hâc, sive variâ Germaniæ populorum nomenclaturâ sententias diversas referre seu discutere, sed neque ea, quæ mala subinde fide, de Germanis Romani scripserunt hîc retexere, dubia indubitatis confundere; sed inde primum inchoare, ubi desiêre Romani, cœperuntque cùm nostri, tùm affines nostris scriptores commentari; quamvis neque illud alibi prætereamus, hoc vero libro, compertiora solùm, & quæ post susceptam à Clodoveo Rege Christi fidem contigerant, memoremus. Omnibus proin alijs intermissis, ab hoc ipso Rege nostro initium faciamus, Regum felicissimo atque optimo, qui prælio memorabili cum Alemannis Gentilibus suis ad Tolbiacum congressurus, voto de suscipienda Christi Religione edito, victoriam prodigiosissimam retulit, & Germaniam denique universam subjecit, qui parti tantum antea avito jure & hæreditario dominabatur. *Germania enim tunc*, inquit doctissimus Bertius, *in duas factiones divisa, ab ostijs Rheni Francos, à fontibus Alemannos submiserat, qui de Galliæ possessione inter se dimicarent. Sed victoria penes Francos stetit, &c.* Ita, ut quæ diversis antea seu Regibus seu Ducibus paruerat, uni de cætero obtemperaret. Sed Chronologiæ initium faciamus.

ANNUS CHRISTI CD.XC.IX.

Clodoveus Magnus à rebus magnificè gestis cognominatus, Childerici filius, Merovei nepos, ex posteris Dagoberti eo nomine I. cæterû in ordine Regû Germaniæ trigesimi tertij, per Genebaldum filium Franconiæ Ducem primum satis posteris, recta & nun-

nunquam interrupta generationis serie editus, postquam hoc anno de Gentilibus suis Alemannis triumphum mirabilem & memorabilem retulisset, ipso Natali Servatoris solemnissimo festo, ut erat Voti reus, à S. Remigio Rhemorum lectissimo Pontifice, sacro baptismi lavacro abluitur atque expiatur, *Ex Epist. S. Aviti, & div. Gall. ac Germ. script.*

A. C. Quingentesimus.

Mira rerum in superiore Germania & Alemannia mutatio, nova Reipubl. forma, consulit nihilominus etsi malè de se meritis Gentilibus Clodoveus, & penes Agilolfingos, tam Sunnonis & Richimeri, quam Alberici sive Alberonis posteros, Principatum summosque à se honores permanere jubet, dummodo regia pervadere jura & nomen non attentarent. Quod ipsum, postero tempore Dagobertus Rex novis tabulis repetijt, & confirmavit. *Ex vetust. MSS. Germ. Hist. monim. Leg. Dagob.*

A. C. D I.

Clodoveus impellente conjuge, magno conscripto cum ex Francis Germanis atque Alemannis, tum Gallis exercitu in Gundebaldum Burgundiæ Regem movet, victumque acie apud Divionem, Godegisilo fratri mediam Regni partem cogit cedere. *Aimoinus, Gall. script. diversi.*

A. C. DII.

Totus est in propagando Christi cultu Clodoveus multumque opera Sanctorum virorum utitur, præcipuè autem S. Euspicij Virdunensis Archipresbyteri ejusque nepotis Beati Maximini. In hoc ipso solertissima Sancta Crotildis Regina, haud minimum subinde vitæ discrimen adit, tota in evertendis impijs dogmatibus, exscindendis lucis, comminuendis inanium Deorum symulachris. *Ex Vita ejusdem, & Gall. script. cit.*

A. C. DIII.

Quanto ferventiores in solida Religione propaganda se exhibent Germaniæ & Galliæ Reges, tanto vehementiores in eadem proterenda sunt, Trasimundus Wandalorum Germaniæ populorum in Africa Rex, ejusdemque apud Teutones patruelis Alaricus Rex Herculorum Megapolensium Princeps, quorum alter etsi mirificè Germanorum robur virile, & decus militare, in debellanda tertia orbis parte Africa, toti mundo conspicuum redderet, alter etiam Clodovei fortunæ minaretur, uterque nihilominus dum ipsi cœlo indiceret bellum, sibi quisque iram Numinis & vindictam accelerabat. *Ex Herula Hist. synopsi, & divers. Germ. script.*

A. C. DIV.

Commendat Gentilibus suis, & subjectæ nuper Alemanniæ Christiana sacra Dagobertus; satagit promovendi Fidei negotij plurimum S. Remigius; mittuntur aliquot egregij Christi Sacerdotes in Germaniam, qui tamen fructu aut nullo modico laborant, ipsis maximè Pincipibus obnitentibus veritati, quos, etsi cognati Principis Dagoberti fortuna vexabat, nec poterant æquis ferre oculis ejus successus, quorum sibi jus Dominationis ex æquo competere arbitrabantur. *Ex Hist. nostra Agilolphingica, diversis MSS. & nonnullis Germ. script.*

A. C. DV.

West-Gothi, Catti, ac Turingi, suspectos progressus Regis Dagoberti habentes, Theodoricum Ostrogotthorum in Italia Regem per Legatos conveniunt, fœdereque cum ipso jungi exambiunt. Verum Theodoricus fœdus recusans amicitiam tamen offert, & huic firmandæ cum Regibus populi utriusque affinitatem contrahit, illi filiâ, huic nepte ex sorore juncta. Quo quidem Hymenali nuncio Dagoberti haud minimum fortunæ remora injici visa est, cum Theodorici metuendum nomen esset, nec è re sua crederent Franci, adeo potentem irritare. *Ex Chron. Slavorum, & Thuringiæ.*

A. C. D. VI.

Agathense Concilium in Gallia Narbonensi adnitente inprimis Clodoveo Rege celebratur, quod plurimum ad fidei propagationem facere videretur Cleri reformatio, cum nemo neque hostiũ quidem, eorum afficiatur modestia & exemplis vitæ, qui quasi Duces ad æternitatem nobis essent, ijdem quasi exemplaria sanctitatis. Clodoveus Theodoricum quoque demerendum ratus, cum eodem fœdus antiquum renovat, quo securius deinceps signa militaria proferret. *Ex cit. Chron. & Cyr. Spangenbergero.*

A. C. D. VII.

Clodoveus bellum parans, Ecclesiasticam disciplinam & immunitatem cordi habet, ratus nulla re magis Numinis se gratiam, & fortunam promereri. Convocari proin Concilium aliud Aurelianum jubet, cavetque ne ullum damnum Ecclesiasticis personis seu rebus inferatur. Ecclesiam præterea SS. Apostolorum Petri & Pauli Parisijs condit, & priusquam moveret in Alaricum, benedictionem à S. Remigio petit, solo Religionis permotus zelo contra Alaricum, quod is Arianus esset; quem & felicissime, cum universo exercitu profligat. *Ex S. Greg. Turon. Hincmaro in vita S. Remigij, &c.* Concilio Aurelianensi, quod fuit triginta trium Episcoporũ, quo & totidem Canones sunt editi, interfuit alios inter Adelphius Episcopus Rauracorum, sive Basileensis, cui, haud dubites, negotium salutis in Alemannia plurimum à Clodoveo Rege nostro commendatum. *Ex act. Concil. Sev. Binio, &c.*

A C. D. VIII.

Fortiter iterum agit Clodoveus perque filium Theodoricum, Cadurcenses, Arvernos, aliosque Galliæ populos, cæsis passim Gotthis, feliciter subigit. Nec audiendi, etsi optimè aliàs meriti scriptores, Cassiodorus & Iordanus, qui Theodorici & Gotthorum studiosores, res Francorum ab his vehementissimè attritas referunt, cum ex Procopio longè aliter constet, nec tamdiu nostri in obsidione Arelatensi persistere potuissent. Ipso anno Anastasius Orientis Imp. amplissimis muneribus colens victorem Clodovæum, Vrbis etiam Consulatum contulit. Quem ab Hæretico Imp. non admisisse Catholicum Regem contendidit Baronius. Longè tamen aliter *Aimoinus & rer. Gall. script. Videantur etiam Hincmarus & Greg. Turon. &c.*

A. C. D. IX.

Memorabili felicium successu Clodoveus Tolosanos opprimit, dumque Engolismam properat, in ejus adventu urbis mœnia, cælesti impulsu sponte ruunt, qui universos quos illic repererat Gotthos, gladio perimit, & quaqua versum progressus, hostes internecione delet, provinciam subjugat. *Aimoinus & alij Gall. script.*

Conci-

Concilio Epaunensi, cui plures interfuere Episcopi sanctitate illustres, & Anniversaria memoria in Ecclesia celebres, subscribit è Germanis solus Bovicus sive Boulcus Vindonissæ Episcopus, qui non multo post Episcopatus Constantiam ad Rhenum & mare Potamicum translatus est. *Sever. Binius t. 2. Concil, Constant. nostr. Bened. &c.*

A. C. D. X.

Quam benè meretur de fide Orthodoxa in Europa Clodoveus Rex, tanto acrius affligit eam propugnantes in Africa Trasimundus, Germanus uterque origine Princeps. Neque melius rei Catholicæ consulunt in Hispanijs nostri, cum eodem simul tempore Germani non Europa solùm penè universa potirentur, sed & Africæ & toti ferè Orienti essent formidandi, etsi vel falsis etiamnum Numinibus addicti essent, vel Arianæ Hæreseos labe contaminati. *Ex script. suprà cit.*

A. C. D. X I.

Rochanacarium Ducem sub hoc tempus bello perit Clodovaus, & plures Tyrannidis suspectos tollit è medio, multa autem spolia Ecclesijs impertitur. *Ex Annal. & script. diversis Gallicarum, Aimoino, &c.*

A. C. D X I I.

Pergit propagare Regnum idem rex gloriosissimus, postque plures alios Regulos sibi invisos imperij sui ditionem, magna Francici Germanici nominis gloria, ad extremas fere Gallias, & fines Hispaniæ protrahit. Sed & Theodoricus, rerum nostrarū in Hispania satagit, missoque illuc exercitu, Gesalasicum tanquam usurpatorem Regni Wisigotthorum profligat, & ipse retinet, dum Almaricus hæres, puerulus etiamnum adolesceret. *Ex Symbolis nostr. Hist. Eccl. & Gall. script.*

A. C. D X I I I.

Mortem maximi Regum Clodovęi multa prævertunt omina, terræ motibus inprimis metuendis, quibus plurima ædificia & Ecclesię conciderunt, Galliam concutientibus, & Regali Palatio, fulmine accenso atque exusto. Nec nescire visus Rex, seu contemnere, discessum suum ex hoc sęculo pijs operibus antevertit, aliaque inter coronam auream pretiosissimam, S. Petro Romam dono misit. *Ex Auth. cit.*

A. C. D X I V.

Moritur Magnus Germanię & Gallię Rex Clodoveus, immortale Teutonici Nominis & sanguinis decus, ætatis suę anno quinto & quadragesimo, Regni trigesimo relictis filijs quatuor: Childeberto natu maximo, cui Parisij; Clothario, cui Suessiones. Clodomiro, cui Aurelianum; & Theodorico notho, cui Mediomatrices obvenêre. *Greg. Turon. Agathias Sigebertus, &c.*

A. C. D X V.

Celebre jam nomen ab Admirabili sanctitate, Romę hoc tempore ad sepulchra Apostolorum Petri & Pauli degentis magni Monachorum Patriarchę BENEDICTI, ibidem in Vaticano atque Laterano magnis prodigijs commendati à Numine. Innotuit idem ab admirando primùm eventu S. Remigio Remensium Archipræsuli, ita ut litteris etiam deinceps mutuo consalutarent; cumque Remigius in reformanda vita Monastica plurimum laboraret, Benedictum autem ad id muneris vocatum specialiter intelligeret, maximo cùm Galliæ tùm Germanię bono evenit, ut discipuli utriusque in unum quasi coalescerent, imò Remigius, (ut non pauci præstantes eruditione viri constanter asseverârunt) in Pontificali etiam positus culmine, Benedicti se institutis conformaret. *Ex MSS. Mauri Marchesij, Cajet. monim. Remens. Monast. &c. Venant. Fort. &c.*

A. C. D X V I.

Alemanniæ Principes, morte Clodovei, erigi visi, & aura frui liberiore, etsi regio abstinerent titulo, regiæ tamen originis memores, regio more omnia ordinabant, metuendi Regibus ut essent, neque tamen arma concitarent. Quo factum quietissima ut provincia esset, Ducibus cognatis partientibus ex æquo provincias, & mutuo foventibus, ne qua occasione dissociati à Regibus facilius perderentur. Inde spectatissimæ passim arces Pussij, Duellij, Potami, Altorffij, Hilermontij in superiore Alemannia conditæ, cum antea majore ex parte in Alsatia habitassent. *Ex Hist. nost. Agilolfing. Rammingero, Chronol. Vet. VVeingart. &c.*

A. C. D X V I I.

Turbant quietem Regnorum Dani, & cædibus incendijsque omnia miscent, ad Rheni quam maximè oras atque Mosę miserè grassati, contra quos collecto exercitu progressus Rex Theodoticus gravissimâ hostes clade affecit, quos penè internecione delevit, magnosque Thesauros retulit, & captivos ac in servitutem rapiendos vinculis eximens, egregiè meruit. *Ex Aimonio & diversis rer. Gall. script.*

A. C. D X V I I I.

Hermanfridus Thuringiæ Rex, Basini Regis filius, Collegarum Regni etsi fratrum intolerans, concitante juxta Amelberga conjuge, necem Berthario inprimis machinatur, quo facilius etiam Baldericum opprimeret, sustulitque repente illum, neque commonitum, neque mali quidquam veritum, mox in Baldericū ducto exercitu, qui fratris immerita morte attonitus, etsi invitus ad arma prosilit, magnoque animo fratricidam aggressus, in fugam avertit. *Ex Chron. Thuring. & Saxon. script. &c.*

A. C. D X I X.

Quieta in superiore Alemannia omnia. In Thuringia crudelis Rex Hermanfridus, cum ambitioni suæ obniti fratrem porro non ferret Theodoricum Regem pro fœdere convenit, & incertum quas caussas impio prętendens bello, in fratrem concitat, impetratque copias auxiliares magna pollicitus, & fraterni Regni dimidietatem, si victoria potiretur. Ita oppressus cæsusque etiam Baldericus est; effectusque Monarcha trium Regnorum parricida Hermanfridus, mox fœderum ruptor, contemptor Sociorum atque amicorum. *Ex Auth. cit.*

A. C. D X X.

S. Fridolinus S. Remigij primùm, ac dein S. Romani sive Romenij Metuniacensis Abbatis ad Remigium à S. Benedicto missi discipulus, postquam reformatæ Monachicæ disciplinæ in Italia fructibus participasset, digressus in Germaniam, plurimis locis exempla sanctitatis intulit, & in Alsatia primum ac circum Argentinam, per omnem dein Rheni oram, atque superioris & inferioris Rhætię provincias; apud Helvetios insuper, & maximè circa Claronam, cùm inanium Deorum cultum, tùm Arianam impietatem, passim sustulit & profligavit, Constantiæ autem

& Seckingæ virorum Religiosorum & Virginum domicilia condidit; plurimo deinceps fructu, ab exemplis etiam discipulorum consequente, cum multi deinceps ex Scotia & Gallia atque Italia ad ipsum confluerent, & laboranti fervidè cooperarentur. *Ex monim. Constant. Coccio, Marchesio, Cajetano, Mangoldo, Hämerero, &c.*

A. C. DXXI.

Hermanfridus Thuringiæ Rex, promissorum immemor, dum à Theodorico Rege monetur, nec precibus acquiescit, neque minis evincitur; ausus insuper pro sui tumore animi, auxiliaris & socij Regis inhiare regno, grande denuo bellum parat, & Theodorico imminet. Vastantur denuo pulcherrimæ circa Rhenum provinciæ, sed & Mogano adsita loca & pagi opulentissimi, Theodorico pro virili obnitente, haud majore tamen fructu, quam ut potentissimum simulque ferocissimum tyrannum à cervice averteret, & sua tueretur. *Ex Chronicis Thuringorum diversis & Gall. script.*

A. C. DXXII.

Immortali iterum Germanici nominis gloria, Cerditius Saxo, majorum veteri instituto usuq; propagandi nominis Teutonici studio, fortunam consectatus & famam, in Britanniam appulit, & memorabili felicitate, septimum ibidem Regnum Occidentalium Saxonum fundavit. *Ex Hist. & Chron. Saxonib atque Angl. diversis script.*

Theodoricus injurias ulturus cum filio Theodoberto in Thuringos movet, sed parum efficit, Hermanfridi Regis potentia sæpius repulsus, & in fugam actus. *Ex Chron. Thuring.*

A. C. DXXIII.

Idem Rex implorata Clotharij fratris ope, auctus copijs, denuo Thuringiam invadit, cui ingenti cum exercitu occurrit Hermanfridus. Committitur prælium atrox prope Runebergam, duratque fortunâ variâ, eventu incerto biduum integrum, donec tertio demum illucescente die miseratio Numinis Theodoricum respiceret; totque scelerũ reum Hermanfridum, justa vindicta appeteret, ægre ad urbem & munitionem Schiedingam sese recipientem, quam dum frustra obsidet victor, septem insuper millia Saxonum subsidio impetrat, cogitque demum pacem petere; occurrentem autem è muro quodam præcipitem agit, & filios enecat. *Ex Chron. Thuring. Herm. Contracto.*

A. C DXXIV.

Subjugat parricidæ Regis Regnum universum Theodoricus, & majore fide quam ille fecerat, promissam Saxonibus partem assignat, quod sibi auxilio fuissent; quam usque hodie Anhaltini Principes obtinent. Clotharius autem Radegundem regiam puellam, neptem ex fratre Hermanfridi domum ducit, filiam Bertharij, quem perfidus atque impius frater indignè necaverat; nobile sane spolium, quamque deinceps regio sibi thoro junxit, decus æternum ob eximiam vitæ sanctitatem, & alia merita, Regni Galliarum. *Ex vitâ S. Radeg. Iac. Mayero, Chron. Turing. Annal. Franc. &c.*

A. C. DXXV.

Magni successus rei Christianæ in superiore Alemannia per S. Fridolinum & socios atque discipulos, quorum indefesso studio, prædicandi labore, & vitæ cum primis sanctioris exemplo multi à bestiali vita, & ab impio cacodæmonum cultu, ad veri DEI cognitionem conversi sunt. Claronenses inprimis & finitimi, quibus tunc Ursus & Landolphus Principes imperabant, qui beneficij ut æternum memores etiam in posteris essent. S. Fridolinum pro insigni gentilitio deinceps depictum gessere, eundemque præcipuũ à morte tutelarem adoptarunt. *Ex Vita, Chron. Claron. Marero, Coccio, Stumpfio, &c.*

A. C. DXXVI.

Clodomirus Clodovei Magni filius S. Sigismundum Burgundiæ Regem bello appetit qui ab illo vincitur, capitur, & cum uxore ac liberis, necquidquam pro ipso deprecante S. Avito Nutiacensi Abbate, & idem ipsi eventurum intermittante, interficitur. Verùm dum Victor eum Godomaro Sigismundi fratre confligit, ipse etiam, uti Sanctus Abbas prædixerat, cæsus interijt, redactâ nihilominus dein in potestatem nostrorum Burgundia, & Francorum Imperiũ adaugente. *Ex diversis Gall. script. Aimoino, &c.*

A. C. DXXVII.

Hildericus noster, Rex Wandalorum in Africa, à matre olim, fide Christiana imbutus insigniter de re Catholica meretur, Ecclesias restituit, exules revocat, præclara sancit, cælum ipsum ac cælites demeretur. Neque Segnius Teutonicum nomen in Britannijs commendat Occa Cantiorum Rex tertius, nepos Heugisti Saxonum Ducis, qui sub hæc tempora Londinum occupat, Pictosque & Scotos debellat. *Ex diversis rer. Gall. Hisp. & Britannicarum scriptoribus.*

A. C. DXXVIII.

Godomarus à Clothario & Childeberto vincitur, Regnoque ejicitur, universa mox Burgundia subacta, cui quidem prælio adesse Theodoricus eorum frater detrectavit, eo quod neptem Godomari haberet conjugem, sororem S. Sigismundi. *Aimoinus, &c.*

A. C. DXXIX.

Hildericum Wandalorum in Africa Regem, etsi sanguinis jure proximum, Gilimer Thrasimundi Regis frater dolo circumvenit, & Catholicum Principem ipse Arianus, ceu ignavum accusans, apud Wandalos efficit, ut eo capto, nec multo post interfecto, accusatori sceptrum & coronam deferrent. Qui illico in Orthodoxos crudelissimè sævijt. *Ex rer. Hisp. script. &c.*

A. C. DXXX.

Theodoricus Rex, ut se adversum potentiam Romanorum præmuniret ac tueretur, Gothus fœdere jungitur. Quibus etiam deinceps fida contra Belisarium & Narsetem auxilia subministravit.

A. C. DXXXI.

Etsi sint, qui S. Fridolinum maturius vita excessisse contendant, ex ratione tamen temporum & gestorum liquet, magistris Remigio & Romano Rhemensium Pontificibus multo juniorem, etsi ad eorum ætatem non pervenerit, haud multo tamen ante Remigium decessisse. Et vero simile est sub hunc ferè annum Rhetis grandi illo miraculo innotuisse, cum Ranckvillæ, mortuum à se resuscitatum testem donationis à se factæ futurum, in pleno Comitum provincialium Conventu introduceret. Ex quo facilè appareat, quantum etiam apud Rhætos tum ad fidem adducendos, tum in ea confirmandos tantus Aposto-

lus

lus potuerit. *Ex Vita, & Marchesio, nec non Menologio nostro Bened.*

A. C. DXXXII.

Crotildis Regum nostrorum soror Amalrico Regi Gotthorum in Hispania Ariano nupta, dum à marito pessimè tractatur ob fidem orthodoxam, fratri Childeberto sudarium proprio infectum sanguine mittit. Qui mox irritatus collecto exercitu Hispaniam invadit, Amalricum opprimit. Qui in fugam conjectus, à nostrorum aliquo hasta confoditur. Refert ingentes thesauros Childebertus, & ea etiam deinceps Galliarum parte potitur, cui, Hispaniarum Regnis confini Amalricus incubuerat. *Greg. Turon. Procop. Isidorus, &c. Aimoinus, &c.*

A. C. DXXXIII.

Nostri sceleribus & Hæresi, graviora pridem meriti in Africa, ulciscente Catholicorum injurias Numine, hoc denique anno Africæ totius Imperio exuuntur, non sine manifesto miraculo intra tres menses, Carthagine & tot Regnis recuperatis. *Ex Procopio, &c. Baronio, &c.*

A. C. DXXXIV.

RexGilimer gravi clade attritus à Belisario, cum suis in Numidiæ montem accessu difficilem profugit, sed victus denique inedia & frigore hyemis se dedit, & in triumphum Constantinopolim abductus Justiniano præsentatur, id unum siccis congeminans oculis cum in throno conspiceret Cæsarem, suamque reputaret dejectionem: *Vanitas Vanitatum & omnia Vanitas.* Theodoram Hilderici viduam & filios, tanquam ex Valentiniani sanguine sibi cognatos benignè habuit Cæsar, & amplissimè coluit. Gilimerem autem, quod Arianismum relinquere noluit, inter Patricios referre noluit; terris tamen quibusdam in Galatia donavit. Ita Germanorum in Africa Dominatio desijt, ab ipso Justiniano Numinis in hoc ipso manu agnita, quam ut suis quidquam armis tribueret seu arrogaret. *Ex cit.*

A. C. DXXXV.

Provocatus indignâ Amalasunthæ Reginæ nece, quam Theodatus ab eâdem in Regnum accitus ipsi intulerat Justinianus Imp. Gotthis in Italia bellum movet, nostrosque Reges in societatem ejusdem invitat, & tanquam Catholicos in Arianos concitat magna pecuniarum vi in eosdem distributa, majoraque pollicitus ubi bellando, rem gessérint. Sed quod supra monuimus, Theodoricus non tam intuitu Religionis quam necessitudinis fovere Gotthos non desijt, sed consilio atque armis ipsis strenue adfuit. *Ex Procopio.*

A. C. DXXXVI.

Celebratur hoc anno Concilium Aurelianense triginta Episcoporum, in quo præter alios sanctitate & eruditione insignes Pontifices, subscripsit etiam Laudo Vindonissæ Pontifex, de quo nos in Constantia nostra Sacra & Prophana pluribus agimus. Hunc vero Laudonem alij ante Bouicum seu Boulcû constituunt, ut & Concilium idem tempore antevertunt. Nos in hoc statuendo calculum Baronij sequuti sumus.

A. C. DXXXVII.

Theodobertus Rex suspectos Belisarij & Romanorum progressus habens, dum eos quoquo modo retardare nititur, & magno cum exercitu Italiæ imminet, à Belisario profligatur, & in fugam agitur. *Ex Chron. Herm. Contracti, Annal. Franc. &c.* Quo ipso anno Theodoricus Rex moritur.

A. C. DXXXVIII.

Theodobertus Theodorico patri succedens, juvenili licentia & temeritate præceps, cum Regno Austrasiæ pulcherrimo ad Mosam Mosellam & Rhenû, Franconia, item Suevia, Thuringia, ac Bavaria potiretur, tanto provinciarum ambitu haud contentus, movere patruo Clothario litem & bellum non est veritus, & multum certè humani fudisset sanguinis; nisi bonum Numen, præferocis ingenij impetum compescuisset, cum inclementiâ aëris inauditâ fruges pessumdare & robur simul cum spiritu militum includeretur. *Ex Chron. Turing.*

A. C. DXXXIX.

Adsunt Vitigi Regi Gotthorum Mediolanum expugnanti nostrorum etiam Regum auxiliares copiæ è Burgundis potissimum conflatæ ac conscriptæ. Quæ cum rem strenuè egissent, & capto Madiolano virorum ad trecenta millia trucidata essent, mulieres in gratiam ausiliarium Servatæ sunt, & illis servire jussæ seu vitam ac servitutem redimere. *Procopius, &c.*

A. C. DXL.

Iterum Vitigi auxiliares copias mittit Theodebertus, decem scilicet Germanorum millia, sed cum illeRavennæ interclusus,in potestatem & manus Belisarij concederet,Theodobertus etiam,quequid contra se victor statueret, fœdera Romanorum esambijt & amiciriam, minimè duraturam, quod suspectos semper haberet progressus Romanorum. *Chron. Turing. &c.*

Iterum Aureliani Concilium celebratur Clothario inprimis promovente. Sed cum hic ab omnibus Ecclesijs Regni sui tertiam fructuum partem fisco inferri vellet, reprehensus ab Injurioso Turonensi Episcopo, valdè se demisit, pœnituit, & errorem detestatus est. *Ex Greg. Turon Baronio, &c.*

A. C. DXLI.

Inquietior Theodobertus, contra quam pactus erat, in Romanorum eversionem pro viribus incumbit, & octuaginta millium exercitum, sive ut alij volunt, centum millium, in Italiam ducit. Sed plectente perfidiam Numine, cum gravi lue vexarentur copiæ, ita ut vix tertia pars superstes esset, reverti coactus est, cum nihil memoratu dignum præstitisset. *Chron. Thuring. & Saxon. & nonnulli Gall. script. &c.* Ipso anno Arvernense Concilium celebratum, cui pauci, at egregia sanctitate Episcopi, eosque inter S. Nicerius Treverensis, & Desideratus Virdunensis, interfuêre. *Baronius, &c.*

A. C. DXLII.

S. Niceiij Treverensis Episcopi opera Theodobertus Rex ad meliorem frugem convertitur, totidemRegno mirè consulitur. *Ex Vita per S. Greg. Turon.*

Childebertus & Clotharius, in Hispaniam ducto exercitu, victores Cæsaraugustam usque signa promovent, eamque obsident, sed cum cives in processione tunicam S. Vincentij deportare intelligerent, eam in redemptionem obsidionis petunt ac impetrant, sacrisque alijs thesauris & immensa ditati præda revertuntur in patriam. *Gregor. Turon. Aimoinus, &c.*

Annus

Annus Christi 543.

Totum terrarum orbem implet, felicissimus è terris ad cælos transitus, Sanctissimi & Admirabilis Patris & Patriarchæ BENEDICTI, Monachorum Archiducis, Justiniani Magni Imperatoris Fratruelis, qui etsi Italus natione, in Italia quoque decesserit, Archiapostolus tamen Germaniæ nostræ censendus est, & hoc loco merito celebrandus, ob innumerabilia ejus SS. Regulæ, & discipulorum deinceps in Germanos merita, ut sanctissimorum virorum testimonio omnis ferè post DEUM salus, splendor & vigor Germaniæ eidem debeatur; uti suo tempore passim videbimus.

Porro missus ab eodem S. Patre in Gallias B. Maurus discipulus, Germanias quoque miro fulgore illuminat, eo quoque paulo post illustribus colonijs deductis, & barbaris cum ad Christiana sacra tum ad ad leges homine dignas invitatis. *Ex Annal. nost. Benedict.*

Annus Christi 544.

In superiore Germania nihil occurrit singulare; in Inferiore, mortuo Beato Folione, S. Eucherij fratre germano, Tungrensi Episcopo successor designatus S. Eucherius sive Eucharius eo nomine secundus; qui cum vix triennium præstitisset eidem Ecclesiæ, hoc anno decessit, subrogato Domitiano viro sanctissimo, cujus paulo post mentio iterum incidet. Ex *Annal. ejus Eccl.*

Annus Christi 545.

Beati Remigij Francorum Apostoli Rhemensium Archipræsulis morte celeber hic annus, Germanis item vel eam maximè ob causam suspiciendus, quod cum platique tunc temporis Francorum Regibus paruissent, is primus Regem illorum Clodovæum ad sacra Christiana converterit, quem ipsum quoque Origine Germanum & Geldrum fuisse Molanus innuit, ut cui, teste Turonensi Gregorio ad sacrum fontem ingresso, hæc ipsa ingesserit Remigius: *Mitis depone colla Sicamber.* De quo ipse Mulanus in Natal: SS. audiendus est.

Annus Christi 546.

Incredibile penè, tot sanctos in Germania Episcopos, tam diu, at tantillo fructu laborasse, cum universa ferè altissimis etiamnum Idololatriæ tenebris sepulta jaceret, donec è magni BENEDICTI schola integræ Monachorum phalanges, in agrum tam vastum incumberent, & sedulam S. Matri Ecclesiæ, ac Francorũ Regibus operam navarent, quorum jam plures Remigius etiamnum superstes ad id laboris delegit, ipse, ut nonnulli volunt etiam in Episcopatu, Regulam communis Monachorum patris amplexus. Apud Vindonissam superioris Alemaniæ, mortuus hoc anno Boulcus sive Bovicus, cui Chromatius sive Gramatius Episcopus substituitur, uterque diverso tempore Concilijs Epaonensi & Aurelianensi, inter reliquos Christi sacerdotes nominatus.

Moritur hoc ipso anno S. Eleutherius Tornacensis Episcopus, plurima fidei causa perpessus, & magni Apostoli exemplo ter flagellatus, & Tornacu ejectus, tandem ibidem in pace requiescens; in cujus locum S. Medardus, idem etiam Noviomensium Pontifex suffectus est. Andreas Valerius 229. obijsse putat. Sed videatur *Miræus, Bruzelinus, Sanderus, &c.*

Annus Christi 547.

Progressibus Gothorum in Italia territus Imperator Justinianus Longobardorum opem exquirit, qui & promittunt, novis è Saxonia inprimis copijs submissis, eoque modo Cæsar & Longobardi conciliantur. *Videbat ille prudenter*, inquit Crusius, *Germanos non posse, nisi per Germanos debellari.*

Theodoberti Austrasiæ & Germaniæ Regis mortem ad hunc annum refert Bucherius, triennio post Sigebertus, nos ex communiore sententia sequenti.

Annus Christi 548.

Obijt hoc anno Theodobertus Austrasiæ & Germaniæ Rex, cum in venatione miræ magnitudinis uro venabulum intentans, hoc in arborem magno impete incurrente fracti inde & cadentis rami mole opprimeretur, graviter caput læsus, & vix domum relatus, ut in lectulo moreretur. Fuit Princeps magnanimus, Cimbris bello domitis & superatis in Italia Longobardis gloriosus, idem Agathia teste, Justiniani Imp. titulis, Alemannicum, Francicum, Germanicum, &c. se jactantis, tantopere offensus, ut de Imperio sibi asserendo cogitaret. Cæterum in novam Divi Benedicti sobolem insigniter propensus, cujus opera, Cisrhenani inprimis, sacras aliquas colonias, miro paulo post consequente fructu, accepêre. Quo ipso tempore SS Maximini & Matthiæ Treveris Cænobia, Universis Galliæ Monasterijs id ipsum expetentibus, Regulam tantopere celebratam amplexa sunt. *Ex Ann: Ben: & Germ:*

Annus Christi 549.

Summa cum Franciæ tum Germaniæ utilitate Concilium Aurelianense quintum celebratur, cui plures Germaniæ Episcopi, eosque inter Grammatius Vindonissæ (quæ sedes Constantiam paulo post translata est) & Domitianus Tungrensis interfuêre. Hujus tunc mira virtus emicuit, cum inter Patres in Ecclesia S. Stephani considens, Hæreticos acerrimè confutaret, terra siquidem sub pedibus Divi se attollens, sublimem & conspicuum omnibus exhibuit, ita quidem, ut supra capita omnium stando an sedendo emineret. *Ex ejus Actis.*

Dominico Atrebatensium Episcopo defuncto, succedit Vedulphus, qui sedem Episcopalem Cameracum transtulit. *Mir. Hist. Eccl. Atreb.*

Annus Christi 550.

Theodobertum Regem hoc anno mortuum, Sigebertus noster contendit, plerique triennio seu biennio maturius, sicut supra diximus. Cæterum Theobaldus filius, successor satis inquietum nactus Imperium, Alemannis tumultuantibus, plurimum in ijs componendis laboravit, & bello denique (incertum quo anno) compescuit, regnum etiam in vicinos propagans, eos maximè qui rebelles juverant. *Annal. Franc.*

Annus Christi 551.

Dum Theobaldus in superioris Alemanniæ populis compescendis desudat, inferiores Germaniæ provincias grandibus meritis demeretur. S. Medardus, Tornacensis ex Noviomensi Episcopus, coactus simul utramque sedem gubernare. Obligavit item æternis meritis Flandriam, multis subinde ad Christum conversis, quamvis ad usque magni illius Apostoli. S. Amandi tempora, Idolorum cultus in ea perseveraret. De Medardo plura reperies apud *Cornelium Scultingum, Ioan: de Bosco, Molanum, Ioannem Cognatum, Fortunatum, Surium, &c.*

Annus

Annus Christi 552.

Eximiè prodest Theobaldo Aurelianorum Austrasiæ & Germaniæ Regi S. Maurus noster Glanofoliensis Abbas, cujus meritis ille omnem suam fortunam transcribit, eo haud aliter atque Regni Collega imo Patris & Cælestis Genij loco & honore habito, cui in condendis novis Cænobijs (centum sexaginta unum hunc Abbatem struxisse scriptores memorant) plurimum opis contulit & de juvanda similiter, in tantis tenebris jacente, Germania, cum eodem contulit. *Ex Ann: nostris.*

Annus Christi 553.

Uberrimo fructu inferiorem Germaniam beat. Sanctus Domitianus Tungrensis Episcopus, qui inter miranda alia, laborantem sub hæc ferè tempora provinciam, grandi fame liberavit, pluvijs & ubertate prodigiosè impetratis. Hoyum dein evocatus draconis pestilentissimi metu accolas absolvit, eoque demerso, mox aquis mirè siccatis, novum fontem precibus impetravit. Ex quo tempore Hoiense oppidum frequentius & celebrius evasit.

Annus Christi 554.

Magno prælio & successu fælici Gothicum bellum superiore anno confecisse videbatur Narses, cum hoc ipso Franci & Alemanni Italiam denuo turbant, Buzelino, & Leuthari sive Amingo Ducibus, qui ante septennium cum Theodoberto Italiam intraverant. Promovere plurimum res suas initio, donec sacrilegijs cælo invisi, Alemanni inprimis & Saxones nostri, Sacræ legis ignari pænas denique Deo dependerent, post acerrimum conflictum, internecione deleti, quo nuncio Alemanni & Helverij haud leviter consternati, domi se aliquandiu continuêre. *Vide Trith: Crusius Franc: Hist. &c.*

Annus Christi 555.

E vivis excessisse Theobaldum Austrasiæ & Germaniæ Regem plerique scriptorum memorant, Miræus priore anno, alij post triennium, quos in Annal: nost: Benedict: sequuti fuimus; cæterum hodie mutata opinione Gregorio Turon: & Agathiæ assentimur. Fuit egregijs dotibus, & Germani moris atque ingenij Princeps, magnæ multorum exspectationi præreptus, quem dubio procul Divi Mauri Abbatis potentissimarum precum suffragia etiam in altera vita juvêre, gravibus casibus subductum, cum audaciæ & cupiditatis supra quam conduceret habuisse memoretur. Decessit febre absque liberis, omni deinceps ejus ditione ad Clotharium devoluta. *Ex diversis Gall. script.*

Claruit sub hæc tempora in Alsatiæ partibus S. Leopardus Abbas S. P. Benedicti discipulus, insignibus meritis illustrissimus, quem, non multo post, Disibodus Hiberniæ Episcopus consequutus, præcipuû ferè nomen retulit, quamplurimis, statim ab obitu Benedicti, ejusdem instituti secum in Germaniam adductis, quorum deinceps labores, ille, de quo postea, fructus consequutus est. *Ex Annal: Alsat.*

Annus Christi 556.

Thuringi & Saxones audita Theobaldi Regis sui morte, quod absque liberis decessisset, velut libertati donati, Francorum imperium & jussa detrectant, quos ut ad obsequium cogeret, grandi collecto exercitu Clotharius, in Saxoniam movet, & varia primum fortuna cum ijsdem pugnat. *Greg. Turon. Aimonius, Sigeb. Zach. Rivander, &c.*

Annus Christi 557.

Cramnus Clotharij, ex Onxine quarta uxore filius, spectatæ formæ juvenis, & Principibus charus, per absentiam Patris, contra eundem in Gallijs arma movet, & Childeberto patruo junctus, bellum non modicum & periculum patriæ creat: quæ causa Clotharium impulit, ut majore contentione bellum Saxonicum & Thuringicum gereret, & rebelles denique gravi pugna & excidio perdomaret.

Hoc ipso tempore Heruli subalpini, origine Germani, olim à Theodorico Rege, victo Odoacere, in subalpinis locati, ab Narsete superantur. *Hist. Thur. Longob. &c.*

Annus Christi 558.

Aemilius, perijsse hoc anno Cramnum (quem Granum vocat) incendio asserit, quem plerique sequuti sunt, & quidem in bello captum, & à patre cum uxore Nalta, Velicarij Aquitaniæ ducis filia, & filiabus, tugurio inclusum & crematum volunt; nonnulli mortuo hoc anno Childeberto patruo, ope hac destitutum, cum patre in gratiam redijsse. De eo certe nulla deinceps memoria, & Clotharius Monarchia potitus, Franciæ & Germaniæ Rex communi omnium plausu salutatus est.

Annus Christi 559.

Lectissimæ sanctitatis Pontifex, Magnus ille Tungrensium Antistes Domitianus, felici morte defungitur cum de hac immmente divinitus edoctus, corpus suum in Deiparæ Hoiensi Ecclesia sepeliri imperasset: cui haud impari sanctitate successor, S. Monulphus designatus est.

Clothario imperante edomitisque hostibus, Saxonibus, Thuringis, Aquitanis, Francis magnum jam nomen consequuto, Germani tanti Principis fortunam venerati, pacis aliquandiu fructum degustant, necdum tamen percipiunt, quosque Christiani dogmatis lumine illustrantur. *Auct. supra cit.*

Annus Christi 560.

Excessisse hoc primum anno ex humanis Childebertum, Miræus habet, maturius alij, & Gordonus, ut de hoc nihil ambigamus.

Clotharius Germaniæ intentus, ejus nunc primum usum & fructum cæpit, cujus uxor Regina, Diva Radegundis, Regni & humanorum fastidio, è summo rerum fastigio ad ima descendit sponte, & cucullum amplexa, stupente orbe, ancilla esse, quam Regina maluit, Divi Benedicti Virginibus, in Cænobio Pictaviensi adjuncta. *Ex Ann. nostr. & div. rerum Franç. script.*

Annus Christi 561.

Sanctus Medardus Noviomensis & Tornacensis Episcopus mundo valedicit 8. Junij. Quamvis Sigebertus ad annum 556. Baronius vero, Buzelinus, Tifius & Cognatus ad 564. retulerint, Vir Sanctissimus, & qui Veramando Noviomum sedem transtulerit, cui & Sedes Ternacensis conjuncta fuit, mansitque ad annum usque Christi 1146. quando Bernardo Mellifluo Doctore plurimum laborante Tornacum proprium denuo pastorem meruit. Ejus sacrum corpus, in proprios humeros sustulit Clotharius, & prope Suessiones honorificentissimè sepelivit,

vit, paucos dein menses ipse superstes, & hujus ipsius anni fine mortuus. *Mir. Bucherius, &c.*

Annus Christi 562.

Tumultuatum non uno loco à morte Clotharij Regum potentissimi, cum, ut fit, in quatuor deinceps partes Regna divideretur, studijs item populorum diversa spectantibus: Chereberto Parisij, Guntramo Aurelianense Regnum, Chilperico Suessiones & Germania inferior, sive Gallia Belgica secunda, Sigeberto denique Austrasia, cum Francia orientali, Ora Rhenana, Suevia, Alemannia, Lacu Potamico & Helvetia cessit. *Auct: cit:*

Annus Christi 563.

Ingens cum in Gallijs, tum Germanijs trepidatio Hunnis magno cum exercitu Galliæ imminentibus, quibus, contractis è Germania & Austrasia copijs, Sigebertus magno animo, occurrit, & insignem de ijsdem triumphum retulit; per cujus absentiam Chilpericus frater Regnum invasit, quod tamen Sigebertus manu forti recepit, & Suessiones insuper subjugans, Theodobertum Chilperici filium, captivum abduxit. *Ann: Bel: Aub: Mir: &c.*

Annus Christi 564.

Ad hunc primum annum Baronius mortem Divi Medardi & Clotharij rejicit, nobis Bucherij supputatio placuit.

Hoc vero anno positis armis, concordia inter fratres Sigebertum & Chilpericum sancita est, & Theodobertus è carceribus dimissus. De quo consule *Greg. Turon.*

Narses in Italia prolibitu omnia agens Vitalem Episcopum Altinensem Moguntiacum profugum in potestatem adductum retrahit, & in Siciliam relegat. Ex quo ominari licet, Sigebertum cum Narsete collusisse, quo securius sibi Regnum stabiliret. *Sigon. Serar. &c.*

Annus Christi 565.

Uilo Boiorum Dux naturæ concedit, Princeps potentia & opibus clarus, cui tamen qui successerit incertum, donec Garibaldus illic rerum potitetur. *Brunn. Ann. Boi. &c.*

Sub hoc idem tempus, S. Fortunatus, Presbyter Italicus, post Pictaviensis in Gallia Pontifex, suo adventu & transitu Germaniam illustrat, cum Ravenna veniens, religionis causa Turones, ad S. Martini sepulchrum tenderet. Iter totum Paulus Diac: & ipse Fortunatus descripsêre: *Ravenna progrediens, Padum, Athesim, Brintam, Blaven, Liguentiam, Teliamentumque tranans, per alpem Iuliam pendulus montanis anfractibus, Dravum Norico, Oenum Breones, Licam Bavaria, Danubium Alemannia, Rhenum Germania transiens, ac post Musellam, Mosam, Anenam & Sequanam, Aquitaniæ maxima fluenta transmittens, Pyrenæo occurrens, Iulio mense nivosis, &c.*

Annus Christi 566.

Non ita feliciter hoc anno cum Hunnis congreditur Sigebertus, victus ab ijsdem & captus, evadens tamen postea, pace utrinque composita. *Ex Ann. nost Eccl. compendio.*

De Bruniæ sive Brunichildis ejus conjugis dolis & nequitia plura sub hoc tempus auctores, nobis sufficiat retulisse, adeo fuisse eaosam, ut Sibyllæ in ea Vaticinium videretur, expletum dicentis: *Veniet Brunia de partibus Hispaniæ* (fuit Athanagildi Visigottorum in Hispanijs Regis filia) *ante cujus conspectum gentes & Reges peribunt, ipsa vero calcibus equorum peribit.* Trith.

Annus Christi 567.

Iterum quies nonnulla Germaniæ & Austrasiæ, licet non pauci Sigeberti cum Hunnis congressum huic anno tribuant, certè pacem nunc redditam, & posita hoc ipso tempore arma constat, quæ tamen sequenti statim anno nova inquies concitavit.

In Gallias non sine Numine defertur S. Columbanus Abbas, nostris deinceps provincijs strenuè consulturus.

Annus Christi 568.

Alboinus Rex Longobardorum, cum omni populo suo & viginti millibus Saxonum ex Pannonia demigrans, Italiam occupat, qua rei novitate concitati etiam reliqui Germaniæ populi, invitante ad socia arma Alboino, Marcomanni, Moravi, Markenses, Thuringi, alijque magno numero se adjunxêre. *Meyerus, Paulus Diac. Gordon. &c.*

Annus Christi 569.

Turonensi, & mox Lugdunensi in Gallijs concilio plures è Germaniæ Episcopis inter fuit.

Sigeberto Regi, magno Germanorum & Austrasiorum plausu, ex Brunichilde filius Childebertus Junior nascitur, ipso die Paschatis. *Greg. Turon. Aimoin. &c.*

Annus Christi 570.

Quanta mala impenderent à Longobardis Italiæ, cælestibus prodigijs per hæc tempora innotuit, cum hastæ io aëre, sed & congressus exercituum, & strepitus armorum exaudirentur.

Alboinus hoc ipso anno, cum auxilijs Germanorum Mediolanum expugnat 5. Septembr: & Italiæ Regem se nominat. *Ex comp. Ann. nost.*

Sigebertus Germaniæ Rex, videns Thuringiam viris penè exhaustam, plerisque Alboinum sequentibus, eò colonias Suevorum ducit. Quamvis nonnulli à Franconibus hos pulsos, eò confugisse velint. *Zach. Rivander. Chron. Thur. &c.*

Moritur S. Vedastus Atrebat. Episcopus.

Annus Christi 571.

Ut inquieti semper erant Hunni, novo nunc metu Germanias turbant, compertoque Franconiam & Thuringiam, nervo quasi virorum fortium destitutas, eas magno inundant exercitu, quibus cum fortiter congressus Rex noster Sigebertus, fascinatur, fugatusque exitio proximus, nisi Numini se religiose comendans, mire servatus esset. *Chron. Thur Riv. &c.*

Quo ipso anno Helenus superioris Franciæ in Germania Dux moritur, incertum an clade suorum territus, an hostibus post mortem tanti Principis, eos de quibus modo, aggredi audentibus & tentantibus. *Reusn.*

Annus Christi 572.

E vivis excessisse Joannem Rom. Urbis & Orbis Antistitem Annales Ecclesiastici tradunt, cujus hoc loco meminimus, quod scripsisse ad Episcopos Germaniæ Epistolam, memoretur, quam Baronius pro spuria habet.

Ordo Monasticus per Germaniam, Inferiorem maximè, magnos progressus habet, unde spes ingens, Patriæ paulo post ab Idololatria in sano cultu avocandæ. *Annal. Ben. &c.*

Annus

Annus Christi 573.

Umbria & Tuscia occupatis, Ticinum expugnat Alboinus & Regiam facit.

Cattibertus Parisiorum Rex, absque liberis legitimo thoro natis, moritur, inde grave inter fratres de successione dissidium, parantur arma in Germania & Gallijs.

Inferiores Germaniæ partes fama sanctitatis & meritis implet S. Monulphus Tungrensis Episcopus. *Chron. Belg.*

Annus Christi 574.

Nihil acerbius, ut neque tristius, fraterno odio, quod hoc anno in fœdissimum & funestissimum bellum exarsit, Chilperico inprimis in fratres injurio, qui contra Sigebertum alias jam sæpe peccaverat. *Gordon: Greg: Turon: &c.*

Alboinus fraude Uxoris Rosimundæ occiditur. *Ex Hist. Longob.*

Annus Christi 575.

In Germania præter intestina bella, haud leviter trepidatum, nuncio de Alboini Longobardorum Regis interitu accepto, cum illi insuper in Burgundia & finitima eruptionem facerent, quæ causa forte fuit, ut dissentientes inter se Reges, ad concordiam jam tandem impellerentur non diu duraturam, *Tur: & rerum Gall: script.*

In Italia Clephone post Alboinum Rege salutato, & paulo post interfecto, Longobardi mutata Reip: forma, triginta sibi Duces præficiunt, singulosq; præcipuis suis urbibus imponunt. Ex iis Evino Tridentum obvenit, quem Garibaldus, hoc anno, Boiorum Rex filiâ elocata, generum sibi legit. *Brunner. &c.*

Annus Christi 576.

Conjugium illud, de quo modo, Tridentini Ducis Evini, & affinitatis cum Boio necessitudo, anxium Sigebertum & Francos reddidit, mox etiam odium & furorem concitavit, in Boium tamen, nunc quidem nihil tentatum, in Evinum cum exercitu missus Cramnichides, Tridentum vastavit, ab illo paulo post Salurnis memorabili prælio victus occubuit, Tridento, & quæ adempta fuerant receptis. *Ann Boi. Brun. &c.*

Zayso Episcopus Augustanus claret, qui annos unü & viginti præfuisse memoratur. *Chron. Aug. Brüsch.*

Annus Christi 577.

Omnia rursum cum in Germania tum in Galliis turbantur, Longobardis successu rerum elatis, has invadentibus, etsi fortiter repulsis, Saxonibus, in societatem belli Italici receptis, at non ad partem prædæ, atq; eam ob causam patriam repetere cogitantibus, quam interea Rex noster Sigebertus, ut desertam, Suevis concesserat. De quo paulo post iterum, re modo nonnihil compositâ.

Annus Christi 578.

Chilpericus, magno, at inquieto animo Princeps, Longobardis repulsis, solutus metu, fratrem Sigebertü lacessere denuo ausus, insuperabiles Germanorum lacertos expertus est, victus cum suis, & Coloniam usq; ac demum Tornacum fugatus, Theodoberto filio in acie intercepto. Verü dum Franci de exauctorando Rege suo, substituendoq; Sigeberto cogitant, hic dolo Fredegundis, uxoris Chilperici, à milite quodã in castris gladio confoditur, & soluta Tornaci obsidione liber Chilpericus Crasmaro loci Episcopo Fiscum regium, cum temporaria, ut vocant, ditione in Flandris donat.

Claret Theodurus primus Episcopus Sedunensis. *Chron. Helv. &c.*

Annus Christi 579.

Obiit S. Monulphus Trajectensis & Tornacensis Episcopus 17. Cal. Aug. cum obitum imminere sentiens, triduo ante, velut Valedicens, omnibus ritè peractis, ad populum verba facere non desiisset. *Chron. Belg. & Ann: Tungr.*

In superiore atque inferiore Germania turbatissima omnia, Sigeberti morte, & Chilperico nihil non ad amplificandü imperium movente, qui tentata Aquitania, & mox Austrasia, à Mundolo Duce armis fortiter repressus est. Sed & filius Chilperici Meroveus, relictæ vitæ Monachicæ, & incestuosi matrimonii, cum Brunichilde, patrui uxore, pœnas debitas Deo dependit, hoc ipso anno Fredegundis novercæ jussu trucidatus. *Greg. Turon. Ann. Fran. Gordon. &c.*

Annus Christi 580.

Regni insignia solemni ritu accepit hoc annò Rex Childebertus, Sigeberti nostri filius, & ipse morti à Fredegunde destinatus, nisi industria Brunichildis Matris, demissum fune per fenestram servasset, & Gundoaldus Prætorio præfectus cladi subduxisset, cui etiam Burgundia Guntrandi patrui jussu sese submisit, cum parte Provinciæ, multum sibi de hoc Rege Germanis gratulantibus.

Annus Christi 581.

Dum studia Germanorum in nepotem ex fratre Childebertum advertit & sentit Chilpericus, metu concepto ab his abstinet, ad alia conversus, motis in minorem Britanniam armis, eâque ditioni subjectâ; Germania interea sudum cœlum spectante, & quod vix antea concessum, arma curante. *Ann. nost. & rerum Franc. & Gall. script.*

Eodem anno Losannensis Episcopatus initia celebrantur Mario primo ejus loci Episcopo instituto. *Chr. Helv.*

Annus Christi 582.

In Galliis duo, hoc anno Concilia celebrantur, Cabilonense, & Matisconense, quibus nonnulli è Germaniæ nostræ Episcopis interfuere.

Brunichildis, opera Chilperici in exilium mittitur, multa illic in Reges meditata, quæ domi forte prætermisisset. *Vid. Trith. Chron. Gall.*

Theodobertum Theodonis Boiorum principis filium, multa hoc anno Ecclesiæ Juvaniensi legasse, Hundius asserit, quæ quomodo ætati conveniant, non satis perspexerim.

Annus Christi 583.

S. Winocum sub hæc tempora jam in Belgio floruisse, Sigebertus voluit, quem tamen constat, Divi Bertini discipulum fuisse, de quo primum post annos septuaginta tractabimus.

Periclitatur plurimum Gallia & Germania, & hæc quidem in tantâ paucitate Christianorum Chilperico Rege in Sabellianismum inclinante, quem S. Salvius ex Abbate Albigensi ejus Urbis Episcopus, grandi & imortali merito ab eâ insania revocavit. *Ex Ann. nost.*

Annus Christi 584.

Mauritius post Tiberiü creatus Imperator, cum videret, quanti interesset Germanos Italiæ vicinos amicos quam hostes habere, Childebertü eorum Regem in societatem pellicit côtra Longobardos. *Gord.*

Moritur Theodurus primus Episcopus Sedunensis, succedit Aeliodorus. *Chron. Helv.*

Annus Christi 585.

Etiam Longobardi, suspectam habentes Mauritij legationem, Germanorum, ut gentilium suorum, amicitiam exambiunt, & cum decennium sub optimatibus fuissent, hoc ipso anno Autharem Clephonis filium Regem creant, qui & ipse per legatos Childeberti pacem affinitatemque exambijt; cui tunc quidem Clodosinda Regis soror promissa est, quam Richaredus postea Visigotthorum in Hispania Rex meruit. *Ann. Boi. &c.*

Moritur S. Magnericus Treverorum Episcopus, S. Nicerij discipulus, & in S. Martini cœnobio côditur.

Annus Christi 586.

Insidijs uxoribus & Landrici Equitum magistri Chilpericus Franciæ Rex occiditur, succedente in Regnû Clothario filiolo quadrimestri, cui Guntramnus patruus Tutor designatus est. *Ex Ann. nost. & Eccles.*

Carolomannus Pipini pater, Thuringorum & Brabantiæ provincias nunc tenet, ait Gordonus, post patris Hasbani obitum; sed de progenie nos aliter, in nostris operibus Genealogicis.

Annus Christi 587.

Vocati in Italiam, ut supra diximus, contra Longobardos, Germani subsidio missi Mauritio Cæsari à Childeberto Rege nostro, nullo relato opere pretio, accepta non una clade, domû reversi sunt. *Paul. Diac.* qui absolute Francos nominat.

Valentina in Gallijs & Matisconensis Synodi celebrantur, quibus Germaniæ etiam Episcopi aliquot interfuêre. *Tom. Conc. & script. Gall.*

Annus Christi 588.

Ob insignem sancto in proposito constantiam celebratur Sancta Radegundis, Franciæ & Germaniæ quondam Regina, Thuringorum Regis filia, Clotharij Monarchæ conjux augustissima, Monialis Pictaviensis, cum sub hoc ipsum tempus, converso ad Christiana sacra Reccaredo Hispaniarum Regi, uxor Basina, Chilperici filia è Radegundis cœnobio peteretur, resistente ipsa & dicente: *Non est dignum, ut puella Christo dicata, iterû ad sæculi voluptates revertatur.* quod etiam obtinuit. *Ex Ann. nostr. Bened.*

Annus Christi 589.

Theodolinda hoc anno Garibaldi Boiorum Ducis filia, Autbari Longobardorum Regi despondetur, cum promissam sororem Clodosindem Childebertus Rex noster negaret; dissimilitudinem sacrorû causata, Longobardis etiamnum Arrij impietate inquinaris; quo ipso anno Clodosindis recens côverso Hispaniarû Regi Reccaredo copulata est. *Ann. Boici.*

Constantiæ ad lacum Potamicum Rudelo, & post ipsum Ursinus, Episcopi celebrantur. *Ex Conft. nost. & descr. Lac. Pot. &c.*

Annus Christi 590.

Occasionem belli sponte oblatam an quæsitam nactus Childebertus Rex noster, Garibaldum Boiorum Ducem magnis copijs bostili animo aggreditur, affinitate cum Longobardo offensus, an alio facinore irritatus; quod sequenti anno feliciter confecit. Misit & auxiliares copias in Italiam Mauritio Cæsari contra Longobardos, quibus attritis, dum reparare exercitum parat, ab Authare pro pace interpellatur. *Ann. Boi. Brunn. Ann. Eccl. Comp. &c.*

Annus Christi 591.

Edomitis Boijs, exauctoratoque an cæso Garibaldo Childebertus in Longobardos mover, & varia cû iisdem fortuna, viginti Ducibus summa rei dimissa, dimicat, varijs Tridento vicinis oppidis igni ferroq; excisis, à Ferruge autem sive Verruca Ingenuino Sabinionensi, & Agnello Tridentino Episcopis, ultimû exitium avertentibus. Verum dum ærumnis grassantium morborû, & caloris æstui, ad æquas conditiones pacis Germanos Francosque inclinaturos sperat Autharis, pacemque iterum per Legatos à Guntramno Childeberti patruo expetit, ipse propinato veneno, priusquam in Gallijs res conficeretur, vita excessit. *Ann. Boi. Brunn. &c.*

Fredegundis impia Regina, Chilperici vidua, Tornaci tres viros Francos in convivio bipenne interimit, & Parisios inde fugit. *Greg. Turon. Aub. Mir. &c.*

Annus Christi 592.

Theodolinda vidua, optimatibus omnibus ultro jus suffragij, ipsi remittentibus, Agilulphum legie Taurinatium Ducem, eundemque maritum simul ac Regem salutat. *Ann. Boi.* Sigonius donatum à Theodolinde corona aurea ferreo circulo firmata, ait, atque inde *Corona Ferrea* nomen & usum, inter insignia Regum Italiæ invaluisse.

Annus Christi 593.

Theodolindæ Germanæ Principi æternum debet Italia, & maxime Lombardia, Agilulpho Rege, & Lôgobardorum gente hoc ipso anno ad veram fidê traductis; respirante deinceps Ecclesia & magnis aucta incrementis, quæ priorum Regum afflicta tyrannide, inter lachrymas & suspiria miserabile ævum jam diu traxerat. *Iac. Meyerus, Ann. Boi. And. Brun. &c.*

Annus Christi 594.

Hoc tandem anno finit Historiam suam S. Gregorius Turonensis Episcopus, cujus opera hucusque usi sæpius fuimus.

Guntramni Regis mortem hûc referunt Miræus & alij nonnulli, quæ triennio pôst verius debet assignari.

In Boica claret Thassilo Dux quem cæso, an pulso Garibaldo Childebertus Rex noster subrogavit. *Annal. cit.*

Annus Christi 595.

Excessisse ex humanis Gorofridû Franconiæ Ducem, Reusnerus memorat, ipsumque Christianis initiatum sacris, asserit, gentê illâ duræ admodum cervicis, nec quidquam ab eodem suo Principe ad eadem suscipienda, pellectâ atq; invitatâ. Cui ut fidem non derogamus, ita neque patrocinari possumus.

Thassilo Boiorum Dux Slavos Noricum infestantes, bello aggressus, insigni partâ prædâ triumphat. Quo ipso anno Evinus, Garibaldi quondam Boiorum Regis gener Tridenti Dux naturæ concessit. *Ann. Boi. And. Brunn. &c.*

Annus Christi 596.

Supremum diem hoc anno obiisse Childebertum Franciæ & Germaniæ Regem, Baronius contendit; atqui plures alij, & ut videtur probabilius, ad usque initium septimi sæculi producunt, quem constat quatuor annis Guntramno supervixisse.

Magnus Gregorius Rom. Pont. orbi universo vigilantiâ suâ consulens, ne Germaniam quidem, etsi tunc admodum barbaram præterit, lectissima eo discipulorum coloniâ destinatâ, qui sub A. C. 590. in Al-

in Alsatiam devenisse memorantur, & nunc condito seo absoluto cænobio, Monasteriensi (hodie ab ipso Gregorio & valle nomen habet) plurimum Alsatas & Austrasios demerentur. *Ex mon. ejusdem cœnob. Chr. Alsat. Ann. nost. Ben. &c.*

Annus Christi 597.

Amicissimus Germanis Princeps, Guntramus ultimus Clotharij primi Franciæ & Germaniæ Regis filius, Aurelianensium, Burgundionum, & Parisiorum Rex; senex orbusq; Childeberto fratruele adoptato, moritur, optimis Principibus merito accensendus, & de viris Religiosis optime meritus. *Aimoin. Gord. &c.*

Eodem anno Episcopatus Vindonissæ Constantiam transfertur. *Gall. & Const. Bened. &c.*

Moritur eodem anno S. Monulphus Trajectensis Episcopus quorundam improbabili opinione, de quo superius jam diximus.

Annus Christi 598.

Vix respirare à bellis concessum Germanis, cum novis deouo turbis ac turbinibus involuuntur, Fredegundis Chilperici quondam pellicis, dein Reginæ impulsu, quæ pro Clothario ejus nominis II. filio sollicita, eversum Childebertum Regem nostrum, irritum Guotramni Legatum cupiebat. Quæ res in gravissimum illico bellum exarsit, quo victus Childebertus est, & viginti Alemannorum & Austrasianorum millia à Clotharianis cæsa. *Aemil. Gord. Annal. Franc.*

Annus Christi 599.

Romanos inter & Longobardos, summo Ecclesiæ universæ plausu, unà Germanâ muliere conciliatrice, Theodolinda Boica, pax constituitur, quo felici accepto nuntio, Magnus Ecclesiæ Doctor & Orbis Pontifex Gregorius, eidem Reginæ exquisitissimis verbis gratulatus est. *Greg. l. 7. ep. 42. Ann. Boi. & Long. b.*

Æterno merito Treveros demeretur Sanctus Goar, Trigoriensis Monachus & Pre byter, plurimis per eam provinciam, verbo vitæ & exemplo sanctitatis ab Idolorum cultu & impietate avocatis, meritus Apostoli Treverorum nomen & honores æternos. *Ex Vit. ejusdem & Ann. nost. Ben. &c.*

Annus Christi 600.

Obijt hoc demum anno Childebertus Rex noster, quarto à morte Guntramni, ut notant Francorũ Historiæ, non sine suspicione veneni propinati, eodem die cum uxore extinctus, cõplorante haud leviter Germania & Austrasia, succedentibus in Regnum filijs, è quibus Theodoberto Mediomatrices & Austrasia; Theodorico Aurelia, sub tutela Brunichildis aviæ, obvenere. *Div. rer. Franc. script. Gord. Stumpf &c.*

Slavis Noricum iterum infestantibus, Boiorum ad duo millia occurrunt, prædatores aversuri, qui improviso Gacani Hunnorum Regis accessu, ad internecionem omnes cæsi sunt. *Ann. Boi.*

Annus Christi 601.

Novis turbatur Gallia atque Germania motibus, mulieribus duabus inter se dimicantibus, B. unechilde nimirum & Fredegunde Regiois. Hæc victis Austrasianis atque Alemannicis copijs, Clothario filio, Lutetiam, Burgundiam & reliqua tuta fecit, moxque obijt, cum jam filius adolesceret, indignior visa multis, quam ut in lectulo fineret vitam, quæ tot Reges è medio sustulerat. *Rer. Gall. script.*

Eodem anno Avares ex Austria in Austrasiam irrumpunt, auro tamen à Brunichilde repelluntur. *Ex rerum Gall. & Germ. script.*

Annus Christi 602.

Obijt sub hoc tempus Marius primus Episcopus Lausanensis, egregia utique vitæ sanctitate illustris, cum vix Episcopatus aliquis Germaniæ, nisi ejusmodi initijs & quasi fundamento consurgeret. Succedit Manerius, de quo ut & Successoribus aliquot, præter nuda nomina, è Conciliorum actis descripta, nihil hucusque dignum memoria reperimus.

Annus Christi 603.

Mulierum inquietissima Brunichildis nostra, Germanis Austrasijsque haud minus quam Gallis invisa, ab illis pulsa, ad Theodoricum se recepit Burgundionum Regem, cui super Theodoberti injurijs acerrimè queritur, omnem dein concitandorum inter se fratrum occasionem conquirens, & Theodobertum, ingratum, ut dicebat, atque injurium Nepotem eversura. *Ann. nost. & Comp. Hist. Eccl. &c.*

Annus Christi 604.

Immortaliter de orbe universo, sed & Germania oostrà meritus, Magnus ille Ecclesiæ Doctor, Orbis Urbisq; Pontifex Gregorius I. moritur; quem alia inter merita lectissimam Monachorũ Coloniam in Alsatiam destinasse superius diximus, qui Apostolico labore sub hoc ipsum tempus egregie se probaverũt. *Chr. Als. &c.*

Germani ad bellum Gallicum à Rege suo concitati, magno numero se sistunt, junctisque copijs Austrasianus & Aurelianensis, Clotharium invadunt, eoq; desperationis adigunt, ut iniquis cõditionibus pacem petere cogeretur, vix duodecim Regni sui urbes retinere jussus. *Aimoinus, App. Greg. Tur. Ann. nost. Comp.*

Annus Christi 605.

Numinis Optimi singulari providentia, dum sursum deorsumque fraternis odijs in Gallijs atque Germania omnia vertuntur, tantis deinceps malis remedium & solatium procuratur, plurimis per hæc Regna Monasterijs excitatis, ipsa etiam Bronichilde in eadem effusissime liberali, & ut in Austrasia prius, sic & in Burgundia, servis Dei domicilia, moliente. De cujos munificentia legendus Jepesius & Hist: Gall.

Fuit hic annus algore & sterilitate tristissimus, unde ingens deinceps fames consequuta.

Annus Christi 606.

Iterum novæ ex Germania copiæ à Theodoberto contra Vascones coguntur conjunctisque cum Theodorico fratre viribus, hostes illi acriter exagitantur, & victi denique subjugantur.

Novæ sub hoc ipsum tempus Monachorum Coloniæ, è Scotia in Germaniam ducuntur, prærerq; alia Cænobia, Offonis-cella illustre in Alsatia Cænobium, & ijsdem initijs, ut nomine Offenburgum propinquo loco conditur. *Chr. Alsat. Crusius, &c. Ann. nost Ben &c.*

Saxones suo more inquieti, & jugum pati nescij, arma Francica concitant, nec dubio eventu, cum victor exercitus, & collectæ etiamnum vires Regum fratrum, facile rebelles compescerent.

Inferior Germania opera Monachorum Christi legibus imbuitur, Connitentibus inprimis S Vincentio Hannoniæ Comite, evocatisque ab eo Apostolicis viris, Foillano, Ultano, Furseo, Ethone, Eloquio alijsque. *Ex Ann. Eccl. comp. &c.*

Thassiloni Boiorum Duci mortuo, succedit Garibaldus.

Annus Christi 608.

Moritur Sanctus Gundulphus Tungrorum Episcopus,

ſcopus, de re Chriſtiana optimè meritus,qui cum reſtaurare Tungrorum civitatem conaretur, grandibus prodigijs prohibitus eſt, indeteſtationem ſceleſtū olim illic admiſſorū. Succeſſit S. Perpetuus. *Chr. Belg.*

In ſuperiore Germania ad lacum Potamicū claſet celeberrimus ille Alemanniæ Dux Gunzo, è familia illa longe potentiſſima veterum Alemanniæ Ducum, Agilolfingica qui poſtea Guelphi appellati. Reperti noſtrâ ætate & ſupera plurimi nummi ab eodem cuſi (quo vetuſtius rei nummatiæ, non habet Germania argumentum) & tanto quidem numero, ut vulgo etiam uſui eſſent, patria lingua **die Gunken Pfenning** appellari, Leonem & inſignia Gueiphica ſeterentes. *Ex mon. Vberl. Ioan, Stumpfio, Deſcript. noſt. Lac. Potam. &c.*

Annus Chriſti 609.

Exoritur novum inter Reges bellum, & Italia ingemiſcente ſub Longobardorum armis, Gallia, & Germania civilibus bellis ardet, Rege noſtro cum Auſtraſianis & Alemannis in Clotbarium movente. Sub hæc tempora, neque enim ita certo de anno conſtat, Garibaldus Boiorum Dux altera vice cum Slavis Noricum infeſtantibus congreſſus, victus primum, reſumptis dein viribus armiſque, inſignem triumphū & opima ſpolia retulit. *Ann. Boi. Aud. Brun. &c.*

Annus Chriſti 610.

Invaleſcit nimium pugnandi & vincendi ardor inter Reges cognatos, & rurſum vincuntur ab Auſtraſijs & Alemannis Clothariani, quorum ingens cædes facta eſt; Landrico, qui non ſemel olim de Alemannis triumphârat, ſupremum vitæ diſcrimen adeunte, & in fugam præcipiti. *Ex Ann. Franc.* Ipſa etiam Urbe Pariſiorum occupatâ.

Annus Chriſti 611.

Opponit ſe ad mirabili conſtantia Theodorici Regij, & Auſtraſij Alemannicique militis libidini atque avaritiæ S. Auſtregiſilus, è Monacho & Abbate S. Nicetij, Bituricenſis Archiepiſcopus, cum noſtri, Guarnerio Duce, gentiles etiamnum, & facrorum omnium irriſores, impiè Eccleſias prophanarent, & expilarent. *Ex Vita & Ann. noſt. Ben. Baron. Comp. noſtro, &c.* Sed & SS. Columbanus & Gallus, Theodorici ſcelera & Brunichildis damnantes Luxovio pelluntur, ſequenti anno Germaniæ immigrantes. *Conſt. Sacr. proph. Herman. Cont. &c. Iod. Mezlerus, Marianus Bucelinus, &c.*

Annus Chriſti 612.

Maximo ſuperioris Alemanniæ bono, proſcripti è Burgundiâ Divi Columbanus & Gallus, cum lectiſſima ſanctiſſimorum virorum cohorte, Brigantiū deferuntur, & lacus Potamici accolas ad ſacra legis Chriſti dogmata amplectenda, verbis & ſignis invitant. *Herm. Cont. Conſt. noſtra Ben. t. 1. &c.*

Annus Chriſti 613.

Inſigni zelo ac propagandæ Fidei ſtudio accenſus S. Gallus, idola confringit, aras impias evertit, fana diruit, & Idololatriæ ſcelus quanta poteſt verborum vi atque pondere obruit & convellit, gravi ob idipſum in ſe ſociosque gentilium odio concitato. *Ex Vita ejuſdem & noſtra Lacus Potamici deſcriptione.*

Theodoricum Regem hoc anno bellum denuo in Clotharium parantem, ventris profluvio miſerè extinctum vult Aub. Miræus, ſed maturius, quam pleriſque viſum, de quo poſt quinquennium.

Annus Chriſti 614.

Noluit ſuos certum, ut videbatur, in diſcrimen & periculum vitę conjicere Columbanus, ſed cum Barbari tunc temporis Acronij accolæ, ob diſſipata idola nimium odio efferveſcerent, furori efferatiſſimorum cedendum ratus, Iter in Italiam acceleravit, Gallo tunc commodum febribus detento, quem ne ſolum relinqueret, mori paratiores è diſcipulis, Magnoaldum & Theodorum ſocios addidit, qui in converſione ejus provincię, Rhętiæque ac Helvetię Gallo deinceps ſtrenuè ad laborarunt. *Ex citatis.*

In Belgio, ſive inferiore Germania, grandibus meritis innoteſcit Sanctus Amandus, ex Monacho Lirinenſi ſive Ogienſi magnus Germaniæ utriuſque Apoſtolus, de quo ſuis locis ſæpius.

Annus Chriſti 615.

Obijt hoc anno Remedius Colonienſium Epiſcopus, cui ſufficitur eo in honore S. Cunibertus, inſigne ejus Eccleſię ob egregiam vitę ſanctitatem ornamentum. *Chr. Belg. & Annal. Coloh.*

Nunc denique, concitante Brunichilde impiâ aviâ, duo germani fratres Theodobertus & Theodoricus juratiſſimis odijs colliduntur, ſtringuntque funeſtiſſima arma ſocij cæteroquin populi Alemanni, Burgundi, & Auſtraſij. *Gerd. Ann. noſt.*

Claret S. Glodeſindis Metenſis, quę ſponſum fugiens, velamen capitis ſacrum à Deo per Angelum accepit, & ſe ſuaque Numini conſecravit. *Mir Sigeb. Menol. Ord. &c.*

Dunenſis in Helvetia lacus, prodigioſo fervore mirè efferveſcens, piſces ejicit, non aliter atque ad ignem coctos. *Chron. Helvet. Ioan. Stumpf &c.*

Annus Chriſti 616.

Sanctus Rupertus ex Monacho Ord. S.Benedicti Wormatienſiū Epiſcopus, ab iniquis peſſimè exagitatus, in Boica admirabili fructu, meritò æternō, Chriſtū prædicat, Theodone III apud Boios imperante, quē etiā Chriſtianè inſtitutū, magno multis Eccleſiæ plauſu, ſacris undis abluit. *Ann. Boi. Vita S. Rup. Menol &c.*

Helvetij, Rhæti, Turgoij, alijque Alemanniæ populi in Burgundiam hoſtiliter irruunt, cædibusq; atq; omnia confundunt. *Chron: Helv. Ioan Stumpf. &c.* Abeuntem ingenti cum præda Theodobertū conſequutus cum exercitu Theodoricus Tulli ad Moſellā profligat. Ille coloniam profugiens, novo collecto, & Thuringis, Franconibus, Saxonibus, Haſſis, Hercinijſque exercitu, cum Theodorico denuo congreſſus iterum cęditur. *Chr: Thur: Zach. Rivand. Ann. Germ. &c.*

Annus Chriſti 617.

Iterū Coloniā profugus Theodobertus, à Theodorico victore grandi cū exercitu obſidetur, extremā civibus cominatus quod fratrem fovere auſi eſſent; quos, ſcribunt nonnulli, ad petitionem Theodorici amputatum Theodoberti caput de muro projeciſſe. Alij è fuga retractum & occiſum volunt. *Vid. Trith. Aimoin, App. Greg. Turor.* Nec diu ſuperſtes Theodoricus, crudelitate & libidine infamis Princeps, dignas, ut ſequenti anno dicemus Numini pœnas dependit.

Moritur S. Perpetuus Trajectenſis Epiſcopus, Dinantenſium deinceps, ob inſignem vitæ ſanctimoniam Tutelaris cooptatus. Cui ſuccedit Ebregiſus. *Aub. Mir. Ann. Belg. &c.*

Annus Chriſti 618.

Supereſſe diu non poterat tanto ſceleri Fratricida Theodo-

Theodoricus, post tantam innocentis sanguinis effusionem (triginta mortalium millia in acie cecidisse memorantur) sublatus hoc anno est, Brunechildis, ut plerique asserunt scelere, veneno propinato, sive ut alij contendunt, ictus fulmine; cujus filiorum curam cū suscepisset Brunechildis, & Clothatius id ægrè ferret, ipsa coacto ex Thuringis, Hassis, Hercinijs, exercitu, Suevorum etiam implorata ope, novum moliri bellum ausa est. Wernhero autem Duci cum minus fideret, suspectumque è medio sublatum vellet, & per litteras juberet, ipse interceptis litteris, Sigeberto quidem juveni Regi exercitum tradidit, mox tamen ad Clotharium profugit. Profligatus eodem anno cum suis Sigebertus atq; occisus, & Brunechildis capta equi alligata caudæ atque discerpta est. *Zach. Rivander.*

Annus Christi 619.

Sustulit è medio Clotharius omnem Theodorici progeniem, prædicente id malum jam pridem Columbano, cum Bronechildis Theodorici liberos, viro sanctissimo benedicendos adduxisset: Nequicquam, inquit, istos Regalia sceptra suscepturos scias, quia de lupanaribus emerserunt. *Ex div. rer. Gall. script. &c.* Ut videas quam malè Sigeberti, ut vocat, exulis posteritas à nonnullis recenseatur.

In Helvetia rem Christianam plurimum promovet S. Gallus, & fundamenta celeberrimi à se cognominati Cænobij jacit.

Annus Christi 620.

Immensitate quodam meritorum obstringunt Austrasiam & vicinas Germaniæ provincias Monachi Luxonienses, Apostolico zelo in conversione gentiū, sed & profligatione Hæreticorum in novella Ecclesia emergentium, plurimum desudantes; quos inter SS. Eustasius, Bertulphus, Siviardus, Ethbinus, & Deicola, præcipui celebrantur.

Catolomanno Brabantiæ sive Tungrorum Duci, succedit Pipinus, Princeps magnanimus, cujus opera factum ut Austrasij atque Alemanni, lubentes jam Clothario se submitterent contra quem toties antea arma strinxerunt. *Hist. Brab. Gordon.*

Annus Christi 621.

Maxima Fidei Christianæ per Boicam incrementa celebrantur Divo Ruperto latissimè Christi nomen propagante, qui & auctor Theodoni fuit condendæ Cathedralis Juvaviensis Ecclesiæ, cujus ipse Rupertus Primus Pontifex est constitutus. Sed & in agri ejusdem messem, seu potius culturam, S. Eustasius Luxoviensis Abbas occurrit, & insigni etiā ipse fructu aliquandiu in Boica laboravit. *Hen. Can. Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 622.

Ob insignem vitæ sanctimoniam celebratur longe lateque Divus Gallus, Potami Apostolus, qui defuncto sub hoc ipsum tempus Constantiensi Episcopo Gaudentio sive Martiano, communibus omnium votis, adnitente inprimis Gunzone Duce (cujus filiam ante annos aliquot à dæmone obsessam liberaverat) ad eum honorem expetitur. Verum eo insigni constantia obnitente Joannes ejus discipulus eligitur. *Conf. Bened. t. 1. Ann. nost. mon. Sangall. &c.*

Annus Christi 623.

Notant Divi Ruperti Boiorum Apostoli & primi Salisburgensium Pontificis mortem hoc anno scriptores plurimi, & Baronius in suis Annalibus, cæterum Brunnerus ulterius rejicit, de quo, suo loco, cui haud dubie suffragamur, & Rupertum sub hæc tempora, cum per se, tum per suos Tyrolis item Apostolum prædicamus. De quo in Aquila nostra Imperij Benedictina.

S. Gaugericum Cameracensem & Atrebatensem Episcopum, hoc anno decessisse, Miræus habet, in cujus honorem plurimæ deinceps per Belgium Basilicæ, Bruxellis, Atrebati, Valentianis, Braviæ Comitis, Haltris prope Alostrum & alibi conditæ sunt, & is plurium locorum Tutelaris adoptatus.

Annus Christi 624.

Vivere desijt meritissimus ille Brigantij, Rhætiæ, Potami & Helvetiæ Apostolus S. Gallus Abbas, cujus tamen vitam Mezlerus ipse Sangallensis Asceta, ac & Thomas Messinghamus & alij, ad usque annum Christi 640. protraxerunt, qui tamen prior sententiam postea mutavit, & annus præsens in Breviario Congreg: Suevicæ & Helveticæ expresse denotatur.

Dagobertus Clotharij Regis nostri filius, de Germania demceps optime meritus, quod Præceptorem evulsâ barba affecisset ignominia, patrem ita offendit, ut vix reconciliatio speraretur. *Ann. Franc. Gord. &c.*

Annus Christi 625.

Clotharium, & Regna Germaniæ, Austrasiæ, & Franciæ, mirifice demeretur SS. Amulphus, ex Monacho S. Nicetij Bituricensis Archiepiscopus, & Arnulphus ex Luxinensi Asceta, Metensium Pontifex, sed & Pipinus noster Brabantiæ Dux, Pater Patriæ merito appellandus. *Sigeb. Ann. Ben. Mir. &c.*

Mortuo sub hæc tempora Theodone Boiorū Duci, quem S. Rupertus salutari lavacro expiarat, succedit pari pietate filius, Theodobertus. *An. Boi. And. Br.*

Annus Christi 626.

Lucidissimis sancti exempli radijs Belgium illustrant SS. Mummolinus, Bertramus & Bertinus Loxovienses Monachi, jacturq; sub hunc ferè annum initium celeberrimi illius Cænobij Sithinensis, ex quo diversissimis sæculis sanctorum copiosissima multitudo exinde adolevit *Ann. Ben. Ferreolus, Locrius, Iperius &c.*

Dagobertus Rex Austrasiæ atq; Germaniæ à patre designatur & Metis coronatur. *Mir. Gordon &c.*

Annus Christi 627.

Egregio rursum merito Germaniam & Gallias demeretur S. Arnulphus Metensis Pontifex, qui exortam gravissimam inter Reges Patrem ac filium dissensionem, felicissimè consopit, in funestissimum ni metuebatur, bellum exarsuram. *Herm. cont. Ann. Ben.*

Annus Christi 628.

Obijt hoc deniq; anno magnus ille & præcipuus Boiorum Apostolus, primusq; Salisburgensiū Pontifex S. Rupertus, ob immortalia merita præcipuus Cathedralis Ecclesiæ, Diœceseos, universique Ducatus Tutelaris salutatus. Cui haud impari sanctitate, ex eodem Divi Benedicti ordine successor suffectus est, quem Rupertus ipse moriturus tali honore dignissimum commendavit. *Ann. Boi. And. Brab. &c.*

Clotharij item mortem huic anno assignat Miræus, quem tamen probabilius est ad annum usque 631. supervixisse.

Annus Christi 629.

Minus contenti eum Dagoberto Rege Thuringi, quod insolentius eos premeret, arma corripiūt, & jugū excutiunt, quib' Berthold' Saxonū Princeps (Thuringici Annales Regem vocant) jungitur, & acerrimo

prælio Dagobertus vincitur, ægrè ipse à suis servatus. *Zach. Riv. & Sax. script.*

Annus Christi 630.

Edoctus de periculo Daguberti Clotharius, & ab illo invitatus grandi cum exercitu ipse occurrit, cruentissimoque cum Saxonibus bello decertans, memorabilem triumphum reportat, cæso in acie Bertholdo Duce, & Saxonibus subjugum missis, ac tributo imposito. *Alb. Kranz. Georg Fabric. Zach. Riv. &c.*

Admirando splendore inferiorem, nec multo post superiorem Germaniam exsuscitat S. Amandus, magnus Tungrorum, Eburonum, Brabantorum, Flandrorum, ac dein etiam Alsatarum Apostolus, Ogiensis ex Duce Aquitaniæ Monachus.

Mortem S. Brunonis ad hunc annum refert Sigebertus; alij alias. *Vid. Ann. Ben. &c.*

Annus Christi 631.

Dagobertus Constantiensem Episcopatum insignibus privilegijs donat, & Marispurgum ad ripam Lacus Potamici condit, commodo navigationi loco, in gratiâ ornatæ à se Cathedræ Constantiensis. *Chron, Helvet. Lacus Pot. descript. &c. Stumpfius priore retulit.*

Moritur S. Ebregisus Trajectensis ad Mosam Episcopus, cujus sacrum corpus Trimoni e per 300. & amplius annos tumulatum, S. Bruno Archiepiscopus, Coloniâ traostulit, insignibus prodigijs honoratû. *Aub. Mir. V. Chron. M Belg. &c. & Traject. Pont. gest.*

Annus Christi 632.

Vita excedit Clotharius Magnus, eo nomine secundus Franciæ & Germaniæ Rex potentissimus; regnat Dagobertus Monarcha, qui tamen Chariberto fratri, etiamnum puero, velut ex paternis bonis legitimam partem, tradit Aquitaniam. In Belgio rerum potitur Pipinus, in Alemannia supera, Gunzunis posteris Sigeberto & Gunttamo, ac dein Martino, Sueviæ sive Alemanniæ Ducum titulos ac jura servantibus. *Ex Chron. Potam. Helvet Trith. Raming. &c.*

Annus Christi 633.

Levinus sive Lebvinus ex Monacho Ripensi, Scotiæ Archiepiscopus pro Christo exul voluntarius, & Gandavensium Apostolus, illustri Martyrio labores suos coronat. *Iac. Mey. Molan. Annal. Ben.*

Magnus ille de quo sæpius, Amandus, ad Cathedram Trajectensem evehitur teste Meyero, cujus tamen initia Episcopatus Chron. Magnum refert ad A. C. 641. *Vide rel. Belgij script.*

Eodem anno Dagobertus illustrem è Sclavis victoriam refert, qui Regni ejus fines vastaverant. *Iac. Mey.*

Annus Christi 634.

Liberalissimus in Constantiam suâ Acronij Metropolim, loci insigni elegantia captus Dagobertus, ornando locum plurimum sumptum effundit, & sub hanc annum certis limitibus Constantiensem Diœcesim circumscribit, ut habetur in Bullâ Aureâ Friderici I. Imp. & sanè is omnium Germaniæ, imo Europæ Episcopatum amplissimus celebratur. Cæterum, idem Rex, ut referunt Annales Thuringici, in Alemannia plerunque, sive in Thuringia sedem fixit, Alsatiam etiam in delitijs habens, & plurimum excolens.

Annus Christi 635.

Ægrè ex aula emergit, invito Rege S. Arnulphus, cucullum denuo amplexus.

Insigne rursum lumen inferiori Germaniæ illucescit, Sanctus Eligius Noviomensis Episcopus ex Abbate Solemniacensi, quem fidelissimum Consiliarium Dagobertus Regni negotijs post Arnulphum adhibuit. *Ex vita & Menologio nost.*

In superiore Germania clareot S. Magnoaldus sive Magnus, & Sanctus Theodorus alijque S. Galli quondam Collegæ ac discipuli. *Gal. Herm. Contr.*

Annus Christi 636.

E Monachis hoc anno, etiam Austria suum meretur Apostolum Divum Gisalaricum, Sancti Petri Salisburgensis Monasterij Abbatem, qui eam provinciam plurimis laboribus & sudoribus æternum obligavit. *Ann. Ben. Aquila Imp. Ben.*

Dagoberto nascitur filius Sigebertus, qui 40. æt. die baptizatus, à S. Amando, cum nemo esset, qui responderet, in disertissimam vocem, universis stupentibus erupit, AMEN. *i. Vita S. Amandi, Mir. &c.*

Annus Christi 637.

Transiens Dagobertus Rex noster è Germanijs in Franciam, celeberrimi illius Galliarum Archisterij S. Dionysij prope Parisios fundamenta jacit; sive potius à se jam structa, eximijs muneribus donat atque exornat. *Hist. Franc. Comp. Ann. nost.*

Annus Christi 638.

Sancti Romaricus & Goëricus Metensium Episcopi clarent, Sancti item Audoenus, Remaclus alijque ex ordine Monachico, viri illustres, qui Dagobertum nostrum in administrando Regno consilijs & precibus mirè juvant. Sub idem ferè tempus, quo Parisiense S. Dionysij Dagobertus Archisterium struxerat, alterum in Germania in agro Nemetensi, Weissenburgense condit, à Diva Virgine & Apostolorum Principibus de nocte apparentibus admonitus, quod postea promptuarium virorum Sanctorum & Pontificum Spirensium mater & alvearium extitit. *Munst. Crus. &c. Ann. nost. Aquila Ben. &c.*

Annus Christi 639.

Vitijs magnis magnas Virtutes corruperat Dagobertus, libidinis cumprimis fœdo scelere, quem denique sub hoc ipsum tempus S. Amandus, olim profidâ monitione exilium passus, ad saniora revocavit, adeo feliciter, ut sanctitatis etiam opinione deinceps floreret, grandi inde fructu in Germaniam & Gallias redundante. Missis eodem anno Alemannorum & Francorum copijs, idem Dagobertus Sisebuto Hispano Regi adest, & Judæos, quorum vis ingens illis Regnis insederat, inde ejicit. *Meyr. &c.*

Annus Christi 640.

Constructis jam plurimis per Germaniam Cœnobijs, & totis agminibus Monachorum, ex Italia, Scotia, Hibernia, Gallia, confluentibus, Barbarie paulatim absolvitur Germania; occasione Monasteriorum plurimæ conduntur Urbes, struuntur templa, & Xenodochia, Scholæ eriguntur, & fides Christi propagatur. *Ant. Yepes, Beatus Rhenanus, Brsua. Munster. Cranzius, Bozius, &c.*

Wandali habitantes Saalam inter & Albim, Thuringiam infestant, ad quos repellendos se ultro offerunt Saxones Dagoberto, si tributo annuo absolvantur, & inter socios habeantur. *Rivander, Kranz. &c.*

Sed & Slavi inquieti, cum mercatores Gallos depillassent, repetente merces Dagoberto ab eorum Rege, & hoc amicitiam illius ambiente, nihil aliud responsi

ſponſi datum; quam: *Servis Chriſti non eſſe jungenda fœdera cum Canibus*, quo utinam hodie intelligamus. *Comp. An. Eccl.*

Mortuo nunc Ariperto Aquitania ad Dagobertum redit *Armilim, App. ad Turon.*

S. Aroulphi Metenſis Epiſcopi, olim Majoris domus Regiæ mortem hûc refert Miræus & alij; Baronius anno ſequenti, Succeſſit S. Clodulphus filius & ipſe Monachus, Doda autem S. Clodulphi Mater Monaſticam profitetur. *Sigeb.* Inſtitutum hoc ipſo tempore Epiſcopatum Argentinenſem à Dagoberto plurimi ſcribunt, primumque ejus Pontificem deſignatum S. Amandum Ogyæ Monachum, Apoſtolum deinceps etiam Alſatiæ nuncupatum. *Schadæus, Mich. Klauiland. Bern. Herz. &c.*

Annus Chriſti 641.

Contra Wandalos rem ſtrenuè agunt, permittente Dagoberto Saxones, eoſque multis ex curſionibus & velitationibus fatigant. *Chron. Sax. & Thur. Kranz. &c*

S. Florbertus Abbas Gandenſis moritur 8. Id. Oct. celebratur S. Rictrudis Princeps Illuſtriſſima, quæ Dagobertũ ad ſecundas nuptias invitantem, ſolemni epulo excipiens illic ex inſperato ſacro velamine ſe Numini devovit & involuit. *Ann. Ben. Vita ex Menol. noſtro.*

Bulgari in Boica, juſſu Dagoberti cæduntur. *Brunn.*

Annos Chriſti 642.

Ottbertus ſive Ottobertus Altenburgi Comes, Elſatiæ & Briſiacæ Landgravius claret, qui Sanctum Trudpertum, Ruperti Boiorum Apoſtoli fratrem per benigne accepit, & locum condendæ cellæ, vallemque quæ cognomen dein Trudperti retulit, dono dedit. *Franc. Guill. Kerasl. Chron. ejuſdem Monaſt.*

S. Emerammus, Pictonibus hoc etiamnum anno dum præeſſet; audito, inferiores Pannones de fide Chriſti nihil inaudiviſſe, Epiſcopatum relinquit, ſed à Theodone Boiorum Duce exceptus ac retentus, Bavaris intendit, & Reginoburgios in fide confirmat. *Ann. Boic. And. Brunn. &c.*

Annus Chriſti 643.

Totam S. Amando ſe debet Argentina, duobus jam ſæculis, poſtquam deleta ab Attila fuit, in pulveribus condita, quæ nunc demum extructo illic Monaſterio conſurrexit, & confluente ad patres ſuos novello Chriſti grege, in eum deinceps ſplendorem & magnitudinem excrevit *Conſt. Ben. Chron. Argent.*

Dagobertus Rex noſter cum Judicaele Armoricæ Rege graviter colliditur, & efferveſcens jam bellũ, operâ SS. Eligij & Audoëni conſopitur. *Iac. Mey. &c.*

Annus Chriſti 644.

In filios hoc denique anno Dagobertus Monarcha, regna partitur, & Sigeberto quidem Seniori Auſtraſiam cum potiore Germaniæ parte, Juniori Clodovæo, Neuſtriam cum Burgundia largitur. *App. Tur. Aimoinus, aliique.*

Eodem anno S. Trudpertus Briſiacæ Apoſtolus, à latronibus cæſus, Martyrum honorem meruit, in ſui nominis Cella & Cœnobio conditus, ac Tutelaribus Provinciæ accenſus. *Franc. Guill. Chron. S. Trudp.*

Annus Chriſti 645.

Boicam demeretur grandi merito Dagobertus Rex noſter, ejuſque gentis leges abſolvit evulgatque, Hugiberto tunc Boijs imperante. *Brunn. &c.*

In inferiori Germania, præter ingentem Sanctorum Monachorum multitudinem, in converſione infidelium laborantem, è fœmineo etiam ſexu præ cæteris celebrantur S. Rictrudis Marchianenſis, S. Bertha Blangiacenſis, & S. Gertrudis Hamaticenſis, illuſtriſſimæ genere & Virtutibus Abbatiſſæ. *Script. Belg.*

Annus Chriſti 646.

Immigrat cælis vir verè Apoſtolicus & alter Rupertus, hujus ipſius in Cathedra Salisburgenſi Succeſſor S. Vitalis, grandibus à morte miraculis, eoque rariſſimo illuſtratus, cum è medio ſacri cadaveris corde lilium, per ipſum etiam marmor ſepulchri procrevit admirabile eximiæ puritatis argumentum. *Ann. Boi. Rader. Brunn. &c.*

Moritur eodem anno Pipinus Brabantiæ Dux, Major domus Regiæ 21. Febr. cui Grimoaldus filius eo in honore ſufficitur *Miræus. Quamvis alij præcedenti, alij ſequenti anno tribuant.*

Annus Chriſti 647.

Initium anni hujus morte ſua funeſtat glorioſiſſimus Rex noſter Dagobertus, cum Germaniæ & Franciæ annis 16. ſolus ſumma cum felicitate præſtitiſſet, poſt obitum patris. Filijs placuit ſors data à Patre, & Sigeberto quidem Auſtraſia, cum Alemannia ac ſuperá Helvetia, Clodovæo ſive Ludovico Francia cum Burgundia inferiorique Helvetia manſit. *Aimoin. App. Tur. &c.*

Clarent S. Modoaldus Treverorum Pontifex & S. Severa Horrei Abbatiſſa. *Miræus, &c.*

Annus Chriſti 648.

Ne ſanguinis ſubinde purpura deeſſet Germaniæ noſtræ, illum hoc anno in cultura agri Dominici poſt tot ſudores expendit S. Foillanus Philtani Homiæ Regis filius, Latiniacenſis Monachus, Hannoniæ glorioſiſſimus Apoſtolus. Prope Rodium Hannoniæ oppidum in Sylva Carbonaria ab impijs occiſus. *Vid. Molan. Iac. Deſmarus in Vita S. Furſei. Miræus, &c.*

Annus Chriſti 649.

Quantum prodeſſet Belgicis Provincijs hoc tempore S. Eligius Solemniacenſis & ipſe Monachus, Noviomenſium Pontifex inſtitutus, plutibus hoc anno Meyerus commemorat; de converſione maximè Flandrorum, & Suevorum illic aliquandiu ſedes figentium.

Willebaldus Helvetius inter Burgundiæ proceres ſpectatiſſimus, à Flancato majore Domus Regiæ crudeliſſimè cum ſuis mactatur. *Chron. Helvet. Stumpf. Franc. Guill. &c.*

Annus Chriſti 650.

Virtutum fulgore Germaniam inferiorem, imo orbem Chriſtianum univerſum percellit S. Aubertus, ſive Autbertus Cameracenſis Epiſcopus è Monacho Luxovienſi, cujus res geſtas prolixius hoc anno Miræus commemorat.

Florent item Itha Pipini Brabantiæ Ducis Vidua, quæ Nivigellenſi à ſe condito Cœnobio S. Gertrudem filiam præfecit. S. Domlinus Presbyter & alij viri illuſtres. *Iac. Mey. Ann. Fland. &c.*

Annus Chriſti 651.

Auſpicijs Optimi Regis noſtri Sigeberti, ſupera etiam Germania magis magiſque eſfloreſcit, & fides Chriſti, cum in Alſatia, tum Briſiaca, Suevia, Helvetia, per Monachici Ordinis viros longe lateque propagatur. Fundat idem Rex noſter diverſa

Cœnobia, quæ inter, hoc anno, celeberrima duo, Stabulense & Malmundariense in Arduenna condidit, S. Remaclo & Grimoaldo Duce cooperantibus. *Aub. Mir &c. & Monasteriorum prad. mon.*

Annus Christi 652.

Malè pugnat Sigebertus Rex noster contra Rodolphum Thuringorum Protegem, qui per hoc tempus Thuringos ad defectionem concitaverat. *Aimonius App. Greg. Tur.*

In Boica prope Helffendorffium Sanctus Emmerammus, postquam strenuè aliquandiu in excolendo agro Domini laborasset, crudeli laniena excarnificatus, auribus, naribus, pedibus verendisque præcisis, evulsa lingua, pretiosâ in conspectu Domini morte defungitur. *Ann. Boi. Rader. &c.*

Annus Christi 653.

Vincit, reparatis viribus Sigebertus, hoc denique anno Rudolphum Thuringiæ Protegem, subactæq; denuo Provinciæ tributū imponit. *An. Thur. &c.*

S. Remaclum relicto Pontificatu Stabulensi Cœnobio se inclusisse, Miræus habet. Chronicon Magnum Belgicum initia Pontificatus ponit, ut haud ita facilè quidquam hic definiamus.

Annus Christi 654.

Notat Sigeberti Regis nostri mortem hoc anno Miræus, nos quadriennium superstitem asserimus. Sanctus Vincentius illustrissimus Hannoniæ Comes, mirificè inferiorem Germaniam demeretur, evocatis Sanctorum Monachorum è Scotia, & Hibernia coloniis, quibus & ipse denique Principatu relicto accensetur. *Ann. Ben. &c.*

Annus Christi 655.

Illustris morte Sancti Fursei hic annus est, viri Apostolici, Latiniaci Abbatis, Peronæ conditi, filij Philtani Regis Hiberniæ, qui grandibus meritis Belgium demeruit; cujus vitam prolixe Jacobus Desmaius descripsit. Totus in condendis cœnobijs & Sanctorum susceptione est Sanctus Rex noster Sigebertus, cujus nomine Germania & Austrasia haud immeritò æternum gloriennitur. *Ann. nost.*

Annus Christi 656.

Cælos gaudio implet felicissimo transitu S. Gertrudis Rigomeri Principis vidua, Abbatissa Hammaticensis, cujus vitam Hucbaldus descripsit. *Aub. Mir. Fast. Belg Molan &c.*

Iterum Germani sanguinis Regem deligunt Longobardi Rodoaldo occiso, Aripertum scilicet, Agilolphingum Theodolindæ ex fratre nepotem, Principem Catholicum, de quo haud leviter sibi gratulata est Romana Ecclesia. *Sigon. &c.*

Annus Christi 657.

Insigni pompâ Attrebati elevatur hoc anno corpus S. Vedasti, & ex Cathedrali Ecclesia ad sui nominis Monasterium transfertur, per S. Autbertum Episcopum, præsentibus SS. Lamberto Tungrensi, & Audomaro Tornacensi Pontificibus, quorum posterior, cæcitate liberatus, memorabili exemplo, excitatem denuo à Numine impetravit. *Ex Vita Audom. Mir. Ann. Belg. &c.*

Annus Christi 658.

Sigeberto Sanctissimo Regi nostro supremus hic annus, qui solus viginti quatuor Cœnobia fundasse memoratur. Decessit 1. Febr. Anno Regni 16. relicto filio Dagoberto, at non ex Fridebergа Gunzonis Alemanniæ Ducis filia, quam à se in Monasterium intactam dimisit, cujus memorabile illud, & dignum æternitate dictum, cum illam aras amplectentem, sibi jam desponsam, ad se nihilominus adduci voluit, ut ipse tam charum munus Deo consecraret, regioque prius cultu & Diademate ornatam, sic ipse alloqueretur: *Ecce, inquit, meu te Nuptijs preparatam Sponsi cælestis Domini nostri IESV Christi, cedo complexibus*, dextramque ejus apprehensam effusus in lachrymas ipse altaribus imposuit, atque inde recessit; illa mox purpuram cucullo permutante. *Ann nost &c.*

Annus Christi 659.

Sancta Gertrudis Virgo & Abbatissa Nivigellensis felicissima morte ad immortalitatem transit. *Bucherius contra Sigebertum, &c.*

Grimoaldus Major domus Regiæ, præter fidem sanctissimo Regi Sigeberto datam, hujus filium Dagobertum, regno ejiciens, tonsum in Scotiam relegat, sibi filioque proprio regnum vendicans; contra quem missus cum exercitu Erconualdus à Clodovæo Rege, & incerta aliquandiu belli alea pugnatum. Quo motu Helvetia Alemannica, Turgovia & Tigurina provincia plurimum jactatæ sunt. *Aimo App. Tur. Chron. Helvet. &c.*

Annus Christi 660.

Inter mortales etiamnum degit S. Magnus sive Magnoaldus, Sancti Galli quondam socius, Faucium Juliarum Abbas, de Helvetia, Suevia, Tyrolensi provincia, & Rhætia optimè meritus, inter præcipuos deinceps Germaniæ Tutelares & 14 Auxiliatores, ut vocant, quintus decimus accensitus. *Ex Vita & mon. Canobij Faucensis, &c. Ann. nost. & Conf. Bened, &c.*

Iterum magnæ vastitates Helvetiæ, Allatæq; illatæ, Erchinoaldo & Grimoaldo bello decertantibus, quo denique hoc anno iste victus est, captusque & in perpetuos carceres missus, Hildeberto, quem in Regnum intruserat filio, in acie interempto. *Franc. Hist. Franc Guill. qui tamen falso ad A.C. 648. retulit, &c.*

Clodovæus Francorum Rex, corpus S. Dionysii minus religiose discooperiens, cum os ejus fregisset in amentiam incidit. *Baron, Sigeb.*

Annus Christi 661.

Moritur Sanctissimus ille Morinensium ex Monacho Losoviensi Episcopus S. Audomarus, immortali sui relicta memoria, Idololatria apud Tarvanenses & Morinenses, ac finitimos felicissimè triumphata. *Ex Ann nost. & Comp. Hist. Eccl. &c.*

Memorabili exemplo calcatæ gloriæ & Regni, quatuor simul fratres Winocus, Kadunocus, Ingenocus, & Modocus, S. Jodoci Germani fratres, Jodicaelis Armoricæ Regis filij, simul semelque Monasticam in Bertinensi Cœnobio profitentur. *Iperius, Chron. Bertin. Aub. Mir. &c.*

Austrasiæ & Germaniæ Rex inauguratur Childericus Cludovæi filius. *Ann Franc. &c.*

Annus Christi 662.

E vivis excedit Aripertus Germani & Boici sanguinis Princeps, Rex Longobardorum, duobus ejus filijs de Regno contendentibus, quod tamen utrique Grimoald⁹ Dux Beneventi eripit. *Paul. Diac. Sigon &c.*

Innumerabili hominum multitudine Ecclesiæ & cælo aggregatis moritur egregius ille Flandriæ, Brabantiæ & Alsatiæ Apostolus, Trajectensis & Agentinensis Ecclesiæ, ex Monacho Ogyæ, Episcopus S. Aman-

Amandus, cujus mortem priore anno retulit Baronius. Hoc tamen obtigisse Trajectensis Ecclesiæ monimenta asseverant. *Vid. Menolog. nost. Ann. & rer. Belg. script. &c.*

Annus Christi 663.

Florentius Monachus Scotus vir Apostolicus ad Cathedram Argentinensem post Sanctum Arbogastum evectus, admirabili vitæ sanctitate & ingentibus meritis se Alsatiæ & Regibus nostris commendat. *Ex Vita & Chron. Alsatiæ.*

Francicæ & Alemannicæ copiæ Perthariro subsidio missæ contra Grimoaldum, ab hoc fugam simulante, circumventæ ac deletæ sunt. *Sigon. Paul. Diac.*

Annus Christi 664.

Rex Clodovæus, nulla re memorabili gestâ, exacta turpiter per fœdam libidinem & socordia Vita, moritur, relictis tribus è Bathilde Saxone filijs, Clothario, cui Francia; Childeberto, cui Austrasia & Germania, & Theodorico, cui Burgundia cessit. *Baron. Comp. Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 665.

Annus hic morte duorum Ecclesiæ militantis præcipuorum columinum memorabilis est: SS. Eligij & Wandregisili, quorum ille ex Abbate Solemniacensi Noviomensium Pontifex fuit, Flandrorum insuper ac Frisonum pluriumque gentium Apostolus, iste Fontanellæ Abbas, præcipuæ sanctitatis, Magistrorum Magister, & ipse Caletensibus Ecclesiæ Christi adjunctis, immortaliter meritus. *Ann. Ben. Menol nost. Comp. Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 666.

Theodoricus Burgundiæ & Inferæ Helvetiæ Rex immani crudelitate famam Vitamque contaminans, hoc anno etiam in Sanctum Domini Divum Amatum Sedunensem ex Monacho S. Mauritij, Episcopum sævit, Virumque Sanctissimum Episcopatu dejicit, in deteriora deinceps præcipitatus *Chr. Helv. &c.*

Annus Christi 667.

Ex ordine Monachico iterum Germaniæ inferæ insignis concessus Apostolus S. Humbertus, fidelium numerum accessione ingenti auxit, & labore Apostolico Brabantiam inprimis, ejusque ocellum Antuerpiam demeruit. *Ann. Ben. Comp. Hist. Eccl. &c.*

Annus Christi 668.

Relicto cucullo & Cænobio Ebroinum Regni se negotijs immiscuisse non pauci hoc anno tradunt, virosque sanctissimos ab eo exagitatos miserè, inque exilium missos, de quo nunc quidem valde ambigimus, cum postea primum factum credamus, uti suo loco videbimus.

In Belgio ingens SS. Virorum numerus, quorum vel Syllabum solum pertexere, qui hoc tempore è tot Cænobijs prodierint, prolixius, quam dignus fuerit. *Vid. rer. Belg. script. &c.*

Annus Christi 669.

Vitam exuit Clotharius Francorū Rex, *quo mortuo & Regum gloria*, inquit Aemilius, *inter mortua est*, Majore domus deinceps ipsis Regibus imperante. Ebroinus, Theodoricum Childerico prætulit, & Regem salutavit. Sed regnum invadens iste, fratrem in Cænobium detrusit, Ebroino item pietatem, metu Childerici simulante, & cucullum amplectente. *Ursinus in Vitâ S. Leodegar. Ann. Franc.*

Iterum ad Germani sanguinis Principem redit Regnum Longobardicum Pertharitho exule, à morte Grimoaldi, quasi divinitus è Francia revocato. *Paul. Diac. Sigon. &c.*

Annus Christi 670.

Nunc propensissimus deinceps in Ecclesiam Pertharitus, recepto nunc denique Regno, Cænobium S. Agathæ, grati animi monimentum erigit. *Hist. Longob.*

Austrasiæ Regnum sacrâ sui sanguinis purpurâ ornant, duo sanctissimi Monachi Præjectus Episcopus & Amerinus Abbas (à quo Valli Alsaticæ cognomentum) eximijs prodigijs à Deo illustrati. *Ex Vita & Menol. l. nostro.* quo ipso anno S. Waldetrudis Castriloeensis Abbatissa cælis immigravit. *Ann. Belg.*

Annus Christi 671.

Innumeri ferè è Monachico Ordine Sancti, per Galliam, Hispaniam, Italiam & Europam universam, ipsam etiam Germaniam nostram Firmamenti illius superi suis Syderibus tantis æmulam imo illustriorem reddunt. E solo Fœmineo sexu, Augusti & Regij generis decora præ cæteris effulgent SS. Irmina Horrei, & Adela Palatij Veteris Abbatissæ Magni Dagoberti Regis filiæ, Sancta Severa, S. Symphoriani Antistita Princeps Austrasiæ Illustrissima, omnes unius Trevericæ Urbis prodigiosissima lumina & columina, ut reliquas Belgij Principes, eundem professas ordinem, consulto prætereamus. *Vid. Thithem. Iepes, &c.*

Annus Christi 672.

Citeriori & inferæ Germaniæ, consilio ope & opera insigniter prodest S. Lambertus Trajectensis Episcopus, cujus consilijs Childebertus, dum meliorem ageret Principem, ut firmissimo Regni fulcro nixus est. *Ex Vita & Menol. nost.*

Annus Christi 673.

Egregijs meritis demeretur Belgium S. Begga Pipini senioris Brabantiæ Ducis filia Ansegiso Duci, S. Arnolphi filio primum nupta, ex quo Pipinum avo cognominem suscepit, Caroli Martelli Patrem, ex quo Carolingorum Galliæ & Germaniæ Regum tota posteritas descendit; quæ Andennensi constructo cænobio, ibidem cucullum amplexa, tantis virtutibus effulsit, ut præcipuis à morte Belgij tutelaribus accenseri meruerit. *Rayssius, Bertelius, Bucherius, &c.*

Annus Christi 674.

Austrasiæ & Germaniæ Regno pessimè consulitur à Childerico Rege, qui omnium expectationem brevi eludens, ubi Monarcha evasit, contemptu aliorum contemptissimum se reddens, S. Leodegarium salutaria monentem exilio damnavit, unicumRegni firmamentum, cum is tam sanctè aliquandin præfecturam Palatij ad ministrasset. *Ex Vit. Leod, &c. Menol. Ann. Ord. &c.*

Annus Christi 675.

Nunquam felicius faciliusque Francicum omnino jugum excutere saxones poterant, atque modo, nuper è Vasallis & Tributarijs, ut vocant, socij facti & confœderati, nunc etiam ignavissimi Regis contemptu hostilia ausi, qui cum Thuringos ad eadem pellicere non possent, gravibus deinceps injurijs eos infestare, & armis lacessere non desierunt. *Chron. Thur. & Sax. &c.*

Annus Christi 676.

Ingens iterum rerum in Gallijs ac Germania mutatio

tatio Childerico Rege in Venatione occiso, Bodilonis viri nobilis manu, quem ad stipitem alligatum, virgis cædi aliquando jusserat; qui ne ultor sceleris superesset, Blihildem etiam Regis conjugem, tunc prægnantem, eodem ferro interfecit. Restitutus Regno, reductusque è Cænobio Theodoricus, & Leodegarius summo omnium voto & plausu ad regimen Reipub. revocatus est. *Ex Gestis Franc.*

Eodem anno S. Andoenus è Resbacensi Monacho Augustodunensis Episcopus, gravissimam dissensionem inter Pipinum nostrum & Gislemarum Ducem consopit, in gravissimum bellum exarsuram. *Ann. Franc. Mir. &c.*

Annus Christi 677.

Monasterium deserit infandus Apostata Ebroinus, factâq; subito latronum manu, ex insidijs Theodoricum & Leodesium Majorem domus opprimit, thesauros Regios diripit, Clodoveum, quem Clothario III. generatum ferebat in Regem vulgat, Episcopos & Regni Proceres, alios exilio, alios varijs tormentorum generibus, eosque inter S. Leodegarium è Monacho S. Magnutij Augustoduoensem Episcopum è medio tollit. *Aimoin. App. Turon. &c. Vit. S. Leod. &c.*

Annus Christi 678.

Ex meritissimis Germaniæ Apostolis, elucescit hoc anno immortalibus meritis S. Wilfridus è Monacho Lindisfarnensi Northumbrorum Episcopus, non sine Numine in Frisiam delatus, qui hoc ipso tempore Frisonum multa millia Ecclesiæ & cælis lucrifecit. *Beda, Baron. Ann. nost &c.*

Ebroinus neglecto Clodoveo, Theodorico jungitur.

Annus Christi 679.

Monotbelitarum Hæresis Agathonis Papæ jussu toto orbe profligantur, varijs indictis per Italiam, Hispaniam & Galliam Synodis, ad quas plurimi è Germania Episcopi occurrunt. *Baron. &c.*

Ebroinus invisam habens Pipini & Martini Principum potentiam, cum ijs armis congressus, victor existit, graviter afflictis Austrasiorum & Alemannorum viribus, nec multo post Martinum fraudulento pacis juramento ad Theodoricum pertractum, solitâ perfidiâ cum toto comitatu contrucidat. *Ex Divi Galli. script.*

Annus Christi 680.

Ingens Germaniæ nostræ luctus & vastitas, Ebroino Tyranno igni ferroque omnia populante, illis tamen Pipino suo constantissimè adhærentibus, & Ebroini infanda scelera, & fastum insolentem, Dominatumque superbissimum execrantibus. *Hist. Franc. Gull. Comp. nostrum.*

Moritur S. Austreberta Paullacensis Abbatissa, æternæ suæ patriæ Tutelaris. *Hist. Belg.*

Annus Christi 681.

Excessisse è vivis hoc anno S. Justum Argentinæ Episcopum è Monacho Vallis S. Gregorij ad eum honorem evectum, Kleinlavelius habet, virum egregiè sanctum & æternum de Alsatia meritum, eruditum insuper, & relictis ingenij monimentis clarum, è quibus Commentaria in Cantica Canticorum celebrantur. *Monum. Vall. Greg. &c.*

S. Wilfridus rursum Anglia exulans, immortali merito Australes Saxones, profligatâ gentilitate Ecclesiæ adjungit. *Ex Vita & Menol. nost. Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 682.

Tyrannidem Ebroini totus orbis execratur, quantoque plures evertere conatur, tanto etiam plures sibi hostes creat; dumque à Galliæ proceribus ipse sibi cavet, Pipinus cum Austrasis & Alemannis rem suam curant, & vires augent. Quem tamen hoc primum anno ab Ebroino cæsum nonnulli existimant; quos in Annalium Eccl. Compendio nostro sequuti fuimus.

S. Ansbertus ex Monacho Fontanellæ Rhotomagensis Episcopus Concilium ibidem congregat, ad quod plerique etiam Germaniæ nostræ Episcopi occurrunt. *Ann. Franc. script. & Comp. cit.*

Annus Christi 683.

O dignum deniq; tot scelerum præmium! Hoc siquidem anno, eum impius ille Ebroinus Hermenfrido Franco nobili sibique suspecto, ut tot viris illustribus intulerat, mortem parat, ab eo præventus incredibili totius Regni gratulatione, è medio tollitur, nulla hominis memoria, nisi immani scelerum manente, & perennante odio, & in posteris execratione. *App. Greg. &c.*

Annus Christi 684.

Vigore novo reflorescit Germania & Austrasia tyranno interfecto, & Pipino, præter voluntatem Ignavi Regis Theodorici Austrasiæ Majoratum fortiter tenente, quæ etsi res haud leviter Gallorum Principum animos offenderet, & nonnulli cum honorem ad se pertinere contenderent, nemo tamen erat, qui etiam fretus Theodorici favore sive patrocinio, perturbatis etiamnum in Gallia rebus, Pipinum lacessere auderet, suis omnibus unicè charum bello exercitum, & majora, uti apparebat, deinceps ausurum, à quo potius metuendum sibi esset, quam ut ipse alios metueret. *Ex Vita Pipini & Aust. ac Germ. script. diversis.*

Claret S. Madelberta illustrissima Hannoniæ Princeps, S. Vincentij filia, Abbatissa Walbodiensis. *V. Menol. Molan. &c. Mir. &c.*

Annus Christi 685.

Ebroini in S. Leodegarium aliosque sanctos scelera, hoc primum anno commemorat Baronius, quæ tamen à Gordono & celebrioribus quibusque Galliæ & Germaniæ scriptoribus, merito maturius recensita sunt.

Warathoni Majori domus Franciæ, mortuo, succedit gener ejus Dertharius sive Bertharius, nobilis quidem genere, at cui ad Pipinum nulla comparatio, qui cum huic insuper insidias moliretur, egregium juvenem injuria accendit, ita quidem ut novâ discordiâ, novoque metu Francia & Austrasia atque Germania laborarent. *Franc. Gull. Vita Pipini, &c.*

Annus Christi 686.

Regis Theodorici fastidio, & Bertharij odio, Proceres Franciæ pleriq; ad Pipinum respiciunt non solum & inclinant, sed & in Austrasiam ad eundem sese recipiunt, magna proin in Gallijs trepidatio, & arma utrinque parantur, superiore, inferioreque Germania pro Pipino suo lectissimum quemque sub ejus signa mittente. *Citati.*

Annus Christi 687.

Exercitum lectissimum hoc anno Pipinus contra Bertharium & Theodoricum ducit, Francorum meliore

liore parte ad deturbandum illum sollicitante, congressosque apud Textricium, insigni victoria potitus, Theodoricum Regem cepit, Principatumque Regni occupavit, titulo in speciem, an declinandæ invidiæ causa, Theodorico relicto & Berthario in gratiam Pipini à suis interempto. *Aimoin. App.Turon.*

Annus Christi 688.

Uniuntur deoique post longum dissidium Galli, Austrasii & Germani; & Germani ingenii Principem Pipioum omoes adorant, redintegratâ denuo, & tanto post, Franeorum per hune Mooarchia. Immortali merito Franconiam nostram demeretur S. Chilianus Hybernus Monachus, Duce illius Gosberto ab idolorum cultu avocato, & fide Christi looge lateque propagata.

Eodem anno moritur Amprinctus Alsatiæ Landgravius, Comes Habspurgi, de Monasterio S.Trudperti ad Herciniam optimè meritus. *Guil. &c. Hist. nost. Agilolfingica, &c.*

Annus Christi 689.

Ne quid ad cumulum deesset meritorum, S.Chilianus Apostolatū suum apud Francones nobili Martyrio coronat, Geysæ scelestissimæ Principis scelere, per assensum mariti, cum socijs Monachis interemptus, illâ paulo post pænas Numini meritendas dependente, & Kiliano deinceps Principe Tutelari ejus provinciæ adoptato. *Ex Vita & Menol. Annal. nostr. Bened &c.*

Theodoricus Rex moritur relictis duobus filiis Clodovæo III. & Childeberto II. quorum ille Pipini auspiciis Regis titulum est consequutus, omni tamen potestate deinceps penes Pipinum remanente. *App. Tur. Sigebertus, &c.*

Annus Christi 690.

Unum sustulerat prior annus & magnum quidem Franconiæ Apostolum, at è cujus velut sanguine multo plures renati sint. Siquidem hoc ipso statim anno, memorabili, à primis Christi discipulis, Apostolorum numero, duodecim simul Germaniæ Scotia omnes è factâ Divi Benedicti familia destinavit, agentibus præcipuè & negotium promoventibus SS. Egberto & Sergio Pont. Max. ejusdem ordinis magnis Syderibus, quorum strenuâ operâ, paulò post, diversissimis provinciis multa mortaliū millia ad sinum Matris Ecclesiæ congregata sunt. *Annal. nostri, & gesta eorundem SS.*

Annus Christi 691.

Militiæ per Alemanniam, Alsatiam, Helvetiamque præest Rupertus Clodovæo Regi sanguine proximus, quem nonnulli ideo Ducem Alemanniæ prodiderunt, durante apud Gunzonis, & Attici sive Ethiconis posteros eo honore; Ruperto nihilominus magnis in Helvetia ac vicinis locis potentia opibusque florente. *Franc. Guil. &c.* Quo ipso tempore, Roperti frater Vighardus Presbyter, Lucernense Divi Leodegarii nomine Cænobium condidit, à quo deinceps nobilis illius Urbis origo atque incrementa. *Chron. Helvet. Conf. Ben. &c.*

Annus Christi 692.

Originem sub hunc annum Monachis & Monasterio debet, altera, & illustrissima Helvetiæ Civitas Tigurum, condito illic, immitatione fratris Vighardi, SS. Felicis & Regulæ Monasterio, à Ruperto Duce superius memorato, cui paulatim civitas accrevit, hodie Princeps Helvetiorum celebrata. *Annal. Helvet. Franc. Guil. &c.*

Annus Christi 693.

Martyrii laureolâ Apostolatum suum primi è duodecim supra memoratis gloriosè coronant duo Sancti Ewaldi, fratres germani, cum Saxoniam aliquandiu multo sudore, grandi charitate & patientia immortaliter demeruissent, magnis à Numine post mortem miraculis commendati. *Ann. Ben. Aquila Imp. Ben. Vita ex Menol. &c.*

S. Bainus ex Monacho Fontanellensi Morinorum Episcopus vir Apostolicus floret. *Aub. Mir. &c.*

Annus Christi 694.

Nunquam deinceps annus se offeret, quo non magni alicuius Apostoli se meritum ingerat, quæ tamen subinde & obiter tantum observabimus. Præsens memorabilis inprimis S. Lamberti ex Stabulensi Monacho Tungrensium Episcopi prædicatione est, qua Campaniam Brabantinam ab Idolorum cultu revocavit, jure merito ejus nobilis provinciæ Apostolus nuncupatus. *Ann. Ord. Vita ejusdem. Menol. Ben. &c.*

Annus Christi 695.

Ingreditur Ovaos Cælum hoc anno S. Audomarus è Monacho Luxoviensi Moriensium Pontifex, & ipse Tarvanensium Apostolus nuncupatus, multorum in Belgio locorum & Urbis cognominis magnus à morte Tutelaris. *Menol. nost. Ann. Ben &c.*

Rursum felix Germania sanguine Apostolico purpuratur, S. Wigberti nimirum, unius ex duodecim, qui postquam innumeros Frisiæ, Hollandiæ, Teisserlandiæ, Westphaliæ, Bavaræ, &c. incolas Christo lucratus esset, tanta merita Martyrij suprema laureola coronavit. *Ex Citatis.*

Annus Christi 696.

Apostolorum è duodenario Princeps, S. Willebrordus hoc anno Romam profectus, non sine Divina revelatione, à Sergio Papa summo cum bonore suscipitur, & Episcopus ordinatus, mox ad labores Apostolicos in Germaniam revertitur, Apostolorum more pedibus incedendo magna itinera emensus, & Frisiis primum Hollandisque Christum prædicans. *Ex Vita & Menol. Ord.*

Annus Christi 697.

Monasterium S. Emmeramni Ratisponense longè celeberrimum, à Theodone Boiorum Duce conditur, cui Appollonius vir insignis primus Abbas datus est. *Ann. Boi. &c.*

SS. Swibertus & Willibrordus, longè lateque per Germaniam incredibili cum fructu fidem propagant, & in Daniam usque excurrunt. *Annal. Ord. & Vita ex Menol. &c.*

Heremarus vir illostris Divo Winoco nostro, Wormholt possessionem suam assignat, celebri ibidem Cænobio condito. *Iac. Mey. &c.*

Annus Christi 698.

Excedunt è vivis Divi Berthinus & Begga Princeps gloriosissima Germaniæ inferioris Sydera, quibus tamen innumera hoc ipso tempore, è diversissimis & plurimis passim structis Cænobijs ex eodem ordine, & sexu utroque successere, ut verè Paradysum Domini utramque Germaniam liceat deprædicare. *Ex div. rer. Belg. script.*

Illustratur idem annus Martyrio S. Lamberti, ex Monacho Stabulensi Tungrensis Episcopi, Taxan-

driæ Apostoli, qui deinceps Princeps suæ & Leodiensis Ecclesiæ Tutelaris adoptatus est. *Ex Vita, Ann. & Menol. nost. &c.*

Annus Christi 699.

Admirabili vitæ sanctitate Belgium, imo Ecclesiam Christi universam percellit atq; exornat S. Ursmarus Laubiensis Abbas, dein ad conversionem gentium ordinatus Episcopus, Magnus Theoraciæ & Flandriæ Apostolus nuncupatus. *Rer. Belg. script.*

Drogo Pipini filius Companiæ Dux moritur. Grimoaldus frater ejus à patre Pino, in aula Hildeberti Regis Major Domus statuitur, eique filia Radbodi Frisonum Ducis in Uxorem desponsatur. *Mir. Ann. Belg. &c.*

Annus Christi 700.

Hoc demum anno Frisonum Rex ipse Radbodus, manus dedisse Ecclesiæ & Deo visus est, fide non diu duraturâ, sed genti saltem suæ, consilio admodum salutari, ipsiusmet Radbodi filio salutaribus undis renato, & admirando rerum successu S. Wulfranno Fontanellæ Monacho, Senonensium Archiepiscopo Verbum Dei ibidem seminante. *Ex Vita S. Vulf. Ann. Ord. &c.*

Annus Christi 701.

Obiit hoc anno S. Maurontus sive Morandus Abbas, vir Apostolicus, Regiis & Ducalis generis, grandibus à morte & perpetuis miraculis illustratus. *Iac. Mey. &c. & Menol. nost.*

Quo ipso anno decessit etiam S. Trudo Abbas, qui hortum Domini, gravissimis manipulis implens, *Hasbaniorum*, ut inquit Baronius, *meruit Apostolus nominari*; à quo deinceps Trudonopolis est cognominata. *Ex Vita, & Menol. Benedict.*

Annus Christi 702.

Celebrat hoc anno grandia merita S. Wironis Abbatis, Jepesius, qui sub hoc ipsum tempus ad Pipinum Ducem se contulit, ordinatusque ad conversionem gentium Episcopus, Germaniam inferiorem Apostolicis meritis æternum sibi obstrinxit, à quo Pipinus totus dependens, tanti ipsum fecit, ut eodem à confessionibus usus, non nisi detractis calceis accederet. *Ann. nost. Bened. Bren. Ruramund. &c.*

Annus Christi 703.

Quantum curæ impenderet hoc tempore Pipinus, in promovendis viris Apostolicis, eorumque laboribus juvandis & sublevandis, nemo satis explicaverit, quem haud immerito inter meritissimos quin & Apostolicos, utriusque inferæ inprimis Germaniæ censueris.

Sub idem tempus Alemanniæ Dux Godefridus, è familia, quæ postea Guelphonum dicta est, rem Christianam in superis partibus plurimum promovit, & Sancti Galli Asceris plurima contulit. *Ex Ann. nost.*

Annus Christi 704.

Unus hic annus præ cæteris memorabilis, Maximi & præcipui Germanorum Apostoli Bonifacij, Apostolatus initiis, qui Regii generis contemptu, & summâ Vitæ Monachicæ perfectione eminentissimus, propagandæ fidei zelo, exul sponte sua & peregrinus, Apostolicos labores, hoc primum anno in Frisiam delatus, magno animo aggressus est, cujus deinceps exactiorem Vitæ Chronologiam Nicolai Serarii opera, contra Baronii calculum, merito observabimus.

Annus Christi 705.

Ingens rursum in Germania ad gremium Ecclesiæ accessio, operâ S. Swiberti Bearnensis Monachi, qui sub hunc annum Brunswicenses, Boructuarios, finitimosq; populos Christo adjungens, idololatriam felicissimè profligavit. *Marcell. in Vita. Ann. nost. &c.*

Annus Christi 706.

Debet plurimum hoc anno utraque Germania S. Willibrordo nostro, cujus admirabili zelo atque industria, tam per ipsum quam per socios atque discipulos, multa mortalium millia inferis præripiuntur; cujus merita expendens Pipinus Dux, hoc anno medietatem fisci Epternacensis ipsi dono dedit, cujus alteram medietatem S. Irmina Dagoberti Regis filia ipsi contulit. *Aub. Mir. &c.*

Annus Christi 707.

Quantum laboràrit hoc ipso tempore in conversione Germaniæ Sanctus Marcellinus, unus è 12. sæpe laudatis Monachis Apostolis, ipse paucis innuit: *Et ego Marcellinus Presbyter inutilis, inquit, missus ad partes Transiselanas, locum Aldenseel, Trentam, & Tuventam & Concordiam, ac Daventriam, rego, & Dei providentia totum fermè populum, Christo prædicando lucratus sum, & purgavi à cultu Idololatriæ, &c.* Ita ipse.

Annus Christi 708.

Ut vix quietæ alias in Germania res, sic invidia Cacodæmonis inter tantos rei Christianæ progressus, gravissima deinceps bella & motus concitati: Boructuariis hoc anno atque accolis graviter collisis, & arma corripientibus. Qua tempestate coactus meritissimus eorundem Apostolus S. Swipertus, ne tantillum otio daret, Coloniam secessit, summo cum honore à Plectrude Pipini conjuge exceptus, ibidem *Complura Apostolo digna*, ut ait Baronius, *gessit*. & vicum Werdensem dono accipiens à Pipino, celeberrimum ibi Monasterium construxit, ex quo toti deinceps Apostolicorum virorum manipuli prodierunt. *Baron. Ann. nostr.*

Annus Christi 709.

Insignis Germaniæ Apostolus, ad coronam æternitatis evolat, S. Wilfridus è Monacho Lindisfarnensi Eboracensium Archiepiscopus, qui ante Wilibrordum, Frisiorum Apostoli nomen gloriosissimum meruit, primusq; illic opus Evangelicum cæpit cum Romam iturus Favonii impulsu eo delatus esset, multis millibus salutari lavacro expiatis. *Beda, Molan. Ann. nost.*

Eodem anno Croco Bohemorum Principe extincto, celebris illa Libussa post patrem imperavit, de qua ut & de Boëmiæ rebus, sæpius deinceps suo tempore.

S. Hubertus divinitus monitus, corpus S. Lamberti Leodium Trajecto transfert atque una sedem Episcopalem, Lamberti deinceps nostri imagine pro insignibus habita. *Mir. &c. Ann. Leod. &c.*

Annus Christi 710.

Dagobertus II. post Childebertum hoc anno extinctum imperat, manente tamen apud Pipinū summa rerum potestate & Germanis inprimis ad hunc respicientibus, nullâ habitâ cujusque Regis ratione. *Ex Ann. nost. Chron. Helv. Franc. script.*

Claret S. Erkenbodus S. Bertini discipulus, Abbas IV. Sithivensis, Morinorum postea Episcopus. *Aub. Mir. &c.*

Annus

Annus Christi 711.

Episcopatus Werdensis, initia debentur hoc anno S Swiperto Bearmensi Monacho, primo ejusdem Sedis Episcopo, ut & post mortem Cathedralis Ecclesiæ & Episcopatus universo Patrono. *Marcell. Cranzius, in annis tamen graviter lapsus. Iepes, &c.*

In superiore Germania, inter magnos ejus Apostolos celeber habetur S. Alto Eugenii Scotiæ Regis filius, Lycariorum, Ambronum, & Noricorum Apostolus, primus Weingarttensium Ascetarum Abbas, & Auctor, plurium egregia sanctitate & Apostolici meriti virorum institutor & Pater. *Ex monum. & Chron. nost. VVeingartt. t. 3. Menol. &c.*

Annus Christi 712.

Spectatissimas Belgii provincias Christo & Ecclesiæ lucrantur, convulso longe lateque impio dæmonum atque Idolorum cultu, Sancti Werenfridus, Willeicus & Achatius, è Monachis Episcopi ad conversionem gentium ordinati. *Marcell. Iepes, Trith. Haræus, &c.*

Theodibertus Boicæ Princeps Asprandum diu apud se exulem, Boiorum copiis auctum in Italiam remittit, qui victoriâ insigni & Regno Longobardorum potitus, trimestri tamen spatio extinctus, Luitprandum filium successorem relinquit. *Ann. Boi. Stg. Ann. nostr.*

Annus Christi 713.

Terras deserit, ad coronam æternitatis evolans, S. Ursmarus Abbas Laubiensis, meritissimus Theoraciæ & Flandriæ Apostolus, inter spectatiores Belgii & inprimis Flandriæ Tutelares accensus. *Rather. Falcunius, Meyer. Miræus.* De Libussa Principe sua mira nugantur Boëmi.

Annus Christi 714.

Obiit Pipinus BrabantiæDux, Major domusRegiæ, imo Regum Rex, summo cum Germaniæ & Franciæ luctu, & certo Regni exitio, nisi ex Alpaide concubina Carolus, cui Martello cognomen, superfuisset. Reginfredus enim contra Theodaldum (quem ex filio Grimoaldo nepotem Pipinus palatio præfecerat) arma corripuit, acieque profligatum præfectura exuit. Qua occasione solutus custodia à Plectrude Martellus, quæ cum Theodaldo Regnis inhiabat, thesauris quoque patriis auctus est ad hostes profligandos, strenuè deinceps rem præstitit, ut postea videbimus. *Meyer. & reliqui Franc. & Belg. rerum script. &c.*

S. Adalbertus Epternacensis Monachus Edilwaldi Deirorum Regis filius, Hollandiæ & Kenemariæ conversioni intendit, Apostoli apud easdem Provincias nomen & meritum consequutus. *Molan. Steng. &c.*

Annus Christi 715.

Profectus contra Ratbodum Frisiorum Regem, Reginfredi auxiliarium Martellus, ab eo magnâ clade victus, in superiorem Austrasiam ægrè evadit. Quo ipse tempore Dagobertus Rex obiit, cujus rejectis filiis, Theodorico & Childerico, Reginfredus Danielem quendam Monasterio extractum, & stemmaris incertum Regem salutavit, & Chilpericum vocavit. Auditâ autem Martelli in Frisia strage, in Austrasiam vastabundum se contulit. *Annal. Franc. Gord. Franc. Guill.* Eâ inquiete & rerum turbatione, Saxones cæteroquin Francico nomini infensi, arma movent & Boicam infestant. *Ann. Fuld. &c.*

Annus Christi 716.

Episcopatus Frisingensis felicissima fundamenta jacit S. Corbinianus S. Altonis Abbatis & Episcopi socius, & ipse Episcopus ad conversionem gentium ordinatus. Quo ipso tempore Theodo V. Boiorum Dux Romam voti causâ profectus est. *Ann. Boi. Ann. Eccl Comp. &c.*

Chilpericus cum Reginfredo suo cumque exercitu lectissimo Coloniam versus movens, ubi Plectrudis morabatur, ab ea muneribus magis quam armis avertitur. *Ann. Franc.*

Moritur S. Winocus Wormholtanus Abbas S. Judicaelis Minoris Britanniæ Regis filius, vir Apostolicus. *Meyer. Molan. &c.* S. Bonifacius ad suum Cœnobium revertitur. *Serar.*

Annus Christi 717.

Reparato exercitu Carolus Martellus prope Vinciacum congressus, cum memorabili prælio superavit cum Chilperico suo, quos etiam insequens, magnâ cum strage Parisios usque repulit. *Auct. cit.*

Mirificus ille Saxonum, Frisiorum, Westphalorum & Boructuariorum Apostolus, S Swipertus, Bearmensis Monachus, primus Werdensium Episcopus moritur, & paulo post suæ sedis Divus Tutelaris eligitur. *Marcell. Mir. Meyer. &c.*

Annus Christi 718.

Insigni omnium gratulatione Victor Coloniam reversus Carolus, à Plectrude regiis thesauris donatur, ausumque regredi cum auxiliaris Eudonis Aquitaniæ Ducis copiis Reginfredum, grandi rursum prælio profligat, Clothariumque suæ factionis Regem nominat, omni tamen potestate penes se retenta. *Franc. Guill. script. Gall. &c.*

Maximus ille & Universalis Germaniæ Apostolus Bonifacius, Adescancastrensis in Anglia Monachus, è patria reversus, Romæ à Gregorio II incertæ sedis Episcopus ordinatus, in Germaniam destinatur. *Nic. Serar. Ann. nost. &c.*

Annus Christi 719.

Superato ut diximus secundum Reginfredo, Chilpericum ad Eudonem profugum repetit & extorquet Martellus, & Clothario quem nuper Regem salutaverat mortuo, & hoc item quamprimum mærore an angustia extincto Theodoricum Dagoberti filium titulo Regis ornat. *Franc. Hist. diversi.*

Majo mense Roma in Germaniam venit S Bonifacius, & B Gregorium puerum in disciplinam suam accipit. *Nic. Serar. &c.*

Moritur Ratbodus Senior Frisiorum Rex, qui jam baptizandus, rogans, quo loco maiores sui post mortem essent, cum in inferis esse audisset, retrahens à salutari lavacro pedem, eo se quoque velle, affirmavit, & nunc quidem ivit ac præcipitavit. *Ex div. rer. Fris. Hist. &c. Ann. nost. &c.*

Annus Christi 710.

Iste annus à plerisque Theodorici Regis primus ponitur, Martello totius Monarchiæ Francicæ potestatem sibi vendicante. *Ann. Pithæani. Ann. nost comp. &c. Gerdon. &c.*

Optima voluntate Libussæ Bohemorum Principis, eidem duodecimviri, ad sustinenda Regni onera adjunguntur. *Hist. Boem. VVenc. Haget. &c.*

Moritur S. Wulframus Fontanellæ Monachus, Senonensium Archiepiscopus, cum quinquennium & ipse olim in conversione Frisonum desudasset. *Mey. Mir. &c.*

S. Bonifacius pergens in Frisiam, in conversione ejus provinciæ triennium totum S. Willebrordo strenuam operam navat. *Annal. nost. Mey. Nic. Ser. &c.*

Annus Christi 721.

Martellus stabillendo Regno intentus, Reginfredum persequens, Andegavensium Urbe expugnata, eum capit, & perpetuis addicit carceribus, deductoque in Saxoniam exercitu, memor, Ratbodo Frisio fidam, & Francis semper infestam ac contumacem, eam diripit & longe lateque populatur. *Saxon. Histor. Hist. Franc. Annal. Fuld. &c.*

Libussa Primislaum maritum & Ducem eligit in aratro prandentem. *Hagetius, &c.*

Annus Christi 722.

Occasione propinquioris in Saxonia belli, ut videmr, Bonifacius Willibrordi ea voluntate, ad Cattos Frisiis proximos secedit, & magno fructu ibidem prædicat. *Ex Vita & Ann. nost. &c.*

Carolus compressis Saxonibus, per Germaniam victricia signia circumferens, Bavariam Alemanniamque tumultuantes compescit. *Ann. Franc.*

S. Othmari Abbatis fama late percrebescit. *Chr. Helvet.*

Annus Christi 723.

Martellus ausos resumere arma Alemannos Poiosque denuo comprimit, subactamque Boicam, partis longa pace thesauris multat, abductâ etiam Piltrude Principe Grimoaldi Ducis conjuge, quam tamen paulo post, asello impositam dimittit. *Ann. Boi. Brunn. Ann. Fuld. Ann. nost. &c.*

Bonifacius Romam secundu pergens, & propriè à Gregorio II. factus Episcopus, ad cœptos in Germanicâ Vineâ labores regreditur *Nic. Ser.*

Praga condi cœpta sub Primislao Duce. *Haget.*

Annus Christi 724.

Aquitaniæ Dux Eudo, dum per absentiam Caroli in Germania occupati, omnia molitur & vertit in Francia, compositis illic rebus Carolus advolat, & Ligeri superato in illum movens, grandi cum clade profligat, inque Vasconiam, relictâ etiam Aquitaniâ profugum expellit. Idem hoc ipso anno inter tot cruenta negotia, suam in Deum pietatem insigni monimento contestatus, celeberrimum illud superæ Alemanniæ Archisterium, Augiam Divitem condit, quod innumeram deinceps Principum & procerum Germaniæ multitudinem cælo asseruit, & maximorum Germaniæ pontificum promptuarium extitit. *Ann. Franc. & Germ. Msn. Aug. Const. Bened. &c.*

Incredibili alacritate & merito desudat in Apostolico labore Bonifacius noster, haud immerito *tonitrui filius* à Baronio appellatus, *quod fulminis instar impietatis destruxerit munitiones.* Latè autem excurrens, in Thuringiam hoc anno venit, inde in Westphaliam in Geismar, ubi celeberrimam atque ingentem arborem Jovi sacram dejiciens, S. Petri Ecclesiam condidit. *Chron. Thur. Zach. Rivand. &c.*

Annus Christi 725.

Nunquam periculosiore loco res Gallicæ visæ, quam cum jam triumphati hostes omnes Caroli viderentur. Eudo siquidem Aquitanus rem indignissimam ausus, Saracenos in auxilium contra Martellum invocavit, qui occasione læti, cum Rege suo Abdiramo, ad quadringenta milla statim occurrêre, & Aquitaniam primum, vastatis direptisque Ecclesiis occupavêre. Inde non leviter in Germania trepidatum & Carolus quæ reprimendo tanto exercitui essent, sedulo comparare studuit. *Annal. Fuld.*

Præter Hassiam magna etiam Thuringiæ pars, manus dat Christo, Bonifacio rem strenuè agente. *Ex Vita, &c.*

Annus Christi 726.

Victoriis insolentem, immanem Saracenorum exercitum magno animo aggreditur hoc anno Carolus, triumphatque inauditâ ad eam diem Victoriâ, cæsis hostium trecentis septuaginta quinque millibus ipso etiam Rege eorum in acie interempto. *Ann. Eccl. & Franc.*

Annus Christi 727.

Superato Eudone & Saracenis, movit in Burgundiam, eâque recepta, in Alemanniam regressus, tumultuantem denuo, occasione belli Gallici, opprimit, & Landfredo sive Luitfredo Duce, qui ad pristinam libertatem aspirarat, exauctorato, Bertholdum præsidere Alemanniæ jubet. Cæterum hoc anno superiore proximo Alemanniæ bello, Hettobertum Habspurgium pro an contra Martellum cecidisse opinio est, similiterque pro Landfredo stantes Achalmæ, Hirspergæ, Andechsii, Briganrii, Dilingæ, Heiligenbergi (quæ nomenclatura suspecta hoc tempore nobis est) Waldpurgi & Königieccii Dynastas, Germani scriptores celebrant. Et vero simile est Germanos, cæteroquin jugi impatientes, Martelli è concubina nati imperium æquius admisisse, donec orbi universo, ob res præclarissimè ad miraculum gestas, ille ipse probaretur, *Crusius &c.* Germaniæ prodest mirificè S. Pirminius Meldensis Episcopus, plurimis constructis passim Cœnobiis, Martelli ope, è quibus maximi deinceps viri ad conversionem gentium prodiêre. *Ex Vita & monim. Aug. & Faber:*

Annus Christi 728.

Pirminius vir sanctissimus, superiore anno à Theobaldo Gottfridi Alemanniæ Ducis filio, quod Martello charus esset, Augia pulsus, successorem in Abbatia Hettonem reliquit, Ramberti & Gebbonis Habspurgi Comitum, Elsatiæ & Brisiacæ Landgraviorum germanum fratrem, cujus nomen & meritum in superiore Alemannia nunc maximè celebratur. *Aug. mon. &c.*

Moritur hoc ipso anno inquietus at infelix Eudo, & Aquitaniam absque bello Martellus subjugat. *Gall. Hist. Ann. Fuld. &c.*

Annus Christi 729.

Evehitur classe in Frisiam Martellus, ferroque

atque

atque ignibus rebellionem ultus, Popone gentis Duce interempto, fana lucosque & quidquid superstitiosum eâ in provincia videbatur evertit, accitis eò viris Apostolicis, qui gentem illam Ecclesiæ aggregarent. *Auct. cit. & Ann. nost.*

Reversus in Thuringiam Divus Bonifacius, primum illic è proceribus Hugonem Comitem de Kefernberg convertit, & Ordorsfii Basilicam in honorem SS. Petri, Dionysii & Michaelis condit. *Zach. Riv. &c.*

Annus Christi 730.

Dum bello Frisico occupatur Carolus, reparant vires Saraceni, & hoc anno regressi Avenionem occupant, & latè omnia vastant, quæ illum impulêre, ut relicta Germania Expeditionem acceleraret. *Franc. Hist. Ann. Eccl. & Fuld.*

Sanctus Corbinianus primus Frisingensium Pontifex, ab Hugiberto Boiorum Principe, in Boicam revocatur, nec multo post moritur, alter suæ Ecclesiæ Tutelaris, post Divinam matrem & S. BENEDICTUM, in quorum honorem Episcopatum fundaverat, adoptatus. *Ann. Ben Hist. Boi. Andr. Brun. &c.*

Annus Christi 731.

Ejicitur jam alter Augiæ Abbas Ettho in exilium à Theobaldo Alemanniæ Duce in odium Caroli, quem tamen mox ille, pulso Duce restituit, nec multo post Argentinæ Episcopum renunciavit. Progressusque hoc ipso anno contra Saracenos, recuperatâ Avenione, ingentem Saracenorum stragem edidit. *Ex cit.*

Sanctus Bonifacius audita Gregorii II. morte, novo Electo, obedientiam per Legatos pollicetur, eumque de felicissimis fidei per Germaniam successibus edocet. *Baron.*

Annus Christi 732.

Saracenos omnino prosequendos statuens Martellus, cum exercitu in Narbonensem usque provinciam excurrens, Athinum eorum Regem Narbone obsidet. *Auct. cit.*

Bonifacius incertæ sedis jam Archiepiscopus à Gregorio III. constituitur, & solitis laboribus naviter insudans, secundò jam in Boicam venit, & Erenwolfum primum in hac gente Hæreticum diris devovet. Quo ipso tempore etiam Divi Wunibaldus, Wilibaldus, Sebaldus, Walpurgis & Chunitruda Boicæ immigrarunt. *Ann. Boi. And Brun. &c.*

Annus Christi 733.

Carolo obsidionem urgente, novum sub missum Saracenorum exercitum ex Hispaniis, ille quam primum aggreditur, & internecione delet, summisque viribus expugnatâ Avenione, cæde ingenti factâ, Athinum Regem, ut nonnulli volunt interimit, alii asserunt Saracenum ægrè evasisse. *Auct. cit.*

In Boica etiamnum desudat Bonifacius & præclarè meretur. *Ann. Ord.*

Annus Christi 734.

Adversum Saracenos prosequitur bellum Carolus noster, quâ occasione usus Abdemelius Cordubense Regnum pulsis Saracenis occupat, qui gloriosum Catholici Regis nomen, Reccaredo antea concessum, restituit, ut hæc etiam gloria Carolo nostro debeatur. *Ann. Fuld. Comp Hist. Eccl.*

S. Bonifacius, vir tantus, ab Humilitatis studio admirandus in rebus arduis, Tacuinum & Nothelmum Episcopos ex Monachis, scriptis in Angliam usque litteris consulit *Ann. Ben.*

Annus Christi 735.

Pergit hoc etiam anno obterere Saracenos Regno vicinos Carolus, & præter Victoriam famamque, ingentem etiam prædam revehit. *Ann. Fuld.* De hinc Massiliensem provinciam & Septimaniam (quæ olim Gotthicana, nunc Occitana est) quod hostibus favissent, eversis civitatum præcipuarum mœnibus, ad jura Francorum redire cogit. *Ado. Aemilius, &c.*

Claret S. Theodulphus Abbas, ac dein Laubiensis Episcopus ad conversionem gentium ordinatus & optimè meritus. *Ann. Ben.*

Libussæ Bohemiæ Principis mors celebratur. *Chron. Boem.*

Annus Christi 736.

Versatur etiamnum Martellus in Gotthicæ Regionis vastatione, & plurima castella destruens, quidquid suspectum esse poterat, & rebellioni occasionem daturum metuebat, evertit ac subruit. *Citati.*

Ingens Sanctorum virorum è Monachico ordine per Germanias copia, & Cathedrales Ecclesiæ illis concessæ. *Ex Ann. nost. Iepesii, aliorumque Germ. script. &c.*

Annus Christi 737.

Triumphat de variis in Germania exurgentibus Hæreticis ac Hæresibus Magnus Bonifacius, & insuper totus est, in Idololatria profliganda. *Ann. Ben. Vita. Bon. Menologium Ben.*

Carolus Provinciam ingressus Mauront um Ducem, qui Saracenos cum Eudone invitaverat, in fugam conjicit. *Ann. Franc. Fuld. &c.*

Annus Christi 738.

Carolus hoc altero Provinciæ debellatæ anno, eam omnino subjicit & cuncta etiam maritima loca obedientiam, ut vocant, præstare cogit. *Ex cit.*

Divus Bonifacius tertio Romam proficiscitur, & maximus tot gentium Apostolus summo omnium applausu exceptus, nihil non à Pontifice impetrat, magnumque Reliquiarum SS. Thesaurum inde referens, eo Germaniam æternùm beat. *Annal. Eccl. Nic. Ser.*

Annus Christi 739.

Obiit Hugibertus Boiorum Dux præclarissimus, de re Christiana bene meritus, cui Utilo sive filius, sive quo alio nomine hæres in principatu successit; qui ante omnia Bonifacium sibi accersendum putavit. Demeruitque provinciam maximis statim meritis maximus Apostolus, & hoc ipso anno eam in quatuor Episcopatus divisit, dignissimosque eisdem Pontifices præfecit. *Ann. Boi.*

Luitprandus Trasamundum nova molientem Romamque profugum dum obsidet, à Carolo Martello ab obsidione revocatur. Fecitque jam tunc, ait Aemilius, initium Martellus, tutandi Rom. Pontificis, quod Galliarum Regibus deinceps semper fassa est se debere Romana Ecclesia. Moritur eodem anno S. Willibrordus noster Borealium omnium Regnorum Apostolus, *multu forsan, nullu dignè laudibus celebrandus. Ann. Ben. Molan*

Annus Christi 740.

Rursum ingenti merito Germaniam demeretur

tetur Sanctissimus Bonifacius, Concilio Ratisbonæ celebrato, cui ipse nomine summi Pastoris præsedit. *Ann. Germ. Boi. Nic. Ser.*

Rursum concitato in Rom. Pontificem Longobardo, hic Martelli opem implorat & impetrat, cui ob idipsum Gregorius III. *Christianissimi filii* titulum largitur, quem omnibus aliis, deinceps Galliarum Reges prætulére. *Div. rer. Gall. script. &c.*

Redditur eodem anno pax tranquillissima Regnis Galliarum atque Germaniæ, Gothis ac Saracenis superatis, Saxonibus, Frisiis, Boiis atque Alemannis subactis, & provincialibus nutum sui Principis & reverentibus & amantibus, *Ann. Francorum.*

Annus Christi 741.

Obiit denique hoc anno tot gentium Triumphator, terror & Rector Carolus Martellus, primus Francorum Princeps nuncupatus. 12. Cal. Novemb. in æde S. Dionysii Parisiis inter Reges sepultus, cùm paulo ante mortem Austrasiam Alemanniam & transrhenanas provincias Carolomanno, Franciam, Burgundiam, & cætera Pipino, filiis adsignasset. *Ann. Franc. & Germ. script.* Mortuo quoque paucis post diebus Theodorico (alii anno præcedenti, & ante Carolum defunctum tradunt) Childericus frater in regni titulum assumitur. *Auct. Cit.*

Annus Christi 742.

Martello Principe ut dictum mortuo, resuscitatâ eâdem, quæ prius illuserat, Dominationis spe, continuo Theodebaldus Alemanniæ, & Utilo Bavariæ Duces, contra Carolomannum rebellavêre, magnumque quem adventanti objicerent exercitum paravére. Gripho etiam filius Suanhilde Boia natus, incertenda hæreditate prætextus tumultuatur. Sed ante omnia Hunaldum Aquitaniæ Ducem imperium detrectantem conjunctis viribus Pipinus & Carolomannus invadunt & in fugam conjiciunt, tum Griphonem captum ergastulo includunt, & anni hujus fine, an sequentis initio, Alemanniæ motus mira celeritate comprimunt. *Chron. Hel. Ann. Franc. &c. Comp. Ann. Eccl.*

Wlatislavæ Bohemæ præstigiatricis scelera & ausa à Boëmis celebrantur, viris debellatis, & Principatu quodam arrepto. *VVenc. Hegetius.*

Nascitur Pipino filius Carolus, qui postea Magnus cognominatus est, Caroloburgi in Bavaria, Ingelheymij deinceps educatus. *Ex Vita & Ann. Germ.*

Annus Christi 743.

Nunc tandem fratres cum exercitu contra Utilonem in Bavariam movent, hoc ad fines provinciæ vitium confidentia occurrente, at grandi demum cum strage repulso, & præcipiti fuga ultra Oenum ablato. *Ann. Boi. And. Brunn. Ann. Fuld.*

Bonifacius ad Liptinas summo cum Germaniæ emolumento Concilium celebrat, & Pestilentes Adalberti & Clementis Hæreses in ortu opprimit. *Baron. Nic. Ser. &c.*

Wlatislava Boëma cum ancillis suis mactatur. *Heget.*

Annus Christi 744.

Inutile Regis nomen, magna vanitate assumptû ponit Utilo, & modestiore Ducis appellatione contentus, Francorum Principum benevolentiam exambit, affinitate etiam contractâ cum iisdem & sorore eorum Hiltrude ductâ. Quo ipso tempore Archisterii Fuldensis fundante ad preces Divi Bonifacii Carolomanno celebrantur initia, quo uno ex loco, immensitas quædam, ut sic dicamus, bonorum tanquam perenni ex fonte in Germanias dimanavit. *Ann. Fuld. Chron. Germ.*

Annus Christi 745.

Archiepiscopus primus Moguntiæ & Primas Germaniæ renunciatur S. Bonifacius noster, Concilio ibidem celebrato, cui & ipse præsedit, & multa Germaniæ utilia constituit. *Nic. Ser. Baron. &c.*

Pipinus & Carolomannus in Saxones profecti, grandi clade eos afficiunt, & ad obsequium reducunt. *Chron. Thur. & Sax. &c.*

Annus Christi 746.

Magnus Bonifacius, grandi rursum merito duos hoc anno Episcopatus instituit Herbipolensem & Eichstettensem, quibus ex ordine Monastico, duos illustrissimos, sanctitate Pontificea præfecit, Burcardum & Willibaldum, utrumque à morte inter Divos relatum, & suæ Diœceseos Patronum salutatum. *Baron. Ann. Fuld. &c.*

Carolomannus Alemannos iterum res novas molientes comprimit, & nonnullos turbarum auctores è medio tollit. *Ann. Franc.*

S. Virgilius Divi Altonis Collega, in excolendo agro Bavariæ plurimum laborat & meretur. *Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 747.

Emergit è sæculi fluctibus, miraculum Principis, Carolomannus Pipini frater, & stupente orbe, cucullum pro purpura Romæ primum, dein Casinum amplexus, in culina initio servit, dein pecora pascit, miram indeptus vitæ sanctitatem. *Ann. Ord. M. Ant. Scipio. Ann. Fuld. Baron. &c.*

Gripho evadens è custodia bellum Pipino movet, & Saxones concitat, verum sibi metuens in Boicam transfugit. *Comp. Ann. Eccl. &c. Aemilius, &c.*

Annus Christi 748

Arma rursum in Saxones vertenda, quibus feliciter triumphatis, dum victor Pipinus regreditur, à victis loco incommodo circumventus, & desperatâ ad vota conversus, S. Swiperti nostri ope imploratâ, prodigiose defenditur, ex cæcatis ad cæleste lumen hostibus & veniam exorantibus. *Ann. Eccl. Comp. &c. Chron. Sax. &c.*

Restituit mito fructu vitam Monachicam per Germanias Bonifacius, & nunquam non mirè miretur. *Ann. Ord. Menol. &c.*

Annus Christi 749.

Movet in Boicam Pipinus, & Griphone ac Landfrido superatis, atque inde eductis, Thassilonem Ducem appellat, suum ex Hiltrude sorore nepotem. *Ann. Boi. & Fuld. &c.*

Annus Christi 750.

Evincere benevolentia Griphonis animum conatus Pipinus, duodecim in partibus Neustriæ Comitatus eidem donat: verum ipse neque illic securum se esse ratus, ad VVaifarium Aquitaniæ Ducem se recepit. *Pith. Ann. Chron. Fuld. &c.*

Bonifacius ultimo Romam profectus, quantum Romanæ deferret Ecclesiæ, & deferendum censeret, tantis

lantus tot gentium Apostolus exemplo suo universos docuit. *Nic. Serarius, &c.*

Annus Christi 751.

Initium Regni Pipini anno huic non pauci tribuunt, ob datas Zachariæ Pont. de Rege creando litteras, ad quem perconsatum miserat Pipinus, justus is Rex vocaretur, qui Regni vim & Potestatem in manu haberet, diesque ac noctes de Regni salute & custodia cogitaret, an qui absque titulo Regis, nullâ re aliâ præpolleret, sed otio languens, nihil ad communem utilitatem afferret. Cumque pro illo qui vim retineret Pontifex pronunciasset, Pipinum primum suæ familiæ Regem, communi suffragio ac voto, Franci, Alemannique salutavêre. *Pith. & Fuld. Ann. Gordon. priore anno. &c.*

Annus Christi 752.

Pipinus hoc anno, jusso Zachariæ Pont. Max. ritu solemni Suessione à Divo Bonifacio nostro, Magno Germanorum Apostolo, inungitur, regio cultu induitur & consecratur, Childerico Rege ob turpem vitæ ignaviam exauctorato, & in Monasterium detruso. *Ann. Cit. Mog. Ser. &c.*

Nezamislaus Dux Boëmorum, claret. *Hagec.*

Annus Christi 753.

Saxones rebellantes denuo armis aggreditur noster Rex noster & felicissimè compescit, quâ in expeditione Hildigarius Coloniensis Episcopus à Saxonibus cæsus est. Gripho nova molitus, & in Italiam contendens, à Pipini militibus interceptus trucidatur. Pipinus à Stephano Papa interpellatus pro auxilio contra Longobardos, omnia amantissimè pollicetur, ipsumque Stephanum ad se amantissimè invitatum, & deductum, honorificentissimè excipit. Mirè dein rem Christianam in Germania promovet, & varia Monasteria Regia munificentia locupletat. Quæ inter Cœnobium Divi Altoms,primi Weingartensium Authoris, cui fundum jam olim, antequam Carolus filius eidem in Boica nasceretur, liberalissimè donaverat, regia etiam liberalitate frui voluit. Cujus Ecclesiam, sub hoc ipsum tempus absolutam, ante quam in Frisiam abiret Bonifacius, jussu Numinis consecravit. Fuitque Monasterium deinceps illud Apostolicorum virorum Seminarium, & multorum decursu sæculorum Illustrissimorum Germaniæ Principum & procerum ad Religionem confugientium securissimum asylum. *Ex mon. Weing. Vinea nostra Florente. Ann. Ord. Compendio Hist. Eccl. &c.*

Divi Erhardus & Albertus è perfectissimis Monachis absolutissimi Episcopi, Apostolicis meritis in Boica innotescunt. *Ann. nost. Ann. Boi. &c. Monum. Monast. Inf. Ratisp.*

Annus Christi 754.

Versatus per hyemem in Francia Stephanus Papa, & splendidissimè habitus, priusquam discederet, suamet manu Pipinum diademate insignitum voluit, & ingenti Pompa, tam ipsum, quam Bertradam conjugem filiosque Carolum & Carolomannum Parisiis coronavit. Obstrictis etiam Regni proceribus, ne alium deinceps aliâ ex familia ullo unquam tempore Regem salutarent. Mox Pipinus frustra admonito Aistulpho, in Italiam movet, cæsisque illius ad claustra Alpium copiis, invitum denique reddere Ecclesiæ quæ abstulerat compulit, & Exarchatum insuper Romano Pontifici donavit. *Ex Compendio nostro Ann. Eccl. &c. Baron. Bisciola &c.*

Magnus Bonifacius, in Frisiam ultimo se confert, Apostolicis laboribus finem gloriosum impositurus. *Ser. Ann. Fuld. &c.*

Moritur eodem anno S. Hubertus Leodiensis Episcopus, S. Lamberti nostri discipulus, cui debetur Arduenna sylva ab Idolorum cultu purgatâ. *Ann. Ben &c.*

Annus Christi 755.

Maximus ille Germanorum Apostolus Bonifacius, hoc anno tantis laboribus coronidem imponit, à Frisiis cum sociis Monachis quinquaginta duobus crudelissimè trucidatus. *Ser. Ann. Fuld. &c.*

Post abitum Pipini Regis nostri, cum Aistulphus fœdifragus,quod reddiderat reciperet,Romamque ipsam obsideret, revocatus à Papa Pipinus mira celeritate advolat, consternatumque ac supplicem Aistulphum restituere cogit. Et frustra deprecantibus Copronymi Imp. Legatis Exarchatum Ecclesiæ de novo donat & confirmat, ac consignatâ Urbium omnium nomina, cum earundem clavibus sepulchro S. Petri imponit. *Baron. & Comp: nost. &c.*

Annus Christi 756.

Totum se relictis à Bonifacio laboribus consecrat, sanctissimus ejusdem in sede Moguntina successor, Divus Lullus, Fuldensis Monachus, & magnis meritis Germaniam demeretur. *Annal. Fuld. Serar.*

Iterum moliente malum Ecclesiæ Aistulpho, Pipinus in Italiam properat, & Papiam obsidet, & Ravennam cum Pentapoli reddere cogit, quem in Italiam Thassilo Boiorum Dux sequutus est. *Ann. Fuld. & Boi.*

S. Sturmio Fuldensis Abbas in conversione Saxonum plurimum desudat. *Ex Vita & Menol nostro,&c. Broyvero, &c.*

Annus Christi 757.

Othmarus S. Galli Abbas vir sanctissimus, à Sidonio Constantiensi Episcopo pessimè exagitatus, falso delatus, à Warino & Ruthardo Alemanniæ Ducibus capitur, & in Palatio Potamo, carceribus clauditur, perpetuâ deinceps Numinis vindictâ Principum illorum posteros notante, donec ultimus familiæ seu lineæ Guelpho in castro eodem absque prole juvenis defungeretur. Ipsis etiam eorundem Ducum ministerialibus Dynastis à Bodman, usque hodie vindictæ illius portionem ad se spectare sentientibus & confitentibus. *Lac. Pot. desc. Const. Ben. t. 1. Ann. nost. Mon. Sangall. &c.*

Ruthardus Dux etiam Alsatiæ imperavit, nepos Attici Ducis sive Ethiconis, S. Otthiliæ patris, quo nomine plures è Guelphis insigniti sunt; ejus legitur Elogium in Schutterano Cœnobio his verbis: *Ruthardus Illustris Dux, & Fundator multarum Ecclesiarum. 5. Cal. Febr. in Necrol. &c.* Ex Hist. Agilolfingica & monim. Weingartt. &c.

Annus Christi 758.

Tributum annuum trecentorum equorum sibi mittendorum Saxonibus imponit Rex noster

Pipinus, cum in defectionem parantes & tumultuantes iterum ducere hoc anno exercitum cogeretur. *Ann. Fuld. & Comp. Hist. Eccl. Aimoinus, Regino, &c.*

Annus Christi 759.

Vita excedit in carceribus prope oppidum Stein, S. Otthmarus Abbas, grandibus à Deo prodigiis honoratus, cujus Abbatiam invadens Sidonius Episcopus, non multo post miserè moritur, dum transiens aram S. Galli intestina effundit. *Ex mon. S. Galli Herm. Constr. &c.*

Nezamislus Boëmiæ Princeps Pragam primum munit, & mœnibus claudit. *Haget. &c.*

Annus Christi 760.

Movet in Aquitaniam Pipinus Rex noster, & Vaifarium Ducem Ecclesiis injurium, quæ abstulerat cogit reddere; & Sacramento se obligare. *Ann. Franc. Chron. Helv.*

Annus Christi 761.

Ducendus iterum exercitus in Aquitaniam à Pipino, Vaifario sacrilego & perjuro, iteratò hostilia moliente; cujus Provinciam Rex igne ferroque vastavit, & Bituriges sequenti anno expugnavit. *Regino. Ann. Franc. &c.*

In Boëmia & vicinis fame laboratur. *Haj. &c.*

Annus Christi 762.

Obtinet plurima per Aquitaniam loca Pipinus, & bellum contra Vaifarium feliciter producit. *Auct. cit.* Quietis interim in Alemannia rebus, accrescunt paulatim Cœnobiis oppida, & Monachorum opera plurimi convertuntur. *Ex Ann. nostr. lepes & alus rer. Germ. script.*

Annus Christi 763.

Dum novam parat expeditionem in Vaifarium Pipinus, Thassilo Boiorum Dux colorandæ perfidiæ valetudinem excusans, ab exercitu se subducit, & ubi fines suos attingit, ad defectionem Boios concitat, liberè deinceps ipse imperaturus. *Ann. Boi.* Pergit tamen Pipinus Aquitaniam subigere & Cadurcium usque promovet.

Annus Christi 764.

In Germanias profectus Rex noster, Conventu Principum Wormatiæ celebrato, Thassilonem perduellionis reum peragit, universis conclamantibus perfidiam bello plectendam. Quod tamen perurgentibus Aquitaniæ rebus Pipinus distulit, & moriens filiis persequendum reliquit. *Ann. Boi. &c.*

Hyems valida & solito prolixior fuisse scribitur. *Ann. Fuld.*

Annus Christi 765.

Claret præ cæteris viris Apostolicis in Germania S. Gregorius è Monacho Wiltaburgensi, Trajectensium Pontifex, qui in Frisia convertenda multum operæ impendit, & Trajectensium, Dorstadensium aliorumque populorum Apostolus nuncupari meruit. *Ex Vita & Comp. Ann. &c.*

Pipinus Andernaci ad Rhenum Comitia celebrat, & Germaniæ consulit. *Chron. Helv. & pl. Germ. script.*

Annus Christi 766.

Obsidum quos dederat eurâ neglectâ impius Vaifarius, excursione in Franciam factâ, Pipinum lacessere ausus, Oppida Franciæ vicina muris exuit, nec ea occupans Rex, ex tuto rem gereret, proin quintum jam in Aquitaniam ducens exercitum Pipinus, munitiora castra condit, & Bituricam præsidiariis munit. *Chron. Helv. Aemil. &c.*

Annus Christi 767.

Cogitur improbitate Vaifarij sextam & septimam expeditionem in Aquitaniam suscipere Pipinus, multaque illic loca expugnat & occupat. Ejusdem jussu Concilium Gentiliacense celebratur, quo etiam plurimi Germaniæ Episcopi occurrunt. Idem Senatum primus creavit, Parlamentum hodie appellatū, ut hæc quoque gratia & meritum Pipino nostro debeantur. *Gaguin. Genebr. Gordonus, &c.*

S. Abel Lobiensis Monachus, dein Episcopus, in conversione Gentilium per Belgicam rationes Ecclesiæ mirè auget. *Ann. Ben. Menol.*

Annus Christi 768.

Obiit hoc demum anno gloriosissimus Rex noster & Galliarum Monarcha Pipinus, cum paulo ante, occiso Vaifario Duce Aquitaniam octavâ expeditione omnino subjugasset, & filiis Regna amplissima relinqueret, quorum alteri Carolomanno Suessiones cum Rhenanis Provinciis, alteri Carolo Occidentalis Gallia cum Burgundia & Aquitania obtigere. *Regino. Ado. Ann. Franc. &c.*

In Alsatia multum laborat Beatæ mem. Etho Habspurgi Comes Brisiacæ Landgravius, ex Monacho Augiensi Episcopus Argentinensis, debellata maximè Simoniaca Hæresi, per Germaniam latius invalescente gloriosus. *Monim. Aug.*

Annus Christi 769.

Nova molitur in Aquitania Hunaldus post Vaifarium, quasi cum Pipino nervus quoque militiæ periisset, quem una cum fratre, aggressus bello Carolus, superatum in fugam conjecit, & à Vasconibus ad quos confugerat repetens, carceribus addixit. *Regino. Ann. Fuld. &c.* Collisi eodem anno fratres Reges, super divisione Regnorum, quos ut componeret Bertrada Regina Salutias transgressa cum Carolomanno contulit. *Crus. &c.*

Annus Christi 770.

Suadente matre & procurante Carolus hoc anno Irmengardem ducit, Desiderii Longobardorum Regis filiam. *Regino Pith. Ann. &c.*

Concilium Wormatiæ celebratur ab eodem Carolo, in quo Canones 80. sanciti, eosq; inter ne Clerici ad bellum cogantur, neve Concilia celebrentur absque sententia Rom. Pontificis. *Baron. &c.*

Sub hunc ferè annum Carolus, Legato S. Sturmione Fuldensi Abbate, Thassilonem Boiorum Ducem ad renovandum fœdus invitat. *Brunn. &c.*

Annus Christi 771.

Excedit è vivis Carolomannus Rex noster 4. Nov. Rex Carolus totius Galliæ & Germaniæ à Proceribus utriusque Regni Princeps & Monarcha salutatur. Repudiatâ hoc anno Irmengarde Reginâ, alienatus à Carolo S. Adelbardus consobrinus ejusdem, regiamque fastidiens, Monachum Corbeiæ profitetur, ibidem in sudore vultus sui panem manducare, & horti curam suscipere ab Abbate jussus, mirâ deinceps eminens vitæ sanctitate. *Annal. Franc. Regino. Comp. Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 772.

Carolus collecto ingenti è Francis Thuringis & Hassis exercitu in Saxones proficiscitur, qui Thuringos ob fidem Christi susceptam, & ob fines provinciæ dubios graviter vexaverant; quos prima expeditione

ditione grandi prælio feliciter profligat, omniaque Rhenum inter & Weseram vastata, occupato Heresburgo, celeberrimum Arminii Regis fanum (ejus qui Quintilium Varum domuerat) spoliat & evertit, & data supplicibus pace, obsides 12. secum abducit. Eodem anno Romam vocatus à Pontifice cōtra Desiderium Longob. Regem, expeditionem parat. Synodus in Bavaria Dingolfingæ celebratur, cujus fragmenta Welserus prodidit. *Aen. Ann. Franc. Sigeb. Cranz. Zach. Rivand.*

Annus Christi 773.

Rogatu Adriani Papæ movet in Italiam Carolus, & bis fuso Longobardorum exercitu Ticinum obsidet; ubi duos Carolomanni fratris filios cum matre recipit. Præclarè de Salisburgensibus & vicinis meretur S. Virgilius è Monacho Salisburgensium Pontifex & à morte Tutelaris. *Ex Vita &c.*

Annus Christi 774.

Obsidione Ticini diutius protracta Carolus interea Pascha Romæ celebrat, grandi ibidem Pompa exceptus, donata à patre confirmans, & plura, eaque inter Parmæ, Mantuæ & Spoleti Principatus Ecclesiæ donans. Tum reversus Ticinum, eo & Desiderio cum Uxore & liberis capto, victor domum revertitur, parte copiarum in Saxoniam missa, quæ hujus occasione belli denuo defecerat, iisque trino congressu triumphatis. *Histor. Sax.*

S. Lullus Fuldensis Monachus Archiepiscopus Moguntinus, tantos inter motus propagandæ fidei zelum minimè remittit, & præclarè mereri non desinit. *Ex Vita & mon. Fuld. &c.*

Annus Christi 775.

Audito Rotgandi nobilis Longobardi in Italia motu Carolus, devictis hoc anno, duplici prælio Saxonibus, & inducias rogantibus, facile annuit, receptisque ac munitis Heresburgo & Segeberga, in Italiam properat. *Regino. Chron. Thur. Cranz. &c.*

Moritur Thuringorum, Dorstadiensium, &c. magnus Apostolus S. Gregorius Trajectensis, & alter item ex ordine Monachico Mechliniensium Apostolus S. Rumoldus, Scotorum Regis filius, S. Ludgero interea in conversionem Frisiorum summo labore incumbente, *Ann. Ben Iepes Molan.* Sed & Saxonibus devictis, & Sturmio Fuldensis Abbas Christum prædicat. *Browver. Brunn. &c.*

Annus Christi 776.

Carolus Rotgandum Tyrannum bello aggressus victum captumque supremo supplicio afficit, reversusque in Germaniam, Saxones iterum rebellantes adeo terruit, ut Christianam se fidem amplexuros pollicerentur, apud quos proin Sturmio aliique Sancti Monachi, multo jam felicius Christianam rem promoverunt, multis millibus brevi tempore baptizatis. *Hist. Eccl.*

Annus Christi 777.

Celebratur Paderbornense Concilium præsente Carolo, ubi procerum plurimi salutari lavacro expiati sunt, devoveruntque se & omnia sua Regi Saxones, si deinceps à fide Christi & obsequio Regis desciscerent. *Ann. Franc. Regino. &c.*

S. Sturmio Abbas ad interiores etiam Saxones, quibus fidei lumen nunquam illuxerat penetrat. Alter Bonifacius, Saxonum, Thuringorum, & Wederoviæ inprimis Apostolus celebratus. *Browver. Menol. nostr. &c.*

Annus Christi 778.

Ingentia uno hoc anno efficit Carolus noster; progressus cum Francorum Alemannorumque copiis in Hispanias usque & Pampilone expugnata atq; destructa, obsides ingentemq; auri vim à Saracenis extorquet. Tum Vasconibus ac Navarræis subactis in Franciam revertitur; Wedekindo interea Angriæ Principe Saxones concitante, Hassiamque ac Thuringiam, & omnia quæ Saalam inter Rhenumque Francorum erant vastante, contra quem missis Alemannorum & Francorum copiis, insignem refert victoriam Carolus, Wedekindo ad Tassilonem Boium cum paucis profugiente. *Zach. Rivander. Baron. Ann. Franc. &c.*

Annus Christi 779.

Progressus ipse contra Saxones Carolus, occurrere ausos, Bucholtii grandi clade profligat, acceptisque obsidibus movens in Westphalos, eos quoque obterit, & ad obsequium reducit. *Cranz. Regino. Annal. Fuld. &c.*

Utitur bene victoria S. Ludgerus noster, & prædicatione sua apud Gentiles, Westphalos & Frisios plurimum proficit. *Browver. Baron. &c.*

Annus Christi 780.

Erigendis per Saxoniam Episcopatibus, & rei Christianæ promovendæ plurimum intentus Carolus, Lippiæ Concilium celebrat, dispositisque tam Saxonum quam Slavorum rebus, pietatis ergo Romam vadit. *Ann. Franc.*

Eodem anno dum Wederoviæ Christo lucrandæ intendit sedulo S. Sturmio Abbas, morbo supremo correptus, reportari & mori Fuldæ in Cœnobio suo voluit & meruit. *Browr. Ann. Ben. &c.*

Annus Christi 781.

Quantum meretetur de re Christiana Carolus rite expendens Adrianus Pontifex Romam venientem splendide excipit cum conjuge & duobus filiis, & hos, Ludovicum Aquitaniæ, Pipinum Italiæ Reges salutat & diademate ornat. *Aimoinus, &c.* Idem Pontifex hoc ipso anno missis ad Thassilonem Boium legatis eum ad obsequium Caroli revocat. *Regino. Brunn. &c.*

Moritur S. Wilibaldus Regii generis vir è Monacho Casinate primus Eistettensiū Episcopus, ejusdem Urbis auctor, idemque à morte Tutelaris, inter præcipuos Germaniæ Apostolos numeratus. *Ex Vita &c. 1. Men. nost.*

Annus Christi 782.

Victorias Caroli haud leviter temeravit, an potius concitavit, Saxonum hoc anno perfidia, qui Adalgisum & Geilonem Duces ejusdem cum exercitu contra Slavos missos, conserto cum eis prælio, non sine gravi etiam suorum clade superarunt atque ociderunt. Quorum cladem ulturus Carolus cum advolaret, supplices Saxones auctores rebelliones sistunt, quorum quatuor millia & quingenti gladio addicti sunt & decollati. *Regino. Ann. Fuld &c.*

Apud Dockumenses & Drentenses Idololatriam profligat S. Willehardus Monachus Epternacensis, idemque primus Bremensium Pontifex, & à morte Patronus. *Ex Vita Iepes t. 1. Men. &c.*

Annus Christi 783.

Ægrè emerserant è parato nuper ob perfidiam exitio Saxones, cum tentare aleam denuo ausi, duobus

bus graviſſimis prælijs hoc ipſo anno à Rege noſtro ſuperantur, innumerabili penè Saxonum multitudine occumbente, ut Veteres MSS.ti habent.

Perdit hoc anno Bertham Matrem & Hildegardem Conjugem Carolus, ad meliorem utique vitam translatas.

S. Swipertus noſter, à Chriſtianis Saxonibus & Weſtphalis, ob ingentia miracula, Divus Tutelaris provinciæ eligitur. *Ex Vita & Ann. noſt. Ben.*

Annus Chriſti 784.

Superis adjungitur S. Virgilius noſter Epiſcopus Salisburgenſis meritiſſimus, Carenthanorum Apoſtolus, cum diu Bavariæ plurimum profuiſſet, alter poſtea à S. Ruperto Eccleſiæ Cathedralis & Epiſcopatus delectus Tutelaris. *Ann. Boi. Mon. Salisb. &c.*

Mittitur contra Weſtphalos rebelles Carolus junior, Magni filius, qui inſigni potitus victoria, ad patrem ſuum Wormatiam rediit. *Regino. Cranz. & alii Sax. ſcript &c.*

Annus Chriſti 785.

Obtriti toties à Carolo Saxones, & Wltikindus ipſe, ſerio deniqne ſupplices manus tendunt, & Chriſti fidem, ſponte jam ſua ſe amplexuros ſpondent, Witekindo ipſo cum magna procerum parte, poſt undecimam provinciæ rebellionem, in fidem accepto & baptizato. Plurimi proin è diverſis cum Germaniæ tum Galliæ Cænobijs acciti à Carolo Prædicatores occurrunt in ampliſſimam meſſem, & S. Ludgerus noſter toties ejectus ad labores reverſus, rejecto præ his oblato Treverorum Archiepiſcopatu, brevi tempore multa mortalium millia Chriſto lucratus eſt. *Brovver. &c.*

Celebratum eodem anno Concilium Paderbornenſe quo novæ Saxonum Eccleſiæ egregiè conſultum eſt. *Tom. Con. Sev. Binij.*

Annus Chriſti 786.

E præcipuis Germaniæ noſtræ Pontificibus celebrantur ſub hæc tempora SS. Albericus, Trajectenſis, Remigius Argentinenſis, Bertricus Salisburgenſis, Adalwinus Ratisponenſis, Simpertus Auguſtanus, & plures alii, omnes ex ordine Monachico aſſumpti, & vitæ ſanctitate celeberrimi. *Ann. Ord. Epiſcopi Germ. Compendio relati: Chron. Germ.*

Rebelles Armoricæ populi victricibus armis Caroli noſtri triumphantur & ſubjugantur. Moritur Inſignis ille Saxonum Apoſtolus S. Lullus, ex Abbate Fuldenſi ſecundus Moguntinorum Archiepiſcopus. *Ex Vita Nic. Ser Brovver. &c.*

Annus Chriſti 787.

Thaſſilo Boiorum Dux Luitpurga conjuge incitante rebellionem parat & concitat, verum ſibi metuens, dum per ſpeciem fœderis integrandi Romam ad Pontificem & Carolum Regem illic hoc ipſo tempore agentem legatos mittit, compertus & convictus fraudis, ab Adriano Papa diris devovetur, & tripartito exercitu appetitus, ultimū exitium ſupplicabundus à ſe & Patria avertit. *Ann. Boi. Andr. Brunn. &c.*

Quo ipſo etiam anno Carolus in Aragiſum Beneventi Ducem arma ſtringens, quod Regem ſe inungi feciſſet, eum ſolo adventu terruit, ita ut manus ſtatim ſupplex daret & obſides. *Sigonius, Ado. Sigeb. &c.* Caſini etiam ad tumulum S. P. Benedicti ſupplex, datis paulo poſt ad Theodomarium Abbatem litteris, inde Monachorum Coloniam, ad Regna ſua reformanda efflagitavit. *Leo. Oſt. Ann. Ord. &c.*

Annus Chriſti 788.

Superbiſſimæ & inquietæ conjugis impulſu, in præcipitium actus hoc anno Thaſſilo Rex Boiorum ultimus, rebellionem denuo parans, Hunnorum auxilia ſtipendio in novum bellum conducit, ſed Caroli celeritate præventus, in Ingelheimenſibus Comitiis exauthoratus in Monaſterium cum Theodone filio detruditur. *Ann. Boi. And. Brunn. &c.*

In Avares dein pari felicitate movit Carolus, & ad Rabam uſque amnem imperium provexit. *Franc. Ann.*

Nunc demum Bremenſis Eccleſia abſoluta, & fundatus dotatusque à Carolo Epiſcopatus in gratiam S. Willehadi creditur, qui ex Monacho Epternacenſi primus loci Epiſcopus deſignatus, & gentiū illarum Apoſtolus, & Princeps à morte Patronus appellatus eſt. *Ex Annal. Bened.*

Annus Chriſti 789.

Ingenti felicitate fines Imperii, & Chriſtiana ſacra promovet Carolus Rex noſter, collectoque inſigni e Franci, Saxonibus, Thuringis Obotritis, Friſiis exercitu, grandi prælio Slavos ſubigit, & obſides accipit. *Regino. Chron: Germ. M. &c.*

S. Ludgerus & Willehadus, ſummis meritis Saxones obligant, ingenti eorum numero converſo. *Ann. Ben. Cranz. &c.*

Annus Chriſti 790.

Moritur hoc anno toties laudatus Saxonum & Friſiorum Apoſtolus S Willehadus primus Bremenſium Epiſcopus, in numerum poſtea Sanctorum relatus. *Ann. Eccl Vita t. 1. Menol &c.*

Quietus à bellis præter morem hic annus quo Carolus Rex noſter infundandas Eccleſias & promovenda litterarum per Monachos ſtudia, bonum Reip. mirè promovit, & à Germania paulatim barbariem ſuſtulit. *Ex Vita, &c.*

Annus Chriſti 791.

Incendio abſumitur Wormatienſe Caroli noſtri Palatium, cumque hoc ſimul exarſit bellum Hunnicum. Hunnis ſiquidem petulantius Germaniæ fines infeſtantibus, triplici exercitu (præmiſſis prius triduī precibus ac jejunio) cum Francis, Alemannis & Boiis ex Auſtrali Danubii parte, Saxonibus & Thuringis adverſam ripam legentibus, Friſonibus vero alliſque claſſe vectis Pannoniam aggreſſus eſt, Carolo hoſtibus ſolo adventu territis & ſolum vertentibus, quorum provinciam longè lateque vaſtavit, & prædas ingentes retulit. *Regino. Rivander. Ann. Fuld. &c.*

Eodem anno jacta à Rege noſtro Carolo Pariſienſis Univerſitatis fundamenta, & huic præfectus Alcuinus Magiſter Magiſtrorum, & Abbas Ferrarienſis, & ſocii additi Rhabanus, Claudius, & Joannes Scotus Monachi ſanctiſſimi juxta & eruditiſſimi. *Meyr. Gordon. Ann. Eccl. Comp. & Ben. &c.*

Annus Chriſti 792.

Nunc externis compoſitis, domeſticum exardeſcit bellum, Pipino Caroli ex pellice filio, gibbo, præter natalium dedecus, deformi, in patrem inſurgente, qui tamen paulo poſt repreſſus à Carolo, inque Monaſterium detruſus eſt. *Sigon. Sigeb. &c.*

Concilium Ratisbonæ celebratur, quo alia inter Felicis Urgelitani Hæreſis damnata eſt, tantumque profecit apud Hæreſiarcham ipſum S. Richarius Centulenſis

tulenſis Abbas, ut ipſe Hæreſin ſuam deteſtaretur & ejuraret. *Fuld. Ann. Baron. &c.*

Annus Chriſti 793.

Vigilantiſſimus ut fortiſſimus Regum Carolus, ne inertiâ torperent milites, cæpit hoc anno fodere à Regnitio fl. in Alemaonum (Altmül) ut navigari poſſet Rheno in Mœnum, ex hoc in Regnitium, ex Regnitio in Alemannum, & ex iſto in Danubium, magno operæ pretio, ſi illi effectus reſpondiſſet, imbribus tamen & lucorū uligine impediente. *Cruſ. &c.*

Rurſum Saxones inquieti Theodoricum Caroli Ducem, cum exercitus parte è Pannonia reverteatem opprimunt. Sed & in Bohemia inquietæ res, turbantibus Moravis, & prædas inde agentibus. *Haget.*

Annus Chriſti 794.

Synodo Fraocofurti celebratâ, rurſum Felicis Urgellitani Hæreſis damnata eſt, trecentis eo Epiſcopis confluentibus. *Sev. Bin. &c.*

Inde in Saxones movens cum filio cognomine Carolus ſolo adventu adeo terruit, ut arma quamprimum ponerent & ſupplices fierent, tertio quovis eorundem aliorſum tranſlato, ne quid deinceps attentarent, quo ipſo anno Faſtrada Regina morte deceſſit. *Annal. Germ. & Sax.*

Moravi in Bohemia profligantur. *Haget.*

Annus Chriſti 795.

Denuo Saxonum nonnulli Carolum irritare auſi, arma vix abjecta reſumunt, quos ille clade ingenti affectos facile oppreſſit, magnamq; Provinciæ vaſtitatem intulit. *Reg. Fuld. Chron.*

Eodem anno idem Epiſcopatum Paderbornenſem inſtituit, & celeberrimæ Aquiſgranenſis Baſilicæ fundamenta jecit, primo illius Epiſcopo inſtituto Hathumaro, lectiſſimæ virtutis Monacho S. Burcardi diſcipulo. *Bruſch. Sigon. Cruſ. &c.*

Annus Chriſti 796.

Ingentes opes è Pannonia ad Carolum Aquiſgranum perferuntur oppreſſis Hunnis, inteſtina clade ſeſe obterentibus. *Regino.*

Eodem anno Tudno Avarorum Rex ad Carolum pergit, ſeque ac ſuos eidem ſubjicit, ſacris inſuper Chriſtianis ſeſe addicens, & ſalutari lavacro expiatus. *Regino. Ann. Fuld. Cruſ. &c.*

Iterum Saxoniam vaſtat Carolus, rebellionem inquietiſſimorum hominum digne caſtigaturus. *Fuld. Chron.*

Annus Chriſti 797.

Grandibus meritis Auguſtam Vindelicorum & Vindelicios demeretur S. Simpertus ejuſdem Auguſtiſſimæ Urbis, è Monacho Muthacenſi Epiſcopus, Carolo Regis nepos, in cujus gratiam idem Rex Urbem & Cathedram illam plurimum ornat, evehit & locupletat. *Ex Vitâ & Aquila Imp. Bin. &c. Chron. Aug. &c.*

Totus in Saxonia plenè ſubigendà eſt Carolus, ibique hyemem traducit. *Regino.*

Barcinona Hiſpaniæ civitas, pridem à Francis deficiens, per Zatum ejus Præfectum Carolo redditur. Quo ipſo anno Abdella Saracenorum in Hiſpania Rex, à fratre Regno pulſus, Caroli opem implorat, quocum Ludovicum filium ille in Hiſpanias eodemque tempore Pipinum in Italiam mittit. *Auct. cit.*

Annus Chriſti 798.

Nihil inquietius Saxoniâ Carolus expertus eſt, datâ rurſum nova belli cauſa, cum Legatos ejus Tranſalbiani interciperent, & ex iis nonnullos, præter jus gentium trucidarent. Quos ſtatim bello oppreſſit, & cæſis in acie quater millibus, vaſtatâque Provincia, & obſidibus receptis in officio aliquandiu continuit. *Regino. Cranz. &c.*

Irenes Orientis Imperatrix Legatos ad Carolum mittit, quos ille Aquiſgrani audiens, amicitiæ fœdera init. *Baron. &c.*

Iſenbardus Warini Alemanniæ Ducis filius apud Superiores Alemannos ad Potamum imperat, cujus Uxor gemellos duodecim uno partu edens, dum fidei conjugalis metuit ſuſpicionem incurrere, & præter unum reliquos mergi jubet, ancilla cui id demandatum in Principem incidens, percontanti Catulos ſive Guelphos mergendos ſe efferre reſpondens, comperta ſceleris ablegatur, & Principes ignara matre educantur; inde Guelphorum nomine apud familiam perennante. Quod fabulam aliqui fuiſſe, neſcio utrum non ipſi fabulentur; nos etſi nec affirmemus, minimè tamen rejicimus, & multiplici ſaltem prole, etſi gemella non fuiſſet, à DEO donatum fide Hiſtorica novimus.

Annus Chriſti 799.

Vix ab orbe condito crudelius quidquam inauditum eſt, quam quod hoc anno in ſummum Orbis caput, Virum ſanctiſſimum Leonem III. è Monacho Romano ad ſummum honorem evectum Adriani Papæ nepotes admiſère, eo inter ipſa ſacra in terram dejecto, diſpoliato, graviter conciſo, oculis deinque evulſis, & lingua radicitus amputatâ, peſſimè habito, qui Wirundi Abbatis & Winigiſi Ducis operâ (poſtquam prodigioſe convaluiſſet) furori rebelliū ereptus, Paderbornam ad Carolum perductus eſt, reductuſque ſummo cum honore, ac ſedi redditus, capitis damnatis parricidis illis, quos tamen Leo morti eripuit. Juſſu tamen Caroli in exilium deportatos, cum omni cognatione, quorum alios in Hegoviam, Algoviam, Turgoviam, in Sueviam alios, ubi hodie Helfenſteinium, Zollera, Teccium viſimr, affirmat conceſſiſſe. Felix Fabri, quaſi vero addictiſſima ſemper Romanæ Eccleſiæ Agilolfingica illa Principum familia, Parricidas ejuſmodi ſuſcipere dignum judicaſſet.

Occumbit eodem anno Geroldus Comes Puſſii Caroli ſignifer, fortiter contra Hunnos pugnans, in Augiam divitem deportatus, ibique conditus. *Herm. Contractus. Reg. &c.*

Annus Chriſti 800.

Magnus Carolus noſter à S. Leone III. ſumma Germaniæ, Galliæ atque Italiæ gratulatione, reſtituto tanto poſt Occidenti Imperio, primus Imperator creatur & conſecratur, ipſo ſolemni Chriſti Domini die Natali. Quem merito diem, ut præſentem annum æternum Germani ſuſpiciant ac venerentur, tanto ſui generis Principe ad id honoris evecto. Ipſo anno priuſquam Romam evocaretur Carolus ejus filius, inſignem ex Hunnis triumphum retulit, eoſque ſuperiore Pannonia omnino ejecit. *Baron. & Comp. Ann. Eccl. &c.*

In ſuperiori Alemannia claret S. Fintanus Principe familia apud Scotos natus, eximia ſanctitate Monachus, in cujus gratiam à S. Wolfehardo Comite Kyburgio, ſub hoc ipſum tempus Rhenaugienſis

Cœnobii

Cænobii initia jaciuntur. *Conſt. noſt. Ben. Vita S. Fintani MS. &c.*

Annus Chriſti 801.

A magnis rebus Magnus Carolus inchoandum Imperium ratus, cum adverteret multa populi ſui legibus deeſſe, multa quæ deeſſent ſupplevit, omniumque nationum, quæ ſub ejus ditione erant, Jura quæ ſcripta non eſſent, litteris mandari fecit. *Eginhard. Baron. Sigon. &c.*

Eodem anno ingenti terræ motu Italia & Germania concutitur, prodendi paulo poſt ſummi orbis theſauri utique prænuncio, & novi Imperii ac magnitudinis miro quodam argumento. Sed de illo paulo poſt.

Ludovicus Caroli filius, rebellem denuó Aquitaniam ſubjugat, autoribus ſeditionis exilio damnatis. *Annal Franc. &c.*

Eodem anno Moravi ad fidem converſi per S. Goduinum eximia Vitæ puritate Monachum, primum ſuum Apoſtolum. *Ex Annal. Bened.*

Annus Chriſti 802.

Utrumque Orientis Occidentisque Imperium jam jamque uniendum, certe devinciendũ pulcherrima occaſione videbatur, Legatis de Matrimonio Carolum inter & Irenem Imperatricem tractantibus, cum Nicephorus Logotheta, ejectâ in exilium Irene Imperium invadit, & ne quid à Carolo tentaretur, Auguſti etiam titulum eidem deferret, quo nimirum uterque deinceps uteretur, Occidentis Imperio ſponte cedens, ſola Sicilia, & quæ à Sipontinis verſus Græciam ſpectarent, retentis. *Aemil. Ado. Theophanes. Zonar. &c.*

Demeretur etiam Italiam hoc anno Imperator & Rex noſter Carolus Papienſi nuper Inſtituta Univerſitate, ornata, & Bononienſi reformata per doctiſſimos & ſanctiſſimos Monachos, Clementem, Rhabanum, Claudium & Joannem Scotum, quos *Quadrigam Scientiæ omnis*, veteres appellarunt. *Sabell. Gagneus, Iepes. VVeiſſ. Mutius, &c.*

Iterum inquieti Tranſalbiani Saxones, immiſſo exercitu ad obſequium reducuntur, Provincia omni miſerè vaſtatâ. *Chron. Fuld. &c*

S. Ludgerus in Daniam uſque excurrens prædicat. *Ann.*

Annus Chriſti 803.

Gravibus meritis Imperium demerentur Haytho & Waldo Epiſcopi, ille Augiæ, hic S. Galli, Abbates, quorum conſiliis plurimum Carolus nitebatur, & in illius quidem gratiam, ſub hoc idem tempus, Baſilenſis Civitatis Dominium Epiſcopis loci perpetua donatione obtulit; cujus Cathedræ alter Fundator Haytho eſt habitus. *Chron. Baſil. Conſt. noſt. Ben. Ann. Ben. &c.*

Rurſum in Saxones inter buſta recentiſſima patriæ tumultuantes, arma expedienda, quod bellum ſequenti anno confectum eſt. *Comp. Ann. Eccl.*

Terræ motus Aquisgranum concutit. *Chron. Belg.*

Annus Chriſti 804.

Ulterius ferre non poterat, tanto ante creditum ſummum Eccleſiæ Theſaurum, terra ipſa, inſolitis motibus cum novo Caroli Imperio concuſſa, Mantuæ inprimis, ubi Longinus Centurio olim antequam Martyr occumberet, exceptum è corde Chriſti Sanguinem (*Arrbam Dotem Legatum Eccleſiæ ſponſæ* ut vocant Patres) profundis in area plumbea litteris inſcriptum, profundè condiderat: *Donec Deus Veris cultoribus ſuis dignetur indicare.* Præceſsêre & alia grandia prodigia, quibus motus Carolus, in rei Veritatem ipſus Papa inquireret rogavit, & is Mantuam ipſus profectus, Sacroſanctum & *Verum* (ut ipſa loquuntur Diplomata) *Chriſti Sanguinem*, tantus & oculatus teſtis, vidit ipſe, agnovit, approbavit, adoravit, & tantæ gratiæ nuncium, non per alium, ſed ipſusmet Imperatori ferre voluit, retulitque, incredibili plauſu exceptus, de hoc ipſo ſupra quam explicari poſſit, plaudente item Eccleſia univerſa. *Ex monim. Mant. VVeingart. Bullis Pont. Baron, &c.* Auſpicatiſſimam ſummi theſauri inventionem, ſedatis terræ & belli motibus, ſequutus tandem diuturni triginta trium annorum belli Saxonici finis, iis plenè hoc ipſo anno ſubactis, & in varias colonias, in Flandriam, Brabantiam, Francicam deductis, nonnullis etiam Romam, à quibus Vicus Saxonum dein nuncupatus eſt, Obotritis viceverſa in Saxoniam intromiſſis. *Cranz. Sigeb. Regino. &c.*

Peſte vexatur Bohemia, qua ipſa, Mrata Princeps ejuſdem extinctus eſt, Vorcio ſive Vogeno in Principatũ ſuccedente. *Hiſt. Boem. Ann. Boem. Hag. &c.*

Annus Chriſti 805.

Slavis Hunnos gravitier infeſtantibus, invocatus ab his Carolus ducto in Slavos exercitu, eorumque Duce occiſo, ſtabiles deinceps Hunnis ſedes concedit. *Baron &c.*

Omnes Septentrionis Provinciæ atque inprimis Germania noſtra Scotis Monachis implentur, inde ſummo Eccleſiæ bono diverſis Cathedris Sanctiſſimi Epiſcopi præficiuntur. *Ann. Ord. noſt. Comp. Vmv.*

Annus Chriſti 806.

Teſtamentum hoc anno condit Magnus Carolus, & Regna inter filios dividit, Comitiis in Tierenhofen celebratis; cedit Ludovico Hiſpania, Guſconia, Aquitania, Gallia Narbonenſis, Alpes, &c. Pipino Italia, Iſtria, Dalmana, Auſtria, Rhætia, Suevia, Bavaria, &c. Carolo autem primogenito Gallia, Rheni tractus, Friſia, Franconia, Thuringia, Haſſia, Saxonia, Wandalia, &c. Quo ipſo tempore Merſeburgum ad Saalam munitum eſt, & Comitatus nomine inſignitum & ſimiliter Weninum. *Chron. Thur. Vita Caroli. Riv. Annal. Franc.*

Relictis Epiſcopatibus ad Monaſteria plurimi confluunt, quorum plurea ſub hoc ipſum tempus Dives & Opum & Virûm Augia ſuſcipit. *Ang. mon. Conſt. Ben. Ochſh. &c.*

Annus Chriſti 807.

Invitum Cænobio extrahit ſummisque Imperii rebus adhibet Carolus S. Adelardum Corbeiæ Abbatem cognatum ſuum, qui variis provinciis mirè conſulit. Carolus Occidentem Eccleſiis & Monaſteriis implet, cujus pietatem imitatus Ludovicus filius, brevi tempore in ſola Aquitania viginti duo cœnobia condidit. *Aimoin. Iep &c.*

Mauri ex Hiſpania Corſicam vexantes, prælio vincuntur à Burcardo Comite Stabuli, quem in eos Carolus miſit. *Sigon &c.*

Grandi peſte laborat Germania, merentur de periclitantibus egregiè Aſcetæ Sanctiſſimi. *Ann. Ben.*

Annus

Annus Christi 808.

Saxoniæ fines armis infestat Godefridus Daniæ Rex, ab Obotritis fortiter exceptus repulsusque intertempto in acie ejus filio Reginoldo, cum præcipuis Procerum, cui, ne in Saxoniam interiorem sese infunderet, obnitendum ratus Rex Carolus, insignem exercitum comparavit, & fautorum Regis agros vastavit. *Ann. Fuld.*

Ludovicus Aquitaniæ Rex, insigni felicitate, iterum Barcinonem Mauris eripit. *App. Aim. &c.* Moravi inquieti Bohemiam infestant & prædas agunt. *Chron. Boemiæ.*

Annus Christi 809.

Summo Ecclesiæ bono Concilium Aquisgrani celebratur, occasione motæ quæstioni de processu Spiritus Sancti. *Baron. &c.*

Pipinus vario Marte confligit cum Græcis, quibus cum etiam Veneti favere viderentur, in eos quoque bellum à Carolo decretum est. *Aimoin. &c.*

In Flandria Ingelramus, defuncto Patre Lyderico fit Præfectus sive Saltuarius. *Mey. Bucelin. &c.*

Moritur S. Ludgerus Trajectensis primum dein Casinensis Monachus, Protoepiscopus Monasteriensis, gloriosissimus Saxonum & Frisiorum Apostolus, quem instar fulgoris cælum conscendere ipse Carolus Imperator videre meruit. *Ex Vita & Annal. Ben. &c.*

Hoc & superiore anno inquietæ in Bohemia res, Moravis & aliis nonnullis pacem turbantibus. *Script. Boem. Haget. &c.*

Annus Christi 810.

Immortalis ex mortali fit hoc anno S. Guilielmus ex Aquitaniæ Duce & exercituum Caroli M. Imperatore Gellonensis Monachus, alia inter merita, Galliarum Regno à Saracenis liberato gloriosissimus, in cujus obitu omnes circumquaq; campanæ, sponte consonare auditæ sunt. *Steng. Ann. Ord.*

Pipinus noster, navali prælio superior Venetias recipit, frustra obluctantibus Sigonio & Venetis scriptoribus, qui indignum putant Venetos triumphari posse seu potuisse. *Aemil. &c.*

Lindaviensis ad Potamum Cœnobii fundamenta jacta sunt. *Brusch. Crus. &c.*

Godefridus Daniæ Rex ducentarū navium classe exscendens in Frisiam eam depopulatur. *Chron. Fris. Meyerus, &c.*

Moritur Pipinus Rex noster relicto Bernardo filio. *Annal. Franc. &c.*

Moravi in Bohemia profligantur. *Haget. &c.*

Annus Christi 811.

Moritur ingenti luctu Regnorum omnium Carolus, Caroli Magni primogenitus, Solo jam Ludovico superstite, cujus exercitus hoc ipso anno Dertosam Hispaniæ tandem expugnat. *Egin. Aim. &c.*

Tres hoc anno exercitus Carolus, unum adversum Transalbianos Saxones, alterum contra Pannones, tertium in Britannos mittens, victor ubique triumphat. Ipse in Flandriam descendens, Bononiæ, quam instrui præceperat classem inspicit, & Provinciæ consulit. *Meyer. & Fl. script. &c.*

Annus Christi 812.

Occubuisse hoc anno Rollandum celeberrimum illum Ducem, Caroli affinem nonnulli volunt expeditione nova Ludovici in Hispaniam, quam tamen Aimoinus, Ado, Regino, Eginardus aliique non recipiunt. Carolus Bernardum nepotem creat Italiæ Regem. *Ado. & cit. &c.*

Scholis plurimis per Monachos in Germania & Gallia erectis, mirificè efflorescunt litteræ, adeo ut sola Gallia antiquis Romanis & Atheniensibus æquaretur. *Ansegisus, Meginfredus, Matth. VVeiss. &c.*

Annus Christi 813.

Expendens secum Magnus Carolus, quanti referret, Ecclesiæque & Imperio conduceret Concilia & Synodos frequentius celebrari, quinque uno hoc anno diversis locis ut celebrarentur author fuit: Moguntiæ, Turonis, Cabilone, Rhemis, & Arelati, in quibus, ut pluribus aliis ad sæculum usque undecimum, id est, annum Christi Millesimum, præter trinam solummodo in Conciliis convenientium divisionem (in Episcopos, Notarios & legentium Epistolas Evangelia &c. dein Abbatum & Monachorum, tertio Comitum & Judicum &c.) Episcopis quidem & Canonicis tam sæcularibus quam Regularibus nihil præter Canones, Monachis autem universim nihil præter Regulam S. BENEDICTI prælectum fuit, quod ideo scribimus, ne dum ante millesimum Monachi alicujus in Germania mentionem facimus, alterius Ordinis quam Divi BENEDICTI fuisse arbitreris, ad quos præcipuam Germaniæ à barbarie justa atque Idololatriâ conversæ gloriam pertinere pluralia & ingentia merita animadvertas. De quo legendi *Clemens Reynerus, Matth. VVeiss. Iepes, &c. Cauet. &c.*

Eodem anno Ludovicus Pius, Magni Caroli filius, jussu patris, Aquisgrani salutatur Imperator. *Sigeb. Baron. Sigon. &c.*

Moguntiæ pons, arte sumptu & opere magnificentissimus & plane mirandus, decem annis à Carolo structus, quingentos passus longus, igne & ruina absumitur. *Rivander, &c.*

Annus Christi 814.

Tristissimus morte Magni & primi è Germanis Imperatorum Caroli hic annus est, succedente in Imperium Ludovico filio, qui vix adito imperio, filiis Lothario & Pipino, illi Boicam, huic Aquitaniam regendam dedit. *Germ. & Gall. script. div.*

Eodem anno S. Rhabanus Maurus Fuldensis Monachus, è schola Alcuini Abbatis Ferrar. in Germaniam reversus, summam felicitatem una secum intulit, ipse *Armarium Scientiæ* nuncupatus & celebratus, ex quo deinceps tempore cum per eum, tum per ejus discipulos Germania è barbara, erudita evasit. *Chron. Germ.*

Annus Christi 815.

Post mortem Magni Caroli, rursum factiones & turbæ in S. Leonem Pont. Max. ab impiis concitatæ, quas Bernardus Pipini filius Rex Italiæ, consopite à Ludovico Imp. nostro jussus est. *Ann. Eccl. Comp. & Symbol. nost.*

Eodem anno compertâ Cæsaris morte Sorabi Wandali ad Albim ab Imperio deciscunt, datumque à Ludovico, Francoñibus, Saxonibus & Thuringis, id negotii, ut eos ad obsequium cogerent, quod & magna virtute ac celeritate est præstitum. *Zach. Rivander & ab eo cit. &c.*

Annus Christi 816.

Leone III. è vivis sublato, successor è Monachico item ordine S. Stephanus V. statim ab electione ad

ne ad Ludovicum Cæsarem nostrum in Gallias profectus, eum solemnissime Rhemis coronat. *Annal. Franc. & Eccl.*

Septentrioni novum & magnum revera sydus oritur, Magnus ille è Corbeiensi Monacho Apostolus S. Ansgarius de quo sæpius deinceps agendum. *Ex Vita MS.*

Ipso anno deficientes à fide Cæs. Vascones duplici expeditione castigati & subacti sunt. *Annales Fuld. &c.*

Annus Christi 817.

Aquisgrani Comitia celebrat Ludovicus Imp. in quibus Lotharium filium Collegam Imperii adscicit: Bernardū autem Italiæ Regem rebellantem captumque & oculis orbatum, paulo post, ob idipsum mortuum deplorat. *Baron. & Germ. Gall script. &c.*

Sclaomicus Obotritorum Rex sive Princeps, inito cum Danis fœdere ab Imperio deficit, Ludovico interea varijs curis distento. *Ann. Fuld. & Franc.*

Annus Christi 818.

Nunquam sine viris sanctis Germania, è quibus hoc anno præ cæteris celebrantur Sanctus Egil Fuldensis Abbas, & S. Walericus sive Waltericus primus Abbas Murhartensis, Ludovico Pio à Confessionibus, qui hoc ipso anno in ejus gratiam Murhartense Cænobium condidit, & litteras fundationis scripsit. *Manm. Murhart. Crus. Ann nost. &c.*

Idem Aquisgrani externorum Legatos audiens solarii casu penè periit, eodemque anno Britannos Cismarinos bello petens, eos in suam potestatem redegit. *Franc. Ann. &c.*

Annus Christi 819.

Elevantur hoc anno solemniter & transferuntur in novam Basilicam, sub honorem ejusdem conditam sacra ossa Magni Germanorum & Generalis Apostoli S. Bonifacii, in Cænobio Fuldensi, ab Haistulpho Archiepiscopo Moguntino *Ann Fuld Brovv. Franc.*

Ludovicus duos hoc anno Conventus celebrat, Aquisgrani alterum, alterum apud Theodonisvillam, quibus multa è re Ecclesiæ Rom. sancita sunt, è quibus & illud, de consulendo in rebus arduis Rom. Pontifice, &c. Mortua superiore anno Ermingarde conjuge, ducit nunc Juditham Guelpham potentissimam, ad Cognatam Principem Ludovicus Imp. cui, ut propinquo nimium conjugio, multi viri Sancti obnixi sunt, & illâ, ut pietatis, causâ, filii Ermingarde nati, pessimè contra patrem abusi. *Chron. & Ann.*

Rex Pipinus movens in Vascones rebelles edumat & triumphat. Minus feliciter contra Savos in Pannoniâ res successit, missusque eo exercitus, infesto penè negotio revertit. *Ann. Franc* Sclaomicus Obotritorum Rex, quem superius defecisse diximus, à Proceribus graviter accusatus, in exilium agitur. *Ann. cit.*

Annus Christi 820.

Illustrissimum Apostoli nomen per Saxoniam meretur, S. Kortilla Abbas Amarbaricanus, vir sanctissimus, & eâ de provincia multum & immortaliter meritus, Werdensium creatus Episcopus. *Kranz.*

In Helvetia & Hegovia exsplendet etiamnum S. Fintanus Rhenoviensis Monachus ex Principe Laginiæ. *Const. Ben.*

Tres missi contra Pannones exercitus, satis prosperè præliantur. *Crus. Ann. Franc. &c.*

Humidus & frigidus annus, cum pestilenti evaporatione, grandi inde lue, infinita mortalium millia è medio tollente. *Div. Franc. & Germ. script.*

Annus Christi 821.

Normannicæ naves 13. primum Flandriæ litus, post Sequanæ ostiū & Aquitaniam populantur. *Mir.*

Ceadrogus Obotritorum Rex perduellionis reus, regno dejicitur revocato Sclaomiro. *Ann. Franc. Gordon. &c.*

Noviomagi, sive ut alij volunt Wormatiæ Comitiis celebratis Ludovicus Imp. in filios Regna partitur, revocatque ab exilio, quos iniquorum suasionibus ejecerat, è quibus S. Adelhardus Corbeiæ Abbas, *Fons Consilii & Institia Regula* appellatus, summo Regnorum plausu & bono reducitur. *Ex Vitâ. Mir. Baran. &c.*

Annus Christi 822.

Cogitur tandem Lindevitus Pannonum rebellium ductor pacem petere multoties à Cæsaris exercitibus victus & regno exactus. *Gordon. & Vngar. atque Germ. script. &c.*

Ludovicus Imperator in Attiniacensi Episcoporum Conventu publicam agit pænitentiam, ob ejectos præsules, aliaq; temerè potius quam impiè perpetrata. *Gall. script.*

Magnus ille Rhabanus, post Egilem virum sanctissimum Abbas Fuldensis creatur, æternum, *ab immensitate* quadam *scientiarum*, sed & vitæ eximia sanctitate, Germaniæ nostræ ornamentum. *Ann. Fuld. Bravver. &c.*

Annus Christi 823.

Ominosissima, cum per Orientem tum Occidentem visa prodigia, eventurorum malorum præludia. *Ann. & Eccl. Franc. Zach. Rivand &c.* In Saxonia 23. pagi fulmine pereunt, sed & in Thuringia cælo serenissimo tonitrua & fulmina granditer detonant ac sæviunt, quibus plurimi etiam homines tacti periêre; ingenti postea Peste subsequente, *Avent: Vrsperg. Rivander. &c.*

Lotharius Romæ coronatur, & Conventus Compendii cogitur, quo laici bona Ecclesiarum usurpantes coërcentur. *Baron. Aimon. Sigon Sigeb. &c.*

In superiore Germania ad lacum Venetum claret B. Ratolphus ex Episcopo Veronensi Augiæ Monachus, qui hoc ipso anno, loco natura cultissimo cum consensu Abbatis sui, condens, Cellam, Ratolphi deincept à se cognominatam, Originem novo Cænobio, & mox pulcherrimo Oppido dedit, quod paulo post ipse illatis spectatissimis Sanctorum reliquiis, insigniter beavit. *Ex man. Aug. Lacu nostr. Potam. &c. Const. Ben. &c.*

Annus Christi 824.

Mittitur Lotharius à Patre cum Germanorum Francorumque exercitu in Italiam ad comprimendum Urbis tumultum. *Baran. &c. Ann. Germ.*

Odoacer præficitur Flandriæ post obitum Patris Engleramni. *Chron. Flandr.*

S. Georgii ad Hereimiam Cænobii fundatio celebratur, ex quo plurimi deinceps viri Sancti, magno superioris Alemanniæ bono prodierūt. *Mart. Crus. &c.*

Haytho Episcopus Basileensis Augiæ Monachus, alter Episcopatus conditor habitus, rejectis infulis, Cænobii quietem repetit, & cælo se parat. *Men. Aug. t. 2. Const. Bened. &c.*

Adal-

Adalramus consecratur Salisburg. Episcopus, de Carenthanis postea meritissimus. *VVig. Hund. &c.*

Annus Christi 825.

Periclitantur plurimum Occidentis Regna, ob levem nuper cum Orientalibus communicationem, collatione hoc anno à viris Doctis Parisijs habita, super cultu SS. Imaginum, verùm S. Adelhardo, & alijs viris sanctissimis ex ordine Monachico periculū advertentibus, & dehortantibus, Ludovicus, ut erat Pius, hæc omnia summo Orbis capiti relinquenda pronunciavit. *Comp. Ann. Eccl. & Ann. nost. Ben. &c.*

Pacem denique ambiunt Godefridi Danorum Regis filij, quæ à Ludovico conceditur. *Ann. Franc.*

Ludovicus Ludovici filius Rex Bavariæ designatur. *Avent. &c.*

S. Ansgarius, & Corbeiæ Saxonicæ Monachi, in conversione Septentrionis plurimum desudant. *Ann. Ben. Vita S. Ansgar. &c.*

Saxones dum hoc & superiore anno Bohemiam infestant, non sine clade repelluntur. *Ann. Boem.*

Sed & in superiore Alemannia Helverica inquietæ res, Victore Curiensium Pontifice cum Roderico Comite graviter colliso, qui tamen Argentinam citati à Cæsare conciliantur. *Chron. Helv. &c.*

Annus Christi 826.

Accessio ingens ad Ecclesiæ gremium Danorum Rege Haraldo à nostris Corbeiæ Monachis & Ebbonis Rhemensis operâ ad fidem converso, & à S. Amelgario Fuldensi Monacho Moguntinensiū Archipræsule solemniter baptizato, *Ann Ben. & Comp. Eccl. Ann. Pith. &c.*

Comitia Ingelheimij celebrantur, quibus exterorū Legationes plurimas Imperator audijt. *Ann. Fuld.*

Annus Christi 827.

Rursum ingentia merita Corbeiæ Monachorū & maxime S. Ansgarij celebrantur, in Sueciam usq; excurrentium, eoſque populos Ecclesiæ aggregantium; ubi operâ Ansgarij Upsalensis Episcopatus conditur. *Ex Ann. nost. & Magno Episc. &c. VVione. Vita Ansg. &c.*

Hunc ipsum annum beat S. Hamularius Fortunatus, insigne Ecclesiæ Columen, Patriæ æternum ornamentum, è Monacho Archiepiscopus Trever. de quo paulo post dictum. *Conf. Cajet. &c.*

Annus Christi 828.

Adversum Bulgaros imperij fines devastantes, mittitur cum exercitu Ludovicus Junior, quo ipso anno Classis nostra in Africam trajciens, Mauris ingentem Stragem & metum intulit. *Ann. Franc. Aimoin. Sigon.*

Aliquibus in locis frumentum pluit, ita ut in campis passim ingentes tumuli reperirentur, verum jumenta si attingerent, moriebantur. *Chron. Thur. Zach. Riv. Ioan. Stumpf Chron. Helv. &c.*

Claret egregia vitæ sanctitate & magnis meritis S. Rixfridus, ex Monacho S. Salvatoris Trajectensis Episcopus. *Arnold. Duac. Democh &c.*

Annus Christi 829.

Bulgari classe per Danum advecti, fines Imperij populationibus denuo infestant. *Ann. Franc.*

Wormatiæ Comitia celebrat Ludovicus Imp. deque juvando Imperio consultat, deque hostibus avertendis. *Chron. Germ. & Ann. nost. &c.*

Evehitur ad Cardinalium eminentissimam dignitatem meritissimus Treverensium Archiepiscopus Hamularius Fortunatus, & magnis mox meritis Ecclesiam Universam demeretur. *Conf. Cajet. Car. Steng.*

Magnis terræ motibus Helvetia & aliæ Germaniæ Provinciæ concutiuntur. *Chron. Helv.*

Sarracenis Italiam infestantibus occurrit Quido Marchio Longobardicus, cum lectissimis Rhætorum Helvetiorumq; copijs. *Chron. Helv. Ioan. Stumpf.*

Annus Christi 830.

Injurijs gravissimis cum à Palatinis, tum ab ipsis filijs appetitur, Pijssimus Imperator noster, & quinquennium totum, intestinis seditionibus turbatissimum habet Imperium, quo Judithæ Guelphicæ liberos prioribus anteferre videretur. Pipinus in patrem armatur, contra quem reversus ex Italia Lotharius, jure agendum, non armis censuit. *Hist. Franc.*

Conditum hoc anno Sanctissimum illud Hirsaugiense Cænobium, ex quo totæ deinceps cohortes meritissimorum de Ecclesia virorum prodiêre. *Trith. Ann. Ord. Iepes, &c.*

In Rhætia congressi armis Adelbertus & Rupertus potentissimi Rhætiæ Comites, post gravem conflictum, triumphante Ruperto, & cæso illo atque Lindavij in suo quod condiderat Cœnobio tumulato. *Ann. Rh. Sprecher. Guler. Stumpf. &c.*

Annus Christi 831.

Ludovicus Imp. noster, gravibus licet & domesticis armis undique peteretur, Pipino inprimis pacem turbante, eaque occasione Saracenis Navarram incursione vexantibus, de rebus Ecclesiæ tunc magis quam de proprijs sollicitus, B. Hamularium Treverensem Archiepiscopum & Card. ad Pontificem destinat, pro Officio Ecclesiastico restituendo. *Baron. Cajet. Steng. &c.*

B. Ansgarius cum Autberto suo, Corbeiæ item Monacho, primus in Dania & Suecia scholas aperit. *Ex Vita, &c. per S. Rempert.*

Ludovicus Aquisgrani Juditham Imp. se purgantem recipit. *Mir. & Chron. Guelph.*

SS. Genesij & Theoponti corpora in Augiam Divitem transferuntur, paulo post Cellam Ratolphi illustratura. *Chron. Helv. &c.*

Annus Christi 832.

Inquietissimus Pipinus, dum omnia denuo turbat, à patre captus, Treveris incarceratur. Inde autem evadens Aquitaniam occupat. *Aimoin. Sigon. &c.*

Immortaliter ipsos mortuos demeretur S. Hamularius noster Treverensis Episcopus, primus Auctor Officij Defunctorū, quod deinceps in Ecclesia receptum & toties usq; hodie recitatum, multa animorum millia cælo è purgatricibus flammis vendicavit. *Cajet, Steng.*

Amaburgum Transalbiorum Metropolis statuitur, ejusque primus Archiepiscopus S. Ansgarius consecratur. *S. Remb. Adam. Brem. Kranz.*

Grezomislaus post mortem Vogeni Bohemiæ Princeps à Proceribus salutatur. *Hag. &c.*

Annus Christi 833.

Ingentes in Imperio turbæ, cum Ludovicus Imp. Pipinum Aquitaniæ Regno exuens, mox ipse à filijs exauctoratur, rescindente impium factum Romano Pontifice. *Ann. Eccl. & Franc. &c.*

Magnus ille Treverorum Pontifex, æternū Germaniæ & Ecclesiæ universæ decus S. Hamularius Fortunatus ad cælum emigrat. *Cajet. Ann. Ord. &c.*

Annus Christi 834.

Nihil indignius visum Germanis, quam quæ in patrem Cæs: filij ausi essent, vocatisque in auxilium

Francis, Ludovicum libertati & Imperio restituunt. Reconciliantur Patri Pipinus & Ludovicus, at obstinatior Lotharius, in fautores Patriæ crudeliter grassatur; quem tamen fratres reliqui victum coguut patri supplicem fieri. *Ann. Eccl. Comp. &c.*

Annus Christi 835.

Gregorius IV. Festum omnium Sanctorum instituit, quod hoc ipso statim anno Germania nostra & Gallia solemnissimè celebravit. *Ann. Eccl. Comp.*

Drogo Metensium ex Monacho Luxoviensi Pontifex, præcipuus pacis auctor Reges nostros cum patre Cæsare plenè reconciliat. *Ann. Ben.*

Dani & Northmanni Hollandiam, Frisiam & Flandriam populantur, à Ludovici tandem exercitu repulsi. *Ann. Franc. &c.*

Annus Christi 836.

Episcoporum Conventus aliquot cogit Ludovicus Aquisgrani & Lugduni, quibus multa quæ tam Ecclesiam quam ipsum Cæsarem spectarent decreta sunt. *Ann. Eccl &c.*

Normanni vexatâ incursione Frisia regrediuntur in patriam. *Baron. &c. Gordon. &c.*

Moritur Academiarum in orbe præcipuus institutor & Rector Alcuinus de re litteraria & Carolo quondam Imperatore nostro longè meritissimus. *Matth. VVestm. Ann. nost. Ben.*

Annus Christi 837.

Normanni iterum inquieti, Valachriam Hollandiæ insulam invadunt & populantur, quo ipso anno Odoacer Flandriæ præfectus decessit, succedente in honorem Balduino Ferreo. *Meyerus, &c.*

Post obitum Murmanni in minore Britannia, præficitur ab Imp. Nomenius. *Regino, &c.*

Rhabanus Fuldensis primus in Germaniâ Græcas litteras postliminio invehit. *Comp. Ann. nost.*

Annus Christi 838.

Imperator Comitijs Noviomagi celebratis, Pipino mortuo, de novo, Regna inter filios dividit, & Carolo Aquitaniam, Ludovico Boicam, reliquum Imperium Lothario assignat. *Baron. &c.*

Naves contra Normannos & Classis paramr. *Ann. Franc. &c.*

Claret Samuel è Monacho & Abbate Laorissensi, Wormatiensium Pontifex. *Dennech. &c.*

Annus Christi 839.

Occidentale Imperium, haud longe ab interitu videbatur, rapientibus denuo contra patrem arma, & in seipsos vertentibus, filijs, in quos movere coactus Pius Imperator, brevi utrumque ad officium redegit. Ipse per hoc tempus Ravenspurgi ferè, apud cognatos & affines Guelphos Principes, Altorffij item, & Tiguri, nec non Basileæ morabatur. *Chron. VVeing. Chron. Helv. Ioan. Stumpf. &c.*

Eodem anno ejusdem & Gregorij PP. opera Concilio Cabilonensi plurima Ecclesiæ utilia sancita sunt. Celebratur per superam Alemaniam fama Linperti primi Hirsaugiæ Abbatis, viri meritissimi. *Trith.*

Annus Christi 840.

Trithemius Abbas de Ordine Divi BENEDICTI sic hoc ipso anno: *His temporibus* inquit, *claruerunt in Ordine nostro, multi celeberrimi Viri, sanctitate & scientia Scripturarum Insignes, qui velut Astra Cæli Ecclesiam moribus & Doctrina multum illustrarunt.* Quod ad Germaniam nostram singulariter etiam pertinere, ex nostro Episcoporum Syllabo liquet, plerisque sanctitate eminentibus Cænobio extractis, &c.

Iterum rebellionem parantem Ludovicum filium, ducto contra eum exercitu in fugam compulit Pius pater, morboque oppressus, missis ad Lotharium insignibus, diem supremum sanctè obijt. *Baron. &c.*

Annus Christi 841.

Uti in patrem antea filij, sic ab ejus obitu in se momo conversi, Regna omnia turbant diversis locis, & ad lacum etiam Brigantinum, sive Potamici suprema, ut vult Sprecherus congressi sunt. Vincitur tandem Lotharius, plerisque è Gallica nobilitate cadentibus, Carolo sibi Regnum stabiliente. *Guittardus, Aemilius, &c.* Lotharius recollectis viribus, & Saxonibus inprimis in subsidium evocatis, parum hoc anno contra Carolum proficit. *Ann. Fuld. &c.*

Claret B. Haymo tarum Germaniæ ornamentum, è Monacho Fuldensi Halberstadensis Pontifex, præcipuus Homiliarum Declamator, à Commentarijs item in utriusque Testamenti libros, orbi notissimus universo. *Ann. Ord.*

Annus Christi 842.

Occurrunt denuo Lothario fratres bellum paranti, eoque fugiente Regnum ejus inter se partiuntur, Conventu Episcoporum Aquisgrani celebrato. Verum promtiorem postea ad pacem æstimantes, per Legatos apud Confluentiam de novâ Regnorum divisione tractant; quæ tamen hoc anno necdum conclusa est tractario. *Cesari.*

Sueciæ amplissimo Regno novum Jubar oritur è Germania nostra, S. Stephanus è Monacho Corbeiæ Saxonicæ Upsalensis Episcopus, primus Helsingorum Apostolus. *Ioan. Magn. &c.*

Annus Christi 843.

Descripto divisoque à 40. proceribus, ad ipsum delectis Regno, discordia denique inter fratres consopitur, & Germania Galliæque conquiescunt, Carolo Galliam, Lodovico Hunniam, totamque ultra Rhenum Germaniam, Lothario denique Imperium & Italiam, totamque reliquam Germaniam obtinente. *Franc. Hist. Ann Eccl. Comp &c.*

Iterum admirabile sydus Germaniæ exsplendescit, Strabo Fuldensis Monachus, cui primum debetur *Glossa*, ut vocamus, *Ordinaria* ab ipso composita, &c. *Sixt. Sen, Trith. Browerus.*

Ludovicus Rex, cui inter alia Rhætia cessit, huic Adelricum, Adelberti nuper bello Lotharico cæsi filium præficit. Quem nos Adelbertum alium ab illo contra Rupertū cæsum ominamur exritisse. *Sprech. &c.*

Annus Christi 844.

Originem & felicissima initia debet hoc anno S. Ansgario nostro Magno Septentrionis Apostolo, celeberrimus Bremensis Archiepiscopatus, cujus ille primus Archiepiscopus fuit, & à morte Tutelaris præcipuus. *Adam. Brem.*

Carolus dum Pipinum nepotem bello petit, & Aquitaniam velut Regni sui partem repetit, magnam cladem patitur; felicius rem gerente Ludovico contra Obotritos, Rege eorum victo atque occiso. *Ann. Franc.* Coronatur Romæ Ludovicus Lotharij filius. *Baron.*

Annus Christi 845.

Nordmanni Frisiam ingressi, primo quidē conflictu cæsi, duobos prælijs victores, grandem vastitatem provinciæ intulerant. Quin & Galliæ ipsi arma inferentes, Parisios usque progressi, magna clade occurrentes

currentis Caroli exercitum affecere, cui & cum Britonibus pugnandum fuit haud æquiore fortuna, ipso vix evadente, & coacto tantis malis Nepoti Aquitaniam concedere. *Ann. Franc. & Germ.*

Annus Christi 846.

Vincit denique Armoricos victoria insolentes Carolus, Duce Neomenio, qui se Regem minoris Britanniæ dicebat, ejecto, &c.

Celebratur Concilium Parisiense, quo Commendatarij damnati sunt, quibus cum patrocinaretur Carolus, ei flagellum à Numine Episcopi imprecati sunt, & ipse coactus postea fuit iniquissimis Normannorũ conditionibus subscribere. Ludovicus juxta lacũ Briganrinum sive Acroniũ Pascha celebrat, & mense Augusto in Slavos rebelles profectus, compositis illic rebus, Rasticen ijsdem præficit. *Ann. Eccl. & Franc. &c.*

Annus Christi 847.

Summa omnium gratulatione doctissimus æque ac sanctissimus Germaniæ universæ Magister Rhabanus Maurus Fuldensis Abbas post Otgarium, sive Adelgarium Moguntinensis Archiepiscopus consecratur, de quo Baronius: *Emicuit plane Rhabanus, ut fulgentissimum sydus, cujus, quæ extant scripta, tanquam lucis radij excellentiam demonstrant Auctoris, ut & ijsdem illustrata Germania glorietur, haud adeo imparem Magno habuisse Doctorem, &c. Brovver. &c.*

Lotharius Imp & Ludovicus familiarissimè conveniunt, & mutuo fraternoque amore, convivijs ac muneribus sese recreant, Germania si unquam antehac quietis fructum capiente. *Ann. Fuld. &c.*

Annus Christi 848.

Concilio Moguntinensi præsidet hoc anno Magnus Rhabanus noster, aliaque inter merita perniciosissimam Gotscalci *de Prædestinatione* Hæresim profligat. *Pithæus, Trith. Brovver. Baron. &c.*

Boëmos eruptionem molientes misso in eos exercitu profligat Ludovicus. *Ann. Franc.*

Ingens per Germaniam fames, per Thuringiam inprimis, & ad Rheni alveum, quam tamen ad annum 850. refert Mutius; Conradus Peuringerus & Sigebertus ad annum 51. *Chron. Thur.*

Annus Christi 849.

Victi nuperrime Boëmi, arma resumunt, immisso tamen valido in eos exercitu pacem exambiunt, quæ dum tractaretur, militum impatientia hanc turbante, & signa in Bohemos inferente, isti superiores grandē cladem nostris inferunt. *Ann Franc. Fuld.*

Effulgescit præ cæteris Germaniæ luminaribus Eginardus Selgenstadensis Abbas, Caroli Magni quondam Cancellarius, vir doctissimus, relictis ingenij monimentis immortalis. *Trith. Chron. Hirsaug.*

Annus Christi 850.

Lotharius à fratre Carolo contra Normannos evocatus, insignem Germanorum exercitum adducit, sed frustra; cum mutato repente consilio Carolus, juxta imprecationem Episcoporum iniquissimas conditiones ab hoste acceptaret. Rorıc Normanno fines Imperij Septentrionales infestante, intelligens non sine periculo eum pelli posse Lotharius, eum in fidem recipit, & certos fines assignans, contra Danorum incursiones excubare jubet. *Ann. Franc.*

Comitia Moguntiæ cogit Ludovicus, inde Reginoburgum profectus, Coloniam denique ad Imperatorem contendit. Tum in Saxonia conventum ad Weseram celebrans, Leges Saxonum corrigit, iniquos judices plectit, idipsum in Thuringia pari merito & successu aggressus. *Zach. Rivander, &c.*

Annus Christi 851.

Ubique terrores in Italia, Gallia, Germania, illas Saracenis turbantibus, hanc Sorabis & Normannis. Contra Sorabos missus per Thuringiam exercitus eos brevi compescuit, grandi illatâ provinciæ illi vastitate, ita ut fame potius quam armis vincerentur. In inferiore Germania, tristiora omnia, Normannis Gandavum cum Cœnobijs Gandensi, Blandiniensi, Trunciniensi, igni & ferro vastantibus. *Meyer. Ann. Franc. Ann. Eccl.*

Annus Christi 852.

Meretur novis meritis de Germania nostra Rhabanus noster Moguntinensis Archiepiscopus Concilio ibidem celebrato, cui & Ludovicus Rex noster interfuit, & Patribus de absolvendis quæstionibus ecclesiasticè tractantibus, ipse cum Principibus publicis litibus caussisque componendis insistebat. *Ann. Pith.* Interim Normanni Inferiorem Germaniam & Gallias inquietant, multisq; è Monachis viri sanctissimi Martyrio coronantur. *Ann. Ben. & Belg. Franc. script. &c.*

Post Grezomislaum Neclan Bohemis imperat. *Hagecius, &c.*

Annus Christi 853.

Defungitur vita magnisque pro Ecclesia laboribus Beatus Haymo è Fuldensi Monacho Halberstadensis Episcopus, fama sanctitatis, & relictis profundissimi ingenij monimentis immortalis. *Iopes Trith.*

Aquitani graviter pressi à Carolo Rege, Ludovici Regis nostri opem per Legatos implorant, ipsique Regnum offerunt. *Ann. Franc.*

Apud Vermeriam Palatium Regium ad Isaram Synodus Episcoporum celebratur. *Mir.*

Annus Christi 854.

Exstruitur consurgitque paulatim in haud spernendam magnificentiam potentissima hodie Tigurinorum in Helvetia civitas, ut pleræque per Germaniam, confluentibus ad Cænobia proximis quibusq; & sedes figentibus, præcipuam ac primam fortunam debens Cænobio SS. Felicis & Regulæ, cui per hoc tempus Hildegardis Abbatissa, filia Ludovici Regis nostri præfuit. *Conf. Ben. Stumpf. &c.*

Ludovicus Ludovici Regis filius dum Aquitanis occurrit, paucorum plausu exceptus, re infectâ regreditur. *Ann. Franc.*

Grandi metu Normannorum Danorumque, Germania & Gallia liberantur, cum ipsi mutuis vulneribus, quod Divi Ansgarij nostri monita sprevissent, concidunt, ijs quoque qui prædas hucusque egerant ad patriam occurrentibus simulque ruentibus & pereuntibus, non remanente è stirpe Regia nisi unico puerulo. *Ann. Eccl. Baron. &c.*

Moritur Liutbertus Abbas Hirsaugiæ 13. succedit Gerungus Rhabani discipulus vir celeberrimus. Bruno Saxonum Dux claret, qui hoc ipso anno magnificum illud Gandersheimense Cænobium condidit. *Trith. Chr. Hirs. &c.*

Annus Christi 855.

Universo rei novitate stupente, Romani Imperij fasces sponte abjicit, tanta olim ambitione quæsitum Lotharius Imp. Aug. & Monachum Brunis-

profitetur, tanta animi demiſſione,& Spiritus, ut ſacri vocamus, contritione, ut à plurimis ſanctitatis deinceps nomine, ſupra omnē Auguſtæ majeſtatis gloriam, celebretur. *Trith. Arnold. Duac. Ann. noſt. Iepe, &c.* Moguntia vigeſies terræ motu quatitur. *Ann. Fuld.*

Ludovicus contra Raſticen Slavorum Ducem movens, eo ſe intra munitiones continente parum proficit, direptâ tamen vaſtatâque ignibus provincia regreditur; Raſtice, viceverſa, ſimilem cladem provincijs Ludovici paulo poſt inferente. *Ann. Cit.* Ludovicus Lotharij filius poſt patrem imperat.

Annus Chriſti 856.

Occumbit illuſtriſſimum Friſiæ ſydus, S. Hieron. è ſanctiſſimo Monacho glorioſiſſimus Friſiorum Apoſtolus, æternum deincepa etiam à morte de fidelibus meritus, *rebus in Amiſſis* (velut Antonius de Padua) certiſſimus Belgarum Tutelaris, & ſervator comprobatus, labores Apoſtolicos Martyrij laureola coronans. *Molanus, Mir. Car. Steng. &c.*

Quo ipſo anno Sereniſſimus ille ac fulgidiſſimus Germaniæ Sol, Rhabanus Maurus Moguntinus è Fuldenſi Monacho Archiepiſcopus occidit, ille, inquam, Expoſitionis Scripturæ, quæ Iſogrammatica vocatur Inventor, Cujus merita nemo ſatis explicaverit. Cui Carolus Pipini Aquitaniæ Regis filius, Monachus Corbeienſis ſubrogatus eſt. *Brovver. Ann. Fuld. Trith. &c.*

Ludovicus Rex noſter per Sorabos in Dalmatas movens, illos ſubjugat; regreſſusque per Bohemiam, Principum nonnullos in deditionem recipit: *Ann. Franc. &c.* Lindovienſis Item Cænobij fundationem litteris eodē anno confirmat. *Ex monim. Can.*

Annus Chriſti 857.

Treveris Coloniæque inaudita vis tempeſtatis, aliorumque prodigiorum, populum metu penè exanimavit. *Ann. Franc.*

Moguntiæ Carolus noſter Archiepiſcopus Concilium celebrat, quo juribus Eccleſiarum libertatique egregiè conſultum eſt. *Ann. Eccl. Brovver. &c.*

Iterum expeditio in Boëmos paratur, quâ rebelles quidam domiti ſunt. *Ann. Franc.*

Epiſcopi cellæ oppidi Turgoviæ illuſtris initia celebrantur à nonnullis, Salomone I. Conſtantienſiū Epiſcopo, Monacho Augiæ auctore, quod tamen veroſimilius Salomoni III. condito illic primum Benedictini Ordinis Cænobio aſſignatur. *Ex Conſt. noſt. Sacra. &c.*

Annus Chriſti 858.

Inquietæ in Germania res lectiſſimo inde exercitu, ab Ludovico Rege in Gallias contra Carolū ducto, mox tamen Sorabicâ rebellione revocato. *Ann. Eccl. Comp.*

Miſerabilis Tragædiæ, quâ Cacodæmon Moguntiam triennio vexavit, initium à Browero ad hunc annum refertur. Apud quem & Trith. Anno 60. legere poteris.

Moritur Carolus ſenioris Lotharij filius Rex Burgundiæ & Provinciæ, in cujus Regnum duo fratres ſuccedunt, Ludovicus quidem in Provinciam, Delphinatum & Alpes, Lotharius Junior in Burgundiam. *Regino. Aimil.*

Iterum relapſos ſub uno Rege Danos à gentiliſmo revocat & ipſum Regem convertit S. Anſgarius noſter. *Ann. Ord. S. Remb. &c.*

Germania paſſim magnis terræ motibus concutitur. *Pith. Brovver. &c.*

Annus Chriſti 859.

Summo Eccleſiæ & Imperij bono Ludovicus cum Nicolao Papa familiarius confert, ſtatuuntque plurima ad utriusque Reip. bonum maximè facientia. *Brovver. Gratianus in Decret. diſt. 50.*

Moguntia cum locis contiguis toto anni circulo, immani terræ motu vexatur. *Ann. Fuld. Pith. Brovv.* Moritur ibidem B. Probus Monachus incluſus ad S. Albanum, miraculorum gloria à morte illuſtriſſimus. *Brovver. &c.*

Annus Chriſti 860.

Sancti Remberti Corbeienſis Monachi Danico Apoſtolatu & fructu glorioſus divesque hic annus fuit, ut & cæteris S. Angarij meritis, qui Xenodochia, Collegia, Scholas, Eccleſias plurimas per Septentrionem extruxit. *Ex Vita utriusque & Ann. noſt.*

Hoc ipſo anno reddita denique Regnis diu expetita Pax, & inter Reges firmata; eâque occaſione tam in Gallijs, quam Germania; Monachorum opera, & Regum munificentia, literatum ſtudia mirè effloruerunt. *Ann. Franc.*

Annus Chriſti 861.

Indictis Ratisbonam Comitijs Ludovicus Rex noſter, Principum nonnullus infidelitatis damnatos, exauctoravit, qui ad Carolū Regem in Gallias receſsēre. Suſpectum eodem anno patri ſe reddit Carolomannus filiorū natu maximus, pulſis ijs quibus pater Pannoniæ & Carinthiæ limites crediderat. *Ann. Franc.*

Dani Germaniam inferiorem vaſtant, & Divi Bertini Cœnobium exurunt, Monachis quos repererant exquiſitis tormentis, interfectis, qua occaſione Flandri, plures hoc anno & deinceps munitiones ſtruere cæperunt. *Meyer. &c.*

Annus Chriſti 862.

Multi viri ex ordine Monachico, vitæ ſanctitate & eruditione celeberrimi Germaniā illuſtrant, quorum plurimos, ſola Fuldenſe, Augienſe, Hirſaugienſe & Sangallenſe, hoc ipſo tempore protulerunt. E Divi Galli SS. Iſo, Notkerus Balbulus, Rapertus & Tutelo miracula hominum, ijdemque genere Illuſtriſſimi, & prodigijs celebratiſſimi, patriam noſtram mirificè exornarunt. *Conſt. Ben. Mon. S. Galli Fuld. Ann. &c.*

Carolomannus ſecuritate accepta Ratisponam occurrens patri ſe purgat & reconciliatur. Balduinus Ferreus Comes Flandriæ, rapta Caroli Calvi filia, magnum periculum provinciæ creat, repulſo licet fortiter Regis exercitu, cujus tamen apud Nicolaum Pont: accuſatione, diris devovetur. *Iac. Meyer. &c.*

Annus Chriſti 863

Iromani Aulicorū, ut ſæpe fit ſcelere, Carolomannus innocens apud patrem Ludovicum denuo traducitur & rebellionis accuſatur, contra quem pater ipſe in Carinthiam ducit exercitum, proditusque & deſertusq; à Gundecaro Comite Carolomannus, fide data ſecuritatis patri ſe iterum ſiſtit. *Ann. Franc. Fuld. &c.*

Ne ſola ſuperior Germania ſine ſacri ſanguinis purpura minus florere videretur, occiſus hoc anno Meginradus Augiæ Divitis Monachus à latronibus quibus benefecerat, magnis deinceps prodigijs, ingens ſuperæ Alemanniæ decus addidit, è cujus Nobilitate, familia Comitum de Zollern & Sulgen effulſit. *Ann. Herm. Conſt. Ben. &c.*

Annus Chriſti 864.

Totæ Sanctorum cohortes ex unico ſæpè Cœnobio prodeunt; uti ſub hoc ipſum tempus merito

Sangal-

Sangellense Cœnobium celebratur, In quo ducenti simul trecentique opinione sanctitatis celebres convixisse memorantur, ut de ornamento Germaniæ nō solum, sed & de fructu inde emergente facile sit æstimare. Horum excitantibus exemplis, Procerum Germaniæ maximi & plurimi cucullum præ Purpura eligunt, eosq; inter Hermingardis Augusta, Lotharij Cæs. Conjux lectissima, Monasticen profitetur, in S. Juliæ Brixiensi Cœnobio, *Monim. S. Gall. Ioan. Pretor. &c.*

Ludovicus & Carolus Reges fratres concordiam sanciunt, & amicitiâ perpetua præcedentia odia delent. *Ann. Franc.* Rasticis denique perfidia domatur, & summas ille in angustias redactus à Rege nostro Ludovico, in fide, ejus se fore æternum pollicetur. *Citati.*

Annus Christi 865.

Amicitiæ fœdera Ludovicum inter & Carolum Coloniæ firmantur, quo eâdem causâ occurrit Arsenius Nicolai Papæ Legatus. *Baron Pith.*

Moritur maximus ille Sueciæ, Gothiæ, Daniæ omniumque Aquilonarium Regionum Apostolus S. Ansgarius, Abbas Corbeiæ Saxonum, Septentrionis Metropolita, æternum Germaniæ nostræ decus. *Ex Vita per S. Remb. dist. & Adamo Brem. Hist. &c.*

Ludovicus Imp. insignem exercitū duxit in Italiam contra Saracenos, sollicitatione maximè S. Berthari Abbatis Casinensis, eosq; è Campania pellens, Bario denique inclusos obsidet. *Ann. Eccl. Baron. &c. Mart. Aur. Scipio. &c.* Eodem anno Ludovicus junior senioris filius contra Patrem, concitatis in societatē belli Thuringis & Saxonibus, seditionem parans, à Patre opprimitur. Sed & Moguntiæ seditione orta adversum Lintbertum Archiepiscopum, sopitur, auctoribus morte damnatis, sive membrorum mutilatione *Ann. Pith. Brouer. &c.*

Annus Christi. 866.

Musicum cantum varia modulatione primus in Germaniā invehit Joannes Monachus Rhabani Fuldensis discipulus, quo ipso hoc anno plurimi ejusdem discipuli eximijs meritis Monachi celebrantur. *Vid. Ann. nost. Ben. &c.*

Ludovici Junioris contra Patrem molitiones huic anno alij assignant, nec malè nunc forte eisdem primùm compressis.

Annus Christi 867.

Ecclesiæ matri immensis penè laborib⁹ nec minore operæ prætio se commendat S. Rembertus Saxo Monachus magni Anscharij, in Archiepiscopatū & Apostolatū successor. *Baron. Sur. &c.*

Bulgarorum Rex, viros Apostolicos pro conversione gentis suæ, & ab Apostolico & ab Augusto petens, hoc anno ab illo lectissimos accepit, quos post & alios Ludovicus Germaniæ Rex misit, qui ne in alienam intrarent messem reverti sunt, ipso Rege paulo post Monasticum institutum amplectente. *Ann. nost. & Franc. Plat.*

Annus Christi 868.

Nimium denuo invalescentibus per Italiam Saracenis, Ludovicus Imperator Lotharium fratrem ad opem ferendam evocat, qui quanto poterat, collecto exercitu occurrit, non paucis, quæ hostes occupaverant, urbibus receptis *Sigon. &c.*

Exauctorati hoc anno Guntharius Coloniensis, & Thietgandus Trevirensis Archiepiscopi, quod Lothario Regi, illicitò in matrimonio favissent, quorum alteri Willibertus, huic Bertulphus Mediolanensis Abbas suffectus est. *Nic. Ser. &c.*

Annus Christi 869.

Monasticam sub hunc annum vitam relicto Regno profitetur Trebellius Bulgarorum Rex fortissimus, in cujus Regno convertendo pergunt Monachi strenuā navare operā. *Ann. Ord. Platus. lepes. Ann. Duac.*

Rem fortiter in Italia gerit Ludovicus Imp. & Barium tandem expugnatum evertit *Baron. &c.*

In Germania item pari felicitate pugnat per suos Ludovicus Rex noster, qui triplici exercitu hostes aggressus Ludovicum filium cum Thuringis & Saxonibus in Sorabos; Carolomannum contra Zwentibaldum, nepotem Rasticis, Corolum denique, quod æger ipse jam in procinctu retineretur, contra ipsum Rasticen toties fœdifragum misit, & omni ex parte victoriam retulit. *Ann. Fuld. &c.*

Annus Christi 870.

Enititur plurimum Pontifex Rom. in restituendo Regno defuncti Lotharij, quod eo mortuo Carolus & Ludovicus noster inter se diviserant. *Ann. Eccl.*

Zwentibaldus hoc anno Carolomaño, cum sūō Regno se subjicit, quod ægerrimè ferens Rasticeš, nepoti mortem machinatur, quam effugiens ipse, persequentem Rasticen ipse comprehendit, & vinctum Ludovico transmittit, omni ejus Regno facilè deinceps in deditionem concedente. *Franc. Ann.*

Synodus Episcoporum Coloniæ celebratur, qua multa bona Ecclesiæ & Regni decreta sunt.

Anno Christi 871.

Invidorum scelere Zwentibaldus Carolmaño suspectus redditus, compertâ tamē innocentiâ dimissus cum exercitu, ut ignominiam ulcisceretur à Carolomanno deficit, ejusq; exercitū concidit. *Ann Franc*

Compositis rebus Campaniæ iterum coronatur Imp. Ludovicus ab Adriano. *Gordon.*

Ludovici Regis nostri filij à Patre haud leviter dissentiunt, ob Regnorum partitionem.

Annus Christi 872.

Profligat denique Saracenos & Italiâ prorsum ejicit Ludovicus Imperator, nec minore felicitate Moravos castigat Ludovicus Germanicus, cujus tamen victor exercitus incautior haud levem in revertēndo cladem accepit. *Ann. Franc. Avent.*

Eodem anno Ludovicus ab Adelgiso Beneventi Duce captus, jurare coactus est, nunquam Beneventi fines intraturum. *Comp. Ann.*

Ingens æstatis calor per Germaniam, adeo ut multi fluvij siccarentur, Saala vado transire posset, inde fames ingens, accedente tanta locustarum vi, ut unâ nocte penè incredibilem frumenti copiam absumerent. *Zach. Rivand. Chron. Thur. &c.*

Annus Christi 873.

Extorto per vim & fraudem Juramento, ut captivitate libet, Ludovicus Imp. Adelgisum armis aggreditur, & Benevento expellit. *Sigon. Gord.*

Ludovicus Rex noster Comitia Francofurti celebrat, ubi in pleno Principum consessu, filius ejus Carolus (qui postea Imperator Crassi cognomen tulit) à Cacodæmone arreptus furijs infernalibus agitatur, quem postea per varia sacra loca circumductum S. Rembertus noster è Monacho Corbejæ Bremensium Archiepiscopus malo tanto liberavit *Stad. Bruner.*

Iterum inquieti Normanni fines Regni nostri infestant, feliciter tamen cæso Rudolpho ipsorum Duce profligati. *Ann. Franc. &c.*

Annus Christi 874.

Rex noster Ludovicus cum Ludovico Imp. & Joanne Papa Veronam occurrit, de rebus Ecclesiæ & Imperij tractaturi, quo ipso anno eidem Regi nostro Ludovicus Pius Pater visus, purgatricibus flammis remedium petijt & impetravit. *Brunn. Ann. Boi.*

Annus Christi 875.

E vivis excedit Ludovicus Augustus, succedente in Imperium Carolo Calvo Francorum Rege, & mox coronato: cujus absentis Regnum dum Ludovicus noster invaderet, quâ donis & arte, qua armis repulsus est; Engilberga Augusta viduâ Monasticen amplectente. *Ex nost. Ann. Eccl. Comp. &c.*

Hoc & superiore anno totam per Germaniam & alibi Peste laboratum, qua pars tertia hominum absumpta creditur. *Chron. Thur. Ann. Franc. &c.*

Annus Christi 876.

Nostrorum Principum morte Hemmæ Reginæ, & mox Ludovici conjugis, funestior Germaniæ annus, sequente periculosissimo prælio, quo filios eorum Regno exutos Carolus Imperator voluit, à Ludovico Juniore, implorata Superum ope feliciter triumphatos. *Ann. Boi. &c.*

Frisones Occidentales (Hollandi Boreales hodie) cum Normannis congressi, omnem congestam tamdiu prædam diripiunt. *Pith. Ann.*

Annus Christi 877.

Nunquam infestiores Ecclesiæ quam hoc tempore Saraceni, extincto nimirum jurato eorum hoste Ludovico Cæsare, proin Joannes Papa Carolum Augustum Romam evocat, ubi optimus Imp. Judæi Medici scelere extinctus est, & coactus Papa tributum infidelibus pendere, quod nihil opis à reliquis regibus Carolo, quem ipse promoverat infestis, speraret. *Ann. Eccl.* Carolomannus infestior Carolo Italiam tentans, inde reversus, suorum plurimos perdidit morbis exhaustos, qui tussiendo animam quoque excusiêre.

Annus Christi 878

Italiæ res solito turbatiores præter indignissimum à Saracenis impositum jugum, Carolomanno nostro Regis titulum usurpante, & Lamberto cum conjuratis Urbem occupante, ita ut fugere in Gallias Pontifex cogeretur; ubi 7. Sept. Ludovico Caroli filio coronam imposuit, reductusque à Bosone Principe, fugisse hostes reperit, Ludovico interim cum patruelibus Ludovico & Carolo Crasso Regibus, de pace tractante. *Ann. Franc.*

Pecorum pestem, paulo post hominum etiam consequuta est, maximè ad Rhenum. *Ann. Germ.*

Annus Christi 879.

Supremus hic annus, brevi admodum Imperio, Ludovico Balbo fuit, à cujus morte maximis motibus Principes collisi sunt, multis de Imperio contendentibus, Gallis tamen ad Ludovicum Germanicum inclinantibus, & ad coronam Regni invitantibus, mox tamen advenientis exercitus libidine atque avaritia, animo aversis. *Ann. Boi.*

Moritur Balduinus Ferreus Comes Flandriæ, cui filius Balduinus cognomento Calvus in Principatu successit. *Iac. Meyer.*

Annus Christi 880.

Quantis malis jactaretur Imperium, adeoque Germania etiam nostra, ipsâ tam præcoci mutatione Status, facilè intelligitur, Carolomanno etiam hoc anno, qui Regis Italiæ titulum triennio ferè usurparat extincto, & Ludovico fratre de Bavaria, Carolo Crasso de Italiæ Regnis sibi vendicandis laborantibus. Qui quidem p sterior fine anni ipsis ferijs Natalitijs Romæ Augustus salutatus & coronatus est. *Baron. & plerique alij.*

Moravi per S. Methudium S. Andreæ in Urbe Monachum, ad fidem Christi convertuntur: qui hoc ipso anno prædicationis suæ rationem redditurus, Romam pergens mox ad labores revertitur. *Ex Vita s. s. Menol. nost. Ant. de lepes. Ann. Morav. &c.*

Sorabi, Wandali Bohemi & alij Sclavi Thuringiam infestant, quos Poppo Princeps Hennenbergius insigni clade protrivit, prædamque ingentem retulit, ob id ipsum à Ludovico Rege nostro Marchio ad fines Sorabum declaratus. *Chron. Thuring. &c Hist. Princ. Honnenb.*

Annus Christi 881.

Usi nostrorum Principum simultatibus Normanni, latè Germaniam omnem, ut superiore anno Galliam, expilant & populantur, citati fluminis instar, in agros Belgij quam maxime effusi, & Coloniam usque progressi, omnibus passim locis ferro & Igne vastatis, ipso etiam Aquisgrano expilato, contra quos æger decumbens Rex noster Ludovicus, fetum malis remedium, exercitum tumultuario cogit. *Herim. contr. Ann. Fuld. Brunn.*

Quo ipso tempore, è Monastico inprimis ordine plurimi Martyrij palmam meriti, ad cæli triumphos evolârunt. *Ann. Bened. &c.*

Annus Christi 882.

Excedit è vivis alienissimo Reip. Christianæ tempore Ludovicus Germanicus, ejus statim exercitu libertate & libidine dissoluto, Normannisque ac Danis Treveros usque & Metas signa proferentibus. Quibus instructo cum exercitu occurrere ausi Metensis & Treverensis Episcopi grandi strage fusi sunt, Carolo denique Cæsare in eos movente, & ad pacis conditiones cogente. *Ann. Boi. And. Brunn &c.*

Ipso etiam anno collisi cum Thuringis Saxones insignem Victoriam referunt, paulo post rebus compositis reconciliati. *Hist. Sax. Chr. Thur.*

Iterum Monachorum, Virginumque cohortes integræ, ferro barbaro, gratissimæ cælo victimæ cadunt, & nobilissima Cænobia exuruntur. *Ann. Ben.*

Annus Christi 883.

Alemanniam superiorem, Sueviam Helvetiamque revisens Cæsar, inde reversus in Italiam, cum Marino novo Pontifice Nonantulæ colloquitur, & Vidone Tyrannio Majestatis postulato, atque vim fugiente, compositis Italiæ rebus in Germaniam regreditur. *Baron. Sigon. &c.*

Saxones iterum Thuringique arma miscent levi ex causa, illi tamen his denuo superiores. *Ann. Fuld.*

Annus Christi 884.

Moribus Pannoniæ impeditus Carolus Imp. cum jam in Vidoorem Spoletanum, Boios concitasset, illac arma vertere cogitur, cum Zwentibaldus Moravus Bavariam & Pannoniam vastaret, qui solo adventu Cæsaris cognito, eidem occurrens, in obse-

quio

quio se Cæsaris esse fore simulatò spopondit, & gratiam impetravit. *Ann. Fuld.*

Ne infera Germania superiori velut infeliciori exprobraret, hæc etiam hoc ipso anno insignem cælo Martyrem transmittit S. Eusebium Scotum Sangallensem Monachum, qui ab impijs quibusdam, in agro Veldkirchensi trucidatus suum ipse suis manibus caput, ad cellam suam in editum Divi Victoris montem transtulit, insignibus prodigijs usque hodie à Numine commeodatus. *Hist. Sangall. Chron. Rhat. Conft. Ben. &c.*

Annus Christi 885.

Obijt Carolomannus superiore anno, cui nunc in Galliarum item Regnum succedens Carolus Imp. noster, Monarcha potentissimus, ipsum Magnum Carolum potentia superare visus est. Quo ipso anno, Wido eidem sepurgans, inque gratiam admissus, quieram etiam Galliam Carolo reliquit. *Herm. Contr. Script. div. Germ.* Hugo Lotharij Regis ex Waldrada pellice filius, cum Galliæ Regnum adversum Cæs. concitaret, & Nortmannos vocaret io societatem facinoris, per insidias interceptus. Oculisque orbatus, in Prumiensi denique Cænobio Monachus consenuit, Nortmannis quotquot aderant interemptis. *Ann Boi. &c.* Fratrum, vulgo Conscriptorum, Institutum longe utilissimum, sub hoc ipsum tempus in Germania maximè viguit, cui Impp. ipsi & Reges plurimi nomen diversis in Cænobijs dedêre, certâ regulis in societatem à Monachis admissi, pietate & cultu Numinis, mirè inde propagatis *Conft. Ben. Ann. noft. div. script. Germ.*

Annus Christi 886.

Rhemensium scholarum Author celebraturDivus Fulco Archiepiscopus ejusdem Urbis, è Monasterio inferioris Germaniæ Bertiniano, ad eum honorem extractus, de Ecclesia universa multo nomine meritus. *Ferr. Locrius, Flodoardus, Molanus, &c.*

Clarent in Germania præ reliquis magni nominis viris, B. Salomon eo nomine primus Constantiensis Episcopus, B Gebhardi I. Comitis Habspurgij Successor, Angiensis uterque Archisterij Monachus; Walbertus è Monacho Corbeiæ Saxonum Hildesiantis Pontifex, virtute & eruditione illustrissimi, Carolus potentissimus Imperatorum idemque religiosissimus Embriconis Ratisbonensium Pontificis precibus & persuasionibus victus, Divi Emmerammi Monasterium eidem commendat, inclinante statim optimi Cæsaris fortuna, & mox præcipitante, velut ipse Successor Arnolphus in dato Diplomate his ipsis verbis testatur: *Omnium, inquit, Successorum nostrorum magnitudo cognoscat postquam patruus meus Carolus Imp. pro petitione Episcopi Embriconis. S. Emmerami Ecclesiam prestavit nunquam postea habuit victoriam, neque corporis & animæ sanitatem, usque ad finem vitæ suæ, &c.* Et sane hoc ipso anno misso in Normannos exercitu res male gesta, & coactus Carolus auro pacem redimere. *Vid. Aquila noft Ren Ann. Boi. Iepet, &c.*

Annus Christi. 887.

Indictâ causa, fulcrum Imperij & felicitatis suæ, Luitwardum, ex Augiæ lectissimo Monacho, Vercellensium Pontificem, calumnijs ab invidentibus gloriæ ejus oneratum, quasi thorum Augusti temerasset, unà cum Augusta Sanctissimâ; aulâ ejicens Carolus. Imp, è felicissimo repente infelicissimus, animo & corpore deficiens, desertus ab omnibus, paulo post Imperij summo culmine dejectus, Stipem emendicare à Successore nepote cogitur; Arnulpho in ejus locum subrogato. *Baron. &c.*

Celebratum eodem anno Concilium Coloniense contra Sacrilegos, oppressores pauperum & incestas nuptias. *Sen. Bin. &c.*

Richardis Augusta, condito Adloviensi Cænobio, fortunam suam cucullo solatur, & hoc illustrior quam purpura, admirabili effulget vitæ sanctitate. *Arn. Duac. Conft. Ben. Herm. contr. Irenæus, &c.*

Annus Christi. 888.

Speculum fortunæ Carolus nuper Imperator, pauper, & ipso in Imperio exul, at sanctè moritur, ardentibus prodigiosè ad feretrum funalibus in Augiensi Cænobio tumulatus. Cujus auditâ morte, diversis tunc primùm Stodijs Principes fluctuant Rudolpho Comite, Burgundiæ Regnum, Berengario Italiam, Widone Galliam invadente. *Baron. &c.*

Moritur Magnus ille Septentrionis Apostolus S. Rembertus, è Corbeiæ Saxonum Monacho Bremensium, Archiepiscopus, æternum Patriæ decus, & ipse Ecclesiæ suæ Tutelaris à morte adoptatus. *Adam Brem. Ann. Ben. &c.*

Annus Christi. 889.

Expedita Superiore anno in Tyrannos arma ab Arnulpho Cæsare compulêre ut quamprimum alij, nonnulli hoc ipso anno supplices eidem fierent, & Otho quidem sive Odo optimâ ejusdem voluntate, Galliæ Regnum, Burgundiam Rudolphus, Italiam Beringarius, meliore jam titulo obtinerent. *Du. Franc. & Germ. Hist.*

Apostolatum suum eodem anno Martyrio consecrat S. Stephanus Corbeiæ Saxonicæ Asceta, postquam immortaliter de Suecia Gotthia & Helsignamerùisset, cui in eosdem labores SS. Orgerus & Adalwaldus, ex eodem felicissimo Cænobio Successorc. *Ann. Ben. Iepes. Joan. Mag. &c.*

Annus Christi. 890.

Vido Beregarium bis acie victum Italia pellit, Principibus in diversa Studia distractis, quæ causam pulit Pontificem, ut Arnulphum in Italiam evocaret, qui tamen rebus domi turbatis, periculosam eo tempore expeditionem detrectavit. *Ann. Boi.*

Eodem anno Arnulphus ZwentibaldoMoravorum Principi, Bohemiam subjiciens; illi vires operque, quibus in suam injuriam abuteretur, ministravit, uti paulo post videbimus.

Annus Christi. 891.

In Nortmannos Imperio imminentes misso hoc anno exercitu Arnulphus, magnam cladem ad Mosâ accipit, Sunderoldo etiam viro Sanctissimo è Monacho Fuldensi Moguntinensium Archipræsule desiderato, quam ipse ulturus Cæsar, reparatis viribus, ad amnem Tiliam hostes assequutus, memorabili victoria, cæsis eorundem centum ferè millibus potitus est. *Ann. Franc. & Boiorum, &c.* Bertholdus & Erchingerus Alemanniæ Duces cum Salomone Episcopo Constantiensi ex Abbate Sangallensi graviter colliduntur. Wido petente Italia Rom. Imperator consecratur. *Gord.*

Annus Christi. 892.

Decretum in Zwentibaldum & Moravos bellum, quod Imperium ille detrectaret, quod triplici exercitu

exercitu satis feliciter gestum ab Arnulpho est. Minus feliciter suasu Popponis Thuringorum Ducis cum Bohemis præliatur Arno Herbipolensis Pontifex, ab ijsdem grandi accepta clade cæsos, quam causam nonnulli putant hoc ipso anno Popponis in ordinem redacti *Ann. Boi. And. Brunn.* Lambertus Widonis filius Italiæ Rex renunciatur.

Annus Christi. 893.

Expeditionem alteram in Zwentibaldum Moraviæ Regem suscipit Arnulphus Imper. & insignem de eodem Victoriam refert, ipse prodigiosè ab exitio, per S. Emmerammum nostrum spectabili forma apparentem, Servatus. Zwentibaldus, Suatocopium alij vocant, ægrè effugiens, fastidito Regno cucullum Sambrianoin Cænobio amplexus, ibidem postes, ad mortem usque incognitus sancto fine quievit. *Aen. Syl. Ioan. Dubrau. &c.*

Compositis Germaniæ rebus Italiam recuperaturus Cæsar noster, eo cum exercitu Zwentibaldum filium præmisit, qui inglorius paulo post, acceptâ, etiam pecuniâ à Vidone obsesso, revertit. *Ann. Boi. Sigon. ex Luitr. Ti. n.* Celebris per Germaniam fama Amelrici ex Monacho Weissenburgensi Spirensium Episcopi, cui huc anno mortuo, ex eodem Cænobio Eberhardus suffectus est. *Chr. Spir. &c.*

Annus Christi. 894.

Nunquam felicius bellum geri, quam si ipse adesset Cæsar, expertus Arnulphus ipse in Italiam advolat, magna felicitate potentissimis quibusque Urbibus receptis, & Papia ipsa expugnata, unde Wido ægrè evaserat, hoc ipso anno mœrore an morbo alio extinctus, quod facile, contra Baronium, è Sacramento, quod Romani post biennium dixêre convincitur, nulla Widonis, sed solâ Lamberti habita mentione. Regressus per Burgundiam, cum Rudolphum beneficij immemorem plectere statuisset, ille in receptacula alpium profugit; Arnulphus autem in Germaniam reversus Comitia Wormatiæ celebravit, *Regino. Herm. Marianus Scotus &c. Ann Boi.*

Annus Christi. 895.

Triburiense 56. Episcoporum Concilium celebratur operâ maximè Hatthonis Episcopi Moguntini, Augiensis Monachi præsente Arnulpho Imp. qui mox Conventum Principum Wormatiam edicens, ibidem Austrasiæ Zwentibaldum filium Regem dat, evocatusque denuo in Italium à Formoso Papa, mense Septembri iter ingressus est *Herm. Cont. Ann. Fuld. Regino. &c.* Bohemis Christo adjungitur per S. Methudium Episcopum, S. Andreæ in Urbe Monachum, Botosiuoio Duce cum Ludmilla conjuge salutari Lavacro expiatis. *Ann. Ord. & Boem. &c.*

Annus Christi. 896.

Imperator Waltherum & Meginfredum Italiæ quæ cis Padum & præficiens, eo haud leviter Berengarij animum offendit. Cæterum prosequens iter, etsi contagione nonnihil impeditus, Romam vi expugnavit, cæsisque Formosi adversanjs omnibus, ab hoc coronatus consecratusque Imperator in Germaniam revertitur. *Ann. Eccl. Sigon Luitpr.*

Ingens per Germaniam fames, ita quidem, ut humana carne homines non abstinerent. *Herm. Contr, &c.*

Annus Christi. 897.

Summis demeretur meritis Cœlum ipsum Fridericus è Monacho Fuldensi Aquileiensis Patriarcha, cui debetur sub hoc ipsum tempus Festum CONCEPTIONIS B.mæ M. V. primum ab ipso institutum, ac dein in Ecclesiam universam introductum *Arn. Duac. Ann. nost. Ben &c.*

Arnulphus Wormanam primum, dein Triburiam indictis Comitijs, novo Sacramento sibi ac filio Proceres obligavit. Tum Ratisponæ Legatos Bohemorum super Injurijs Moravorum audijt, & si necessarium videretur auxilia promisit *Ann. Boic. &c.*

Annus Christi. 898.

Sancto Eulconi nostro, postulato, ut diximus ex inferioris Germaniæ Cænobio, Rhenensium Præsuli plurimum debuit hoc anno Gallia, Normannorum scil. illuvie liberata, quos jam evocare contra hostes suos simplex Carolus, nisi ille obstitisset, grandeq; à Regno illo & vicinis cladem avertisset. *Comp. Ann. Nost. &c.*

Laborant intestinò inter se bello Moravi Fratribus Principibus Capitalibus inter se odijs dissidentibus, & Zwentibaldo Arnulphi opem implorante, qui missis copijs hostes exterruit, & Arbonem Comitem dissidij auctorem gradu movit. *Ann. Fuld.* Iterum insignes Christi Apostoli, Adelgarius & Wiggarius, ingentes in borrea Domini manipulos important, ille in Suecia, hic in Helvetiâ Idololatriæ Reliquias profligantes, *Ann. nost. Bened. &c.*

Annus Christi. 899.

In Moravia iterum turbatæ res Fratrum Principum discordia, & concitatione adulantium, donec Boij Zwentibaldo adessent, & in Patria minus tutum in Boicam transferrent; quam hoc ipso etiam anno Henricus Comes infestam latrocinijs habuit, obsessus paulo post, coactusque potestati Cæsaris se permittere. *Ann. Boi &c.*

Moritur fine anni 27. Dec. Arnulphus Cæsar optimus, quem vetus & inprimis religiosus Scriptor Vochburgius Comes: *Ob defensionem B. Petri, post mirificas victorias, Imperium ademptum asseverat* quicquid Baronius ex Italis Scriptoribus de gloria ejus detractum cupiat. Vixit ipso in Imperio vitam Monachi & S. Emmerammi Cænobium eximie coluit, cui paulo ante mortem Corpus S. Dionysij Areopagitæ, clam Parisijs in Germaniam delatum intulit. *Ann. Boi.* Frisiæ Regnum Apostolico labore percolit æterno cum merito S. Radbodus, ex Monacho S. Salvatoris Trajectensis Episcopus. *Iepes. Menol. & Ann. nost. &c.*

Annus Christi. 900.

Moravi concitante maximè Henrico Comite, qui ad eos è carcere evaserat tumultuantur, quos cum Boij, nusquam conserere ausos, reprimerent, & latè omnia popularentur, domestico malo retracti sunt, Ungaria ultra Anassum progredi ausis, quos Luitpaldus Marchio, manu non magnâ aggressus in fugam compulit. *And. Brunn.*

Imperat post Patrem Arnolphum Ludovicus filiolus septuennis, cujus tutela Hatthoni Moguntino, & Otthoni Saxonum Duci est credita, accedente ad fortunam etiam Austrasiæ Regno, Zwentibaldo fratre, in acie cæso, cum inquieti ingenij Princeps, suis omnibus invisus omnia turbaret. Burcardus Curiensis Rhætiæ Marchio celebratur. *Chron. Helv.*

Annus

Annus Christi 901.

Ungari Carinthiam, & Boicam iterum armis tentare ausi, utrobique in signi acceptâ clade retunduntur. Moravi autem cum suo Principe Moymaro in Ludovici Regis fide redeunt. Henrico item Comite in gratiam recepto. *Ann. Boi. And. Brun. &c.*

Adelinda Attonis Comitis Uxor Buchovianum Virg. Cœnobium struxerat, filiâ cognomine eodem abdita, quam dum Beringetus, Reginoldus & Gerhardus Germani ejus fratres humanis implicare nuptijs conarentur, & Cœnobio extraherent, ulciscente Deo, aliquantisper digressi, in capitales hostes suos incidunt, coortâque pugna omnes simul recumbunt, Virgine ad Cœnobium revertente, & à matre eidem præfectâ. *cit.*

Annus Christi 902.

Magnâ pecuniæ vi, numeratæ à Berengario pulsi Italiâ Ungari, dum spolijs divites nec saturi, in tegressu Ludovici Regis nostri fines invadunt & Boicæ incubant, ab ejus Ducibus gravi acceptâ clade victi sunt; ipso etiam Chussol Rege eorum interempto. *Avent. Gordon. Brunn. &c.* In Thuringia haud levea motus movente Rudolpho Herbipolensi Episcopo, inquieti Ingenij homine, qui ope fratrum Eberhardi & Gebhardi Comitum Thuringiæ, levi ex causa Bambergæ Comitibus litem movens, potentissimos Comites gravi bello implicavit, quo plurimi utrinq; & ex Principibus aliqui periere. *Chron. Thur. &c. Eps. Bamb. Brusch. &c.*

Annus Christi 903.

Albertus sive Adelbertus Comes Bambergensis, gravissimis superioris anni injurijs accensus, reparatis viribus Rudolphum Episcopum Herbipolensem aggressus, ditionem ejus longè lateque igni & ferro vastat, sed & nepotes ejusdem ex fratre Eberhardo Thuringiæ Landgravio, possessione avitâ exturbat. *Chr. Thur.* Moritur Walpertus sive Waldopertus ex Monacho Corbeiensi Hildesianus Episcopus, propagandæ Fidei Zelo laudatissimus, eoque nomine magnis Germaniæ Apostolis accensendus. Quidem annus Franeonem Leodiensem è Monacho Laubiensi Episcopum mortalibus sustulit, cui Ecclesia Cathedralis & Episcopatus æternum debuit Mechliniam, & amplissimas alias possessiones, à Cæsare & Principibus oblatas, qui tantum virum eximiè coluêre. *E. nost. Germ. Episc &c.*

Annus Christi 904.

Rursum inquietæ in Italia res, Berengario è Boicâ, ubi exulârat, à Veronensibus in Italiam revocato, & Ludovicum Basonis filium, non solum Regno, sed & oculis privante *Reg. Aub. Mic.*

In Thuringia, item Hassia & Franconia continuata inquies, Conrado etiam Hassiæ Landgravio, Ludovici Regis fratre, pro Thuringis contra Adelbertum Comitem, arma capiente. Sed & Ungari in Bohemiam grassantur, majora deinceps ausuri, & vix post multas acceptas clades ad suas denique sedes reversuri *Crus. &c.*

Annus Christi 905.

Gerrardo fratri Conradus Hassus, partem recens lecti exercitus crediderat, tradita tuendæ Veteraviæ curâ, in quem moturum se simulans Adelbertus, repente totum agmen in Conradum convertit, & hoc in acie cadente, grandi edita Strage, insigni potitur victoria. *Reg. Chron. Thur. Zach. Rivander. &c*

Ludovicus Rex noster Conventum Triburias indicit, eosque evocatum Adelbertum, & parere recusantem hostem Reip. declarat. *Otth. Frising. Reg. &c.*

Annua Christi 906.

Ungari Moravis, quos paulo ante miserè & hostiliter vexaverant in societatem pellectis, arma Bojis fœderis fiduciâ securis, inferre parant, & sequenti, ut dicetur, anno inferunt. Ludovicus Imp. decreto in contumacem Adelbertum Comitem bello, eum obsidione cingit, quæ eum opinione longius extraheretur. eum dolo aggressus (architectum Hatthonem Moguntinum plurimi faciunt, laudatissimum cæteroquin Archiepiscopum) extractum spe reconciliationis, capitis damnat. *Ex citatis.*

Annus Christi. 907.

Meditatum jam pridem bellum Boijs hoc anno inferunt Ungari, grandem olim acceptam à Luitpaldo Duce cladem graviter ulti, quo ipso prælio Lutpaldus occubuit, & tanto cadente Principe, fortuna deinceps Boiorum præcipitare visa est. *Hepid. Lamb. Schaffn. Contract. &c.*

Annus Christi. 908.

Exquisitis spolijs divites, & majora sitientes Ungari, vastata omni Boica in Saxoniam & Thuringiam arma promovent, & magnam Provincijs illis vastitatem inferunt *Contin. Regin. &c.*

Constantia Acronij, Metropolis à Salomone III. Aubbate Sangallensi, ejus loci Episcopo, ex Augusta augustior redditur, & insigniter excolitur. *Cons. Bu. &c.*

Verona Ludovici Regis nostri filia, cucullum amplexa, insignem indipiscitur vitæ sanctitatem, æternum Regij generis & patriæ facta Ornamentum, *Mol. Cratepol. &c.*

Annus Christi 909.

Nimios Ungarorum progressus impedire Conatus, Burcardus Princeps Thuringiæ, imploratâ Suevorum, Franconum & Saxonum ope bello congressus, cæditur, tantâ nostrorum edita Strage, ut Cadaveribus pro mensis & Scabellis Ungari uterentur, mutuoque sanguinem pro vino propinarent *Zach. Rivand. &c.*

Promotis dein in Alemanniam signis, impunè grassati, abductis in servitutem mulieribus & liberis, cæde atque incendijs patriam miserrimè vastaverunt. *Reginon. Contin. Brunn. &c. Strumpf. &c.*

Annus Christi. 910.

Tristissimus Germaniæ annus, quo Ludovicus Imp. ultimum à Patria excidium aversurus, proposito etiâ capitis Supplicio, qui Reipub. defuissent, exercitum majorem quam generosiorem coëgit, & cum Ungaris, in campis Lycatibus prope Augustam congressus, magnâ acceptâ clade victus est, coactoque demum pacem auro redimere, postquam Ungari, victoria usi populationibus Bavariam, Sueviam & Franconiam exhausissent. *Ann. Boi. And. Brun. &c. App. Regin. &c.*

Celebratur Apostolatus B. Hogeri Bremensium Archiepiscopi, Monachi Corbeiensis, qui defuncto nuper S. Adelgario ejusdem Cœnobij Monacho, Suecorum Gotthorumque Apostolo, eâdem Cathedra succeslerat. *Ann. Ben. Adam. Brem. &c.*

Annus Christi. 911.

Ungari dum Franconiam more solito vastant, Francones, incertum quo Duce cum ijsdem bello con-

congressi, fortunam nonnihil illorum morantur, victi tamen, oti apparet, nemine deinceps aleam & aream tentare auso. *Vrsperg. Stumpf. Ann. nost. &c.*

Ingens Augiæ divitis fama, ad quam multi Principes convolant, & sub hoc ipsum tempus S. Simeon, primus Magnatum aulæ Constantinopolitanæ, bellique supremus Imp. cucullum ibidem amplexus, insignem vitæ indeptus Sanctitatem, cujus dono una ex septem hydrijs Canæ Galilææ ibidem habetur. *Osbern. Const. nost. Ben. &c.*

Annus Christi 912.

Moritur Ludovicus Imp. 21. Januar. Ratisponæ, in ipso adolescentiæ flore, nulla relicta sobole extinctus. Delatum Otthoni Saxoni Imperium, quod ipse constanter recusans, Conrado Franconi suâ suffragatione defert, cujus auctoritatem reliqui sequuti sunt, & salutatus Imperator est Conradus, manente nihilominus penes Otthonem Imperij vi, cui & Patris Patriæ titulum deberi omnes confessi sunt. *Vrsperg. &c.*

Inseritur Cœlis hoc anno magnum luminare S. Notkerus Balbulus S. Galli monachus, diversis Cæsaribus charissimus, vita, genera & eruditione illustrissimus auctor *Sequentiarum*, ut vocant, idemque grandibus in vitâ & à morte miraculis à Numine honoratus. *Ex Mon. Sangal. &c.*

Annus Christi 913.

Quod ità prosperè succederet Ungaris suscepta in Germaniam expeditio, audent denuo, & sequuti Oeni fluminis Ripam, impunè aliquamdiu grassantur, donec Arnulphus Boicæ, & Erchangerus cum fratre Alemanniæ Duces, bello congressi, internecione, vix triginta superantibus, prædâ & spoliis onustos exciperent delerentque. *Hepid. cont. Reg. Gothfrid. Viterb.*

Moritur Ottho Sax. Dux Pater Patriæ, in cujus gratiam, quod ipse Imperium Conrado detulisset, quievêre aliquandiu Principes, mox graviter in ipsum exarsuri, *Chron. Sax.* alij præcedente anno extinctum volunt, nos pro isto sentimus.

Idem annus haud leviter Germaniæ splendorem inquinavit, diversâ duorum Pontificum cæde, Ottoberti Argentinensis, qui cum injurios & hostes cives haberet, in arcem Rotenburg secedens, immissis clam sicarijs trucidatus est; Et Eberhardi spirensis, ex Monacho Weissenburgensi, qui Jura Ecclesiæ propugnans, à Comitibus quibusdam trucidatus gloriosè occubuit, *Chr. Arg. Brusch. cont. Rigin. &c.*

Annus Christi 914.

Ungari superiore clade, etsi graviter attriti, sive ulciscendæ cupiditate, sive majore depilandæ superioris Alemanniæ spe, huic armа inferunt, dum in exauctorandum Conradum Cæsarem Erchingerus atq; Bertholdus Duces, cum Arnulpho Boio magis intendunt, quam in exterorum libidine castigandâ, verum cognitis interceptisque Ducum conatibus, Arnulphus quidem fuga sibi consulens, illi capti & in vincula abrepti sunt. Henricus Saxonum Dux Cæsari præ cæteris suspectus, cautior fraudes eludit, & insigni comparato exercitu, ad vim repellendam se comparat. *Chron. Sax. & Thuring. Sed & Chron. & Ann. Germ. nost. &c.*

Annus Christi 915.

Eversione Germaniæ per dissensionem Principum intenti Ungari, alacriores & acriores sese infundunt, Saxoniæ inprimis atque Thuringiæ infesti. *Ann. Eccles. Comp. &c.*

Comitijs Moguntiæ celebratis, damnantur capitis Erchingerus, Bertholdus & Luitfridus Alemanniæ Duces, biennium nihilominus deinceps in Custodia detenti, *Stumpf. Crus. &c.*

S. Hogerus Bremensis ex Monacho Archiepiscopus Danorum & Saxonum felicissimus Apostolus, ingruente bellorum turbine Hamburgum se recipit & illic immortaliter bene meritus paulo post moritur. *Adam. Brem. Hist. Eccl. &c.*

Annus Christi 916.

Majoribus quam antea in viribus aggressi hoc item anno Germaniam Ungari, cæsi non semel, plurimis suorum desideratis sese recipiunt. *Stumpf. Chr. Helv.* Ducatus Alemanniæ Burcardo Linzgoviæ & Buchorni Comiti, proscriptorum cognato adjudicatur, qui paulo post Udalrico nepoti resignat Provincia *Ann. nost. Germ. Fortun. Sprech. &c.*

S. Wimo ex Mon. Corbeiæ Archiepiscopus Bremensis, Germaniam fulgoribus sanctitatis illustrat. *Ex Vita.*

Annus Christi 917.

Exemplum Justitiæ inprimis memorabile edens Conradus Imp. in cognatos & proximos sanguinis jure, etsi insensos electionis suæ Principes Alemanniæ potentissimos, Erchingerum, Bertholdum & Luitfridum rigidè animadvertit, eosque Adingæ Suevorum capite imminui imperat, regiamque eorundem Potamum everti. Turgoviam Zurichgoviamque cognato jure vindicare laborat, illis extinctis, Rudolphus Burgundiorum Rex; quas tamen Guelphi Altorffenses proximi hæredes beneficio Cæsaris recepêre, *Ex Chron. nost. Guelph. t. 2. Const. Ben. &c.* Post innumeros apud Frisios labores ad præmia æternitatis pergit, S. Ratbodus Traject. Monachus & Episcopus, regij generis Vir, jure merito, Frisiorum Apostolus & Tutelaris appellatus, *Ex Vita & Ann. nost. Ben.*

Annus Christi 918.

Grandibus meritis plures è Monachico Ordine per Germanias celebrantur. De quibus in Ann. Ord. nost. Rudolphus Burgundiæ Rex & Arnulphus Magnus Flandriæ Comes, qui mortuo hoc ipso anno, patri Balduino successerat, cum Normannis prope Falcobergam congressi, victoriam referunt, non tamen incruentam.

Annus Christi 919.

Obijt hoc anno Conradus Imp. qui paulo ante mortem Henrico Saxonum Duci, jurato cæteroquin hosti, sed dignissimo Principi, Imperij misit insignia, hortatus Principes, ut si consultum Imperio vellent, nullum alium, quam Henricum eligerent. Ex quo candorem Principis agnoscas & venereris. Delatus Henrico statim honor, Venationi tunc forte intento, ex quo & Aucupis nomen retulit. Arnulphus Boiorum Dux metu Conradi in quê conjuraverat exul, fide data de fidelitate & regio titulo non usurpando, ab Henrico Ducatum recipit. *Ann. Boi. &c.* Moritur Salomon Constantiensis è Monacho Sangallensi Episcopus, alter Constantiæ Conditor habitus, cui de superiore anno Româ corpus S. Pelagij Mart. intulit, cumque Diæcaseos Tutelarem nominavit. *Const.*

narrandæ

varianda Sacra. &c. Rudolphum Burgundiorum Regem Alemanniæ infestum, prope Vitodurum cedit, Burcardus noster, Alemanniæ Dux. *Guler. Sprech. &c.*

Propagatoris Imperij, commune Cæsaribus nomen, è multis pessimè gestis ac mutilatum, vix adito summo honore meretur jure optumo Cæsar Henricus, cujus nomine solo & fama, perculsi, Abotreti, Vulci, Haielli, Dalamancæ, Bohemi & Redarij sponte in deditionem veniunt, *Comp. Ann. Eccl. &c.* Arnulphus Boius, acceptæ primum gratiæ immemor, de invadendo Regno cogitat, & arma parat, non ignaro rei Henrico, verum sedandis tumultibus Alemannicis intento, turbante Burcardo Duce (quem bellatorem intollerabilem Witechindus nominat) Victoria superioris anni elato, & majora moliente.

Annus Christi 921.

Evicto auctoritate potius quam armis Burcardo Alemanniæ Duce Henricus Imp. in Boium movet, paratumque confligere, in certam utriusque perniciem ad Colloquium evocat, revocatque ad saniora, à prudentia, modestia, & probitate, non minus laudandus, quam à fortitudine, & felicitate Imperator. *Ann. Boi.* Ungari post lætos rerum in Italia successus, Germania quoque tentatâ superantur, & Dux eorum captivus Henrico sistitur, certis postea Conditionibus dimissus. *Comp. Ann. Eccl.* De Germania æternum meretur Otfridus Weissenburgensis Monachus, qui patriam linguam ab interitu revocavit, & jam mutilam prorsus depravatamque, quod nemo ante ipsum susus, correxit denuo ac restituit, certasque ad regulas, revocavit, idem relictis plurimis alijs summi ingenij monimentis immortalis *Trith. Ann. Bened. &c.* Insigne item Sydus Sueviæ atque Helvetiæ illucescit Notingus post Salomonem Constantiæ Episcopus, & ipse S. Galli olim Monachus, inde Cathedralis Monasterij Præpositus S. Conradi Successoris Magister atque educator, ab insigni Vitæ Sanctitate celebratus. *Concil. Bened. t. 2. Mon. Sangall.*

Annus Christi 922.

Rudolphum Burgundiæ Regem in Italiam evocant Itali, & contra Beringarium Regem salutant, quod causam novis motibus etiam per Germanias dedit. *Ann. Eccl. Symb. noft.* Rutgerus ex Monacho Mediolacensi Treverorum Archiepiscopus, egregiè meretur, interque alia præclarissimè gesta, Librum Decretorum utilissimum colligit. *Concil. Cajet. Trith. &c.* Regino prumensis in Diœcesi Treverensi Monachus, scripsit præclarissimum illud opus, de Disciplina Ecclesiastica, & Religione Christianâ, *Trith. &c. Annal noft. Ben.* Moritur Sanctus Adalbero è Comite Dilingensi & Kyburgensi, Elvacensis Monachus & Abbas, Episcopus Augustanus, æternum Ecclesiæ suæ, & patriæ ornamentum. *Brusch. Ann. August.*

Annus Christi 923.

Nunquam felicior Vindelicorum Metropolis Augustâ fuit, quam cum hoc ipso anno Magnum illud & Sanctissimum Udalricum, Pontificem habere meruit; de cujus meritis de Urbe illa & Germania universâ deinceps non semel. *Brunn. Steng. Chron. Aug. Ann. Ord. & Germ.* In Italia feliciter præliatur Rudolphus Burgundio contra Berengarium, eumque Germaniorum ope, Helvetiorum inprimis, gravi Strage profligat. *Comp. Eccl. Hist. Stumpf. &c.* Hunni tributum ab Henrico Imper. quod Conradus olim concesserat, exigunt, eoque obruente, adscitis Sarmatarum, Scytharum, Wandalorumque auxilijs vim parant. *Zaj. Ritt.*

Annus Christi 924.

Obijt hoc anno S. Bruno Coloniensium Archiepiscopus, eruditione, Sanctitate, & gravissimis meritis illustrissimus, cum insigne S. Panthaleonis Cœnobium condidisset, & vitam Monachi in ipso Pontificatu dexterrimè exercuisset, cui Volckmanus subrogatus est. *Ann. Bened. Brusch. &c.*

Misnensis Episcopatus initia celebrantur, conditore Henrico Cæsare, cui mira omnium gratulatione primus Pontifex præficitur Burcardus eximiâ vitæ perfectione monachus, qui cathedram illam non sine sanctitatis fama plurimum auxit atque exornavit. *Pet. Cratepol. Arn. Duac. Ann noft Ben*

Ruthenos hoc anno fidem Christianam Græcorum ritu suscepisse sub Olha Ducissa & Volodomico ejus filio, scriptores plurimi celebrant, eosque inter *Gaguin. Herberstenius, Buchols. &c.* Carolus Franciæ Rex, superiore anno Allatiæ & Rheni accolis infestus, repressusque, graviora metuens, cum Henrico Cæs. apud Bonnam de pace tractat. nihilque ejusmodi deinceps ausurum pollicetur *Chron. Regin. &c.*

Annus Christi 925.

Magnus Germaniam metus occupat, Ungaris ad lacum usque Potamicum progressis, ignique ac ferro omnia populantibus. Quos tamen Constantia Avronij metropolis, ut hostes alios plurimos, felicissimè repulit, & à mœnibus fortissimè propulsavit. Passa hoc anno ab ijsdem Ungaris Martyrium S. Wiborada Virgo ad Divi Galli inclusa, altera Divi Udalrici mater & educatrix, quæ bellum hoc Ungaricum pridem Germaniæ prædixit disertè, & Sangallenses ascetas incendijs Cœnobij & cædibus præripuit, ipsa loco omnium, gratissima cœlis victima facta. Quo ipso tempore Suevia item & Rhætia graviter afflictæ sunt. *Guler. mon. S. Galli. Stumpf. &c* Quæ causa fuit ut plurimi per Germanias pagi, hoc ipso tempore contra Ungarorum incursus egregiè munirentur. *Stumpf. &c.*

Annus Christi 926.

Egregio Sanctæ confidentiæ exemplo, quod nec Imperator Augustus hoc tempore præsumeret, Ungarorum exercitui, solus & inermis occurrit S. Guibertus Gemblacensis Monachus, eosdemq; graviter redarguens, furorem eorum compescit, atque à patria avertit, multos ipsuper zelo Apostolico, Christo & Ecclesiæ lucratus. *Ex Vita, & Ipsefio.* Hugo Arelatensis contra Rudolphum ab Italis Rex salutatur, contra quem collecto in Alemannia exercitu, Burcardo Duce se adjungente, progressus Rudolphus vincitur, cæso in acie Burcardo. Ipse cum Helvetijs in Burgundiam se recipiens. *Chron. Helv. & Regin.*

Annus Christi 927.

Nefario scelere Metenses Bennonem Episcopũ suum, biennio antè suâ cellâ extractum, excæcant, in cujus causa Concilium Duisburgense celebratur, & facti auctores excommunicantur, Benno autem noster ad suum Einsidlense in Helvetiâ Cœnobium revertitur, insigni vitæ Sanctitate, etiam cæcus, Germaniam illuminans. *Chron. Einsid. Regino, Stumpf.* Rut-

sum aliud & magnum revèra Luminare Imperium illustrat B. Hildebertus, é Monacho & Abbate Fuldensi hoc ipso anno electus Moguntinensium Archiepiscopus, Germaniæ Archi-cancellarius, columna Imperij præcipua, & Cæsarum fulcrum, non à Sapientia solum, sed & Spiritu Prophetico celebratus *Ann. noſt. Ben. VVinduchindus, Regino, Serar. Brovver. Lamb. &c.* Pergunt sævire per Germanias Ungari, & latè omnia populari. Henricus contra Wandalos profectus Grunam eorum metropolim expognat.

Anous Christi 928.

Egregie propugnat sub hoc tempus Sanctam Matrem Ecclesiam, contra invalescentem Anthropomorphitarum Hæresin, B. Ratherius ex Monacho Laubiensi Veronensis, postea Leodiensis, Episcopus *Baron. Thrit. Chron. Hirſ.* Henricus feliciore rerum successu, eversâ Grunâ, juxta Albim aleeodeos Sorabos item Lausnitiosque edomat, *Rivander. Chron. Sax. &c.* Marchionatus Austriaci & Brandeborgensis initia sub hunc annum celebrantur, à Cuspiniano, Cransio, alijsque non nullis.

Annus Christi 929.

Thesaurum Imperio magnum comparat Henricus Cæsar Lanceam scilicet Constantini Magni, è clavis Christi sanctificatam, quam multis precibus, vi denique intentatâ, extorquet à Rudolpho Burgundiæ Rege, eique in vicem, non minimam Alemanniæ superæ partem largitur; Rudolpho non multo post è vivis excedente. *Sigebertus, &c.* Allemannis Dux præficitur Hermannus Hassiæ Landgravius, *Fort. Sprech. Culer. &c.*

Quedlinburgense illustrissimum illud Germaniæ Virginum Archisterium ab Henrico Imp. conditur, eique Mechtildis filia, Otthonis Magni Soror prima Abbatissa præficitur. *Ann. noſt. Ben. Arn. Duac Trith. &c.*

Annus Christi. 930.

Flandriam infestant Lotharienses, & Duacum, quod Aroulphus Flandriæ Comes teoebat expugnant, haud levibus deinceps molestijs Flaodrum divexantes. *Flodoardus,* Relapsos in Gentilismum Danos, S. Wimo Corbei Saxonum Monachus, & Bremensium Archiepiscopus, grandi merito ad Christum adducit, & vicinas item Provincias lucratus, fines Imperij securiores reddit. *Chron. Brem. Vita S. VVimon. & Menol noſt.* Novo condito, ut paulo ante diximus Episcopatui Misnensi, Urbs elegans accrescit, quam magnis meritis demeretur Burcardus noster, primus loci Episcopus. Instituit & ibidem Marchionatum Henricus Imp. eique cognatum Wetinui Comitem præficit. *Rivander. &c.* Hermannus Alemanniæ Dux in Obotritos cum Suevis Rhætisque jussu Henrici Cæs. movens, rem communem insigniter promovet. *Vitl. Sprech. &c.*

Annus Christi 931.

Insignis hoc ipso anno ad Gremium Ecclesiæ accessio, Obotritis partim vi; partim amore tam pij Cæsaris debellatis, & Rege ipso rebus compositis Christiana sacra amplectente, cui Apostolicorum virorum è Monachis lectissis missa est Colonia. *Annal. Ord. Regem. Comp. & Symb. Eccl. &c. Herm. Cont. Sigeb. &c.*

Arnulphus Comes Flandriæ Atrebatum & Moritaniam & Scaldim expugnat & occupat *Meyer. Mi-raeus &c.*

Annus Christi 932.

Desultoriâ levitate mutare Dominos soliti, Hugonem execrati Italia, Arnulphum Boium evocant, & diadema offerunt. *Ann. Boi. Comp. & Symb. Eccl.* Ultimus hic annus induciarum novennalium cum Ungaris, rem comunem pessimè affligit, cum hi tributum importunè exigerent, & cum nemo esset qui redderet, armis quærerent, & Saxoniæ inprimis Thuringiæque hostiliter incumberent, quibus conjunctis viribus utraque Provincia fortiter aliquandiu restitit. *Zach. Rin. Chr. Thur. &c.*

Annus Christi 933.

Evocatus, ut diximus, superiore anno ad Coronam Italiæ Arnulphus Boius, dum insigni comparato exercitu occurrit, Veronamque occupat, paulo post ab equitatu Hugonis ita exceptus est, ut spe Regni abjecta ad Patriam remearet. *Ann. Boi. Luitpr. Sigebertus, &c.*

Interabilis visa Cæsari Henrico Ungarorum insolentia, quibus ut occurreret insignem 2000. Equitum 18000. peditum exercitum comparat, cui Otho Sax. Dux, Thuring. & Hassiæ Landgravius, Dedo Angliæ, Ethico Westphaliæ, Barnimus Pomeran. Bizislaus Bohemiæ, alijsque Duces junguntur. *Chron. Thur.*

Annus Christi 934.

Memorabili ad æternitatem omnem victoria Ungarorum innumerabilem ferè exercitum profligat Henricus Imp. exercitu ejus in solemnem erumpente thesseram *Kyrieeleiſon*, quam victoriam optimi Cæsaris modestia Cœlo transscripsit; Prædamque omnem in Ecclesias & pauperes erogavit. *Baron. Regino Brunn. &c.*

Mortuo Notingo Constantiensium è Monacho S. Galli Sanctissimo Pontifice, Conradus pari Sanctitate discipulus, eligitur, è Guelphorum veterum Alemanniæ Ducum stirpe oriundus. *Conſt. Ben. Ann. Boi. Menol. noſt. &c. Hiſt. Guelph. &c.*

Annus Christi 935.

Adduxère cum ad superius contra Hungaros bellum, tamen ad rebelles hoc anno Obotritos comprimendos insignes copias varij Alemanniæ Principes, Hermannus inprimis Sueviæ Dux, Rudolphus Werdenbergius, Guntrammus Habspurgius, Rudolphus Rhinfeldensis, Eberhardus Oeningensis alijque: quo ipso tempore, exercendis probandisque armis ludos Equestres sive Trojanos institutos, vetustiora monimenta habent, quæ indignè quidem postero ævo velle convellere, at frustra, visi sunt. *Comp. & Symb. noſt. Eccl. &c. Opus Stemmatog. Franc. Mod. &c. Illuſt. Hel. VVernb. Comes. &c.*

Annus Christi. 936.

Dum Ungaris ab ijs hostibus oppressis redditis Germaniæ pace Henricus Cæsar de Romano itinere suscipiendâque Coronâ cogitat, morte intercipitur, succedente Otthone filio, à rebus gestis Cognomentum Magni consequuto. *Omnes rer. Germ. atque Ital. Hiſt. Breviar. noſt. Hiſt. & Symb. Ann. Eccl.*

Moritur eodem anno illustrissimum illud Germaniæ sydus S. Wimo sive Unni Bremensis è Corbeiæ Monacho Archipræsul, cui in pleraque Septentrionis Regna Apostolica Zelo excurrens, ea ad sinum Ecclesiæ aggregavit, & hostes plurimos Imperio amicos reddidit, *Ann. noſt. Ben, &c. Ann. Eccl. Brem, &c.*

Annus

Annus Christi 937.

Magna & insigni Pompa Ottho Aquisgrani ab Hildeberto Moguntino Archiepiscopo, Imperator consecratur, cujus Imperium primus fere Henricus frater turbat, futili ex causa, cum illum Ducem, se natum Regem, adeoque sibi Imperium deberi, stultè contenderet. *Ann. German. Comp. & Symb. Eccl. &c. VVitichind. Baron. &c.*

Annus Christi 938.

Immani scelere à germano fratre Boleslao occiditur S. Wenceslaus Boëmiæ Dux, cum jam de relinquendo Principatu & cucullo amplectendo cogitaret, & Româ licentiam expectaret, grandibus à morte prodigijs honoratus. Ottho vindicandum ratus, in fratricidam exercitum expedivit, bello decepto in decimum quartum extracto annum, quo temporum intervallo varie pugnatum est. *Annal. Boëm. & Boi.* Sed & novi hostes, Eberhardus Palatinus, & Gisalbertus Lotharingos Otthonem eversum voluêre, insigni paulo post ejusdem fortuna fortiter repressi, Hermanno Alemanniæ Duce, & Conrado Francone pro Rege constanter stantibus & pugnantibus. *Ann. Suev.* Sed & in Saxonia contra Ungaros feliciter pugnatum, nec levi strage insolentiâ eorundem vindicata. *Regino.* Ipso anno Ratisponensi Ecclesiæ præficitur B. Guntharius S. Emmerammi Monachus, monito per noctem Cæsare, eum eligere qui primus templum adeunti occurreret, cui occurrenti Cæsar, cum rogaret quidnam sibi rependeret si ipsum Pontificem renunciaret, calceum protendens Vir Sanctus, Istum inquiebat, quo nimirum, honores pridem omnes protritos voluerat & designabat, coactus nihilominus præesse, qui subesse elegerat, insigne ejus Cathedræ & Germaniæ Ornamentum.

Annus Christi 939.

Rursum de hostibus, de quibus supra, triumphat Cæsar noster, etiam à plurimis suorum desertus. Qua usus occasione Comes quidam, cum fidelitati suæ mercedem Abbatiam quandam deposceret: *abire potius cum desertoribus jussus est, quam ipse canibus Sancta projiceret*; quâ magnanimitate motus Comes supplex veniam rogavit, & memorabilem triumphum Cæsar religiosissimus meruit, cæso in acie Adelberto, & Giselberto Rheni vorticibus merso. *Comp. Ann. Eccl. Reg. &c. Brovver. &c.*

S. Gerardus Abbas Bronlensis, è Ducibus Austrasiæ Oriundus Inferiorem Germaniam mirè demeretur. *Ann. Ord.*

Annus Christi 940.

Aliud rursum prælium Otthoni cum Gallo fuit, quo in Burgundia & Lotharingia collisi, nullà re memorabili, paulo post reconciliati sunt. *Gordon. &c.* Madeburgi celeberrimæ Urbis initia celebrantur, conditore Otthone, qui eam Reginæ dono dedit, cujus ipsa magnitudinem definijt, & nomen imposuit. *Chr. Magd. Zach. Riv. &c.*

Annus Christi 941.

Boleslaum Boëmiæ Ducem fratricidam bello petitum ab Otthone superius diximus, cum hoc anno graviter nostri afflixêre, propitiâ fortunâ usi, quæ tamen mutatis vicibus, Boleslao rursum favit, nostrosque fine anni graviter attrivit. *Rer. Boëm. script. Sigeb.*

Henricus Otthonis frater cum Saxonibus contra fratrem conspirat, quos opprimens Cæsar, Henricum quidem carceri inclusit, majores è conjuratis capitis damnavit. *Regino. Serar. &c.*

Claret admirabili vitæ Sanctitate, sydus Imperij Germanici Illustrissimum S. Mathildis Henrici quondam Imp. conjux Augustissima Magni Otthonis mater, Monialis Quedlinburgensis. *Idem, Arn. Duac. Trith. &c.*

Annus Christi 942.

Ingens Cometa visus grande malum luis contagiosæ Germaniæ Galliæque prænonciat. *Regino, Stumpf.* Continuatur varia fortunâ bellum Boëmicum. *Script. Boëm.*

Henricus Cæsaris frater custodia elapsus, Francofurti ad fratris pedes supplicem se abjicit, & veniam meretur. *Regino. Brovver. &c.* Hoc tandem anno Ottho cum Ludovico Francorum Rege plenè reconciliatur. *Flodoardus.*

Annus Christi 943.

Longius protrahitur bellum Boëmicum, paulo post pace finiendum. Ungaros more suo inquietos & alieno incubantes, insigni felicitate retundit Bertholdus Boicæ Princeps, tantâ clade quantam vix antea Ungari tulerint. *App. Regin. Hepidan. Ann. Boi. Brunn. &c.* quamvis nonnulli codices ad sequentem referant.

Annus Christi 944.

Ingens terræ motus Germaniã concutit. *Stumpf.* Ottho Aquisgranum venit, rursum à Ludovico Francorum Rege dissensiens. *Aub. Mir.* Mortuo Otthone Lotharingiæ Duce, succedit Conradus Wernheri filius, Otthonis Imp. gener. *Flodoard. &c.*

Annus Christi 945.

Supremos hic annos Bertholdo Boiorum Duci, cui in Principatu, quod sine liberis decessisset, Henricus Cæsaris frater subrogatus est, per Saxones aliquammultos deinceps annos Boicâ administratâ. *Regino. Ann. Boi.* Hermannus Alemanniæ, & Conradus Lotharingiæ Duces hostiliter colliduntur, quos tamen Imperator dissidentes conciliat. *Chron. Regin.* Admirabili vitæ Sanctitate mirificè illustrat Germaniam & Ecclesiam universam S. Udalricus noster Augustanus Episcopus. *Ex Vita.*

Annus Christi 946.

Magno comparato exercitu Ottho Imperator Ludovico affini Galliarum Regi, exauctorato à suis, ausilio venit, ipsumque Regno restituit. *Flod. Miræus, &c. Regin. Chron. &c.* Moritur B. Rachildis inclusa ad Divi Galli mirabili Sanctitate Virgo. *Monim. S. Galli. Ann. Ord. Const. Bened. &c.*

Annus Christi 947.

Aquisgrani Pascha simul celebrant Ottho Imp. & Lodovicus Rex Galliarum, quo ipso anno Conradus Dux Luitgardem Cæsaris filiam Uxorem duxit, & Ludolphus Luitgardis frater, Hermanni Alemanniæ Ducis filiam sibi matrimonio copulavit. *Chron. Regin. &c.* Moritur eodem anno Edgitha Imp. & Hugo è Monacho S. Maximini Leodiensis Episcopus, rarum inferioris Germaniæ decus, cujus Epitaphion inter alia sic habet:

- - - - - - *Amor plebis, tremor Hugo potentum,*
Clarus avis, clarus studijs, recreator egentum, &c.

Annus Christi 948.

Triumphat duplici prælio de Ungaris Henricus Boicæ Dux Cæsaris frater, Beato Rathone Audecensi & Biessensi Comite Exercitum ducente, qui non multo post Monasticen in condito à se Wetdensi Cœnobio amplexus, meliora Regum Regi stipendia fecit. Henricus fortunæ suæ insistens, Italiam hoc item anno, intestinis distractam dissidijs invasit. captaque Aquileja, ingenti onustus præda, domum revertit. *Ann. Boi. Andr Brunn.*

Celebratur eodem anno Synodus Episcoporum Ingelheimensis, in quâ, cum publicâ Patrum voce, unoque omnium consensu, prohiberetur Pontificatum abdicare & cucullo se devovere, magnus ille Vindelicorum Pontifex S. Udalricus, Sacram Monachorum vestem nihilominus induit & Regulam S. P. BENEDICTI non aliter atque in Monasterio deinceps observavit. *Ex Vita, Carolo Steng. l. 2. Menol. nost. & Ann Ben.*

Eodem anno Ludi Equestres Constantiæ celebrantur. Sacellum Deiparæ Einsidlense ab ipso Christo Domino solemniter celebratur. *Ann. Einsidl. &c.*

Annus Christi 949.

Reges & Principes multi cucullum Regnis proferunt, eosque inter meritis & fama emicat B. Gregorius Eduardi Anglorum Regis filius, trium Regum frater, Magni Otthonis affinis Monachus & mox Abbas Einsidlensis *Hartm Conss Bened. &c.* Moritur Hermannus Alemanniæ Dux bello & pace clarissimus. *Reg.* Ei sequenti anno Ludolphus Otthonis magni filius in Principatu sufficitur.

Annus Christi 950.

Italiæ magni motus Lothario juniore extincto, Adelheide Regina ad Canusinam arcem profugiente, eoque ad sui liberationem Otthonem Cæsarem evocante. Ludolphus patrem ostentandæ virtutis Studio antevertit, priorque alpes cum exercitu transcendit, nullo tamen operæ pretio, ut quem Henricus patruus Boicæ Princeps, Italiæ pridem inhians, in tantum contemptum, an odium adduxerit, ut nuspiam ferè admissus, fugitivo similior, quam Legato videretur. Ottho interim bellum Bohemicum confecit, eoque denique Boleslaum obsessu compulit, ut Leges acciperet, toto deinceps admisu bello Italico intentus, quod spes aff gereret Regni illius denuo cum Germanico conjungendi. *Brunn. &c.*

Annus Christi 951.

Summo Pontifice, præter Adelheidem, invitante, Ottho ingenti cum exercitu occurrit Italiamque à Tyrannide Berengarij liberat, & hoc victo Papiam occupat, Adelheidemque Reginam, matrimonio sibi copulat, indignius ferente, novercam inductam, Ludolpho filio, metu perdendi Regni si filius ex hac nasceretur. Inconsulto proin patre reversus in Patriam, indigna deinceps contra patrem ausus est & consilia coxit multo deinceps sanguine statura. *Leo Ost. Flodoard. Regino And. Brunn. &c.*

Annus Christi 952.

Expectabat Romæ Otthonem Pontifex, at frustra, prohibente Alberico Tyranno, Urbis Principe, quod dissimulans Imperator in Germaniam reversus est, cura Italiæ Conrado Duci relicta, cujus suasu Berengarius sponte sua in Saxoniam supplex occurrit, nullo tamen fructu, ægrè ad sua, & cum responsis dubijs remissus, quo Conradus & Ludolphus graviter offensi sunt, etsi eodem anno, in solemni Augustæ Principum conventu Berengarius Regnum ab Otthone, ut Vasallus tamen, reciperet; auctis inde in Otthonem odijs, quod Ludolphus & Conradus, Henrici Boij, Veronâ & Aquileiâ concessis, vires & auctoritatem augeri quererentur. *Frod. Baron. Reg. &c.*

Ingens virorum Sanctorum atq; eruditorum copia in Cænobijs Germaniæ plurimis, Sangallensi, Augiensi, Fuldensi, Weisenburgensi, Treuerensi, Corbeiensi, Einsidlensi alijsque, hoc ipso tempore celebratur, è quibus plurimi ad Pontificales Cathedras evecti, patriam æternùm demeruère. *Annal. nost. Const. Ben.*

Annus Christi 953.

Turbatissimus hic annus, ipso Luitholdo Otthonis filio, & Conrado ejus genere Imperium turbantibus, eâq; occasione, Berengario quoq; contra datam fidem, tyrannidem invadente. *Comp. nost. Hist. Ecl.* Sangalensis urbis initia memorantur, Annone Abbate conditore, de cujus incrementis vide Constantiam nost. Benedict. t. 2. p. 2.

Annus Christi 954.

Udalrici nostri Augustani Pontificis, auctoritate & immortali merito, paratis jam exercitibus concursuri, Ottho pr. Imp. & Ludolphus Filius reconciliantur, patria & Imperio ab immani strage felicissimè vindicatis. *Bern. Abb. Marian. Scot. comp. Ann.* Moritur hoc anno S. Racherius sive Ratharius noster Leodiensis Episcopus, gloriosissimus Hæresium triumphator, cujus memorabile illud habetur quod tumulo suo inscribi voluit Epitaphium: *Conculcate pedes hominum, sal infatuatum.* Molan. Menol. nost. alij A. 972. referunt, quos & nos sequuti alias fuimus.

Annus Christi 955.

Inaudita ad eam diem, atque inprimis memoranda Otthonis Magni de Ungaris victoria, celebratur, Divo Udalrico nostro, inter medios telorum jactus, crucem è cælo missam preferente, vix septem sexus ex innumerabili pene hostium exercitu evadentibus, tribus eorum Regibus captis, & laqueo suspensis; Ungaris, qui domi remanserant novum Regem creantibus, atque hinc deinceps annos computantibus. *Dithm, Luitpr. Crantzius, App. Regin. &c.*

Ob eam victoriam, Voto ex consilio D. Udalrici prius concepto, Mersburgensem condit Episcopatum Ottho Imp. & liberaliter ex spolijs dotat & ditat. *Baron. Steng. Cranz. &c.* Moritur Henricus Bojorum Dux frater Otthonis.

Regimbaldus Spirensis ex Monacho Hirsaugiensi Episcopus, ab eximia vitæ Sanctitate commendatur, quo ipso tempore, præter Conradum Constantiensem, & Udalricum Augustanum, plurimi alij Germaniæ Episcopi Sanctitatis & summæ perfectionis laude emicuère, quos inter anno è Bergensi Monacho Wormatiensis, & Hildesheimensis; ex Hirsaugiensi Diethardus, Boso I.

Episcopus

Episcopus Mersburgensis ex Mon. S. Emmerammi eximij Pontifices plurimum effulsere *Ex Ann. nost. Ben. &c.* Lue contagiosâ graviter laborat, Germania, quâ ipsâ correptus Ottho Imp. intercessione S. Viti Martyr. cujus præstantissimæ Reliquiæ Curbeiæ servabantur, prodigiosè liberatur. *Baron. VVitich. App. Reg.*

Annus Christi 957.

Graviter Italiam affligebat, Tyrannide rursum occupata Berengarius, contra quem hoc anno (superiorem alij volunt.) Luitholphus ab Imper. Otthone mittitur, fusoque Beringarij Exercitu, ac rebus ex animi Sententia gestis, paulo post vita defungitur, Burcardo in Alemanniæ Ducatum subrogato, qui erat Burcardi I. filius, Hermanni privignus. Ipse Ottho in Sclavos movens, de ijsdem triumphat, captumque eorum Regem interimit. *Contp. Ann. app. Reg.*

Annus Christi 958.

Italiam, morte Luitholphi securior, occupatoque cum Sclavis Cæsare, rursum Tyrannide vexat Berengarius, nullo Sacra inter & prophana discrimine, quare Ottho summis precibus cum à Rom. Pontif. tum ab alijs Italiæ Principibus, ut afflictis adesset interpellatur. *Luitp. Contp. Ann. Ect. Gesta Otth. &c.*

Divus Gerardus Broniensis Abbas, virtute & genere illustrissimus, Sanctissima morte defungitur, ut in Vita, sic post obitum grandibus prodigijs & meritis inferiorem Germaniam immortaliter obstringens. *Ex vita & Menol. nost. Ann. Ben. &c.*

Annus Christi 959.

Nunquam sine fructibus Apostolicis Germania nostra, quando hoc ipso anno primus ad Conversionem Russorum Episcopus ordinatur Sebutius S. Albani Moguntinensis Monachus, qui de amplissimâ Provincia æternum meretus, paulo post laboribus Apostolicis gloriosè immortuus. *Ann. nost. Bened. Aquila Imp. Ben. &c.*

Prosequitur Bellum Sclavicum Ottho Imperator noster, ingemiscente sub Tyranno Italia, & frustra hoc anno opem expectante. *App. Reg. Ann. Germ. &c.*

Annus Christi 960.

Invitatur rursum à Joanne Pont. & ad coronam vocatur Ottho Imp. qui se compositis Germaniæ rebus venturum pollicetur. *Vita Otth. &c. & pl. auct. Cit.*

Mortuo, de quo superius Sebutio, Sanctus Adelbertus, S. Maximini Treverensis Monachus, alter Russorum Episcopus & Apostolus renunciatus, plurima indigna à Barbaris patitur. *Iepes. Cranz. Thrit. Baron. &c.*

Otthonis industria per superiorem Germaniam, per inferiorem Arnulphi Elandri opera, plurima Cœnobia instaurantur & ampliantur. *Ottho Frising. Sigeb. Buchols. Meyer. &c.*

Annus Christi 961.

Summis Viribus insignis in Italiam expeditio, adornatur, & ante profectionem Ottho junior, Septennis etiamnum à patre Successor designatur, & Aquisgrani solemniter coronatur, mox suscepto itinere Cæsar, per Boicam & vallem Tridentinam in Italiam contendit, & Papiæ hoc anno substitit. *Luitpr App Reg. &c.*

Porro anno perfectionem corpus S. Mauritij Thebæorum Principis, idem Imp. solemni Pompa, Magdeburgum transtulit. *Dithm. &c.*

Annus Christi 962.

Triumphatâ sola fere nominis terrore Italia Ottho Magnus pacificè Romam ingreditur, summoque cum honore ac plausu exceptus ab Joanne Pont. solemni ritu Augustus coronatur, & quæ Romanæ Ecclesiæ à Tyrannis adempta erant, restituit *Luitpr. Baron. App. Regin.* Occumbit splendidissimum inferioris Germaniæ Sydus, S. Guibertus, è Ducum Austrasiæ familiâ Gorziensis Monachus, Fundator Gemblacensis, grandibus deinceps à DEO Prodigijs honoratum, confluentibus ad Sacrum corpus populis, nec multo post, ut ad pleraque Ord. nostri Cœnobia, insigni deinceps oppido consurgente. *Haræus, Miræus, Ann. nost. &c.*

Annus Christi 963.

Imperator noster, dum Berengarium persequitur comperto Joannem cum Adalberto hoste colludere, coacto concilio, indignum facinus ausus, Joannem, etsi multorum criminum reum exauctorare ausus est, Leone VIII. subrogato. *Luitpr. App. Reg. Baron.* Claret celeberrimus ille Scriptor Widichindus Corbeiensis Monachus, quo ipso tempore Flodoardus S. Remigij Rhemensis Abbas floruit, uterque inter Principes Historicos celebrati. Moritur Beatus Thiethlandus secundus Einsidlensis Abbas, Burcardi Magni Alemanniæ Ducis frater, qui S. Eberhardo Franconiæ Duci in Abbatia successerat, Successorem & ipse pari Sanctitate meritus, Gregorium Eduardi Angliæ Regis filium, ducatu quondam Angelico ad illud idem felix Monasterium deductum. *Ann. Einsid. Christ. Hartm. &c. Const. nost. Bened t. 2. &c.*

Annus Christi 964.

Berengarium hoc denique anno captum, mittit in Exilium Ottho, Româque discedens acceptis obsidibus, paulu post revertitur, cùm Leone pulso, Joannes sedem recepisset, & hoc mox defuncto, Romani Benedictum contra Leonem elegissent. Coactis siquidem fame Romanis dedita Urbe, Leonem restituit, & Benedictum in exilium ablegavit. *Baron. Luitpr &c.* Moritur hoc anno Henricus Treverensium Archiepiscopus insignis Ecclesiæ suæ Reformator, qui Monasterium prope Cathedralem Ecclesiam condidit, Monachosque ad amussim Regulæ B. P. BENEDICTI vivere docuit. *Aquila Imp. Ben. Ann. Ord. Brusch. &c.*

Annus Christi 965.

Imperator dum triumphatâ Italia in patriam revertitur, summoque suorum plausu recipitur, nuper elapsus fugâ Adelbertus Berengarij filius, novis motibus Italiam turbat. Quo ipso anno Benedictus Papa Hamburgi exul Sanctè obijt, multa passus à Leone, interque Martyres habitus. Decessit & Leo Anti-Pontifex, cui jubente Cæsare Joannes XIII. subrogatus est. *Luitpr. Baron, &c.*

Silesia hoc primum anno ad Christum convertitur. *Ioachim. Curaus, Chron. Siles. &c.*

Steinensi, ad Rhenum Cœnobio oppidum accrescit, & sub hoc tempus munitur. *Chron. Germ. Const. Benedict. &c.* Joannes Papa insolentius agens à Rotfredo V. P. in Campaniam amandatur.

Annus Christi 966.

Ægerrimè ferens Joannem Pontificem in exilium missum Ottho Imp. in Italiam advolans, terrore omnia implet, Romanis quamprimum Joannem revocantibus. Nihilominus Cæsar rigidè in perduelles animadvertit, præterque Consules in Exilium ejectos, Tribunosque suspensos, virgisque cæsum Rotfredi successorem, cadaver illius sepulchro extrahi jussit, & ossa dissipari. *Baron. Blondus, Sigeb. Avent. &c.*

Moritur in Exilio Berengarius olim Italiæ Rex, Regijs exequijs denique honoratus & Bambergæ sepultus, cujus Uxor Willa cucullum amplexa est. *App. Reg.* Supremus idem annus Burcardo Alemanniæ Duci fuit, cui in Principatu Ottho Luitolphi filius successit. *Chr. Helv. Ioan. Stumpf. &c.*

Annus Christi 967.

Turbis Italiæ compositis Ravennam profectus cum Pontifice Cæsar coacto ibidem Concilio interfuit. Quo plurima summo Ecclesiæ bono statuta sunt, quo ipso anno evocatum è Germania Otthonem filium coronari Imperatorem curavit, quem ab Eckehardo Sangallensi, nobilissimo, doctissimo, & religiosissimo Monacho, ad Imperium educari atque informari voluit. *Consl. Bened. Ann. S. Gall. Ann. Ord. nost. &c.*

Annus Christi 968.

Etsi non semel repressus Adelbertus Betangarij filius, vires tamen resumit, quam justâ denique acie victum Ottho eo angustiæ redagit; ut mœrore animi & ab hac grav: ægritudine consumptus moreretur, quo cum Italiæ Regum nomen extinctum est. Idem Ottho Beneventanum, Capuanum Salernitanumque Principes, Græcis eò usque parentes in fidem recipit, eoque graviter Nicephorum Orientis Imp. offendit, Græcis quamprimum Calabria item & Apulia expulsis. *Baron. Onuphr. Blondus, Sigeb. Otthe Frising.*

Miluerburgensis sive Citizensis in Misnia Episcopatus initia celebrantur, sub Hugona eximiæ Sanctitatis Monacho, primo ejusdam sedis antistite. *Paul. Lang. Chr. Citiz. Pet. Cratep.*

Annus Christi 969.

Rem nefandam ausus Nicephorus Imp. ut pulsos Italia Græcos ulciseeratur, nuptiarum prætextu exitium Orthoni parat, misso cum sponsâ lectissimorum virorum exercitu, qui incautum opprimerent. Verum immaturius rem aggressi Græci omnes oppressi sunt, Constantinopolitanis ad tantæ nuncium cladis, Regiam irrumpentibus Nicephorumque trucidantibus, Zimisca qui manum primus injecerat ad Imperium evecto. Qui ut Regnum sibi firmaret, promissam Juniori Otthoni sponsam, conjugem misit. *Sigonius, Blondus, VVitikind. Baron. &c.*

Moritur hoc anno Otgarius sive Ortgerus ex Monacho Hornbacensi Speirensis Episcopus, sapientia & rerum gerundarum dexteritate mirandus, cujus opera in rebus Imperij arduis Magnus Ottho benè usus est, & in ejus gratiam Spirensem Ca[…] dram plurimam extulit, omnemque Nameta[…] risdictionem ei ac successoribus plenè contra[…] *Ann. & Chron. Spir. Bruschius, Episcopi Germ. nost.* Moritur Boso noster Mersburgensis, magnis A[…] stolis accensendus. *Cæ.*

Annus Christi 970.

Ne quid minius Magno Carolo egisse vide[…] Magnus Ottho, fundandis Ecclesijs Metropoli[…] & Cathedralibus, præter gloriam bellicam, non […] nus sumptuum quam illa impendit, & hoc anno A[…] chiepiscopatum Magdeburgensem instituit, pri[…] ejus loci Pontifice designato, S. Adalberto S. M[…] mini Treverensis Monacho, Viro Apostolicis m[…] tis illustrissimo; qui Ecclesiæ illius æternum or[…] mentum, egregiâ vitæ Sanctitate, magni quasi æ[…] cij, fortissima fundamenta jecit. *Ann. nost. Ben. Bu[…]* Ortgero, ut supra diximus extincto, Spirensium E[…] scopus creatur, Warmboldus Hirsaugiensis Mo[…] chus, vir summo honore dignissimus; qui cum […] modo acquiesceret, asserens: *si mundum quæreret, […] cullum non fuisse induturum*, Baldericus electus est […] jus tempore tam Spirenses, quam Moguntini & W[…] matienses Monachi cucullum exuêre. *Ann. Germ[…] quila Ben. Brusch. Spir. Chr. &c.*

Annus Christi 971.

Usus tempore & pace magnus Imperator, […] absolvendo ornandoque Magdeburgo, tum al[…] condendis Cœnobijs restituendisque insignem […] vat operam, *Ex Vita, & Ann. nost. &c.*

Notkerus ex Monacho Leodiensium Ponti[…] alter Leodij conditor celebratur, idem multo nom[…] ne de Leodiensibus eorumque accolis meritissimu[…] *Ex Vita, & div. Belg. rer. script.*

Annus Christi 972.

Mortuum hoc anno Ratherium Leodiensium Antistitem, felicissimum Antropomorphitarum H[…] raseos Triumphatorem nonnulli volunt, quos & no[…] aliquando sequuti fuimus, alij ad annum 54. refe[…] runt.

Ottho Junior Solemnissimis nuptijs Romæ ce[…] lebratis Theophaniæ jungitur, & ipsa Orientis Au[…] gusto nata, Occidentis Augusta salutatur. *Baron. Lamb. Sigon, Sigeb.*

Annus Christi 973.

Vita excedit nonis Maij Ottho, Magnus reve[…] ra Imperator, dum sacris pervigilijs solemnes Pen[…] costis ferias antevertit, in ipsis pietatis studijs, viri[…] bus destitutus, & divino viatico refectus. Princeps, cui præter Constantinum & Carolum Magnos e[…] Regibus, quem compares, vix habeas, de orbe a[…] tem Christiano ita meritus, ut *Amorem generis huma[…]* illum appellare Urspergensis Abbas nil dubitaveri[…] *Dietbm. Lamb. Schaffn. Brunn. Baron. &c.* Diva Adelhaidis Augusta Imp. purpuram cucullo mutans, i[…] hoc admirabili Sanctitate illustrior quam Imperio affulsit. *Lup. Beneb. Cratep. Constl. Ben. t. 3. &c.*

Hoc ipso etiam anno magnus ille Vindelicorum Tutelaris, Imperij columen, Augustæ Pontifex Udalricus, terras deseruit, grandibus etiam à morte Prodigijs illustratus, *Ex Vita, & t. 2. Menol. nost.*

Annus

Annus Christi 974.

Nemo meliore jure Imperium adiisse, imo superstite patre concessum usurpatumque retinere quã Ortho II. visus est, quod tamen patre mortuo Henricus patruelis Boiorum Princeps, suum esse contendit, cui Haraldus Danus, Miseco Polonus, Boleslaus Boemiæ, & Henricus Carinthiæ Duces patrocinati sunt. Verum hoc quidem anno Boius ad obsequium revocatus est, & Dano Vires infractæ, qui & ipse Orthonem adoravit. *Arenpeck. Fabric. Lamb. Brunn. Ann. nost. &c.* Sequutus hoc anno ad supera Vdalricum suum S. Conradus Guelpho, Constantiensium Episcopus, æternum Germaniæ sui Desiderium reliquit, ob insignia merita, suæ Diœceseos, uti & Ulricus, Tutelaris cooptatus. Quo ipso etiam anno S. Mathildis nostra Otthonis Magni mater, cucullo & ipsa Augustior quam purpura in cælum evolavit. *Ex Menol. nost. &c.*

Annus Christi 975.

Imperator Bohemum ad causam dicendam evocatum abnuentemque bello aggreditur, ad quem profugiens causæ suæ diffisus Henricus Boius Ducatu exuitur, Orthone Ludolphi filio subrogato. *Ann. Boi. Andr. Brun.* In inferiore Germania similiter turbatæ res, Godefrido Virdunensi Duce & Arnulpho Comite cum Raginero & Lamberto Montensium Comitibus graviter collisis. *Meyer. Baldericus, Sigeb. Mir. &c.*

Rursum insigne Germaniæ lumen extingui mr, B. Anno, è Bergensi Monacho Wormatiensium Pontifex, in cujus gratiam Ottho Magnus Episcopatum illum plurimum auxerat; succedente B. Hildeboldo, germano ejus fratre, Otthonis II. Cancellario *Catal. Episcoporum VVormat. Episcopi nost. Democh. Brusch &c.*

Annus Christi 976.

Conversioni gentium sedulo incubat S. Adalbertus noster, primus Magdeburgensium è Monacho S. Maximini sive Weissenburgensi Episcopus, & hoc anno augustissimum *Apostoli VVandalorum* titulum meretur, *Crantz. Trith. Arn. Duac. &c.*

S. Wolfgangi Ratisponensium Pontificis è Monacho & Decano Einsidlensi, initia celebrantur, grandibus prodigijs à Deo commendata. *Ex Vita S. & Menol, Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 977.

Exul apud Boëmum etiamnum agebat Henricus Boius, cum usus insperata Boëmorum ad Pilsenam victoria, recipiundæ Boicæ spe erectior Passavium contenderet, urbemque ad res gerendas opportunissimam subito adventu occuparet. Quem tamen antequam se communiret imparatum Ottho oppressit, & indicta die, contra Remp. fecisse convictum, recepto in gratiam Boëmo in exilium remisit. *Ann. Boi.*

Annus Christi 978.

Defunctus bello Boico Cæsar noster, mox Gallico implicatur à Lothario Francorum Rege non denunciatis antè inimicitijs in ipso Palatio Aquisgrani, interque epulas penè oppressus; qui mox collecto exercitu Lotharium in fugam compulit, & Parisios usque persequutus est. Verum collectis auctisque viribus redeuntem consequutus Gallus, ad ripam fluminis cujusdam ita circumdedit, ut nulla evadend spes porro esset, nisi Wolfgangus noster adfuisset, qui siccis pedibus rapidissimum flumen calcans, sequi jussum Cæsarem cum exercitu omni, incolumem mirabiliter traduxit, malè pereuntibus Gallis, qui insequi ausi fuerant. *Annal. Boior. Andr. Brunn. Aquila nost. &c.*

Annus Christi 979.

Exercitus igniti in cælo, visi, per Germaniam, haud leviter animos omnium perculêre, ut & mox nova tristissima, Basilio Occidentis Imperatore Saracenis mercede conductis Italiam tepetente expugnatisque Matera & Bario, Apuliam & Calabriam recipiente. Quam ob causam magni illico delectus militum per Germaniam habiti sunt. *Ann. nost. Germ. Bar. Sabell. Blond. Sigon.*

Annus Christi 980.

Urgentibus Italiæ cladibus periculisque pacem cum Gallo componit Ottho Imp. abjurante, ut Sigebertus loquitur, Lothar ngiam Lothario, & Aquilonarem ejus Regni partem sibi vendicante Cæsare, reliquam meridionalem Carolo Lotharij fratri, relinquente. Inde adversum Græcos Saracenosque festinatum, & insignis in Italiam ductus exercitus. *Lamb, Schafnab. Comp. Ann. Eccl. &c.*

S. Wolfgangus noster in Ungariam profectus, in conversione ejus gentis plurimum desudans, præclarè meretur. *Ex Vita & Ann. nost. ac Menol. t. 2.*

S. Adalbertus Voithus è Monacho Magdeburgensi, alterius S. Adalberti discipulo, Pragensium Episcopus renunciatus, Boëmiam immortalibus meritis sibi obstringit. *Rer. Boëm. script. Michovius, Dubrau. Cromer. &c.*

Annus Christi 981.

Ottho cum Theophania sua multisque Episcopis ac Principibus, Conventus in Italia agens, priusquam de profligandis hostibus tractaret, quæstiones de seditionum auctoribus habuit, novisque Feudorum Titulis proceres quosdam insignivit, & accuratè ad bellum contra Græcos Saracenosque se præparans, Romæ denique Natalitia Domini celebravit. Interim per ejus absentiam, haud leviter turbant Germaniam Sclavi rebelles Wandalique, Episcopatusque Havelburgensem & Brandeburgensem fœdè depopulantur. *Zach. Riv. script. Sax.*

Annus Christi 982.

Urbe progressus, grandi cum exercitu movet in Græcos Saracenosque Imperator noster, cum iisdem ad Bassentellum congressus. Verum fugientibus Beneventanis ac Romanis gravi clade affectus, vix ipse natam alijsque artibus evasit, & reliquias Copiarum collegit, in proditores desertoresque rigidè deinceps animadvertens. *Sigon. Sigeb. &c.* Sclavi Wandalique, Boemorum ac Polonorum aucti Viribus, rem suam ulterius promovent, Episcopatusque Merseburgensem & Citizensem igni ferroque vastantes, grandi terrore Germanias complent. *Sax. script. & Zach. Riv.*

Annus Christi 983.

Excedit mortalibus Magnus ille primusque Magdeburgensium Archiepiscopus, è Monacho S. Maximini, S. Adalbertus, conversione provinciarum multarum, longe Illustrissimus, cui

cui ſuccedere juſſus Otthoricus Corbienſis, Monachus, precibus à Numine impetravit, ne ſe Epiſcopum fieri pateretur, paulo poſt ad vitam meliorem tranſlatus. *Cranz. Thrit. &c.*

Reſtauratis viribus hoſtes aggreſſus Cæſar, cladem acceptam ſtrenuè rependit effuſiſſimo eorum ſanguine mare cruentans, inde *Sanguinarij* nomen indeptus, & vulgo *Pallida mors Saracenorum* appellatus. Tum Veronam indictis Comitijs Otthonem filium ſucceſſorem deſignat, Romamque reverſus, veneno, ut ajunt, tollitur, & in Veſtibulo S. Petri ſepelitur. *Dithm. Leo. Oſt. Sigon. Herm. contr. &c.*

Proceres Saxonum Thuringorumque in hoſteâ Wandalos conjurant, junctisque copijs earum ad 30754. profligant, reliquis in effuſam ſe fugam conjicientibus *Rivand. &c.*

Annus Chriſti. 984.

Nunquam ſine turbis Imperium, etiam legitimis ſucceſſoribus faſces capientibus fuit; Creſcentio nunc quodam in Italiâ, Lothario Franco, & Henrico Boio ſummum honorem anxie ambientibus; quibus tamen omnibus Ottho III. Secundi filius palmâ præripuit. *Mirabilia Mundi* deinceps ob Sapientiam appellatus. Et hoc ipſo anno Aquiſgrani coronatus, qui quod pater peccaverat, ejus ut videtur, ſuprema voluntate reſtituit, & Merſburgenſem Epiſcopatum liberum juſſit, plurimumque ditavit; cujus opes primum in Magdeburgenſem Archiepiſcopatum augendum transfuderat, ob eam, ut videbatur permutationem tantâ à Saracenis clade affectus. *Baron. Compl. noſt. &c.*

Annus Chriſti. 985.

Superiorum annorum prædis inescati Wandali, dum auctis viribus majora parant, Ottho Imp. Comitia Quedlinburgi celebrat. Super eorundem inſolentia, reprimenda & caſtiganda. *Chron. Sax. & Haſ. &c.* Viri plurimi illuſtres per Germanias clarent, quos inter Erhardus Luneburgenſis, Bruno & Algerus Corbeienſes, Arnulphus Hirſaugienſis Monachi clarent, ab Ingenij profundiſſimi monimentis, planè immortales. *Ann. Bened. Arn. Duac. Trith. &c.*

Annus Chriſti 986.

Principum fœminarum gemma B. Milada ſive Mlada Boleſlai Boemorum Ducis filia, Germanias inſolenti luce percellit, hoc ipſo anno poſt res plurimas præclariſſimè geſtas Divi BENEDICTI familiæ in Monaſterio S. Georgij Pragenſis accenſa, plurium Baſilicarum per Boemiam, & ſplendidiſſimæ illius S. Viti Pragenſis fundatrix, & Studij virtutis prima inſtitutrix, *Arn. Sib. Dubravius. &c*

Miraculum item ſui ſæculi & Germaniæ noſtræ floret hoc ipſo tempore Rosweidis ſive Roſuita Gandersheimenſis monialis, Græcâ & Latinâ, metro & proſa plane admirabilis viſa, relictis plurimis Ingenij monimentis immortalis. *Ant. lep. Gaulter. VVion Thrith* Obijt hoc anno, Ochwinus è Monacho Bergenſi Hildesheimenſium Epiſcopus de Eccleſia illa meritiſſimus, cui in Pontificatu ſuccedit Oſdachus Augiæ Divitis Monachus *Ochem. Chr. Hild. &c.*

Annus Chriſti 987.

Evocat Quedlinburgum Principes Ottho Imp. & Bellum in Boëmos decernit, & feliciſſimè ſuſpicit *Zach. Rivander, &c.*

Muſica in Germanijs & Europa latè introducitur, Engelberto S. Matthiæ Treverenſi Monacho eam mirè promovente, inſignemque de Muſica & Monachordo librum vulgente *Iepes Thrit.*

Poſt Baldericum, Rupertus ex Monacho Weiſſenburgenſi Spirenſis Epiſcopus inſtituitur, Ottoni Cæſari chariſſimus, qui in ejus gratiam Epiſcopatum inſigniter locupletavit *Bruſch. Ann. noſt.* Quo ipſo tempore de eodem Imperatore & Imperio præclariſſimè meretur Witegoſtius Augiæ Divitis Abbas, *ut & Manus Regis, & inter Catholicas columnas Prima,* appellatus. *Ochem. Conſt. Sat. Proph. & Ben. Antal. Ord. &c.*

Annus Chriſti. 988.

Rurſum inſignis è Germanis Apoſtolus, S. Lutius Bremenſis è Monacho & Abb. Hersfeldenſi Archiepiſcopus, gentes plurimas Septentrionales Chriſto adjungit. *Adâ. Brem, Cranz. Stadenſ. &c* Æſtus ferventiſſima, Germanias exurit, in paucis hiſce Provincijs memorabilis, quam mox rerum omnium penuria, & lues Peſtilens conſequuta eſt, quâ in ſolo Cœnobio Hirſaugienſi ſexaginta Monachi ſublati ſunt. *Thrith. Cruſ. Rivand. &c.*

Annus Chriſti 989.

Exul ob improbitatem Boëmorum S. Adelbertus noſter, Pragenſium Epiſcopus, ijs ſerio flagitantibus, juſſu Romani Pontificis, invitus Monaſterium deſerit, Pontificatum reſumit, mox converſioni etiam Ungerorum intentus, apud quos tantum proficit, ut uſque hodie Princeps Ungarorum Apoſtolus nuncupetur. *Dubrau. Bonfin. Aeneas. &c.*

Mortuo Hugoni Herbipolenſi Epiſcopo, ſuccedit Bernwardus Rottenburgenſis ad Tubarum Comes, Monachus Hirſaugienſis, vir meritiſſimus, ut nunquam Germania Pontifices non haberet eruditione Sanctitate & meritis ad miraculum eminentes. *Thrith. Chron. Bamb. Ann. noſt. Ben. &c.*

Annus Chriſti 990.

Non contentus, ut ſupra vidimus, ſuæ Diœceſeos finibus, Sanctus Adalbertus noſter, cum ſuperiore anno in Ungariam uſque ſe contuliſſet, Apoſtolici laboris hoc anno fructum uberrimum capit Geyſa Duce ad fidem Chriſti converſo, cujus paulo poſt natum & à DEO donatum filium Stephanum, primum poſtea Ungarorum Regem Sacris Baptiſmi undis expiat; plurimis per Regnum Baſilicis extructis & fide longè latèque propagatâ, immortaliter meritus. *Baron. Dubrau. Sybrius Bonfin. Ann noſt. Ben. &c.* Fulcuinus Abbas Laubienſis Scriptor inſignis moritur, cujus Hiſtoriam Chapeavillus edidit. Quo ipſo anno Ungaros prælio vicisse Henricus Boius memoratur. *Ann. Boi.*

Annus Chriſti 991.

Naturæ concedit Theophania Auguſta Otthonis III. mater è Græciâ olim petita, æterno exemplo, non longè petendas conjuges, eum, uti iſta, peregrinos mores, vicinorum & domeſticorum odia, nec plus unquam commodi, quam incommodi, cum dote afferrent plerumque, & Regna peſſundarent *Lamb. Ann. noſt. &c.*

Carolus Lotharingiæ Duce à Rege Galliarum capto, filij ad Imperatorem noſtrum confugiunt, qui iiſdem Lotharingiam contra Gallos tuetur & ſervat. *Comp. Ann. & ſymb. noſt. Eccl. &c.*

Annus

Annus Christi 992.

Annus hic insolenti varietate varius, varios morbos coxit, pecorum inprimis, magna etiam fame consequente, cum hyemem longè asperissimam æstas ferventissima sequeretur, ita quidem ut omnibus piscinis exiccatis, pisces deficerent & torrerentur. *Chron. Hass. & Thuring.* Ottho Imp. Brandeburgum Urbem Imperium detrectantem obsidet & cogit. *Ann. Germ. Schaffnab. &c.* Dedicatur eodem anno 17. Cal. Nov. Hildesiana Cathedr. Ecclesia, præsente eodem Cæsare, & avia atque amita ejusdem Adelheide & Mechtilde; Archiepiscopis Willigiso Moguntino, Gisilero Magdeb. Lievizone Bremensi, Aione Capuano, & Joanne Placentino; Episcopis Luitholpho Augustano, Hildeboldo Wormat. Rethario Paderborn, Erpone Virdum. Urso Paduano, Hugone Cizensi, Hilderico Hauelburg. Reginberto Racenburg. & Reinwardo Tridentino, &c. Abbatibus: Mansone Casinensi, Tietmaro Corbeiensi, Luitzone Luneburg, Ochtrado Mersburgensi alijsque plurimis, quorum nomina lectori curiosiori de industria adnotanda duximus.

Annus Christi 993.

Tristissimus orbi, & Germaniæ nostræ hic annus, morte magni illius Cluniacensium Abbatis Majoli, de Imperatore nostro, ejusque Imperio meritissimi, quem etiam Ottho II. ut patrem adamaverit, & Romanum Pontificem deligi omnino voluerit, Majolo tantum onus pro viribus à se se amoliente. *S. Odilo in Vita, & Ann. nost. &c.*

Sed & alterius occasu Syderis, duplicatus mœror, Divo Wolfgango Ratisbonensium, è Decano Einsidlensi Pontifice, Carinth. Ungar. & Austriæ Apostolo, terras relinquente, de Germania tamen suâ etiam à morte mereri nunquam desinente. *Anon. Vita Scriptor. & alij Brunner as tamen in sequentem, Vide Menol. nost. & illic. Cit.*

Annus Christi 994.

Vita excedit Conradus Burgundiæ Rex, cui filius; Rudolphus ignavus succedit, non minimæ Alemanniæ etiam parti dominatus. *Lamb. &c.* Iterum hyembs asperissima, ferventissima æstas, pestem Germaniæ infert, qua plura mortalium millia periere. *Zach. Rit. &c.*

Crescentio Germanis infensissimo, Romæ omnia turbante, & illos Imperio dejectos volente, pulsus ab eodem Joannes Papa, rem omnem Otthonem Imperatorem per Legatos edocet. *Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 995.

Rursum insigne Germaniæ sydus illucescit S. Gotthardus Altaichensis Monachus è Comite Scheirensi, postea ut suo loco dicemus Hildesheimensis creatus Episcopus, & inter præcipuos Germaniæ Tutelares à morte cooptatus. Quo ipso tempore Beatus Hertvicus Salisburgensis Episcopus, haud impari Sanctitatis fulgore mire effulsit. *Ann. nost. Hen. Can. VVigul Hund. &c.*

Eodem anno moritur Henricus Baioariæ Dux, cui succedit Henricus filius, Claudus & Sanctus dictus, postea Rom. Aug. Imperator. *Herm. Contr. Ann. Boi. Aub. Mir.*

Annus Christi 996.

Ottone Cæsare insigni cum exercitu in Italiam movente, ut Crescentis impij conatus opprimeret, moritur Joannes Pontifex, cui legitima electione Bruno Germanus, Werdensis ex Monacho Corbeiæ Episcopus, Othonis Sueviæ & Bavariæ Ducis filius, Otthonis Magni pronepos, subrogatur, quem subintruso Joanne quodam Crescentius cum Urbe ejecisset, paulo post Urbe ab Imperatore captâ, frustra supplex Cæsari factus, occiditur, Joanne etiam pseudo Pontifice à Civibus crudeliter tractato.

Cæterum Imperator à Gregorio cognato solemni ritu Coronatus, auctor eidem fuit Concilij convocandi. Quo ipso Gregorius & Ecclesiæ & Imperio mirificè consuluit, & S. R. I. Electores primus ipse designavit, eligendique Cæsaris modum præscripsit, eoque & Germania Romanum Imperium stabilivit, & æternum tam de Cæsaribus quam Electoribus meruit. *VVig. Hund. Odorannus, Lambert. Glaber. Gretsu. Bellarm. &c. Baron. &c.*

Annus Christi 997.

Vitam & merita Apostolica gloriosissimo fine claudit Sanctus & magnus ille Ungarorum, Boëmorum & Polonorum Apostolus S. Adalbertus è Monacho Magdeburgensi Pragensium in Boëmia Pontifex, dum in Prussia Apostolico labore desudat, Martyrij laureolâ coronatus, & grandibus à Deo prodigijs honoratus, quorū fama permotus Ottho Imp. ad Sacrum corpus ejus Gnesnam usque peregrinationem suscepit, Bonifacius autem Cæsaris cognatus, mirè succensus, ut Adalbertum imitaretur, & ipse cucullum induit, ad eamdem deinceps & ipse Martyrij coronam vocandus. *Cartuitius. Lambert. Ann. nost. Menol. nost. &c.*

Moritur Conradus Alemanniæ Dux, post quem Ottho Imp. Hermannum II. substituit, cujus filium Gregorius V. Pont. Max. è Sacro lavacro levavit. *Herm. Contr. Münster. Crusius, &c.*

Annus Christi 998.

Totus in componendis Italiæ rebus versatur Imperator, eodem hoc ipso anno reversus, religionisq; causa Casinum ad tumulum S. P. N. BENEDICTI venerandum profectus, duas eidem Divo coronas argenteas obtulit. *Leo Ost. Baron. &c.*

Commemoratio omnium Fidelium defunctorum ad diem IV. Non. Novembr. à S. Odilone Cluniacensium Abbate instituitur, & miro Ecclesiæ plausu, mortuorum fructu, approbante Rom. Pont. per Monachos nostros toto Imperio & orbe divulgatur. *Bibl. Cluniac. Ann. nost. & Ant. Iepesij, &c.*

Annus Christi 999.

Insigni Germanorū luctu moritur Beatus Gregorius eo nomine V. Pont. Max. de Rom. Imperio, patria Germania, & Ecclesia Universa meritissimus, dū nostri etiamnum in Italia cum Imperatore subsisterent, cujus in gratiam Gerbertus è Monacho Floriacensi Ravennatum Episcopus à Clero subrogatus est & Sylvester II. appellatus, Vir Religiosissimus, & eruditissimus, quem tamen impius Benno, & qui hæc monstra libenter Cathedræ Petri obtrusa vellent, magiæ insimulare, nequiter ausi sunt. *Comp. Ann. Eccl. Hermannus, Marianus, Dithmarus, &c.*

Hoc item anno, cum Hermanni nostri Alemanniæ Ducis milites, militari licentia, prata Monachorum S. Pauli Romæ occuparent, & Monachorum preces luderent, cælum ulcisci cœpit, aliquot statim

cui succedere jussus Otthoricus Corbiensis, Monachus, precibus à Numine impetravit, ne se Episcopum fieri pateretur, paulo post ad vitam meliorem translatus. *Cranz. Thrit. &c.*

Restauratis viribus hostes aggressus Cæsar, eadem acceptam strenuè rependit effusissimo eorum sanguine mare cruentans, inde *Sanguinarij* nomen indeptus, & vulgo *Pallida mors Saracenorum* appellatus. Tum Veronam indictis Comitijs Otthonem filium successorem designat, Romamque reversus, veneno, ut ajunt, tollitur, & in Vestibulo S. Petri sepelitur. *Dubm. Leo. Ost. Sigon. Herm. contr. &c.*

Proceres Saxonum Thuringorumque in hostes Wandalos conjurant, junctisque copijs earum ad 30754. profligant, reliquis in effusam se fugam conjicientibus *Rivand. &c.*

Annus Christi. 984.

Nunquam sine turbis Imperium, etiam legitimis successoribus fasces capientibus fuit; Crescentio nunc quodam in Italia, Lothario Franco, & Henrico Boio summum honorem anxie ambientibus, quibus tamen omnibus Ottho III. Secundi filius palmâ præripuit. *Mirabilia Mundi* deinceps ob Sapientiam appellatus. Et hoc ipso anno Aquisgrani coronatus, qui quod pater peccaverat, ejus ut videtur, suprema voluntate restituit, & Mersburgensem Episcopatum liberum jussit, plurimumque ditavit; cujus opes primùm in Magdeburgensem Archiepiscopatum augendum transfuderat; ob eam, ut videbatur permutationem tantâ à Saracenis clade affectus. *Barom Compl. nost. &c.*

Annus Christi. 985.

Superiorum annorum prædis inescati Wandali, dum auctis viribus majora parant, Ottho Imp. Comitia Quedlinburgi celebrat. Super eorundem insolentia, reprimendâ & castigandâ. *Chron. Sax. & Bass. &c.*

Viri plurimi illustres per Germanias clarent, quos inter Erhardus Luneburgensis, Bruno & Algerus Corbeienses, Arnulphus Hirsaugiensis Monachi clarent, ab Ingenij profundissimi monimentis, planè immortales. *Ann. Bened. Arn. Duac. Trith. &c.*

Annus Christi 986.

Principum fœminarum gemma B. Milada sive Mlada Boleslai Boemorum Ducis filia, Germanias insolenti luce percellit, hoc ipso anno post res plurimas præclarissimè gestas Divi Benedicti familiæ in Monasterio S. Georgij Pragensis accensa, plurium Basilicarum per Boemiam, & splendidissimæ illius S. Viti Pragensis fundatrix, & Studij virtutis primæ institutrix. *Arn. Sib. Dubravius. &c.*

Miraculum item sui sæculi & Germaniæ nostræ floret hoc ipso tempore Rosweidis sive Rosuita Gandersheimensis monialis, Græcâ & Latinâ, metro & prosa planè admirabilis visa, relictis plurimis Ingenij monimentis immortalis. *Ant. Iep. Gaulter. VVion Thrith*

Obijt hoc anno, Ochwinus è Monacho Bergensi Hildesheimensium Episcopus de Ecclesia illa meritissimus, cui in Pontificatu succedit Osdachus Augiæ Divitis Monachus *Ochem. Chr. Hild. &c.*

Annus Christi 987.

Evocat Quedlinburgum Principes Ottho Imp. & Bellum in Boemos decernit, & felicissimè suscipit *Zach. Rivander, &c.*

Musica in Germanijs & Europa latè introducitur, Engelberto S. Matthiæ Treverensi Monacho eam mirè promovente, insignemque de Musica & Monachordo librum vulgente *Iepes Thrit.*

Post Balderieum, Rupertus ex Monacho Weissenburgensi Spirensis Episcopus instituitur, Otthoni Cæsari charissimus, qui in ejus gratiam Episcopatum insigniter locupletavit *Brusch. Ann. nost.* Quo ipso tempore de eodem Imperatore & Imperio præclarissimè meretur Witegostius Augiæ Divitis Abbas, *Os & Manus Regis, & inter Catholicas columnas Prima,* appellatus. *Ochem. Conti. Sat. Proph. & Ben. Annal. Ord. &c.*

Annus Christi. 988.

Rursum insignis è Germanis Apostolus, S. Lutius Bremensis è Monacho & Abb. Hersfeldensi Archiepiscopus, gentes plurimas Septentrionales Christo adjungit. *Ad. Brem, Cranz. Stadens. &c.* Æstas ferventissima, Germanias exurit, in paucis hisce Provincijs memorabilis, quam mox rerum omnium penuria, & lues Pestilens consequuta est, quâ in solo Cænobio Hirsaugiensi sexaginta Monachi sublati sunt. *Thrith. Crus. Rivand. &c.*

Annus Christi 989.

Exul ob improbitatem Boëmorum S. Adelbertus noster, Pragensium Episcopus, ijs serio flagitantibus, jussu Romani Pontificis, invitus Monasterium deserit, Pontificatum resumit, mox conversioni etiam Ungerorum intentus, apud quos tantum proficit, ut usque hodie Princeps Ungarorum Apostolus nuncupetur. *Dubrav. Bonfin. Arnas. &c.*

Mortuo Hugoni Herbipolensi Episcopo, succedit Bernwardus Rottenburgensis ad Tubarum Comes, Monachus Hirsaugiensis, vir meritissimus, ut nunquam Germania Pontifices non haberet eruditione Sanctitate & meritis ad miraculum eminentes. *Thrith. Chron. Bamb. Ann. nost. Ben. &c.*

Annus Christi 990.

Non contentus, ut supra vidimus, suæ Diœceseos finibus, Sanctus Adalbertus noster, cum superiore anno in Ungariam usque se contulisset, Apostolici laboris hoc anno fructum uberrimum capit Geysa Duce ad fidem Christi converso, cujus paulo post natum & à Deo donatum filium Stephanum, primum postea Ungarorum Regem Sacris Baptismi undis expiat; plurimis per Regnum Basilicis extructis & fide longè latèque propagatâ, immortaliter meritus. *Baron. Dubrav. Sybrius Bonfin. Ann nost. Ben. &c.*

Fulcuinus Abbas Laubiensis Scriptor insignis moritur, cujus Historiam Chapeavillus edidit. Quo ipso anno Ungaros prælio vicisse Henricus Boius memoratur. *Ann. Boi.*

Annus Christi 991.

Naturæ concedit Theophania Augusta Otthonis III. mater è Græciâ olim petita, æterno exemplo, non longè petendas conjuges, eum, uti ista, peregrinos mores, vitiorum & domesticorum odia, nec plus unquam commodi, quam incommodi, cum dote afferrent plerumque, & Regna pellundarent *Lamb. Ann. nost. &c.*

Carolus Lotharingiæ Duce à Rege Galliarum capto, filij ad Imperatorem nostrum confugiunt, qui ijsdem Lotharingiam contra Gallos tuetur & servat. *Comp. Ann. & Symb. nost. Eccl &c.*

Annus

Annus Christi 992.

Annus hic insolenti varietate varius, varios morbos coxit, pecorum inprimis, magna etiam fame consequente, cum hyemem longè asperissimam æstas ferventissima sequeretur, ita quidem ut omnibus piscinis exiccatis, pisces deficerent & torrerentur. *Chron. Haß. & Thuring.* Ottho Imp. Brandeburgum Urbem Imperium detrectantem obsidet & cogit. *Ann. Germ. Schaffnab. &c.* Dedicatur eodem anno 17. Cal. Nov. Hildesiana Cathedr. Ecclesia, præsente eodem Cæsare, & avia atque amita ejusdem Adelheide & Mechtilde; Archiepiscopis Willigiso Moguntino, Gisilero Magdeb. Lievizone Bremensi, Aione Capuano, & Joanne Placentino; Episcopis Luitholpho Augustano, Hildeboldo Wormat. Rethario Paderborn, Erpone Virdum. Urso Paduano, Hugone Citensi, Hilderico Hauelburg. Reginberto Racenburg, & Reinwardo Tridentino, &c. Abbatibus: Mansone Casinensi, Tietmaro Corbeiensi, Luitzone Luneburg, Ochtrado Mersburgensi alijsque plurimis, quorum nomina lectori curiosiori de industria adnotanda duximus,

Annus Christi 993.

Tristissimus orbi, & Germaniæ nostræ hic annus, morte magni illius Cluniacensium Abbatis Majoli, de Imperatore nostro, ejusque Imperio meritissimi, quem etiam Ottho II. ut patrem adamaverit, & Romanum Pontificem deligi omnino voluerit, Majolo tantum onus pro viribus à se se amoliente. *S. Odilo in Vita, & Ann. nost. &c*

Sed & alterius occasu Syderis, duplicatus mœror, Divo Wolfgango Ratisbonensium, è Decano Einsidlensi Pontifice, Carintb. Ungar. & Austriæ Apostolo, terras relinquente, de Germania tamen suâ etiam à morte mereri nunquam desinente. *Anon. Vita Scriptor. & alij Brunnerus tamen in sequentem, Vide Menol. nost, & illic. Cit.*

Annus Christi 994.

Vita excedit Conradus Burgundiæ Rex, cui filius; Rudolphus ignavus succedit, non minimæ Alemanniæ etiam parti dominatus. *Lamb. &c.* Iterum hyems asperissima, ferventissima æstas, pestem Germaniæ infert, qua plura mortalium millia periêre. *Zach. Rin. &c.*

Crescentio Germanis infensissimo, Romæ omnia turbante, & illos Imperio dejectos volente, pulsus ab eodem Joannes Papa, rem omnem Otthonem Imperatorem per Legatos edocet. *Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 995.

Rursum insigne Germaniæ sydus illucescit S. Gotthardus Altaichensis Monachus è Comite Scheitensi, postea ut suo loco dicemus Hildesheimensis creatus Episcopus, & inter præcipuos Germaniæ Tutelares à morte cooptatus. Quo ipso tempore Beatus Hartvicus Salisburgensis Episcopus, haud impari Sanctitatis fulgore mire effulsit. *Ann. nost. Hen. Can. VVigul Hund. &c.*

Eodem anno moritur Henricus Baioariæ Dux, cui succedit Henricus filius, Claudus & Sanctus dictus, postea Rom. Aug. Imperator. *Herm. Contr. Ann. Boi. Aub. Mir.*

Annus Christi 996.

Ottone Cæsare insigni cum exercitu in Italiam movente, ut Crescentis impij conatus opprimeret, moritur Joannes Pontifex, cui legitima electione Bruno Germanus, Werdensis ex Monacho Corbeiæ Episcopus, Otthonis Sueviæ & Bavariæ Ducis filius, Otthonis Magni pronepos, subrogatur, quem subintruso Joanne quodam Crescentius cum Urbe ejecisset, paulo post Urbe ab Imperatore captâ, frustra supplex Cæsari factus, occiditur, Joanne etiam pseudo Pontifice à Civibus crudeliter tractato.

Cæterum Imperator à Gregorio cognato solemni ritu Coronatus, auctor eidem fuit Concilij convocandi. Quo ipso Gregorius & Ecclesiæ & Imperio mirificè consuluit, & S. R. I. Electores primus ipse designavit, eligendique Cæsaris modum præscripsit, eoque & Germanis Romanum Imperium stabilivit, & æternum tam de Cæsaribus quam Electoribus meruit. *VVig. Hund. Oderannus, Lambert. Glaber. Gretsu. Bellarm. &c. Baron. &c.*

Annus Christi 997.

Vitam & merita Apostolica gloriorissimo fine claudit Sanctus & magnus ille Ungarorum, Boëmorum & Polonorum Apostolus S. Adalbertus è Monacho Magdeburgensi Pragensium in Boëmia Pontifex, dum in Prussia Apostolico labore desudat, Martyrij laureolâ coronatus, & grandibus à Deo prodigijs honoratus, quorũ fama permotus Ottho Imp. ad Sacrum corpus ejus Gnesnam usque peregrinationem suscepit, Bonifacius autem Cæsaris cognatus, mirè succensus, ut Adalbertum imitaretur, & ipse cucullum induit, ad eamdem deinceps & ipse Martyrij coronam vocandus. *Cartusius. Lambert. Ann. nost. Menol. nost. &c.*

Moritur Conradus Alemanniæ Dux, post quem Ottho Imp. Hermannum II. substituit, cujus filium Gregorius V. Pont. Max. è Sacro lavacro levavit. *Herm, Contr. Münster. Crusius, &c.*

Annus Christi 998.

Totus in componendis Italiæ rebus versatur Imperator, eodem hoc ipso anno reversus, religionisq; causa Casinum ad tumulum S. P. N. Benedicti venerandum profectus, duas eidem Divo coronas argenteas obtulit, *Leo Ost. Baron. &c.*

Commemoratio omnium Fidelium defunctorum ad diem IV. Non. Novembr. à S. Odilone Cluniacensium Abbate instituitur, & miro Ecclesiæ plausu, mortuorum fructu, approbante Rom. Pont. per Monachos nostros toto Imperio & orbe divulgatur. *Bibl. Cluniac. Ann. nost. & Ant. Iepesij, &c.*

Annus Christi 999.

Insigni Germanorũ luctu moritur Beatus Gregorius eo nomine V. Pont. Max. de Rom. Imperio, patria Germania, & Ecclesia Universa meritissimus, dũ nostri etiamnum in Italia cum Imperatore subsisterent, cujus in gratiam Gerbertus è Monacho Floriacensi Ravennatum Episcopus à Clero subrogatus est & Sylvester II. appellatus, Vir Religiosissimus, & eruditissimus, quem tamen impius Benno, & qui hæc monstra libenter Cathedræ Petri obtrusa vellent, magiæ insimulare, nequiter ausi sunt. *Comp. Ann. Eccl. Hermannus, Marianus, Dithmarus, &c.*

Hoc item anno, cum Hermanni nostri Alemanniæ Ducis milites, militari licentia, prata Monachorum S. Pauli Romæ occuparent, & Monachorum preces luderent, cælum ulcisci cœpit, aliquot statim

 fulmine

fulmine peremptis, alijs dissipatis ac fugientibus. *Ann. nost. Ben. &c.*

Moritur eodem anno S. Adelheidis Augusta Otthonis Magni Conjux Sanctissima, & ab hujus morte Divi BENEDICTI familia accensa, illustrior cucullo quam Purpura, admirabilem in illo Sanctitatis famam indepta, & æterno cum Germaniæ ornamento, grandibus à DEO prodigijs honorata. *Iepes. VVion. Fragm. Argent. Menolog. & Ann. nost. &c.*

Annus Christi 1000.

Quã paraverat hoc anno Sylvester Pont. Max. Poloniæ Duci Coronam, jubetur à Numine Stephano Geisæ Ungarorum Regis filio mittere, primumq; gentis suæ Regem renunciare, quem magnus & Sanctus Adelbertus noster, ad omnem Sanctitatem, mirè efformaverat & educaverat. *Baron. & Script. Vngar.*

Ottho Imperator Italiam & loca Sancta lustrans, dum ex itinere ad S Nilum Abbatem divertit, & ut erat munificentissimus, quæcunque vellet, Sancto Viro offerret: Nilus extendens manus ad pectus Imperatoris: *Nihil aliud peto, inquit, ab imperio tuo, præter salutem animæ tuæ. Licet enim Imperator existas, tanquam unus de hominibus debes mori & rationem eorum reddere quæ fecisti.* Quæ audiens, Imp. lachrymas fudit, benedictione recepta, discessit. *Ann. Eccl. &c. Vita S. Nili. &c Menol. nost.*

Annus Christi. 1001.

Visus Cometes terribilis, mortem utique Imperatoris pronunciavit, quam eidem Romam regressuro etiam S. Romualdus Abbas Classensis prædixit, cum eum frustra retinere conaretur, in hæc denique erumpens: *Romam quidem abibis, ô Imperator, sed Ravennam amplius non videbis.*

Rursum insignis ex ordine Monachico Apostolus Ecclesiam demeretur & apud Sclavos Ruthenosq; sive Russos fidem Christi propagat, Sanctus Bonifacius S. Alexij Romæ Monachus, Otthonis Imp. consanguineus, *Damianus. Iepesius. Ann. nost.*

Ingenti siti passim laboratur, fluvijs plurimis & stagnis nimio æstu exsiccatis, adeo ut vix flumen esset, quod transvadari non posset, plurimis mortalium & Jumentorum siti extinctis, & lue pestilente deinceps invalescente. *Hepidannus &c.*

Annus Christi 1002.

Excedit è Vitâ Ottho III. Imp. Augustus 28. Januarij, cum jam cucullum amplecti promisisset, & in ipso Imperio Monachum egisset, missis à Crescentij Vidua Chyrotecis infectus & interfectus. Succedit, primus communibus Electorum votis, Divus Henricus, Bojariæ Dux, Claudus idemque dignissimo Cæsaribus nomine, Sanctus appellatus, quem 3. Id. Junij Willigisus Mogunt. Archiepiscopus & Elector consecravit & coronavit, ille ipse, qui, cum patre paupere Hamaxurgo natus, ad eam postea dignitatem evectus esset, rotæ sibi insignia delegit, quibus simul & fortunæ & patris sui Carpentarij meminisset, ea passim parietibus appingi insculpique imperans, addito Pentametro.

VVillegis recolas, quis es, & unde venis.

Quæ postea insignia, ut propria Pontificum, successores omnes usque hodie, à primo Electorum, retinuêre. *Serar. &c.*

Annus Christi 1003.

Ardua Imperij initia habuit Henricus Imper. plerisque Principibus ab eo deficientibus, Hermanno inprimis Alemanniæ Magno Duce, quem hoc ipso anno armis debellandum suscepit. Defecit & Bruno Germanus Henrici frater, alijque Principes qui tamen non multo post omnes reconciliati sunt. *Herman. Crus. Brunn. &c.*

In Italia quoque tumultuatum, Harduigo, sive Arduinu Eporædiæ Marchione Regios sibi titulos vendicante, contra quem Ottho Carinthiæ Dux cum quingentis missus, à multis (quindecim millia in eum miserat Hardwigus) & quidem in angustijs circumventus, fortiter pugnans victus est. *Crus. Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 1004.

Decedit hoc anno Hermannus Alemanniæ Dux Vir fortissimus & Henrico Imp. reconciliatus, cui Hermannus Junior, optimæ indolis adolescens successit. *Lamb. Dithmar. Chron. Aust. & August. Contr. Stumpf. & Ann. nost.*

Henricus Regibus Gentilium, ut ait Sigebertus, in interiore Germania, qui dicuntur Windi subjugatis, movet hoc anno in Bohemos rebelles, & feliciter cum ijsdem non semel congreditur. *Stumpf. Ann. Boi. &c.*

Eodem anno Henricus cum Balduino Flandro congressus, ab hoc fortiter repulsus, fortitudine & juxta ingenuitate Principis delectatus, eundem sibi conciliandum existimavit, & Valentianas quas frustra oppugnaverat, in beneficium concessit. *Baldericus in Chron.* Quod Meyerus ad A. C. 1007. retulit. Hoc ipso Anno per Germanias fama intollerabili laboratum.

Annus Christi 1005.

Obijt hoc anno Rupertus Spirensium ex Monacho Weissenburgensi Episcopus, majorum imaginibus & propria Virtute illustrissimus, charissimus Otthoni III. Imp. qui in ejus gratiam Episcopatum illum plurimum extulit. *Chron. Nemet. Brusch. &c.*

Henricus Hezelonem Franconiæ principem, qui Ducatum Bavariæ flagitaverat, eâque spe dejectus rebellaverat, bello petit, cumq; Polono etiam concitato, victum provincia omni fortunisque exuit. Mox dato Bojjs Duce Henrico Mosellano sive Lucelburgio, S. Chunegundis conjugis fratre, exercitum in Italiam ducit, fugatoque Arduino & Papiâ, Mediolanoque receptis, solemniter coronatur. *Ann. Boi. Baron. Glaber. Dithm.*

Moribus Germaniæ revocatus, Boëmis, fugato incubatore Boleslao, legitimum Principem Jaromirum imponit. Tum in Polonum Boleslai, & Hezelonis (quem hoc ipso anno in gratiam recepit,) complicem, bellum decernit. *Dithm. Chron. Boi.*

Eodem anno Tremoniense Germanijs Concilium celebratur, Henrico plurimum admitente, ut Ecclesia per Episcopos reformaretur. *Dithm. Baron. &c.*

Annus Christi 1006.

Moritur hoc anno (non 1004. ut frustra contendit Guillimannus) Alwicus Comes de Sulz ex Monacho Divitis Augiæ Argentoratensis Episcopus, Vir maximus, in cujus gratiam à Cæsaribus Otthone III. & Henrico Sancto tantopere aucta est ea Cathedra, & Dominium amplissimæ Urbis, Episcopo concessum. *Consl. nost. Bruct. t. 1. & ib. cit.*

Invaluit toto orbe fames & pestilentia gravis,

quo

quo tempore Monachornm nostrorum pietas mirè enituit, cum ferè innumeros alerent, & alios subiode prodigiosè juvarent. qui ijdem boc anno in conversione Boëmiæ Apostolico labore & merito strenuè desudârunt. Ex *Ann. nost. &c. & Annal. Bohem.*

Francofordiense Concilium opera Henrici Imp. celebratur, qui idem Episcopus non nisi prostratus homo alloquitur. Idem hoc ipso Anno Polonum, armis domitum fœdere sibi jungit: Et de diversis Ecclesijs & Monasterijs mirè miretur. *Ex Vita, Ann. Boi. Comp. Ann. &c.*

Annos Christi 1007.

Notkerus ex Monacho Leodiensium Pontifex, alter Leodij conditor, moritur, cui Baldricus Lossensis Comitis filius succesfit, Fundator Cænobij S Jacobi ibidem, *Brusch. &c.*

Bambergensem potissimum Episcopatum fundat S. Henricua Imp. & eximiè excolit atq; locupletat, *Peucerus. Hermann. Sigeb. &c.*

Anous Christi. 1008.

Exsplendescit inter eruditorum Germaniæ decora & sydera præcipua, Burcardus noster Laubiensis Monachus, Wormatiensium postea Episcopus, qui sub boc ipsum tempus, immortali merito se orbi commendans, in unum decretorum Volumen colligit antiquos Canones, Canonistarum deinceps Phæbus appellatus. *Ann nost. Bened. & Aquila, &c.*

Iterum Magnus Germaniæ Apostolus, Cœlos triumphans laureatusque ingreditur S. Bruno Monachus S. Joan. Magdeburgensis Cænobij, idem Illustrissimæ familiæ decus æternum, Gebhardi Saxonum Ducis Germanus. qui post Lituanos ad Christum conversos, cum in Prussia, magno similiter fructu laboraret à Barbaris quibusdam crudeliter interemptus est. *D.thm. Marian. Sest. Baron. &c.*

Henricus Merseburgi Comitia celebrat, & Regno consulens, totus juxta est in Episcopatibus Magdeburgensi, Mersburgensi & alijs juvandis atque evehendis *Zach. Ru. &c.*

Annus Christi 1009.

Martyrio coronatur alius rursum ex ordine Monachico Apostolus, & ipse ob generis vitæque dignitatem inter Germaniæ magna luminaria ascensendus, S. Bonifacius, Otthonis III. Imp. Consanguineus S. Romoaldi nostri discipulua, Gnesnensis Episcoparus auctor & Pontifex Primua, à Russorum Regis, quem ad fidem Christi convertat, fratre interemptus. idem Sclavorum Apostolus nancupatus. *Iepes. &c.*

Henricus Imperator Theodoricum Mosellanorum Ducem Uxoris sui fratrem, bello petit, & Metas obsidet. *Sigeb. Aug. Mir. &c.*

Normanni Germaniam inferiorem turbant & Thile oppidum incendunt, *Miræus. &c.*

Annus Christi. 1010.

Piratæ ex Norvegia dicti Normanni, Successibus prioris anni elati, Frisiam populantur, & ultrajectum ignibus absumunt, plurimis & opimis spolijs divites reversi *Ann. nost. Comp. &c.*

Theodoricus Mosellanus capitur, & rebus compositis Henricus Imp. totus iterum pietatis addictus Studijs, nullum in Germania Cœnobium & Ecclesiam non ornandum suscipit, ut in exhaustam plane S. Cæsaris liberalitatem nulla satis posteritas demiretur. *Chr. Austr. Symb. nost. Germ. &c.*

Annus Christi 1011.

Obijt Willegisus Archiepiscopus & primus Elector Moguntinus, cui Erckenboldus Abbas Fuldensis sufficitur, Vir eximius, Sancti Bernwardi Hildesheimensi Episcopus Comitis à Sumersenburg Cognatus. *Brovver. Brusch. &c.*

Concilium Bambergense, tringinta Episcoporum occasione dedicandæ Basilicæ, opera Divi Henrici congregatur, quo Germaniæ multis modis consulitur.

Moritur B. Tagmo Archiepiscopus Magdeburgensis S. Wolfgangi nostri discipulus qui & morientis spiritum per ipsius insufflationem suscepit, ut videas Sanctos Pontifices Germanis nunquã defuisse. *Dithm. Baron &c.* Succedit Tagmoni Waltardua, & ipse Monachus, S. Adalberti discipulus, *Sacerdos DEI* ut ait Baronius, pariter laudatissimus.

Annus Christi 1012.

Sanctus Colomannus Monachus Scotua Austriam hoc anno gloriosissimo suo Sanguine ornat atque impinguat, ejusdem à morte Divus Tutelaria adoptatus, & grandibus à morte prodigijs illustratus. *Vide Ann. nost. & Brev. Mill. Stengel. Baron. Gault. &c.*

Gravis per Germanias fluviorum inundatio, atque ingens inde detrimentum, quo ipso anno Hermannus Alemanniæ Dux absque liberis decedit, cui à Cæsare subrogatus est, Ernestus, frater Adelberti Marchionis Austriæ *Chron. Haß. Herman. Crusius. &c.*

Eodem anno Sclavorum Ecclesia à fide rursum deficit, cum bello Saxonico involveretur, Mistevoio Obotritorum Rege ad Idololatriam revertente cum Theodoricus Brandenburgius, Saxonem avertisset, ne desponsam jam, Cani Sororem permitteret, quo Mistevoius irritatus canem induit, ad vomitum redijt, Theodoricumque Marchia exuit, latè passim & hostiliter grassatus. *Reus. Comp. Ann. nost. Eccl. &c.*

Nec quietior Bohemia & Moravia hoc anno, quam Polonus miserè vastavit. *H ger. Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 1013.

Tyrannum Italiæ molestissimum, Arduinum oppressurua cum exercitu in Italiam contendit Henricus Imp. eoque victo, Papia occupata & mox Lombardia universa subacta, Mediolani ab Archiepiscopo coronatur. Romam venienti occurrit Benedictua Papa. & alia inter pomum aureum Imperij insigne obtulit, quod protestatus nemini melius congruere, quam qui mundum calcassent, Monachis Cluniacensibus donum misit. *Ann. Eccl. &c.*

Ungaria hoc demum anno, opera Monachorum conversa publice fidem profitetur, struit ob idipsum Regium illud S. Martini Monasterium Divus Stephanus Rex, & decimum quemque Ungarorum, Monachis emancupat. *Ex Vita S. Steph. & Ann. Vngar.*

Annus Christi 1014.

Egregio cum Germaniam cum Germanorum tum Italorum plausu Henricus solemni ritu 25. Feb. Augustus salutatur, & à Benedicto Papa coronatur. Verum Henricus, qui priore anno destinat. *Baron. Vita S. Odil. Bibl. Cluniac. &c.*

Revertenti in Germaniam Cæsari S. Poppo Stabuliensis Abbas occurrit, & ipsum pro levibus quibusdam delictis acriter corripit, ut nescias, mirandusne

fulmine peremptis, alijs dissipatis ac fugientibus. *Ann. nost. Ben. &c.*

Moritur eodem anno S. Adelheidis Augusta Otthonis Magni Conjux Sanctissima, & ab hujus morte Divi BENEDICTI familia accensa, illustrior cucullo quam Purpura, admirabilem in illo Sanctitatis famam indepta, & æterno cum Germaniæ ornamento, grandibus à DEO prodigijs honorata. *Iepes. VVion. Fragm. Argent. Menolog. & Ann. nost. &c.*

Annus Christi 1000.

Quâ paraverat hoc anno Sylvester Pont. Max. Poloniæ Duci Coronam, jubetur à Numine Stephano Geisæ Ungarorum Regis filio mittere, primumq; gentis suæ Regem renunciare, quem magnus & Sanctus Adelbertus noster, ad omnem Sanctitatem, mirè efformaverat & educaverat. *Baron. & Script. Vnger.*

Ottho Imperator Italiam & loca Sancta lustrans, dum ex itinere ad S. Nilum Abbatem divertit, & ut erat munificentissimus, quæcunque vellet, Sancto Viro offerret: Nilus extendens manus ad pectus Imperatoris: *Nihil aliud peto, inquit, ab imperio tuo, præter salutem animæ tuæ. Licet enim Imperator existas, tanquam unus de hominibus d b s mori & rationem eorum reddere quæ fecisti.* Quæ audiens, Imp. lachrymas fudit, benedictione recepta, discessit. *Ann. Eccl. &c. Vita S. Nili. &c. Menol. nost.*

Annus Christi. 1001.

Visus Cometes terribilis, mortem utique Imperatoris pronunciavit, quam eidem Romam regressuro etiam S. Romualdus Abbas Classensis prædixit, cum eum frustra retinere conaretur, in hæc denique erumpens: *Romam quidem abibis, ô Imperator, sed Ravennam amplius non videbis.*

Rursum insignis ex ordine Monachico Apostolus Ecclesiam demeretur & apud Sclavos Ruthenosq; sive Russos fidem Christi propagat, Sanctus Bonifacius S. Alexij Romæ Monachus, Otthonis Imp. consanguineus, *Damianus. Iepesius. Ann. nost.*

Ingenti siti passim laboratur, fluvijs plurimis & stagnis nimio æstu exsiccatis, adeo ut vix flumen esset, quod transvadari non posset, plurimis mortalium & Jumentorum siti extinctis, & lue pestilente deinceps invalescente. *Hepidannus &c.*

Annus Christi 1002.

Excedit è Vitâ Ottho III. Imp. Augustus 28. Januarij, cum jam cucullum amplecti promisisset, & in ipso Imperio Monachum egisset, missis à Crescentij Vidua Chyrotecis infectus & interfectus. Succedit, primus communibus Electorum votis, Divus Henricus, Bojariæ Dux, Claudus idemque dignissimo Cæsaribus nomine, Sanctus appellatus, quem 3. Id. Junij Willigisus Mogunt. Archiepiscopus & Elector consecravit & coronavit, ille ipse, qui, cum patre paupere Hamaxurgo natus, ad eam postea dignitatem evectus esset, rotæ sibi insignia delegit, quibus simul & fortunæ & patris sui Carpentarij meminisset, ea passim parietibus appingi insculpique imperans, addito Pentametro.

VVilligis recolas, quis es, & unde venis.

Quæ postea insignia, ut propria Pontificum, successores omnes usque hodie, à primo Electorum, retinuêre. *Serar. &c.*

Annus Christi 1003.

Ardua Imperij initia habuit Henricus Imper. plerisque Principibus ab eo deficientibus, Hermanno inprimis Alemanniæ Magno Duce, quem hoc ipso anno armis debellandum suscepit. Defecit & Bruno Germanus Henrici frater, alijque Principes qui tamen non multo post omnes reconciliati sunt. *Herman. Crus. Brunn. &c.*

In Italia quoque tumultuatum, Harduigo, sive Arduino Eporædiæ Marchione Regios sibi titulos vendicante, contra quem Ottho Carinthiæ Dux cum quingentis missus, à multis (quindecim millia in eum miserat Hardwigus) & quidem in angustijs circumventus, fortiter pugnans victus est. *Crus. Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 1004.

Decedit hoc anno Hermannus Alemanniæ Dux Vir fortissimus & Henrico Imp. reconciliatus, cui Hermannus Junior, optimæ indolis adolescens successit. *Lamb. Dithmar. Chron. Aust. & August. Contr. Stumpf. & Ann. nost.*

Henricus Regibus Gentilium, ut ait Sigebertus, in interiore Germania, qui dicuntur Winidi subjugatis, movet hoc anno in Bohemos rebelles, & feliciter cum ipsdem non semel congreditur. *Stumpf. Ann. Boi. &c.*

Eodem anno Henricus cum Balduino Flandro congressus, ab hoc fortiter repulsus, fortitudine & juxta ingenuitate Principis delectatus, eundem sibi conciliandum existimavit, & Valentianas quas frustra oppugnaverat, in beneficium concessit. *Baldericus in Chron.* Quod Meyerus ad A. C. 1007. retulit. Hoc ipso Anno per Germanias fame intollerabili laboratum.

Annus Christi 1005.

Obijt hoc anno Rupertus Spirensium ex Monacho Weissenburgensi Episcopus, majorum imaginibus & propria Virtute illustrissimus, charissimus Otthoni III. Imp. qui in ejus gratiam Episcopatum illum plurimum extulit. *Chron. Nemet. Brusch. &c.*

Henricus Hezelonem Franconiæ principem, qui Ducatum Bavariæ flagitaverat, eâque spe dejectus rebellaverat, bello petit, eumq; Polono etiam concitato, victum provincia omni fortunisque exuit. Mox dato Boijs Duce Henrico Mosellano sive Lucelburgio, S. Chunegundis conjugis fratre, exercitum in Italiam ducit, fugatoque Arduino & Papiâ, Mediolanoque receptis, solemniter coronatur. *Ann. Boi. Baron. Glaber. Dithm.*

Moribus Germaniæ revocatus, Boëmis, fugato incubatore Boleslao, legitimum Principem Jaromirum imponit. Tum in Polonum Boleslai, & Hezelonis (quem hoc ipso anno in gratiam recepit,) complicem, bellum decernit. *Dithm. Chron. Boi.*

Eodem anno Tremoniense Germaniis Concilium celebratur, Henrico plurimum admitente, ut Ecclesia per Episcopos reformaretur. *Dithm. Baron. &c.*

Annus Christi 1006.

Moritur hoc anno (non 1004. ut frustra contendit Gulllmannus) Alwicus Comes de Sulz ex Monacho Divitis Augiæ Argentoratensis Episcopus, Vir maximus, in cujus gratiam à Cæsaribus Otthone III. & Henrico Sancto tantopere aucta est ea Cathedra, & Dominium amplissimæ Urbis, Episcopo concessum. *Conf. nost. Bened. t. 2. & ib. cit.*

Invaluit toto orbe fames & pestilentia gravis, quo

suo tempore Monachorum nostrorum pietas mirè rituit, cum ferè innumeros alerent, & alios subinde prodigiosè juvarent. qui ijdem hoc anno in conversione Boëmiæ Apostolico labore & merito strenuè desudârunt. *Ex Ann. nost. &c. & Annal. Bohem.*

Francofordiense Concilium opera Henrici Imp. celebratur, qui idem Episcopus non nisi prostratus pronò alloquitur. Idem hoc ipso Anno Polonum, armis domitum fœdere sibi jungit: Et de diversis Ecclesijs & Monasterijs mirè meretur. *Ex Vita. Ann. Boi. Comp. Ann. &c.*

Annus Christi 1007.

Notkerus ex Monacho Leodiensium Pontifex, alter Leodij conditor, moritur, cui Baldricus Losensis Comitis filius successit, Fundator Cænobij S Jacobi ibidem, *Brusch. &c.*

Bambergensem potissimum Episcopatum fundat S. Henricus Imp. & eximiè excolit atq; locupletat. *Petacrus. Hermann. Sigeb. &c.*

Annus Christi. 1008.

Exsplenduit inter eruditorum Germaniæ decora & sydera præcipua, Burcardus noster Laubiensis Monachus, Wormatiensium postea Episcopus, qui sub hoc ipsum tempus, immortali merito se orbi commendans, in unum decretorum Volumen collegit antiquos Canones, Canonistarum deinceps Phæbus appellatus. *Ann nost. Bened. & Aquila, &c.*

Iterum Magnus Germaniæ Apostolus, Cœlos triumphans laureatusque ingreditur S. Bruno Monachus S. Joan. Magdeburgensis Cænobij, idem Illustrissimæ familiæ decus æternum, Gebhardi Saxonum Ducis Germanus. qui postLituanos ad Christum conversos, cum in Prussia, magno similiter fructu laboraret à Barbaris quibusdam crudeliter interemptus est. *D.thm. Marian. Scot. Baron. &c.*

Henricus Merseburgi Comitia celebrat, & Regno consulens, totus juxta est in Episcopatibus Magdeburgensi, Mersburgensi & alijs juvandis atque evehendis *Zach. Rit. &c.*

Annus Christi 1009.

Martyrio coronatur alius rursum ex ordine Monachico Apostolus, & ipse ob generis vitæque dignitatem inter Germaniæ magna luminaria ascendendus, S. Bonifacius, Otthonis III. Imp. Consanguineus S. Romoaldi nostri discipulus, Gnesnensis Episcopatus auctor & Pontifex Primus, à Russorum Regis, quem ad fidem Christi convertat, fratre interemptus. idem Sclavorum Apostolus nuncupatus. *Iepes. &c.*

Henricus Imperator Theodoricum Mosellanorum Ducem Uxoris sui fratrem, bello petit, & Metas obsidet. *Sigeb. Aug. Mir. &c.*

Normanni Germaniam inferiorem turbant & Thileoppidum incendunt. *Miræu. &c.*

Annus Christi. 1010.

Piratæ ex Norvegia dicti Normanni, Soccessibus prioris anni elati, Frisiam populantur, & ultrajectum ignibus absumunt, plurimis & opimis spolijs divites reversi *Ann. nost. Comp. &c.*

Theodoricus Mosellanus capitur, & rebus compositis Henricus Imp. totus iterum pietatis addictus Studijs, nullum in Germania Cœnobium & Ecclesiam non ornandum suscipit, ut in exhaustam plane S. Cæsaris liberalitatem nulla satis posteritas demiretur. *Chr. Austr. Symb. nost. Germ. &c.*

Annus Christi 1011.

Obijt Willegisus Archiepiscopus & primus Elector Moguntinus, cui Erckenboldus Abbas Fuldensis sufficitur, Vir eximius, Sancti Bernwardi Hildesheimensi Episcopo Comitis à Sumersenburg Cognatus. *Brovver, Brusch. &c.*

Concilium Bambergense, triginta Episcoporum occasione dedicandæ Basilicæ, opera Divi Henrici congregatur, quo Germaniæ multis modis consulitur.

Moritur B. Tagmo Archiepiscopus Magdeburgensis S. Wolfgangi nostri discipulus qui & morientis spiritum per ipsius insufflationem suscepit, ut videas Sanctos Pontifices Germanis nunquã defuisse. *Dithm. Baron &c.* Succedit Tagmoni Waltardus, & ipse Monachus, S. Adalberti discipulus, *Sacerdos Dei* ut ait Baronius, pariter laudatissimus.

Annus Christi 1012.

Sanctus Colomannus Monachus Scotus Austriam hoc anno gloriosissimo suo Sanguine ornat atque impinguat, ejusdem à morte Divus Tutelaris adoptatus, & grandibus à morte prodigijs illustratus. *Vide Ann. nost. & Brev. Mellic. Stengel. Baron. Gault. &c.*

Gravis per Germanias fluviorum inundatio, atque ingens inde detrimentum, quo ipso anno Hermannus Alemanniæ Dux absque liberis decedit, cui à Cæsare subrogatus est, Ernestus, frater Adelberti Marchionis Austriæ *Chron. Hass. Herman. Crusius. &c.*

Eodem anno Sclavorum Ecclesia à fide rursum deficit, cum bello Saxonico involveretur, Mistevolo Obottitorum Rege ad Idololatriam revertente cum Theodoricus Brandenburgius, Saxonem avertisset, ne desponsam jam, Cani Sororem permitteret, quo Mistevoius irritatus canem ioduit, ad vomitum redijt, Theodoricumque Marchia exuit, latè passim & hostiliter grassatus. *Reus. Comp. Ann. nost. Eccl. &c.*

Nec quietior Bohemia & Moravia hoc anno, quam Polonus miserè vastavit. *H. ger. Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 1013.

Tyrannum Italiæ molestissimum, Arduinum oppressurus cum exercitu in Italiam contendit Henricus Imp. eoque victo, Papia occupata & mox Lombardia universa subacta, Mediolani ab Archiepiscopo coronatur. Romam venienti occurrit Benedictus Papa. & alia inter pomum aureum Imperij insigne obtulit, quod protestatus nemini melius congruere, quam qui mundum calcassent, Monachis Cluniacensibus donum misit. *Ann. Eccl. &c.*

Ungaria hoc demum anno, opera Monachorum conversa publice fidem profitetur, struit ob idipsum Regium illud S. Martini Monasterium Divus Stephanus Rex, & decimum quemque Ungarorum, Monachis emancupat. *Ex Vita S. Steph. & Ann. Vngar.*

Annus Christi 1014.

Egregio cum Germaniam cum Germanorum tum Italorum plausu Henricus solemni ritu 25. Feb. Augustus salutatur, & à Benedicto Papa coronatur. Verum Henricus, qui priore anno destinat. *Baron. Vita S. Odil. Bibl. Cluniac. &c.*

Revertenti in Germaniam Cæsari S. Poppo Stabulensis Abbas occurrit, & ipsum pro levibus quibusdam delictis acriter corripit, ut nescias, mirandusne

dum magis Pupponis Zelus, an patientia ac demissio tanti Cæsaris videatur. *Iverbelmus in Vita Popp. Baron. &c.*

Siccitas mira Germaniam vastat, ut & vis ventorum ingens, sylvas plurimas eradicans, & ædificia prosternens *Hagetius Rivander. &c.*

Annus Christi 1015.

Restauratis per absentiam Henrici Viribus, & redintegrato prælio Arduinus dum Regno imminet, à nostris, Duce Mediolanensi Antistite vincitur, & fastidio tandem Regni per tot pericula quæsiti tactus, in Sanctissimo Fructuariæ Cænobio, cucullum amplexus, Regum Regis servitio se addicit. Quo ipso anno S. Bernwardus etiam Hildesheimensium Pontifex, postquam Germaniam consilio suo non semel mirè juvisset & demeruisset, & Hildesheimio restaurato, alterius Urbis conditoris nomen meruisset, abdicato Pontificatu cucullum resumpsit. *Ann. Ord. & Menol. nost. &c.* cui pari Sanctitate Pontifex, S. Gotthardus, Altahensis Monachus suffectus est.

Occubuit hoc anno in Venatione sagitta ictus Ernestus I. Alemanniæ Dux, cujus mirabile pœnitentiæ exemplum celebratur, peccata sua omnia, ministris suis detegentis, eum, cui se aperiret, Sacerdos nullus adesset. Successit Ernestus II. filius, nam Bertholdus Zaringius, ut fabulari sæpe Fabricio placuit.

Annus Christi 1016.

Inter illustriora Eruditorum Germaniæ Sydera, celebratur hoc anno Berno Divitis Augiæ Abbas, qui de Henrico Imp. quin & Successoribus optimè meretur, Scripto utilissimo, de *vera Laude Regis* libro, & aliis præclarissimis præstantissimi ingenii relictis monimentis. *Contit. Bened. Osbern. &c*

Hoc item anno Henricus Imp. à Rudolpho Burgundionum Rege, tantis curis impare, collega & Hæres Regni adoptatur. Tum dein Wernhero Episcopo Argentinensi auctore Cathedralis Basilicæ condendæ, quæ usque hodie inter miracula orbis celebratur. *Ann. Boi. And Brunn &c.*

Annus Christi 1017.

Treverorum Archiepiscopus Megingozus moritur, cui Poppo succedit Leopoldi Austrij filius, inter illustriora Germaniæ decora, ob merita Vitæ numeratus. *Lamb. Schaffn. Ann. nost. &c.*

Alstedæ conventu Principum celebrato, evocatus honesta Legatione Polonus cum adesse contemneret, hostis Imperij judicatur, & bello appetitur, lætis & tristibus vices alternantibus. Quo ipso anno S. Kunegundis Augusta, gravi morbo tentata, simul ac votum condendi Cænobij nuncupavit, levari se sensit. *Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 1018.

Ad meliorem Vitam transit Dithmarus noster Magdeburgensis Monachus de se Historice æternum meritus, idem Catholicæ Fidei assertor Strenuus, & Hæreticorum nostræ etiam ætatis æternus malleus. *Ex Ann. nost. Eccl. Comp. &c.*

Rudolphus Burgundionum Rex, à suis Regno pulsus, ad Cæsarem confugiens, ejus jussu armata manu per Wernherum Argentinensem restituitur, *Ex lib. Cit. &c.*

Annus Christi 1019.

Templo Cathedrali Bambergensi ad summum perducto, evocat Benedictum summum Pontificem Henricus Imp. qui illud solemni ritu præsentibus 72. Episcopis dedicat, & Episcopatum confirmat, haud levi sanè occursus mercede, cum ipsi Cæsar Bambergam pleno jure donaret & subjiceret. Qua ipsa occasionem Cæsarem Benedictus in Italiam, ad profligandos Græcos invitavit. *Serar Baron. &c.*

Augustæ Treverorum ludi Equestres celebrantur à Conrado Orientalis Franciæ Duce. *Crus. Franc. Modius. &c.*

Annus Christi 1020.

Ex illustrioribus patriæ nostræ viris exsplendescit hoc ipso tempore S. Ansbertus Laubiensis Monachus. Magni nostri Fulberti Carnotensis Magister Sanctissimus, qui institutis publicis in Belgio Scholis, magno concursu auditur & æternum meretur. *Iepes, Mir. Trith.*

Moritur S. Wolbodo Godefridi Momensium & Joannæ Flandriæ Principis filius, ex Monacho Stabulensi Leodiensium Episcopus, paulo ante mortem de Henrico Imp. meritissimus, quum ipsum inter & S. Heribertum Coloniensem Archiepiscopum gravissimas simultates composuisset. *Ann. Ord. & Menol nost.* Hyems asperrima, & nivium vis maxima, quâ solutâ, ingens fluviorum Germaniæ inundatio, Rheni, Salæ, Wefaræ, Albis, &c. & mox pestis, quâ mediam mortalium partem ablatam nonnulli scripsere. *Chron. Thur. &c.*

Annus Christi 1021.

Morte Illustrissimorum Germaniæ præsulum S. Heriberti Coloniensis, & Erchenboldi Moguntini tristis hic annus, quorum iste in habitu Pontificali vitam Monachi nunquam exuit, iste primum instituit, Turriensis Monasterij jussu DEIPARÆ conditor, sed & proprio exemplo probatissimus Reformator. *Herm. Contr. Ann. Fuld Annal. nost. Menol. &c.*

Ingenti terræ motu Germania, & Bavaria imprimis concutitur. *Chron Ms. Lamb. Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 1022.

Movet in Italiam triplici cum exercitu Imperator, & insignem de Græcis triumphum prope Salernum refert, confectisque exanimi sententia rebus apud Casinum desperatæ valetudini nactus Medicum Divū BENEDICTUM prodigiosissimè restituitur; Servatori suo, in cucullo se devovens, ubi confectis Imperij negocijs Casinum reverteretur. *M. Ant. Scipio, Leo Ost. Ann. Ben. &c.*

Celebratur Concilium Seligenstadense, quo multa, Germaniæ admodum salutaria decreta sunt. *Comp. Hist. Eccl.*

Annus Christi 1023.

Occurrerunt in osculo pacis duo Sanctissimi Principes, Henricus Imper. & Robertus Galliarum Rex, apud Evasium, de Statu Ecclesiæ tractaturi, certarumque pietate & modestia, ac decretum firmat ut ambo eâdem super re Benedictum Papam Papiæ convenirent. Quo ipso anno Concilio Generale Moguntiæ celebrato est, Præsidente Eribone Archiepiscopo cui & Henric. Imp interfuit. *Baron. Herm. Cont. &c.*

Inter insignia Germaniæ decora effulgent Brantho ex Monacho Fuldensi Halberstattensis Episcopus multiplici egregiorum operum fructu celebratus & B. Leduinus S. Vedasti Abbas, quem Virum plane dignum omnium bonorum dilectione, Sanctus

ctus Rex Robertus prædicat. *Bellarm. Claud. Rob. &c.*

Annus Christi 1024.

Noctem orbi universo induxisse videtur veri inter Imperatores Phœbi occasus, Henrici scil. Sanctissimi Cæsaris, qui moriturus Amicis commendans conjugem Virginem: *Recipite, inquit: quam mihi tradidistis Virginem vestram, & Conradum Franconiæ Ducem, consilio & manu promptum Imperatorem eligite*; decessit 3. Id. Julij, grandibus etiam à morte prodigijs illustratus, Chunegundæ statim Augustas vestes cucullo permutante. *Annal. Ben. Menol. nost. &c Conradus Salicus salutatur Imperator. cit.*

Annus Christi 1025.

Imperator Conradus honoris initia pulcherrimis Virtutibus auspicatiora reddit, ab illustribus Justitiæ administratæ exemplis mirè commendatus. Poleslaus Polonus morte Henrici audacior, Regios sibi titulos sumit, paulo pòst, & hoc ipso anno, morte abreptus. *Ann. Boi. And. Brunn, &c.*

Moritur Mistevojus Obotritorum quondam Princeps, Apostata, idemque postquam resipuisset, pro fide demum Principatu dejectus, cujus filius Udo acerrimo odio in Christianos hoc ipso tempore deſævijt. *Sclav. Hist. Reusn. &c. Ann. nost. &c.*

Annus Christi 1026.

Mori jam proximus S. Burcardus noster è Laubiensi Monacho Wormatiensium Pontifex, Canonystarum, ut diximus Phœbus, dum ad ipsum inviseret, Conradus, quem educavetat olim, Imperator, inducias morbi à Numine impetrat, comitatusque postea aliquantisper discedentem, reversus ad mortem prævisam se præparat & sanctè defungitur, verus pauperum pater, non nisi tres denariolos hæredi relinquens. *Menol. & Ann. nost.*

Conradi in Italiam adventui resistere ex more Longobardi, sed frustra, cui, superatis jam alpibus, magno cum apparatu Pontifex Rom. occurrit. *Baron, &c.*

Annus Christi 1027.

Exquisita Pompâ, ipso Resurrectionis Dominicæ Festo, Conradus Romæ à Joanne Papa Augustus salutatur & coronatur, stabilitisque Italiæ rebus, & Ecclesiæ Juribus confirmatis revertitur in Germaniam, Guelphonis potentissimi Principis Ernestique Sueviæ Ducis opera turbatam *Annales Germ. &c.*

Moritur eodem anno Henricus Mosellanus S. Chunegundis frater, Bojorum Dux absque liberis, Henrico Conradi Cæsaris filio in Principatum succedente. *Chron. Ms. Ann. Boi &c.*

Annus Christi 1028.

Nominatur Successor à Conrado Imp. Henricus filius & à Pilegrino Coloniensi Aquis coronatur. *Lamb Schaffn. Brunn, &c.* Quo ipso anno indicto Ulmæ Principum Conventu Guelpho & Ernestus Duces Cæsari reconciliantur. *Aug. VVeing. Crus. &c.*

Annus Christi 1029.

Tristior hoc annus morte Brunonis Augustani Præsulis, fratris S. Henrici Augusti, cujus Tutelæ junior Henricus à Conrado patre commendatus erat, Engelberto Frisingensi Episcopo, moribus deinceps, pueri Regis præfecto, *VVipo Lamb. Herm.*

Mortuo hoc anno Raginero Montensium & Hannoniæ Principe, Hannonia Flandriæ accedit, Richildis nimirum filiæ dos & hæreditas, quæ Balduino Flandro nupserat *Mey. Mir.*

Annus Christi 1030.

Occubuit hoc anno Ernestus Alemanniæ Dux, denuo rebellis, & in fidos Imperatori debachatus, eaque de causa Alemanniæ Ducatu dejectus, qui cum hoc anno Falcosteinium Mangoldi Nellinburgij in Hercinia arcem obsideret, confligere justa acie coactus, una cum Wernhero Kyburgio cecidit, quo ipso prælio & Magoldus Victor occubuit, subrogato in Alemanniæ Ducatum Hermanno Ernesti fratre, cui quod admodum juvenis esset, Warmannus Kiburgius Constantiensis ex Einsidlensi Monacho Episcopus, Tutor datus est. *Conil. Ben. Ann. Einsidlens. Stumpf. &c.*

Decretum hocipso anno bellum in Ungaros, quod Divus Stephanus Rex prodigiose avertit, Cæsarianis, fremente Conrado Augusto, vasa conclamantibus, & diffugientibus, quod ille à Deiparente impetrasse visus est. *Chartuitius Bonfin. &c.*

Annus Christi 1031.

Extincto hoc anno Aribone sive Erbone Moguntiæ Archipræsule, aliud multo illustrius, ex ordine Monachico Idus exoritur, S. Bardo Hersfeldensis Monachus, Cathedra illâ longè dignissimus, de cujus laudibus consulendi, *Serar. Browverus Trith. Ipsius.*

Claret hoc ipso tempore teste Trithemio Thietagus è Monacho Corbei. sub Pragensium Pontifex, non minus vitæ meritis quam singulari eruditione illustris.

Annus Christi 1032.

Trahit in Poloniam hic annus Conradum Cæsarem, quod Miesceonis injuriæ, neque ferri jam, neque dissimulari possent, & Regium nomen sibi assumentis, & Saxoniam miserè vastantis. Is dum ad Boëmum desperatâ aliâ ope profugeret, Boëmus & Ipse sibi male conscius de tradendo hospite cum Cæsare tractavit, qui perfidiam an levitatem detestatus, inimicum ab inimico emere detrectavit; & Otthoni Miesceonis fratri vacuum Principatum tradidit. *Ann. Boi.*

Annus Christi 1033.

Transjuranæ Burgundiæ Rex Rudolphus jam jam moriturus, quod Henrico Cæsari promiserat diadema, Conrado filio superiore anno transmisit, invadente interim Regnum Odone Sororis filio Campaniæ Principe, dum Conradus alijs turbis distinetur, quem hoc anno Conradus bello petit, & supplicem, pacem petere cogit, movente pari felicitate in Bohemum Udalricum Henrico Rege nostro, quod ab exilio redux fratrem Jatomirum excæcasset. Nec diu superstes cladi Udalricus fuit, post octo menses morte abreptus. *Ann. Boi. & Bohem.*

Annus Christi 1034.

Extincto absque hæredibus Frederico Duce Mosellano, Conradi Imp. concessione Gothelo cognomento Magnus inferioris Lotharingiæ Dux, & Marchio Antwerpianus, Mosellano item Principatu augetur *Sigeb. Mir. &c.*

Illustre modestiæ exemplum hoc anno, S. Poppo Stabulensis Abbas Germaniæ præfert, à Conrado Argentinensis Pontifex renunciatus, quem ipse honorem constantissimè respuit, jussus deinceps & coactus Reformationem Cœnobiorum suscipere, quod præclare præstitit. *Ann. Ord. Aquila Bened. &c.*

Annus

Annus Christi 1035.

Summo Imperij bono, (qui mos perpetuus Cæsarum antiquorum fuit, idem propterea à scriptoribus diligentissimè commendatus) Conradus Cæsar nihil non Provinciarum quotannis, suis ipse oculis lustrat, & hoc quidem anno, celebratis Natalitijs Christi ferijs Argentinæ, Purificationem Deiparæ, Augustæ, ubi & conventum publicum egit, Pascha Ingelheimij, Ascensionem Paderbornæ, Divi Joannnis festum Neomagi, alia alibi celebrat, *Ann. nost. Ms. Chr. Crusius &c.* quod tamen forte in sequentem referendum. Wandali Lausnicenses quietem turbant, & in Christianos mirè desæviunt. quos Conradus Imp. felicissimè opprimit, & ut Christi Crucifixi imaginem tractaverant, eodem modo pessimè mulctat. *Cr. &c.*

Trium spectatissimorum Germaniæ Præsulum, Pilegrini Coloniensis, Gebhardi Ratisponensis, & Meinwerci Paderbornensis morte funestus hic annus fuit, quorum postremus S. Gothardo familiarissimus, à morte Divorum albo adscriptus est. Edicitur expeditio in seditiosos Italiæ, eoque cum insigni exercitu contendit Conradus Imp. & Christi Domini natalem celebrat. *VVipo. Lamb. Herm. Sigon. &c.*

Annus Christi 1037.

Adijt hoc anno non unum discrimen inter perduelles Italos Conradus Imp. quos tamen fortiter reprimit, & in aliquos rigidè animadvertit, cujus exercitus pestilente lue graviter vexatur. *Comp. Ann. Eccl. & ib. Cit. &c.*

Sanctus Gerardus è Monacho S. Georgij Majoris Veneto, Ungarorum Apostolus, Silesiæ item Apostoli augustissimum Titulum meretur, idem Silesiorum & Moravorum primus Pontifex creatus.

Annus Christi 1038.

Triumphatis rebellibus Conradus noster Romam se contulit, solemni ritu à Benedicto Papa coronatus. Idem à Casinatibus sollicitatus, in Campaniam profectus Pandulphi Capuæ Principis petulantiam castigavit, ipsumque Principatu dejecit. *Chr. Ms. Ann. Comp. & pler. Germ. script.*

Moritur in Italia Hermannus Alemanniæ Dux, cui Henricus Rex, à patre Cæsare subrogatur.

Extinguitur eodem anno Sydus Germaniæ longè illustrissimum S. Gothardus ex Monacho Altahensi Hildesheimensium Episcopus, magnorum patrator miraculorum & mortuorum suscitator. *Ann. Ben. & Menol. &c.*

Annus Christi 1039.

Victor ex Italia reversus Imperator, secum una Ferfridum Columnensem, & duos Spoleti Principes adduxit, Augusto nomini & Germano addictiores, eoque suæ genti invisos, quorum ille primus Zollernæ familiæ, duo posteriores Ducum Urslingensium, & Rapoltsteiniorum, initium dedisse, à scriptoribus varijs, sed quoad Zolleranos absque fundamento, celebrantur. *Tom. Stemmat. Germ. &c*

Decessit eodem anno pridie Non. Junij Conradus Imp. cujus corpus Spiram delatum est, Henrico filio, raro pietatis exemplo, ad omnium toto itinere templorum aditus, feretrum subeunte, qui vix adito Principatu recta in Boëmos movit, & Bretislaū rebellionem parantem subito adventu deterruit ac supplicem habuit. *Herman. Comp. Ann nost. &c.*

Iterum ingens Germaniæ sydus cœlo infertur, Beatus Reginbaldus Comes Diliganus ex Abbate S. Ulrici, tamen Ebersperga & Laurisheimij, Spirensis Episcopus, insignibus à morte prodigijs illustratus. *Steng. Brusch. &c.*

Annus Christi 1040.

Metu solutus post obitum Cæsaris Bretislaus Boëmus, arma resumit, in quem profectus Henricus infeliciter pugnavit, Beato Gunthero Monacho, Sanctitatis pondere magis, quam vi Verborum, flectente Boëmos ne ulterius sævirent. *Ann. Boi.* Moritur S. Chunegundis Augusta, Monialis Confugiensis, Bambergam ad Virginem conjugem delata, qui ipsi in tumulo honoratiorem locum cedere visus est, *Ex vita, t. 2. Menol. &c.*

Annus Christi 1041.

Sumpta denuo in Bohemum arma, feliciore successu, & edomito rebelli, qui supplex Cæsari factus, in gratiam receptus est *Sigeb. Mir.*

Iterum ingens & admirabile plane Sydus Germaniam illustrat. S. Hermannus cognomento contractus, Veringensis Comes, divitis Augiæ Monachus, Deiparæ favore longè illustrissimus, Author Antiphonæ illius longè cellebertimæ: *Salve Regina*, idem à Deipara, ut sui ævi doctissimus esset prodigiosè consecutus, miraculum & ornamentum Germaniæ nostræ sempiternum. *Cenill. Ben. Ann. Aug. &c.*

Annus Christi 1042.

Invadentem Tyrannidem Regni Ungarici Ovonem, & Petrum legitimum Regem exturbantem, inter plausus communes, mira Constantia increpat, certumque interitum prædicit S. Gerardus noster Moravorum Pontifex, *Ex vita, & Menol. nost. & p. 1. Ger. Belga.* Obijt eodem anno Heribertus noster Eichstattensis Episcopus, genere & Virtute nobilis, idem Cœnobij S. Waldburgæ reformator, & novi Monasterij, in monte Episcopi, ubi hodie Palatium visitur, conditor, qui cum Episcopatum, majore fructu, Norimbergam transferre cuperet, impeditus, mœrore decessit *Ex monim. Eichstett. Brusch. &c.*

Annus Christi 1043.

Memorabilis Henrici Imp. in Ungarum expeditio, cum ille Boicæ bellum inferens, grandi cum strage repellitur, & exauctoratur Petro in Regnum restituto, qui sequenti anno Ovonem vitâ privavit, ut S. Gerardus prædixerat. *Herm. Marian. Scot.* Gisela Imperatrix Conradi vidua moritur, & apud maritum Spiræ sepelitur.

Annus Christi 1044.

Uvone sive Ovone interempto, Hungaria fit Imperij tributaria. *Glaber. &c. Gordon. &c.* Quo ipso anno Henricus Imp Agnetem conjugem ducens, ingentem Aretalogorum ac Histrionum multitudinem, questus causa ad nuptias confluentem, indonatam, impransamque ejici jubens, pauperes eorum loco suscipi & refici jussit. *Serarius. &c.*

Moritur Gazilo Magnus Dux Lotharingiæ, cui in inferiori Ducatu Gozilo junior ignavus Princeps succedit, favente inprimis Henrico Cæsare, contra quem ob idipsum Godefridus Gozilonis frater, Dux Mosellanus rebellionem parat. *Contractus &c.*

Annus Christi 1045.

Lotharingus Godefredus Mosellanorum Dux, cum minus succedere quam paraverat vim deprehendit

beodit, ad preces cooversus, scelus deprecatur, & ab Imperatore in custodiam mittitur. *Contractus.*

Henricus onus Imperij satis expendens, Ducatum Alemanniæ quem eo usque ipse gesserat, Otthoni Wittelspachio tradit. *Guler. Herman. &c.*

Annus Christi 1046.

Usurpavit hoc anno io concessam omnino potestatem Henricus noster, & Benedictum Rom. Pont. gravissimorum criminium & Simoniæ accusatum, convictumque sede dejiciens, Suidgerum Bambergensem eligi curavit. qui Clemens I I. appellatus est. & Henricum cum conjuge coronavit. *Contr.* Verum ab alijs plurimum laudatos, sponte se abdicasse memorantur Benedictus, & vitam Cluniaci sanctissimè exegisse.

Godefridus Dux custodia solutus, cum nihil æqui à Cæsare, ut videbatur, impetraret, arma resumit, & cæde atque incendijs fœdè grassatur. *Lamb. Chron. Germ. &c.*

Annus Christi 1047.

Occumbit gloriosissima morte S. Gerardus è Monacho S. Georgij Majoris, primus Moravorum & Silesiorum Episcopus, dum, Apostolico Zelo & labore in conversione Regni Ungarici strenuè desudar *p. 1. op. Gerardi Belge. &c.*

Henricus Imp castellis aliquot versus Apuliam receptis, in Germaoiam convertitur, adducto secum Clemente suo, nequid in ipsum Romani molirentur, qui celebrato omnium Germaniæ Episcoporum Concilio in Simoniacâ Hæresi profliganda strenuè laborans, post novem à promotione menses moritur. *Herm. contr. Leo Ost*

Movet in Godefridum rebellem Henricus, duasque munitissimas Frisiæ Urbes expugnat. *Lamb. Schaffnab.*

Annus Christi 1048.

Lotharingiæ Mosellanicæ Dux, contra Godefridum creatus superiore anno Adalbertus Namurcensis dum minus caute agit, à Godefrido opprimitur atque occiditur, cui Gerardus Alsatius ab Imperatore subrogatus est, à quo hodierni Duces, qui Nancæi sedem fixerant genus derivant. *Sigeb. contr. &c.*

Rejecto sedis Romanæ invasore Benedicto IX. Cæsar Popponem Brixiensem Romanis commendat, qui omnium suffragijs lectus Damasus II. Saluratur. *Leo. Ost. Baron &c.*

Eodem anno Otthonem Schweinfurtensem Alemanniæ Ducem creat, cum Ottho Wittelspachius priore anno decessisset. Tum Imperium lustrans, interest Dedicationi Basilicæ S. Marci Augiensis, postquam eodem anno magnus ille Abbas Berno plenus dierum & meritorum decessit, ante altare S. Marci tumulatus, *Herm. Ochem. &c.* Moritur & S. Poppo Abbas Stabulensis.

Annus Christi 1049.

Vacante quinque menses sede Romano Bruno ex Monacho, Tullensis Episcopus, Comes Dagspergensis à Cæsare Pontifex designatus suadente Hildebrando Cluniacensi Monacho, insignia Pontificia rejicit. & liberam eligendi facultatem Clero Romano restituit (tantum Germano Pontifici Itali debent) idem statim uno omnium voto Pater & Pastor acclamatus, & Leo IX. appellatus, cujus initia auspicatissima fuere reperto denuo Sacrosancto lateris JESU sanguine in urbe Mantuanâ, quem ipse mira solemnitate elevavit, & insigni editâ bullâ comprobavit, divisumque in tres partes, unâ relictâ Mantuæ, alteram Romæ intulit, tertiam Henrico Imp. concessit, eâque mirificè patriam beavit, quæ usque hodie in Imperiali Vinearum Asceterio religiosissimè asservantur. quem Sanguinem Patres SS. *Arrham, Dotem, & Legatum sponsa Ecclesia,* Matris nostræ appellavêre: *Monim. Mant. & VVeingart. Const. Ben. Vin. Annal. nost. &c.*

Occurrit eodem anno in Germanias Leo, aliaque inter merita Godefridum Mosellanum, & Balduinum Flandrum rebelles Cæsari reconciliavit, in quos ille jam arma strinxerat. *Herm. &c.*

Annus Christi 1050.

Imperator Pascha Ultrajecti celebrat, inde Imperium, ut suis omnia obiret oculis, ne alienis nimium crederet, pervagatus, cui Balduinus Flander Cameracum & Antverpiam restituit. *Iac. Mey. Herm. Contr. &c.*

Leo Romanus, idemque Germanus Pontifex de Ecclesia universa præclarissimè meretur, & duo, uno hoc anno concilia celebrat, Romæ unum, alterum Vercellis, quibus Beringarianam funestissimam Hæresim opprimit, hodie eheu in Germania sua repullulascentem, Sed & de Venetis meretur, apud quos Patriarchatum instituit, quod tantum beneficium Germano Antistiti debere se ipsi confitentur. *Ann. Trev. Baron. &c.*

Moritur eodem anno Hermannus ultimus Mimigardevordensis, primus Monasteriensis Episcopus, qui Monasterio trans Aquas fundato, illic sedem figens, mutato nomine primus deinceps Monasteriensis Episcopus audijt. *German. Christiana. & Brusch. &c.*

Annus Christi 1051.

Extinguitur hoc anno magnum Germaniæ luminare, S. Bardo nost. ex Abbate Hisfeldensi Moguntiæ Archipræsul S. R. I. Septemvir, *Germanorum Chrysostomus* appellatus, vir planè Apostolicus, idemque Prophetico Spiritu insignis, & miraculorum gloriæ illustrissimus, *Serar. Brovver. Iepes. Annal. nost. Aquila Imp. Bened &c.*

Succedit Lupoldus sive Leopoldus Fuldensis Monachus idemque Bambergensis Præpositus, vir præstantissimus. Iterum Concilium Romæ cogit S. Leo noster, & de continentia Clericorum decernit, *Baron. &c.*

Nascitur hoc anno 3. Id. Novembr. Henricus IV. postea Imp. pestis orbis, uti mater Augusta præviderat in somnis, draconem se genuisse. *Ann. Boi. & Comp. nost. Eccl.*

Hannoniam hæreditate, ut supra dictum, ad se devolutam, dum occupare aggreditur. hoc anno Balduinus Flander, renatum cum Cæsare bellum, quod Hannonia Juris Imperialis esset. *Mey. Sigeb. Mir.*

Annus Christi 1052.

Turbatissimum Imperium, Henrico Imp. & Andrea Ungarorum Rege juratissimis odijs inter dissidentibus, quod jam late flagrans incendium ut consopiret S. Leo noster difficillimo itinere in patriam revertit, Imperatoremque ab obsidione revocavit. Idem Ratisponæ substitit, & in veritatem eò translati corporis S. Dionysij Areopagitæ inquirens, ita revera esse reperit, & Diplomate confirmavit. Convenit cum eodem Henricus concesso Beneventano Ducatu; ut bonis quæ per Germaniam haberet Pontifex cederet. *Leo Ost. Gordon. Comp. nost. &c.*

Eodem anno Imperator Lambertum Lovaniensem Comitem pro Flandro stantem ad deditionem compulit. *Contr.* Theodorico Constantiensium Episcopo mortuo, sufficitur Rumoldus Einsidlensis Monachus, idemque Goslariæ Præpositus, de Imperio deinceps meritissimus. *Const. Ben. t. 2. Ann. Einsidl. &c.*

Annus Christi 1053.

Contra Normannos Italiæ infestissimos, dum impetrato à Cæsare exercitu S. Leo movet; Longobardis fugientibus, Germani fere omnes suo in vestigio constantes occumbunt, capitur Leo ipse, hosti ipsi ob egregiam sanctitatem & admirationi & venerationi, ita quidem ut in omnibus ipsi morem gereret, & paulo post summo cum honore dimitteret. *Sigon. Lambert. Contr. &c. Ottho Frising &c.*

Balduinus Flandriæ Comes Lotharingiam infestans, Hoium oppidum incendit. *Sigeb.*

Annus Christi 1054.

Obijt hoc anno S. Leo noster, eo nomine IX. Pont. Max. æternum patriæ nostræ, imo Ecclesiæ universæ decus, grandibus à Deo prodigijs commendatus, & solemni dein ritu inter Sanctos relatus. Quo ipso anno alterum, non minus illustre Germaniæ sydus occubuit, S. Hermannus Contractus Augiæ Monachus, cultus Deiparæ promotor præcipuus, Eruditorum sui sæculi Phæbus, cujus sacri capitis vertex, tanti scriptoris brachium, in Sacro Vinearum Cænobio religiosissimè asservatur. *Const. Bened. Aq. Imp. Ben. &c. Comp Hist. Eccl. &c.*

Henricus IV. Tertij filius Aquis solemni ritu coronatur; Imperatore hinc statim in Balduinum Ducem movente, & Lambertum Lovaniensem denuo pro Balduino pugnantem, nec non Lambertum Comitem Leusensem profligante, & in acie perimente. *Haræus, Baldericus, Divæus, Miræus, &c.*

Annus Christi 1055.

Ne displicuisse putes Italis Germanum Pontificem, alterum hoc anno è Germanis deligunt, summisque votis postulant, Gerardum Eistettensem Episcopum, Cæsari charissimum & ægrè dimissum, quem Victorem II. appellant, à quo hoc ipso anno, præsente Cæsare Florentiæ Concilium celebratum est, super dignissima morum reformatione. *Leo Ost. Hermanni continuator, &c.* Balduinus per absentiam Imperatoris rem suam promovet verùm Antverpiam obsidens repellitur. *Iac. Mey. Aub. Mir. &c.*

Annus Christi 1056.

Supremus hic annus Henrico III. Cæsari qui reversus ex Italia, compositis Germaniæ rebus, Balduino reconciliatus, fine anni Octobri mense, in sinu Victoris Papæ diem suum Goslariæ obijt, præsentibus plurimis alijs Principibus eosque inter Flandro jam amicissimo, ipse inter optimos Cęsares numerandus, cui dispari ingenio, filius successit, quem mox Pontifex Aquas deductum, in Caroli Magni solio collocavit, & inauguravit.

Annus Christi 1057.

E Germania reversus Victor Sanctissimi nominis Pontifex, & ipse immortale Germaniæ ornamentum, 5. Cal. Aug. migrat ad Dominum, cui Iterum ex Imperio Successor à Romanis petitur Fridericus Dux Lotharingius, Godofridi Ducis filius, Monachus & Abbas Casinensis, Vir Sanctissimus, cui Stephani noni nomen impositum est. *Leo Ost Baron. &c.*

Mortuo sive herede Otthone SWeinfurtensi Alemanniæ Duce, ingens de successione concertatio, Bertoldo Zäringio, promissum pridem Principatum flagitante, & Imperatrice Rudolphum Rhinfeldensem promovente. *Gulerus, &c.*

Annus Christi 10 8.

Concutitur Germania universa magnis motibus, Otthone Duca Bavariæ Ducatu deturbato, Conrado Suevo à Cæsaris militibus trucidato, Bertoldo Zäringio exauctorato, quem tamen Agnes Augusta cum concessa Carinthia nonnihil deliniret, Henricus puer gravius offendit, Ludolpho cognato Principe subrogato; ut plane infelix cum feminę, tum pueri, Augustorum, Imperium intuearis. *Const. nost. Ben.* Plurimis interea, terrenarum rerum fastidio Viris Principibus cucullum pro purpura ambientibus & amplectentibus. *Ib. &c.* Sed & in Belgio turbatæ res, Florentio post Theodoricum fratrem Hollandiæ Principatum invadente, Coloniensi & Leodiensi Episcopis, nec non Lovaniensi Comite id prohibere conantibus, quos tamen magna cum cæde Florentius repressit, & multos captivos secum abduxit. *Ann. Fris. & Hollandiæ.*

Annus Christi 1059.

Relapsum sæpius Hæresiarcham Berengarium, præter Sanctissimos alios caeterarum regionum Monachos, etiam Germanus pugil S. Wolphelmus Brauwilerensis Abbas aggreditur, magnoque cum verborum pondere, tum vitæ ac miraculorum dignitate ac virtute convincit. *Ex Vita & Ann. Ord. &c.*

In pago Bracbatensi, juxta Tornacum, colubri prodigioso prælio inter se concurrunt. *Sigeb. Aub.* Moritur Luitpoldus Moguntię Archipręsul & S. R. Imp. Septemvir Monachus Fuldensis, cui ex eodem Monasterio Sigefridus Abbas, Comes de Eppenstein sufficitur, vir magnificus, doctus, & Religiosus, inquit, Trithemius.

Annus Christi 1060.

Apud Wormatiam Episcoporum Conventum indicit Henricus Imp. qui tamen pestilenti lue nimium grassante impeditus est, quo ipso ut & superiore anno summa frugum omnium ubertas celebratur. Varia per Germaniam Cœnobia, eaque inter Schaffhusanum omnium SS. & Sulzbergense in Brisaugia conduntur. *Ann. nost. Const. Ben. Stumpf Ann. Ben. &c.*

Annus Christi 1061.

Tyranni Italiæ, de re suâ solliciti, ut qui placeret obtruderent Romanum Pontificem, Nico-

lao

lao mortuo, Coronam Cæsari misêre, quod intelligentes Patres, ad informandum Henricum, Stephanum Cluniacensem S. R. E. Cardinalem Legatum destinarunt, quo contra Jus Gentium non admisso Alexandrum II. elêgere, Aulicis contemptum Cæsaris interpretantibus, & Henrico Cadalonm Parmensem, hominem nequissimum intrudente. Ex quo tempore ingentia Italiam & Germaniam mala involvêre. *Baron. Gordon. Berth. Conf. &c.* Agnes Augusta resignato Ducatu Boico, eum Otthoni Gottingensi tradit. *Vrsperg. Schaffnab. &c.*

Andreas Ungarorum Rex, affectante Regnum Bela cognato, opem Cæsaris implorat. Verum misso subsidio, primùm feliciter pugnans, dein equo excussus, inter conferta hostium agmina pedibus obteritur & miserè moritur. *Lamb. Bonf. &c.*

Annus Christi 1062.

Unum deerat Henrico Cæsari, ut à matre optima abstraheretur, quod hoc anno pessimorum consultorum operâ effectum est. *Ann. Boi. Baron. &c.* Invalescente post audaciâ, inquit Aubertus, in Monasteria impetum aulici fecerunt, atque ea inter se tanquam provincias sunt partiti, &c. ab his pravis studijs gravissima post in Ecclesiam ac Remp. incommoda redundarunt. Agnes Imperatrix, has inter turbas, Kunegundis sequuta exemplum, purpuram cucullo mutat, & S Benedicti filiabus accensa, finem Sanctum vitæ sortitur. *Ann. Ord. tepes.*

Annus Christi 1063.

Mortuo inter apparatum nuptialem Wilhelmi Thuringi Marchiam obtinet Ottho ejus frater, cum prius Seifrido Moguntino totius ditionis decimas promittere cogeretur. Quæ causa multarum litium deinceps fuit, & hi Principes sæpius dein bello collisi sunt. *Lamb. &c. Riv. &c.*

Robertus Balduini Flandri filius ætate minor cum Gertrude Florentij, Hollandi Vidua nuptias celebrat, assignatis in dotem quinque Insulis Zelandicis Walacria, Scaldia, Zutbevera, Nortbevera & Borselia, Comitatus item Alostanus cum 4. Ambactis seu Officijs; qui nomine privignorum, mox Frisijs bellum indicit, partemque Regionis subjugans Frisij nomen retulit, *Iac. Mey.*

Annus Christi 1064.

Nemo visus aptior, qui Henrico Cæsari, salubre quidpiam persuaderet, S. Petro Damiani nostro, qui datis hoc anno litteris Concilium Generale suasit & impetravit, quo Mantuam indicto. Cadalous antiPontifex damnatus est. *Plat. Baron. Comp. Eccl. &c.*

Clarent multi egregia Sanctitate & meritis Antistites, & quibus S. Anno noster Coloniensis Archiepiscopus, & Gebhardus Salisburgensis, Altmannus Bataviensis, Adalbero è Monacho S. Galli Wormatiensis, Rudolphi Rhinfeldensis, Alemannia Ducis, dein Cæsaris, frater Germanus, celebrantur. *Germ. Christ. Brusch. Cl. Rob.*

Annus Christi 1065.

Insigni solemnitate Henricus Imp. gladio primùm accingitur, puerili petulantia, in optimè de se meritas eum quem primum stringens, S. Annonem Coloniensem eversurus, nomini Imperatrix tempestivè & scitè furorem avertisset; quo Sanctus Vir luere visus est, quæ incautius forte admiserat, cum sanctæ matris disciplinæ puerum subducere persuasus ab aulicis, non timuisset. *Lambertus, &c.*

Annus Christi 1066.

Hoc anno Godescalcus Obotritorum, Megapolensium, Wagriorum, & Brandeburgiorum Princeps. olim ob injurias illatas à fide Apostata, de hinc Christianæ fidei & disciplinæ restitutor, multarum provinciarum domitor, à proprijs subditis, Vandalis Apostatis, Leontij ad aram jugulatur, Syritha etiam conjuge Daniæ Regina, post multa ludibria interfecta. *Chron. VVand. Reusn, &c. Helmold. &c.*

Erfurtum amplissima Thuringiæ civitas mœnibus cingitur. *Buchols. &c.*

Conventus Triburiæ agitur, præsidente Sigefrido nostro Moguntino Archiepiscopo, quo Henricus familiaritate Bremensis Archiepiscopi abstinere jubetur, quod is ad pessima quæque auctor ipsi, à proceribus crederetur. *Serar. &c.*

Annus Christi 1067.

Inprimis memorabilis sub hæc tempora defectio Wandalorum, qui superiore anno Principem suum Godescalcum ob fidem Christi mactantes, hoc anno Buthue filium, à Bardis & Saxonibus Regno restitutum, in arce Pluuensi obsident, deditionemque facientem, quod fame nimiâ cogeretur, impiè contrucidant. *VVand. Hist &c.*

Magnum iterum Germaniæ Sydus illucescit S. Benno ex Monacho Hildesiano, Misnensium Pontifex, qui hoc ipso tempore augustissimum Apostoli nomen apud Sclavos meretur. *Annal. & Menol. nost. &c.*

Annus Christi 1068.

Licentiâ passim, exemplo Regis & Principum, crescente S. Chuno Comes Pfulingensis Treverorum Archiepiscopus innocens ex editissimo monte à proprijs subditis præcipitatur, & tertium incolumis gladijs contrucidatur, cui Udo Comes Nellenburgius suffectus est. *Crus. Sigebert. Brusch. &c.* Otthoni Thuringiæ Marchioni, superiori anno mortuo subrogat Henricus Imp. Ecbertum Saxoniæ Marchionem cui hoc anno decedenti Egbertus Junior, filius patri succedit. *Rivander. &c.*

Iterum admirabile Germaniæ Ornamentum se prodit, S. Wilhelmus noster Hirsaugiensis Abbas, qui exauctorato præter meritum B. Friderico substituitur, Abbatis renuens titulum, donec hunc vivis excessisse cognosceret. *Chron. Hirs. Const. Ben. &c.*

Annus Christi 1069.

Magnum magni Damiani Cardinalis nostri meritum hoc anno celebratur, quo Imperatorem nostrum, etsi perfrictæ frontis, & Imperium gravi infamiæ malo liberavit, cum indignissimum Berthæ Augustæ repudium, quod Henricus jam decreverat, impediret. *Ann. Eccl Comp. Sigonius. Baron.* Ingens fames Germaniam, maximè Thuringiam vexat. Quo ipso tempore dum Theodoricus Misniæ Marchio Egbertum juvenem Thuringia ejicere parat, à Cæsare victus captusque magna provinciæ parte mulctatur. *Chron. Thuring.*

Annus Christi 1070.

Accusatus rebellionis apud Cæsarem Ottho Bavariis Principatu dejicitur, Guelphoque subrogato,

qui repudiata sponsâ Otthonis filia Juditham Angliæ Regis Viduam, Balduini Flandri filiam ducit. Otho vero ad rebelles Saxones deficit, haud prava illatâ Thuringis strage, qui stantes pro Cæsare, ipsum hoc anno aggredi ausi sunt. *Chron. Thur. Zach. Rivand.*

Moritur Balduinus Montensis Flandriæ Comes, relinquens Arnulpho majori filio Flandriam, Balduino Juniori Hannoniam, Tutela autem Arnulphi Roberto Frisio fratri commendata, quem cum admittere nollet Arnulphi mater Richildis, funestum illico bellum exarsit, quod diu deinceps Flandriam fatigavit. *Iperius. Mei Mir. &c.*

Annus Christi 1071.

Gravia passim bella intentantur, Polono Bohemiam infestante, Godefrido Gibboso Lotharingiæ Duce Frisiam invadente, tumultuantibus contra Cæsarem Saxonibus, & Cæsare iniquorum Consilijs Rudolpho Rhinfeldensi malum minitante, Roberto denique Frisio cum Uxore fratris contendente, cujus in exilium ejectæ, imploratus Franciæ Rex, patrocinium suscepit. *Sigeb. Marchant. Lamb. &c.*

Annus Christi 1072.

Incredibili Imperij ab Henrico administrati fastidio, Sigefridus Moguntiæ Archiepiscopus S. R. I. Septemvir, simulatâ ad S. Jacobi cineres in Castiliam peregrinatione Cluniacum se recipit, & cucullum induit, postea Simoniaco Antistite à Cæsare intruso, per S. Obedientiæ Virtutem adjutatus. Ab Abbate, & Pontificatum jussus est resumere, quod & præstitit, & magna peste Cathedram tam illustrem liberavit. Saxones concitante Otthone Bavaro exule cum Cæsare graviter colliduntur, & utrinque cædibus atque incendijs fœdè certatur. *Serar. Lamb. Crusius, &c.* Eodem anno Arnulphus Flander ope Philippi Francorum Regis fretus, cum Roberto Frisio patruo suo iniquo Marte congreditur, & memorabili prælio victus occumbit; frustra reparante Vires Richilde, & ægre deinceps Hannoniam tuente Balduino. *Sigeb. Meierus, &c.*

Annus Christi 1073.

Simoniæ accusatum graviter Cæsarem Alexander Papa, Romam ad dicendam causam evocat, & paulo post moritur, acclamante mox populo: *Hildebrandum Archidiaconum S. Petrus elegit*, qui miro astu electionem suam avertere conatus, apud Imperatorem ipsum, de illa impediendâ, sed frustra institit, multa deinceps, ut Cæsarem ad saniora traduceret, sed necquidquam omnia tentaturus. *Baron. Ann. nost. Bened. Aquila Imp. Ben. &c.*

Cæsar munitiora quævis Saxoniæ, quæ occupaverat loca, arcibus, & propugnaculis munit, & præsidio instruit, præsidiarijs liberâ prædandi concessa facultate. *Chron. Sax. & Thur. &c.*

Sanctus Anno noster diu & frustra laborans in revocando à vitiorum præcipitio Cæsare, ipso relicto, ad Episcopatum suum revertitur, hoc etiam abdicato, in Sigebergensi suo Cœnobio se conclusurus, nisi solâ laborantis Ecclesiæ necessitate retineretur. *Aq. Imp. Ben. Menol. nost. &c.*

Annus Christi 1074.

Aliud ex alio malum, dum Episcopi aliqui avertere malum à patria satagunt, cum Henrico Imp. se pessimè involvunt, quos inter & Sigefridus Moguntinus aliquandiu, vir cæteroquin meritissimus, haud leviter exerravit, & Henrici metu an promissis, in decimarum maximè per Thuringiam partis concessione, incautè annuit, non multò post Henricum præ alijs detestaturus. Gregorius Papa dum missis ad Cæsarem Legatis, de liberâ Pontificum Electione strenuè laborat, & Simoniam eversum cupit, graviter Cæsarem offendit, qui sibi licere omnia quæ liberent existimaverat. *Comp. Ann. Eccl. Ann. nost. Ben. &c.*

Sed & cælibatum secundum veteres Canones dum Sacerdotibus imperat, plurimi etiam ex Clero tumultuantur & Henrici Imp. in odium Pontificis (qui nihil omnino novi sanxit) sceleribus patrocinantur. *Bellarm. Baron. Schafnab. &c.*

Annus Christi 1075.

Nunquam afflictior, quam nunc & deinceps, Germania, dum pessimi pessimis patrocinantur, & Simonia, oppressio Ecclesiarum & Pauperum toto Henrici Imperio dominantur. Accedentibus gravissimis bellorum fluctibus, hoc primum anno nimium intumescentibus, cum Cæsar primo cum Saxonibus prælio colliditur, eosque in Thuringiâ ad fluvium Unstrut, die 9. Junij grandi clade profligat. *Marian. Venericus, Sigeb. Schaffnaburgius. &c.* Captus eâdem occasione, post Victoriam, in Urbe Misnensi S. Benno noster, ejus loci Episcopus, & omnia ejus, quod Gregorio faveret direpta; præcipui item Saxonum Principes, Otthο Dux ad Weseram, Dux Saxon. Magnus, Fridericus Palatinus Saxoniæ. & Albertus Comes Thuringiæ in exilium missi. *Chron. Sax. & Thur. &c.*

Quo ipso anno S. Anno Coloniensis Archiepiscopus, in ipso Principatu vita & conversatione absolutissimus Monachus, in Domino requievit. *Aq. nost &c.*

Annus Christi 1076.

Imperator, quæ destruxerant castra & munitiones, Saxones, denuo ædificat, eisque imponens præsidia, raptu suos vivere præcipit, & præter datam fidem, plurimos incarcerat. Evocatus autem Romam ad causam dicendam, dû contemnit, & conciliabulum Wormatiæ de exauctorando Gregorio cogit, ab hoc excommunicatur. *Baron. Lamb. Schaffnab. Serar.*

Interim Principes Saxoniæ & Sueviæ, Conventu Triburiensi de alio Rege eligendo tractant, & in Henricum armantur; qui coactus pacem petit, & Romam pro absolutione properat. *Baron. & cit.*

Annus Christi 1077.

Metu exauctorationis ad Pontificem Canosij tunc, firmiore loco se continentem, admitti orans Henricus Imp. post quatuor dierum jejunium admittitur, certisque conditionibus absolvitur; vix inde digressus & ad vomitum reversus. Cum autem die præfixo adesse Conventui Principum renueret, ipsi (inconsulto Gregorio) exauctorant Henricum, & Rudolphum Sueviæ Ducem Cæsarem creant; Deo gravibus prodigijs hoc ipso tempore Gregorij innocentiam contestante. *Baron. Gretser. Bellarm. Lamb. Genebr. &c.*

Annus

Annus Christi 1078.

Optimus Pontifex Gregorius, dum nihil precibus neque minis proficit, Concilio Romæ coacto de juvanda Germania tractat, plurimosque Episcopos, cum Simoniacos, tum excommunicatos Cæsari junctos ac patrocinantes diris devovet, & honore dejicit. *Comp. Eccl. Hist. &c.*

Rudolphus Cæsar, cum Henrico excommunicato gravi prælio congressus, cruenta admodum victoria potitur, plurimis suorum desideratis, eosque inter Vicelone Magdeburgio, Sigefrido vero Moguntino capto & biennium detento. *Berthold. Const. Serar.* Interim diversis studijs in Imperio nutant omnia, & bellis flagrant, in Bavaria præsertim, Guelphone Duce partes Pontificis pro virili tuente. *Gaterus, &c.*

Annus Christi 1079.

Iterum congressi Rudolphus & Henricus, ille Saxonum & Thuringorum nec non Alemannorum suorum ope, hic Boijs, Franconibus & Boëmis auxiliantibus, dubia victoria, grandi utrinque accepta clade disjunguntur. *Chron. Sax. Zach. Riv. &c.* quamvis non pauci superiorem ex acie discessisse Rudolphum contendant, alij aliter, plerisque scriptoribus haud sine partium studio rem describentibus.

Annus Christi 1080.

Nunc primum Gregorius Electionem Rudolphi ratam habet, eique Sceptrum & Coronam mittit, dum extrema conatus apud obstinatissimũ Henricum nihil proficit. *Baron.*

Verùm Henricus Summis viribus persequendum Rudolphum suscipiens, dum in Saxoniam movet fortiter repellitur, felicius in Thuringia pugnans, adversarium in fugam agit, tertio demum prælio victor, Rudolpho ex vulnere mortuo, recepto Imperio superbè circumspiciens, indicto Moguntiam, & mox altero Brixiam Conciliabulo, Gregorium sede deturbare allaborat, & exauctoratum pronunciat, Guiberto Idolo suo substituto. *Baron. Vrsperg. Avent. Sigon. Marian. Scotus, &c.*

Annus Christi 1081.

Tristissimus hic annus, quo duo suprema orbis capita graviter colliduntur, Henricus siquidem competitore interempto, ne verbis solis pugnare cum Gregorio videretur, ingentem contra eundem in Italiam exercitum ducit, & Sacra & Prophana omnia miscens, Romam obsidet; Gregorio de Constantia Pontificia ne latum quidem unguem decedente, simulque & Orientis & Occidentis Imperatoribus, prout meruerant, se opponentem. *Baron.*

Contendunt juratis odijs de Ducatu Alemanniæ Fridericus de Stauffen, & Bertholdus Dux Zäringius, compositis paulo post rebus cum Suevia illi, huic partes ad Rhenum, & quæ Rudolphi Rhinfeldensis erant concederentur. *Chron. Helv. Guler. &c.*

Annus Christi 1082.

Expugnandæ Urbi diligenter invigilat, sed frustra hoc anno Henricus, Guiberto per proditionem S. Petri Basilicam incendere moliente, cujus occasione in Urbem irrumperet, verum missis ad propugnacula cum milite civibus, Gregorius incendium flagrantissimum, solo crucis signo prodigiosè cohibuit, & vim per suos fortiter propulsavit, Germanis interea novum Regem Hermannum Lucelburgium substituentibus, qui tamen non multo post, anno Imperij quinto, in expugnatione arcis cujusdam lapidis jactu interijt; Henrico aliquandiu, dum metueret, compositionem simulante & per æstivos calores in Longobardiam se recipiente. *Sigon. Avent. Sigeb. &c.*

Annus Christi 1083.

Nunc denique Leonina potitur Urbe, Guibertumque suum inthronizat Henricus, Gregorio in castrum S. Angeli se recipiente, & sacrum denuo fulmen in exauctoratum Cæsarem intorquente. Interim ut veteri similiter urbe potiretur, Synodum petijt, & ut id ipsum rogarent Romani impetravit, quam tamen ipse impedijt, & contra fidem datam eò occurrentes intercepit; indignum per omnia Germano nomine se Principem ostendens. *Comp. Ann. Eccl. Berth. Const.* S. Bruno patria Coloniensis jacit in Gallijs sui Ordinis fundamenta. Ex *Vita, &c.*

In Germania diversæ factiones flagrant, & nusquam non minæ & arma intentantur atque inferuntur. *Annal. nost.*

Annus Christi 1084.

Decessit hoc anno Sigefridus noster, Moguntinensis Archiepiscopus, in Hassungensi suo quod condiderat Cœnobio, unico, adeo perturbatis rebus, asylo, cum calamitates patriæ jam porro intueri se non posse fateretur. *Ser. Brusch. &c.*

Antiquam Romam hoc denique anno expugnat Henricus, & auro quidem magis quam armis; brevi tamen felicitate, cum evocatus à Gregorio Guiscardus Dux, armata quamprimum manu Urbem invaderet, & Henricum expellens, in Germaniam propulsaret. *Comp. Eccl &c.*

In Alemannia superiore, Ottho Constantiensis Episcopus, & Ulricus S. Galli Abbas, Henrico addicti, & Bertholdus Zaringius, Abbas Augiæ Eckardus, & Burcardus Nellenburgius Pontificij, ferro & igne mutuo grassantur, donec Welpho Dux Othonem Episcopatu ejiceret, subrogato communibus omnium votis Gebhardo Bertholdi Alemanniæ Ducis fratre, Hirsaugiensi Monacho, Viro Sanctissimo, & qui plurimum deinceps de Germania meruerat. *Conf. Ben. Chron. Const. &c.*

Annus Christi 1085.

Excedit è vivis Sanctissimus Pontifex Gregorius, Sanctorum à morte albo adscriptus, & ad confusionem sui nominis hostium, post quingentos ferè ab obitu annos nostra ætate inventus incorruptus. *Baron. Gord. Plat. Spond. Bis. &c.* Celebrantur hoc anno duo in Germanijs Concilia, Thuringicum Berckense, & Quintinelenburgense quo Wezilonis Moguntini Archiepiscopi error damnatus est, asserentis: Secularem rebus suis exspoliatum (Henricum Imp. nim.) non subjacere amplius Judicio Ecclesiastico. Tulere indignius sententiam Catholicorum Schismatici, & coacto Moguntiam Conciliabulo, depositionem Gregorij; & Guidonis ordinationem confirmârunt, Catholicos excommunicarunt. *Onuph. Sigon. Baron.*

Annus Christi 1086.

Norbertus sub hæc tempora Numinis miro impulsu, ad perfectioris vitæ studia inflammatus adolescis

lescit Germaniæ in spem magnam, Archiepiscopus postea Magdeburgius, & celeberrimi Ordinis Præmonstratensis sequenti seculo futurus Institutor. *Ex Ann. nost.*

Henricus Imp. cum suis fautoribus, dum pugnat contra Saxones reliquosque Catholicos, insigni acceptâ clade in fugam conjicitur. *Berth. Const.*

Moritur hoc anno optimè meritus de re Historica Marianus Scotus noster, Fuldæ Monachus inclusus, idem inter præcipua Germaniæ decora, etsi in Scotia natus merito numerandus. *Serar. &c.*

Annus Christi 1087.

Supremus hic annus Hermanno Lucelburgio Rom. Regi & Germaniæ, qui cum in expugnatione arcis cujusdam rem fortiter gereret, & propius mœnibus succederet, jactâ desuper à muliere tegula, etsi imbelli manu, gloriose tamen occumbit. *Script. Germ. diversi, Comp. Ann Eccl. &c.* Alij tamen volunt Henrici prius partibus accessisse, eique se submisisse, atque dein ita miserè perijsse. *Vrsperg. &c.*

Annus Christi 1088.

Etsi haud ignoremus, reperiri etiamnum, qui Cæsaris Henrici, facta palliare satagant, multa negare, multa excusare; celeberrimorum tamen sanctissimorumque virorum fide constat, DEI non magis reverentem, quam Pontificum, magiæ insuper grandi scelere infamem, indignum sane fuisse, cui bonus quispiam patrocinetur. Quod quidem posterius etsi non aliàs ab ipso amoliri conemur, non possumus tamen, quin verba Stephani Halberstadensis Episcopi ad Waldramum, Nuwenburgensem, Henrici defensionem audiamus, *Omnis qui dignitates spirituales vendit Hæreticus est, Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Episcopatus & Abbatias vendit (etenim Constantiensem, Bambergensem, Moguntinensem, & plures alios pro pecunia, Ratisponensem, Augustensem, Strasburgensem pro gladio; Abbatiam Fuldensem pro adulterio, Monasteriensem vero Episcopatum, quod dicere & audire nefas est, pro maximâ (Sodomitica) immunditia vendidit. Quæ si impudenter negare voluerit, teste cælo, teste terrâ, omnes etiam à furno redeuntes Scioli, concludent hoc: Ergo Dominus Henricus Hæreticus est, ideoq; juste excommunicatus, &c.*

Terræ motus per Thuringiam ingens multa ædificia concutit, an dejicit, quo ipso anno Henricus in Egbertum Marchionem movens, eum proscribit, & Henrico Marchiam tradit. Egbertus autem cum exercitu Cæsarem nil metuentem, repente obruens, ipso ægrè effugiente, grandem stragem edit. *Chron. Sax. & Thur. &c.*

Eodem anno seditione inter cives suborta Bernardus Halberstattensis Episcopus sagitta vulneratus paulo post obijt, cui Herrandus successit Abbas Ilsenburgensis. Quo etiam anno insigne rursum Germaniæ sydus ad cælum Empyreum translatum est, B. Bernardus è Monacho Goslariensi Osnaburgensis Episcopus, qui glires prodigiosè provinciâ expulisse scribitur; succedente in Cathedram Marquardo Corbeiensi insigni Monacho. *Episcopi nostri Germ. & Brusch. &c. VVernh. Zimbr.*

Annus Christi 1089.

Vita excesserat superiore anno Wezilo Moguntinus Archipresul, Henrico Imp. plurimum obnoxius, at sub finem vitæ serio pœnitens, cui succedens Ruthardus Erfurdensis S. Petri Abbas, dum Ecclesiæ Rom. constanter adhæret, ab Henrico pessime exagitatur. *Aquil. Imp. Ben. Brusch. &c.*

Godefridus Bullionius nunc tandem ab Henrico mittitur in possessionem Ducatus Lotharingiæ, quem Conradus ejusdem Henrici filius eousque possederat. *Sigeb.*

Lues pestilens, quam sacrum ignem vocant, latè grassatur, maximè per Flandriam atque Lotharingiam, exesis membris atque carbonum instar nigrescentibus. *Id.*

Annus Christi 1090.

Adalbero Comes à Laimbach & Scherdingen Episcopus Herbipolensis moritur, singulare Germaniæ Ornamentum, qui velut alter Athanasius ab impio Cæsare Cathedra dejectus, & mirè exagitatus, restitutus, iterumque sede pulsus, persuaderi denique non potuit ut Episcopatû reciperet, in Lambacensi Cænobio, vita religiosissime exactâ defunctus. *Chron. Herbip. Brusch. Germ. Christ. &c.*

Quo ipso anno plurimi egregia Sanctitate Monachi, gravissimam perpessi pro fide S. Petri, nonnulli publicè Virgis Cæsi, & Cænobijs ejecti sunt, quod mori mallent, quam Cæsaris impietatem approbare. *Menol. nost. Comp. Eccl. Hist.*

Henricus graviter offensus Guelphonis potentissimi Ducis cum Mathilde nuptijs, in Italiam cum exercitu properans, Initio quidem infeliciter contra eumdem pugnat, Mantuam denique expugnat & occupat. *Baron. Sigon. &c.*

Annus Christi 1091.

Mira repente perditissimis rebus, Germaniæ facies, plurimis Principum cucullum amplexantibus, ipsis etiam sæcularibus religiosam quandam vitæ rationem instituentibus, operâ maxime Sanctissimi Hirsaugiensium Abbatis Wilhelmi. Ita, ut viri ac mulieres, conjugati & cælibes sub obedientia ejusdem S. Patris aliorumque Monachorum & Clericorum, haud multo aliter quam in Cænobijs degerent, primitivæ Ecclesiæ morem & formam, miro ut exemplo, sic fructu imitati. *Berth. Const. Tepes. Aquila nost. &c.* Moritur idem Magnus Wilhelmus.

Annus Christi 1091.

Victor hucusque Guelphonis Mathildisq; Cæsar, ad Canusij denique obsidionem deficiens, illusus recedit, & illis sua recipiendi potestatem facit. *Sigon.*

Gebhardus & Thiemo Sanctissimi Pontifices, Constantiæ alter, alter Salisburgi, uterque Hirsaugiensis Monachus, plerisque Episcopis Germaniæ deficientibus, murum pro domo DEI se opponunt, exilium, injurias, carceres pro veritate perpessi; hic, caput etiam impio ferro subjiciens, quod iteratis summo nisu ictibus speculator amputare non potuit, purpureis deinceps lineis Martyris gloriosi collo indelebili notâ pulchrè inhærentibus. *Ex Vita, Menol. nost. Ann. Ben.* Lue pestilenti gravissima laborant jumenta & homines per Germaniam. *Chr. Helv.*

Annus Christi 1093.

Transfugit ad Urbanum Pont. Adelheidis Imperatrix, pessimè à pessimo marito habita, quam paulo post Conradus item filius insequitur, summa benevolentiæ significatione excepit, & hic ducta Rogerij Siculi filiâ, Longobardorum Rex adversus patrem salutatus, quo ipso anno Henricus à Guel-

phone

phone & Mathilde victus est. *Sabellicus, Blondus, App. Marian. Sigebertus. Sigon. &c.*

Annus Christi 1094.

Excedit è vitâ misere Volmarus Mindensis Simoniacus Episcopus, S. Gregorio custodibus Ecclesiæ apparente, & ut signum darent pro mortuo Episcopo, jubente, cum idem cruentam pallam Altaris ostenderet, in qua gladium occisionis absterserat, quæ dio postea servata est. *Chr. Min. Brusch. &c.*

Gebhardus superiori anno Constantiensibus restitutus à Principibus Catholicis Pontifex, idemque Apostolicæ sedis per Teutoniam universam Legatus solemnissimam Synodum Constantiæ celebrat, contra Presbyterorum incontinentiam, & violentiam Simoniacorum. *Baron. Bertholdus Const. Ben. t. 2.*

Annus Christi 1095.

Ludi Equestres Tornaci celebrantur, quibus Henricus III. Lovaniensis, cui Gertrudis Roberti Frisij filia nupserat, perematur & Nivellis sepelitur *Sigeb.*

Adelheidis Augusta Purpuram cucullo mutat, in eo insignem adepta vitæ Sanctitatem, & Antistitæ dignitatem consequuta, augustissimum æternumque Germaniæ ornamentum. *Dodech. Trith. Iepes. Berth. &c.*

Annus Christi 1096.

Urbanus Papa II. primus Bullæ Cruciatæ auctor, expeditione contra infideles promulgata, plurimos Principes ad Sacra arma suscipienda persuadet, quos inter plurimi Germani proceres, inquietis patriæ pertæsi, accensi sunt, quo ipso anno, eodem Pontifice promotore Officium B. M. V. solis hucusq; Monachis cognitum & usurpatum, etiam ad Clericos transfertur.

Plurima sub hoc ipsum tempus per Germaniam Cœnobia conduntur Principibus eo sua seque ipsos transferentibus, ut è tantæ tempestatis fluctibus emergerent. *Conil. Ben. Ann. nost. &c.*

Annus Christi 1097.

Cæsar hoc an superiore, anno, in Germaniam reversus Comitijs Moguntiam indictis, boni Principis simulatione, nonnullos ad partes suos revocat, non diu duratura pacis ceu post liminio restitutæ opine *Ann. nost. Stumpf. Cras. &c.*

Cometa apparet, consequente insigni & mira fertilitate.

Annus Christi 1098.

Exilium forti & constanti animo suscipit Ruthardus ex Abbate S. Petri Erfurdensis, Moguntinensium Archipræsul, cum Henrici notæ impietati obnixus, amicis ejus accenseri renueret, sponte in Thuringiam concedens, ne tantorum scelerum spectator esse cogeretur *Episc. Mogunt. Brusch. Trith. &c.*

Hyems calida multis cum imbribus, consequente inundatione maxima, & lue deinceps pestilenti *Chron. Helv. &c.*

Annus Christi 1099.

Summa inter summas Imperij turbas Monachorum Sanctitas & felicitas celebratur, Hirsaugiensis inprimis Cœnobij, Einsidlensis, Schaffhusani, Weingartensis sive Altorffeosis, S. Georgij Hercinia aliorumque, in quibus hoc ipso tempore viri egregia vitæ Sanctitate Illustrissimi Germaniæ tenebras suo splendore mire illuminant, patriam indubie ab interitu vindicantes. *Ann. nost. Ben. Const. Ben. &c.*

Henricus Conrado filio infensissimus, Henricum juniorem, Regem creari & coronari curat, Conrado Italiam contra patrem tenente & gubernante *Comp. Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 1100.

Constatiensem Episcopum Gebhardum, hoc ipso anno à Paschale II. Papa, in ea quam à prædecessoribus multis jam annis obtinuerat Legati Apostolici dignitate confirmatum, insigni elogio ornat Baronius, de eo sic inter alia scribens: *Apostolicus plane Vir, qui præ cæteris stetit pro muro domus Israël, perditissimis hisce temporibus, &c.* Finijt hoc etiam anno Historiam suam Bertholdus Constatiensis, verè Germanus; quem ex fidei ac vitæ integritate, & veritatis studio, summam sibi gloriam inter Chronographos sui temporis comparasse, idem Baronius celebrat.

Eodem anno Bretislaus Dux è Loreco Versovicensi in Venatione telo trajectus perijt, parricidadum fugeret in fossam quandam præcipitato, inque proprium se gladium induente *Chr. Bohemb. &c.*

Annus Christi 1101.

Extinguitur in Italia gravi Catholicorum luctu Conradus Rex, impij Henrici Cæs. major natu filius summa Germanorum spes, non sine suspicione veneni, & Florentiæ sepelitur. *Sigon. Baron. &c.*

S. Thiemon Salisburgensium è Monacho Hirsaugiensi Episcopus, rarissimum Germaniæ decus, cum in Palæsthinam profectus ab infidelibus captus esset, pro fide Christi, exquisitissimis tormentis excruciatus, evulsis, denique visceribus, ad triumphos Martyrum æternos evolat. *Ex Vita &c.*

Henricus Pinguis Dux ad Weseram, Otthonis filius, dum Frisiam invadit, in prælio cæsus occumbit, *Chron. Thur. Zach. Riv. &c.*

Eodem anno Henricus Lemburgi Comes, à Cæsare armis petitur & vincitur, qui postea Lontharingiæ ducatu donatus est, *Sigeb. &c.*

Annus Christi 1102.

Henricus Imp. celebrato Romæ Concilio, cum interesse promisisset, impudenter renuit, haud immerito diris denuo devotus, & Sacris interdictus, cum in summum Ecclesiæ universæ scandalum & detrimentum Anti-Pontificem intruderet, & idolum adoraret, *Panvin. Sigon. Gordon. &c.*

Defuncto Ruperto Bambergensi Episcopo, sufficitur Ottho Henrici Imp. Cancellarius, qui mirè mutatus ad pedes Rom. Pont. insignia abjiciens, etsi à Clero & populo expetitus, ea resumere noluit, nisi obedientiæ Sacro mandato à Papa cogeretur, *Baron. &c.*

Annus Christi 1103.

S. Joannis Equitum ordo instituitur, auctore S. Petro Salernitano Cavensi Ord. S. Benedicti Abbate, cujus dein instituti alumnorum potentia & opes per Germaniam plurimum invaluêre. *Ann. Ord. nost. Monim. Cau. &c.*

Henricus Imperator, ne soli Pontifici sed universis illuderet, magno omnium plausu occursuque suscepta, in Orientem expeditione, domi tamen remanet, suis invisus, exteris vel pro ipsâ inconstantia ingenij contemptus. *Comp. Trith. &c.*

Annus Christi 1104.

A susceptâ expeditione, & mox rejectâ, longe jam majus omnium incurrens, odium Henricus, indictis Ratisponam Comitijs publici boni prætextu, nihil efficit, quam ut verbis lactari se Principes magis magisque quererentur, & indignarentur, quo eodem anno varia prodigia spectata sunt, Signa nimirum, quæ mox consequutura erant, ingentium malorum *Comp. Hist. Eccl. &c.*

Annus Christi 1105.

Patrem tot annis Ecclesiæ rebellem deserit Henricus filius, eoque in solemni Principum Conventu, Moguntiæ exauctorato, ipse Cæsar salutatur moxque Patris acta rescindit. Idem Northusiæ in plenâ Episcoporum Synodo se publice purgat, quod bellum patri faciat, non regnandi cupiditate, sed studio obedientiæ erga sedem Apostolicam declarandæ. *Otth. Frising. Vrsperg. &c.*

Annus Christi 1106.

Unus omniũ Cæsarũ longè infelicissimus, Henricus, æternum fortunæ speculum, pater à proprio filio, omni honore spoliatus, in custodiam conjicitur, nec multo post mœrore animi miserabiliter extinguitur, 7. Aug. anno æt. 56 Imperij 50. quinquennium totum Christiana etiam, ob excommunicationem, sepultura privatus, quo nemo alias collatis signis toties cum hoste conflixisse, memoratur, adeo ut M. Marcellum & Julium Cæsarem supergressus, bis & sexagies justo prælio dimicasse deprehendatur. Atque utinam causa quam successu subinde meliore. *Diversi Germ. Script.*

Annus Christi 1107.

Exauctoratus superiore anno Henricus Lemburgius Lotharingiæ Dux, contra legitimos hæredes ab Henrico IV. Imp. intrusus, cum evasisset è custodia, Ducatum repetens in Godefridum Barbatum movet, & Aquisgrani occupat, quem tamen Godefridus recepta urbe inde fugat. *Sigeb. Mir. &c.* Sub hoc idem tempus bella feruntur inter Comites Beichiingenses, Rottenburgios, Isfeldios & Beilsteinios. quibus Belchlengensis occubuit, sed & alibi passim, odijs atque armis certatum. *Chron. Sax. Thur. Zach. Riv. &c.*

Concilio Trecensi, actum contra conjugia Clericorum, contra Simoniacos, & Sæculares Ecclesiasticorum beneficiorum collatores, Legatis Cæsaris contra ultimum se opponentibus, & Jus Principis sui violatum quiritantibus, quorum causa in Synodum Rom. rejecta est. *Baron. &c.*

Annus Christi 1108

Rudolphus Brigantiæ Comes, & Hartmannus Comes de Kirchberg graviter colliduntur, congressique armis prope Idungesheim, plurimis ex utraque parte desideratis, ægrè divelluntur. quo ipso anno Cæsarem in Robertum Flandriæ Comitem arma vertisse Sigebertus scribit ac modicum effecisse. Numerum cælitum auget B. Utho S. Blasij Abbas Comes Kyburgius, ut nunquam in tantâ caligine Luminaria defuisse Germaniæ animadvertas. *Const. Ben. Mon. S. Blasij. &c.*

Annus Christi 1109.

Ob negatum à Polono tributum Henricus insigni comparato exercitu in Poloniam movet, Libusio limitaneo oppido expugnato, cui adest Swatapulcus Boëmus Princeps fortissimus, qui tamen per insidias in castris interimitur, Cæsaris exercitu non multo post haud procul Uratislavia à Polonis gravi strage profligato *Curæus, Cromerus. Bucholz. Hagetius.* Uladislaus à majore procerum parte Dux salutatus, à Pragensibus non admissus, extremè periclitatur, opemq; Cæsaris implorat qui & opẽ pollicetur *Hagetius.*

Annus Christi 1110.

Inductus hoc anno Cæsar à Paschali Rom. Pont. ut investiturarum usurpato diu ab Impp. juri renunciaret, libertatemque Ecclesiasticam salvam vellet, seductus paulo post à pessimis consultoribus, patris ingenium moremque imitatus est; concessionem tam solemnem impie deinceps convellere conatus; qui & hoc ipso anno medidato sceleri viam aperuit, plerisque Italiæ locis occupatis. *Comp. Eccl. Hist.*

Idem anno suam in Italiam profectionem, per Legatos turbas Boëmiæ composuit, & Wladislao Principatum confirmavit; qui hoc ipso anno Polonos Boemiam vastantes, insigni clade repressit. *Ann. Boëm. &c.*

Moriuntur hoc anno duo Gebebardi, eximia Germaniæ decora, Spirensis & Constantiensis Episcopi, ille natus Comes de Urach, hic Zäringiæ Dux, uterque Hirsaugiensis sanctissimi Cænobij Monachus, posterior, teste Adelberto Monacho, insignibus à morte miraculis illustratus, de Germania dum viveret, si quis ullus alius, longè meritissimus. *Ant. Ord. t. 2. Const. Ben. &c.*

Annus Christi 1111.

Nunquam deinceps melior Henrico patre Henricus junior, ut gemelli potius videantur. Hoc anno infandam rem ausus, in Christum Domini manus injiciens, paschalem Papam virum Sanctissimum Roma captivum abducit, eoque demum adigit, ut Investiturarum juri renunciaret, quod dein Juramentum libertati redditus, ut captivo extortum merito rescidit. *Domnizo, Godefr. Viterb. Petr. Diac.* Et hanc pro coronatione gratiam hoc anno Henricus summo Ecclesiæ patri & pastori retulit.

Hoc tandem anno Henricus IV. excommunicatus Imp. cum sepultura hucusque caruisset, absolutus excommunicatione, Spiræ Mausoleo Cæsarum funebri Pompa illatus est. *Vrsperg. &c.*

Annus Christi 1112.

Turbatissimæ in Germania res, quiritante super libertate ordinum Germaniæ à Cæsare oppressa Sigefrido Palatino, & mox Lothario Saxonum Duce, Rudolpho Marchione Brandenburgio, Ludovico Thuringo, alijsque Principibus contra eundem conjurantibus. *Chron. Thur. & Sax. script.* Concilio Lateranensi irritum declaratur, quod Papa vi coactus Cæsari promiserat, & Cæsar diris devovetur. *Baron.*

Desinit Chronicon Sigeberti Monachi Gemblacensis, Historicis Germaniæ præcipuis accensendi, & inter meritissimos de Repub. viros numerandi, nisi Cæsaribus & quidem excommunicatis, nimium contra Pontifices & veritatem patrocinatus esset.

Annus Christi 1113.

Expeditionem in Saxones suscipit Henricus Imperator, & adjutore primum Hogero Comite Mansfeldio, rem feliciter gerit, Sigefrido Comite

Pala-

Palatino Sax. triumphato, & in acie cæso, Wipero de Greutsch Comite capto, & ægrè effugiente Thuringo, quæ causa conjuratis fuit, ut cautius dein agerent, & in societatem fœderis contra excommunicatum plures pertraherent. *Zach. Riv. Comp. Ann. Eccl. &c. Avent. Vrsperg.*

Annus Christi 1114.

Admirandâ constantia in novam Henrici, nunc Hæresiarchæ Cæsaris, Hæresim, à patre & filio, sed non Spiritu Sancto cognominatam Henricianum præliatur, Chuno S. R. E. Cardinalis, Congregationis nostræ Arrosianæ Monachus, idemque Germani Sanguinis Princeps Uracensis Comes, qui hoc ipso anno Bellovacensi Concilio p æsidens de novo Hæreticum Cæsarem atque excommunicatû pronunciat, *Godefr. Viterb. &c.*

Mathildem hoc anno ducit Henricus Angli Regis filiam, solemni prius Principum conventu Moguntiam indicto. *Aub. Mir. Crus. &c.*

Annus Christi 1115.

Dum Henricus extrema Saxonibus minatur, & grandi cum exercitu populabundus Saxoniam perrerrat, Lotharius Provinciæ Dux (postea Imperator Aug.) collecto milite eidê occurrit, & ad sylvam Welphonis congressus tanta contentione dimicavit, ut ex utraque parte quadraginta quinque mortalium millia desiderata sint, cum tamen, Helmoldo teste, quinque Cæsarianis tres solummodo Saxones opponerentur, *Fabricius, Crantzius Helm. Trith. &c.*

Annus Christi 1116.

Miser non uno infortunio Henricus, dum graviora metuit, pluribus jam defectionem parantibus, cum prioris anni fine revertisset in Italiam Legatos ad Pontificem destinat, quasi pro pace componenda. Hic vero Romam indicto Concilio, priora in perduellem Ecclesiæ Decreta confirmat. *Vrsperg. Sigon. Baron. &c*

Ipso anno dum Angliæ Rex cum Gallo collidit tur, opemque Cæsaris implorat, obnitentibus Ordinibus, ægre impetratum ab Henrico est, ne pro Socero Anglo, Germanis infensum Gallum redderet, cum inviolata Germanorum Gallorumque Amicitiæ Jura, utilissima utrinque, orbi vero universo, si hostilia moliri quam amica mall-nt, metuenda essent, *Comp. Ann. Eccl. &c.*

Annus Christi 1117.

Ingressus urbem hoc anno Henricus speciê pacis, diffugiente Papa fideles persequitur, & perduellium Corypheo Tusculano Comiti filiam jungit, quo ipso anno, dum mortuus etiam S. Benno noster Missnensis Episcopus, contra Schismaticos grandibus prodigijs pugnaret, idque ipsum Cæsar audiret, consternatus absolvi à Paschali Pontif. petijt, non tamen impetravit, quod diceret ille, ipsum à Concilio excommunicatum, Inde Henricus in Tarvisinam provinciam iter accelerat bello tumultuantem, *Sigon. Petr. Diac. Baron.*

Saxones interim absente Cæsare bellum feliciter persequuntur, & exercitus Cæsariani Ducum, ad iniquas conditiones adigunt, Groicij Comite in libertatem vindicato. *Chron. Sax. & Thur. &c.*

Annus Christi 1118.

Romæ mortuo Paschali dum Gelasius Cajetanus substituitur Cincius factionis Henricianæ antesignanus, rem immanem ausus, summum orbis caput pedibus conculcavit, calcaribus cruentavit, & tantum non occidens, turpiore exemplo, per capillos, ut bestiam captivum traxit, donec Romani per vim extorquerent, Cæsare nostro, libertati redditum fugientemque pari scelere persequente, donec Capuam effugeret, atque inde in Gallias, unde Sanctus vir fulmen Anathematis in caput intorsit, de quo deponendo cum Principes Germani deliberarent, is quamprimum in Germaniam advolavit. *Vrsperg. Leo Ost. Pandulph. Baron. Onuph. Sigon. &c.*

Annus Christi 1119.

Admirabile rursum sydus Germaniam lumine implet, tantas inter tenebras exortum, B. Rupertus Leodiensis S. Laurentij Monachus, Tuitiensis postea Abbas. qui tardiori ingenio remedium orans, illud à Deiparente Virgine impetravit, ita ut miraculum deinceps & Germaniæ & orbis esset, quod relicta ingenij monimenta orbi universo attestantur. *Buch. Mon. Leod. &c.* Callistus è Cluniacensi Monacho Episcopo Viennensi creatus, Pontifex Rhemis indicto Concilio, Imperatorem, cum renunciare Investituris nollet, denuo excommunicat. Moritur hoc anno Othbertus Brandeburgius Marchio Episcopus Leodiensis, ob hoc ipsum memorandus, quod comparaverit Ducatum Bullionensem pro 1400. marcis argenti à Godefrido Duce Lotharingiæ *Brusch. &c.*

Annus Christi 1120.

Condit novum ordinem, æternâ cum Germaniæ gloriâ Magnus & Sanctus Germaniæ Primas, Magdeburgensium Archipontifex Divus Norbertus, quem Præmonstratensium Canonicorum, à præmostrata Divinitus vitæ instituendæ ratione, appellavit, sub Regula Magni Ecclesiæ Doctoris Augustini, inter Regulæ ejusdem præcipuos auctores, adeoque Augustiniani ordinis Fundatores, cum Ivone Carnotensi merito habendus.

Moniti cælestibus prodigijs Saxones, invisum cælis Cæsarem persequi, in exercitum ejusdem & præsidia novis viribus consurgunt, ejectisque universis militibus, Simoniacos item Pontifices gradu deturbant, & legitimos eligunt *Chr. Sax. Serar. Comp. Ann. &c.*

Annus Christi 1121.

Urbe Tyrannis purgata dum Callistus Papa rem suâ curat, territus ejus successibus Cæsar, qui jam Moguntiæ imminebat cum exercitu, indicto Herbipolim Principum conventu tractat de pace, cum jam Moguntinus ope Saxonum, vi vim pellere decrevisset. Remissa totius negocij tractatio ad Callistum Pontificem, eamque ob causam partis utriusque Legati Romam destinati. *Vrsperg. Serar. &c.*

Hoc an priori anno rursum illustre Germaniæ Sydus, cælestibus inseritur, S. Theogerus ex Monacho Hirsaugiensi & Abbate S. Georgij Herciniæ Metensis Episcopus, cum pro Romana Ecclesia variè jactatus, tantum non mortem perpessus esset, paratissimus mori, idem grandibus à DEO prodigijs honoratus. *Ex Vita, Const. Ben. Menol. & Annal. nost.*

Annus Christi 1122.

Legatos in Germaniam destinat Callistus Papa ad celebrandum Wormatiæ concilium, in quo denique Cor Imperatoris emollitum est, ita quidem, ut

ut Investituris ipse in perpetuum renunciaret, summoque Pontifici, Ecclesiæ & alijs ablata restituere promitteret, sicque tandem rebus compositis suos, ipse Legatos Pontificijs adjunxit, & Callistum, cui ablatum antea Jus volebat, muneribus coluit *Anselm. Gembl. Vrsperg. Serar. Baron. &c.* Moritur B. Egino Augustæ Vindelicorum Abbas plurima item pro Ecclesia passus, *Steng. &c.*

Annus Christi 1123.

Vocantur & adducuntur hoc anno ad Ecclesiæ gremium, à quâ tot populi hoc ipso tempore per schisma desciverant, Pomeraniæ & finitimarum provinciarum incolæ, opera maximè Henrici Nigri Bojorum, &c. Ducis, & S. Otthonis Bambergensis è Monacho S. Michaëlis Episcopi, Wartislao Duce cum filijs Bugslauo & Casimiro ad fidem conversis, Helena cumprimis matre admittente, quam olim in tantæ Spem rei Wartislao Henricus Niger desponderat. *Monum. VVeing. Consl. Ben. Ann. nost. &c.*

Iterum cælesti splendore Stella Germaniæ oritur, S. Rupertus Abbas Limpurgensis, de cujus Sanctitate atque eruditione consulendi. *Ioes Trithemius, & alij.*

Annus Christi 1124.

Multi & maximi per Germanias Principes cucullum amplectuntur, quos inter longè potentissimus Henricus cognom. niger, Magnus Noricorum, Hetruscorum, Saxonum, &c. Dux, S. Petro fidelissimus, Mathildis cognatus, perturbatissimo Imperio ipse imperturbatus, florentissimis rebus sponte valedicit, & cum Walphilde conjuge Monachum apud Weingartenses profitetur, quo ipso tempore eodem in Cænobio tantus procerum Germaniæ numerus Deo militavit; ut mirâ & sacrâ ambitione, octo ejusdem familiæ Comites de Thann; dicti de Waldpurg Dapiferi simul semelque illic convenisse memorentur, plerique non sine Sanctitatis opinione celebrati. *Ex mon. Cænobij. Vinea nost. Flor. Annal. VVeing. & elogijs vir. Illustr.*

Henricus Imp. frustra dissuadentib⁹ Germanis, dum Socerum Anglum contra Gallum juvat, ab hoc fortiter, nec sine clade repellitur. *Cuspini. Sugerius. &c.*

Annus Christi 1125.

Optimus tandem pessimis Imperatoribus Augustus succedit, Lotharius Saxonum Dux bello clarissimus, cum Henricus V. 12. Cal. Junij Ultrajecti sine virili Stirpe decessit. *Ottho Fris. App. Marian.*

Tanchelmianam Hæresim insigni felicitate profligat S. Norbertus Magdeborgensium postea Archiepiscopus, eo nomine de inferiore inprimis Germania æternum meretur, qui eodem anno Romæ impetrat sui ordinis approbationem, *Ex Vita & Ann. nost. Comp. &c.*

Annus Christi 1126.

Primum Lotharij jam Imp. prælium Bohemicum fuit, quo insignem sibi nominis gloriam peperit, & de rebellibus, 12. Martij feliciter triumphavit. Inde urbes nimia libertatis præfidentia in Imperio compescendæ, quæ ut Imperium admitterent opera maximè Guelphorum Principum coactæ & subactæ sunt, *Vrsperg. Avent. Eber. compend nost. Bush. &c.*

Conradus Marchio Landspergæ & Losatiæ, primus sui generis Marchio Misniæ à Lothario Imp. instituitur, à quo in hodiernum usque diem Saxoniæ Duces & Electores descendêre, *Ex Vita eiusdem Ann. nost. Comp. Reusn. Henning. &c.*

Iterum duo insignia Luminaria Germaniæ, novum splendorem cælo inferunt, illic resuscitata, cum hic extinguerentur BB. Wernherus ab Ellerbach Abbas Wiblingensis, & Conradus Baro à Seldenbüren Abbas Engelbergensis, uterque miraculorum gloria à Numine illustratus, hic etiam Martyribus accensus. *Consl. nost. Ben. Menol. nost. &c.*

Annus Christi 1127.

Trucidato apud Paterniacum Helvetiorum Guilhelmo utriusque Burgundiæ Duce, cum Lotharius Conradum Ducem Zaringium hæredem & Successorem pronuntiasset, Reinaldus, Matiscouensis, hæreditatem, antiquo omnino jure sibi vendicavit, diuturna deinceps inter eos Principes suborta contentione, *Ottho Frising. App. Sigeb. Gordon.*

Quo ipso anno Carolo Flandro occiso, similiter de successione certatum est, donec Roberto Guilhelmi Normanni filio adjudicaretur. *Marchantius Miræus Alb. Gembl. &c.*

Moriuntur eodem anno Henricus Niger & Wulphildis conjux, Monachi Weingartenses, illustrissima Monachici Ordinis Sydera, quorum filius Conradus, Henrici superbi frater, parentum imitatus propositum cucullo illustrior quam Purpura evasit, verè Illustrissimus, cujus sacrarum manuum digiti, obscura nocte luminarium instar collucere visi sunt, *Ex Mon. VVeing. & Ann. nost.*

Annus Christi 1128.

Imperium graviter turbat Conradus Franconiæ Dux, contra Lotharium Imp. insurgens qui assumpto Regis titulo in Italiam properat Mediolanique summa gratulatione excipitur, quod factum insigniter Honorius Papa execratus est, & tam Conradum quam loci Archiepiscopum diris devovit. *Sigon. Trith.*

Guilhelmo Normanno defuncto, Theodoricus Alsatius Flandria potitur, qui Gravelingam oppidum condidit. *Mey. Marchb. Miræus &c.*

Rursum insigne Pontificum Sydus inter Germaniæ decora numerandum Udalricus Baro de Castello ex Monacho S. Blasij Constantiensis Episcopus, Sanctitatis celebratus, opinione qua multo dignius Pontificales cathedræ, quam auri immensâ vi nobilitantur. *Consl. Ben. Mon. S. Blasij. &c.*

Annus Christi 1129.

Multum in componendis Germaniæ turbis (turbulentum nactus imperium) Lotharius optimus Imp. elaborat, & per absentiam Conradi competitoris res suas in Germania promovet, rebellesque inter Urbes obstinatiorem cæteris Ulmam edomat, captamque diruit, tum Spiram obsidet, quam sequentis anni initio, ipsis Calendis Januarijs expugnavit. *Thrith. Ann. nost. Symb. &c.*

Godefridus Lovan. & Theodoricus Alsatius infeliciter pugnant contra Episcopum Leodiensem, & Valerianum Ducem Limburgensem *App. Gembl. &c.*

Annus Christi 1130.

Iterum turbæ à tergo Lotharij Cæsaris subortæ, ab eodem fortiter comprimuntur; cum Hermannus Comes Winzenborgius, Comitem Burcardum de Lochenheim amicissimum Cæsaris, amicè invitatum perfidè

perfidè mactasset, quem proin bello aggressus Lotharius edomat, & bona illius per Thuringiam Ludovici Saltatoris filio donat, quem & primum Principem Landgravium instituit, ac duodecim Comites eidem pro Palatinis attribuit. *Chron. Sax. & Thur. &c.*

Sobieslaus Princeps Boëmorum qui Lusatiæ magnam partem occupaverat, instaurat & munit Gorlicium &c. *Curæus. Bucholc. &c.*

Annus Christi 1131.

Noviomum & Cameracum hoc anno, Innocentius II. ex Francia venit, inde Leodium delatus, quo & Imperator cum Imperatrice occurrit, uterque ibidem ab eodem coronati. *Anselm. Gembl. Miræus, Trithem. &c.*

Quo ipso anno Indictæ Moguntiam Synodo Cæsar interfuit, cui Beatus Matthæus è Monacho Cluniacensi S. R. E. Cardinalis præsedit, *Trithem.* Meretur hoc anno plurimum de Imperio & Imperatore Mellifluus Doctor noster Bernardus Abbas, qui Lotharium Investituras repetere molientem, miro verborum pondere repressit, & summo Reip. Christianæ bono, absterruit. *Comp. Ann. Eccl.*

Eodem año desertus ab Italis Conradus Pseudo, Imperator, in Germaniam revertitur, à Lothario pridem edomitam, & in fide confirmatam. *Gerdon &c.* Moritur B. Adilhelmus Engelbergensis Abbas. *Conf. Ben.*

Annus Christi 1133.

Utilissima Ecclesiæ atque Imperio Conventus celebratur apud Roncalias, quo & Lotharius Augustus ex condicto occurrit, deque rebus gravissimis cum Innocentio Papa tractat. *Comp. Hist. nost. Eccl.*

Nunquam sine Syderibus Germaniæ cælum, licet nubibus subinde obductissimum. Hoc ipso tempore præ aliis elucescit S Bertholdus Carstensis in Styria Abbas, vir planè prodigiosissimus, & B. Henricus Abbas Breittenaugensis, & ipse miraculorum gloria illustratus, idemque relictis ingenij variis monimentis meritissimus. *Conf. Ben. Trith. Menol. nost.*

Annus Christi 1133.

Meretur optimè de Ecclesia Lotharius noster, Romamque profectus Innocentium sedi restituit, ab ipso vicissim 4. Julij ritu solemni coronatus Imperator. Conrado autem, & qui partibus ejus studebant, Germaniam turbantibus accepta benedictione revertitur. *Baron. Auct. Sig. Trith. &c.*

Annus Christi 1134.

Insignis ille Magdeburgensium Archiepiscopus, & amplissimi Ordinis Institutor S. Norbertus vitâ sanctè defungitur, inter præcipua Germania decora pro meritis numerandus. quem miraculis & vitæ Sanctimonia clarum superâ ætate Gregorius XIII. SS. albo adscripsit. Hoc vero ipso anno S. Gebhardus noster è Monacho Constantiensium olim Pontifex solemni ritu, ab Innocentio Pont. Max. canonizatus est. *Conf. Ben. t. 2. &c.*

Annus Christi 1135.

Nunc denique compositis Germaniæ rebus quietiora omnia, cum Spira superiore anno expugnatâ, Fridericus Cocles Sueviæ Dux & qui factionibus studuerant, Imperatori collo submitterent. Quo ipso anno Daniæ quoque Rex Lothario se subjecit, obsides dedit, seque & Successores Regnum non nisi Imperatoris permissu suscepturos promisit. Composuit & Polonum inter ac Bohemum res Lotharius, utrisque eidem regia munera deferentibus. *Comp. Ann. nost. Trith. &c.*

Oceanus in continentem effusus, Flandriæ Hollandiæ ac Frisiæ magnam partem aquis mersit, *Mey. & Germ. Inf. Script.*

Annus Christi 1136.

Imperator suscepta in Italiam expeditione, rem feliciter gerit, & Longobardiam percurrens, omnes Urbes ad obsequium compellit, cumque Venetis fœdera redintegrat. *Sigon. &c.*

Extinguitur magnum luminare Germaniæ, æternum Principum ornamentum S. Leopoldus Austriæ Marchio, sepultus in condito à se Neoburgensi Cænobio, & magnis miraculis commendatus. *Cuspin. Reusnerus &c.*

Tanto fulgure, tonitru, ventis & imbribus Cælum per Germaniam inferiorem inhorruit, ut mundi hujus machina dissolvenda videretur. *Lat. Mey.*

Annus Christi 1137.

Successu felici progreditur in Italia Lotharius, cujus exercitus pars Innocentium Papam Pisis susceptum Romam reducit, & sedi denuo restituit. Potitur Apulia Lotharius, victo ope Guelphonia Ducis Rogerio Siciliæ Rege, & Reginulphum Germanum Apuliæ Ducem renunciat. *Sigon. Crus. Germ. script. div. &c.*

Annus Christi 1138.

Germaniam repetens Lotharius optimus & fortissimus Imp. in Itinere moritur Tridenti 3. Decembr. de cujus morte vix inaudierant Germani Principes cum Conradum eligere, turbata toties Germania pessimè meritum, absente Henrico Guelpho Lotharij genero, omnium Germaniæ Principum longè potentissimo, ne hunc eligere cogerentur, hoc interea in soceri Imp. curando funere piè occupato, ex quo ingentes dein tanto Electore inconsulto, & consultò præterito, turbæ in Imperio natæ sunt. *Chron. Guelph. Ottho Frising. Onuphr. Sigon, &c.*

Annus Christi 1139.

Res turbatissimæ in Imperio Henrico Guelpho Saxonum Bojorumque Duce atque Electore, de industria Votum suum neglectum quiritante & quanta ambitione olim Regnum legitimo Imperatori, præreptum voluisset, & nunc occupasset Conradus demonstrante, arma denique corripiente & summis viribus bellum parante. Proscribit Henricum Conradus, & Saxoniam Alberto Marchioni consobrino Henrici, Leopoldo juniori Austriæ Marchioni Bavariam tradit, quæ res plurium animos distrahit, & gravissimos ubique motus conciravit. Quo ipso tempore Fridericus Monoculi filius, postea Imperator Conradum Zaringiæ Ducem armis cogit, aliaque inter Tygurum Urbem, cum Comitatu eidem eripit *Div. Germ. rer. script.*

Annus Christi 1140.

Adhæret Henrico, & Germanum fratrem merito tuetur Guelpho VI. Achillis Germanici cognomine ab egregiè factis nobilitatus, quem hoc ipso anno Weinspergæ à Cæsare obsessum, nulla jam spe ejus liberandi, memorabili pietatis exemplo, piâ fraude Conrado jam jam Victori eripit serenissima conjux, dum rogatus mulieribus ante deditionem annuere,

annuere, ut quod charissimum cuique esset exportaret, ipsa maritum sublatum in humeros extulisset. *Vrsperg. Trith. &c. Annal. Guelph. &c.*

Moritur felicissimus ille Pomeranorum Apostolus, Bambergensis ex Monacho S. Michaëlis Episcopus S. Ottho, cujus Sanctitatem magnis omnino à morte miraculis DEUS comprobavit, *Menol. nost. &c.*

Annus Christi 1141.

Tutorem fidelissimum, extincto non sine veneni suspicione Henrico fratre, nepoti se exhibet Guelpho senior, deque recipiundis Saxonia atque Bavaria concilium suscipit, Conradumque Regem de Siculo Ungaroque subigendis cogitantem, ita exercet atque exagitat, ut is potius de suis rebus tutandis, quam de alienis invadendis cogitaret. *Frising. Vrsperg. Crus. Mon. VVeing. &c.*

Moritur hoc anno Adelbertus Moguntiæ Archiepiscopus Guelphorum studiosissimus, cum jam & ipse exercitum instrueret & bellum contra Cæsarem pararet, quem subreptitiè alectum, & ipse affirmabat. *Ser. Mon. VVeing. &c.*

Annus Christi 1142.

Imperator Comitia solemnissima Constantiæ ad Acronium celebrat, ingenti Germaniæ Principum concursu & frequentia. *Const. Sacr. proph. Crus. &c.* Henrico Brandeburgio sine liberis defuncto, Conradus Imp. Albertum cogn. Ursum Principem Anhaltinum familiæ Comitum de Solwedel Marchionem instituit, à quo Berlinum, Bernavia Berwaldia, &c. cognominata sunt. *Trith Iust. Brensf. Bucholc.*

Annus Christi 1143.

Annus hyeme aspertima infamis; cæterà per quietus, quam quod Boëmus superiore anno à Moravo vexatus, eidem malefacta rependeret, & magno coacto exercitu, Moraviam rapinis infestaret. *Chron. Boëm.*

Annus Christi 1144.

A vitæ eximia Sanctitate, & Spiritus Prophetici admiranda gratia celebratur S. Hildegardis nostra Bingensis Abbatissa, eximium ordinis & Germaniæ ornamentum, quam in rebus gravissimis summi ordinis Pontifices consulunt, *Ann. Ord. Vita ejusdem t. 1. Men. Trith. Iepes. &c.*

Hoc an superiore anno, Mechliniæ Grimbergæque Dinastis Brabantiam bello graviter affligentibus, memorabili exemplo, ad confirmandos pugnantium pro patria animos Godefridus Dux infans, duas inter arbores in cunis suspens', Brabantis animos auget, ut fortiter pugnarent, & gloriosè triumpharent, captis in prælio hostium Ducibus, auctoribus belli *Res. Belg script.*

Annus Christi 1145.

Moritur hoc anno Beatus Rupertus Abbas Utenpuranus, vir sanctissimus, Suæviæ nostræ haud minimum decus, ad cujus deinceps tumulum ob frequentiam miraculorum ingens concursus fuit. *Mon. Vtt. Const. Ben. Crusius, &c.*

Conradus & Wartislaus Moraviæ Principes, Boëmi gratiam exambiunt, & quam diu respuebant, impetrant eidem plenè reconciliati, Boëmo quæ jure belli abstulerat libenter restituente. *Chron. Boh. VVenceslaus, Hage. &c.*

Annus Christi 1146.

Expeditionem in Palæstinam edicit Eugenius Pontifex, & ejusdem Præconem & Ducem designat Doctorem Mellifluum S. Bernardum Abbatem, qui hoc ipso anno pacem Germaniæ & Imperio reddidit, Guelphone Duce persuaso, ut positis armis quæ amicorum sanguine tinginda erant, tela potius in Christi hostes stringeret, simulque cum hoste Cæsare, expeditionem in orientem susciperet, *Hist. Guelph. Ioan. Bapt. Pigna, Comp. Hist. Eccl. &c.*

Iterum Jubar novum affulget Germaniæ. S. Eberhardus Comes de Hiltpolstein è Monacho Prüfeningensi hoc anno Salisburgensium Archiepiscopus creatus, vir Sanctissimus, & qui è Solio Pontificali haud aliter atque Sol illustrissimus mirè effulserit *Monum. Salisburg. Steng. Ann. Ben. &c.*

Annus Christi 1147.

Sollicitus ne quid se absente Germania pateretur Conradus Imp. Henricum prius filium Aquisgrani coronari curat, tum vero numerosissimo cum exercitu è Germanijs movens Bosphoro transito in Palæstinam tendit, quem Gallarum Rex, Ludovicus paulo post subsequutus est. *Guil. Tyrius, Ottho Frising. &c.*

Annus Christi 1148.

Jactatus varijs casibus, & Græcorum maximè proditione afflictissimus Christianorum in Syria exercitus, paucis hosti illatis cladibus, maximâ ex parte peste, gladio fame, & immixta panibus calce perit, Conrado adversis rebus fracto, & in Græciam revertente, reliquis item Principibus, sese ad reditum parantibus, *Tyrius. Baron. Rob. App. Ottho Frising. &c.*

Eodem anno B. Ernestus Zwifaltensis Abbas Germanorum Martyrum numerum auget, illâ ipsâ in expeditione captus à Barbaris, & extractis visceribus miserè excarnificatus *Mon. Zwif. Menol. nost. & Const. Ben. &c.*

Annus Christi 1149.

Meritis inæstimabilibus Germaniam demeretur Mellifluus Bernardus, Servatoris exemplum, pertranseundo & sanando omnes, atque innumeros ad meliorem vitam revocando; Constantiæ, Basileæ, Spiræ, Treveris, Coloniæ grandibus miraculis à Numine illustratus & commendatus. Invisit eâdem occasione ad S. Hildegardem Abbatissam, & Spiritum ejus Propheticum ac scripta à Divino Spiritu dictata mirè commendavit. *Trithem. Annal. nost. t. 1. Menol. &c.*

Revertitur eodem anno inglorius exoriente Conradus Imp. illico ad res Imperij non nihil turbatas, corrigendas conversus. *Auct. Cit.*

Balduinus Hannoviæ Comes absente Principe Flandriam vastat, cui insigni tum exercitu obnixa est Sybilla Princeps, donec res nonnihil componerentur, induciis in sex mensium spatium promulgatis. *Aub. Mir. Iac. Meier. &c.*

Annus Christi 1150.

Ingens meritum S. Petri cognomento venerabilis Abbatis Cluniacensis hoe anno celebratur, persuaso Rogerio Siciliæ Rege, ad pacem cum Conrado Cæsare faciendam, & ad convertenda in Syrios arma, qui Christianum exercitum tantopere attriverant. Quod is egregie præstitit, & Conrado quietius Imperium reliquit. *Comp. Hist Eccl. & ib. Cit.*

Revertitur ab expeditione in Orientem Theodoricus Elsatius Flandriæ Comes, & Hannoniensem Balduinum funestissimo bello petit; quod tamen hoc

hoc ipso anno plurimis utrimque desideratis, victoria tamen penes Flandros stante compositum est. *Iac. Mey.*

Annus Christi 1151.

Nil æqui dum impetrat à Cæsare, reversus è Syria Dux Guelpho, arma parat, & apud Principes, Henrici Leonis nepotis Charissimi orbitatem questus injurias Cæsaris attollens, causæ æquitatem probat, Henrici fratris exauctorationem, exilium mortem, gravi bello ulturus nisi sequenti anno, ad causam dicendam Cæsari ad tribunal suum suprema Numinis majestas diem dixisset. *Ann. Boi. Chron. VVeing. Hist. Guelph.*

Insignis rursum Apostolus Germaniam sudore suo sanctificat, S. Vicelinus ex Monacho Falderano Wandalorum & Sclavorum Episcopus, qui hoc ipso tempore connitente Henrico Leone juvene Principe prædicatione sua innumeros Christo lucratus est. *Alb. Stad. Helmoldus, Cranz.* Idem nuper Aldenburgensium creatus Pontifex.

Annus Christi 1152.

Vastatur incendio sævissimo Ratispona, quo ipso anno Audomaropolis deplorando similiter casu, media sui parte in cineres resedit. *Handius, Meierus, &c.*

Conradus Imp. dum expeditionem in Italiam parat, ad coronam suscipiendam, moritur non sine veneni suspicione, cui Fridericus Ænobarbus sufficitur, fratris filius, quem ipse Conradus proprio filio minorenni prætulerat, tanto promptius ab Electoribus approbatus, quod matre Guelphâ, Henrici
„ Nigri filia natus esset. Otthonem Frisingensem
„ Sanctissimum Principem & oculatum testem audiamus: Duæ in Romano orbe, apud Galliæ vel
„ Germaniæ fines famosæ familiæ hactenus fuêre,
„ una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelphorũ
„ de Altorffio: altera Imperatores, altera Magnos
„ Duces procreare solita. Istæ, ut inter viros magnos gloriæq; avidos assolet fieri, frequenter sese
„ invicem æmulantes Reip. quietẽ multoties perturbabant. Nutu vero Dei, paci populi sui in posterũ providentis sub Henrico V. factum est, ut
„ Fridericus Dux prior hujus, qui de altera, id est
„ Regum familia descenderat, de altera, Henrici
„ scilicet Noricorum Ducis filiam in uxorem acciperet ex eâque Fridericum, qui in præsentiarum
„ regnat, generaret. Principes ergo, non solum industriam ac virtutem jam sæpe dicti juvenis, sed
„ etiam hoc, quod utriusq; sanguinis consors, tanquam angularis lapis, utrorumq; horum parietũ
„ dissidentiam unire posset, caput regni eum constituere adjudicaverunt &c. Ita Frising.

Annus Christi 1153.

Sui muneris esse Fridericus añ. omnia putavit, ut Imperium lustraret, singulas provincias, ipse obiret, singulorum causas ipse audiret, ipse per seipsum mederetur Imperio, quod vix adito Principatu inter prima habuit, & ante omnia Guelphonem, ejusque ex fratre Nepotem Henricum cogn. Leonem, cognatos Principes demerendos censuit, sæpe dein attestatus: *nulla aliâ in re utiliorem se Reip. operam, quam conciliatis talibus amicis navasse.* Chron. Guelph. Ann. Weing. Ann. Boi. Ephem. Viu. &c.

Rursum magno Ecclesiæ & Germaniæ bono nova & Siderea gemma universos admiratione percellit, S. Elisabetha nostra Schonaugiensis Abbatissa, altera Hildegardis, & prophetico non minus spiritu illustrata. *Ann. Ben. Trith. &c. lep. VVion. &c.*

Annus Christi 1154.

Potentissimum ad superos Patronum mittit hoc anno Germania, S. Vicelinum, Aldenburgensem, ex Monacho Sigebergensi & Falderano Abbate Episcopum, gloriosissimum Sclavorum Wandalorumq; Apostolum, innumeris meritorum manipulis locupletissimum, comprobatum non uno exemplo fidelissimũ deinceps earumdem provinciarũ Tutelarem. *Helm. Petersen, Cranz. lep. Arnoldus, &c.*

Fridericus Imp. magnis sumptibus splendidam expeditionem in Italiam parat, pro Coronâ Imperij solenniter suscipienda. *Ottho Frising. &c.*

Annus Christi 1155.

Regiâ pompâ, insigni cum exercitu proficiscitur in Italiam Fridericus Imp. & Mediolanensium repressa insolentia Derthonam oppugnat, ad cujus deditionem, vix quisquam Henrico Leone plus contulit, amne nimirum, unde oppidani aquabantur averso, quâ captâ & direptâ soloque æquata, Papiam delatus Imp. illic primùm, dein Romæ Imperiali Corona insignitus est, quâ ipsâ die Romanos tumultuantes, & Castra Cæsaris adortos, idem Leo Guelphicus de quo suâ ipse manu ita excepit, ut de palma fortitudinis Duces ei pariter militesque ultro omnes concesserint, & Pontifex etiam facinorũ ejus spectator & arbiter, amplissimis eum laudibus & donis sit prosecutus. *Ottho Frising. Helm. Brunn. Chron. Guelph. Ann. Vin. &c.* Lue dein pestilenti turbante exercitum revertitur in Germaniam Cæsar, & ante omnia in Hermannum Comitem Palatinum, Moguntinum interea agrum cædibus & rapina vastantem, rigidissimè animadvertit, ipso, & qui juverant, Godefrido de Sponheim, Leiningensi, Kirchbergensi, Catimelibocensi aliisque Comitibus, magno terrarum spatio, in detestationem sceleris, canes suis humeris portare coactis, & graviter luentibus. *Dodech. Radevicus, Serar. &c.*

Ordo Equitum S. Joannis magnis progressibus incrementa sumit, amplissimis per Germaniam possessionibus auctus. *Ann. nost. Chron. Ord. &c. Const. Cajet. &c.*

Hoc anno, summo Germaniæ bono, Henricus Leo, & Henricus Austrius, in Boicam pro Leonis patre intrusus, magno procerum omnium applausu in gratiam redeunt, ipsisq; Deiparæ Natalitijs præsente Cæsare, Austrius quidem Principatu Bavariæ se abdicat, ille vero jus suum in Austriam ejurat, Boiaria ad Leonem tanquam legitimum hæredem redeunte. Austriæ autem præfectura limitanea, Boiariæ eousque appendix, tum primum ad Ducatus evecta excellentiam, Henrico Austrio, hæredibusque nullo sexus discrimine concessa est. Unde eleganstissime Brunnerus more suo:

Nec te pœniteat Guelpho repetita Leoni
Signa ad Cæsareos deposuisse pedes.
Quod Boius dedit ante tibi, dabit AVSTRIA nomen
AVSPICE TE, proprios AVSTRIA nacta DVCES.

Fridericus eodẽ anno Constantiæ ad Acronium celebratis Comitijs repudiatâ primâ legitimâ conjuge, Agnetem Burgundâ ducit, quæ dotis nomine,

 quidquid

quidquid est Burgundiæ inter Ararim & Rhenum ad maritum attulit. Friderico deinceps, quæ proclivitas sceleris in scelus est, plura auso, cujus ipsum Germanosque æternum pudeat & pœniteat. *Comp. Ann. Const. Chron. &c. Otho. &c.*

Annus Christi 1157.

Dum Adrianus Papa Fridericum, ob Londoniensem Episcopum in ditione ejus captum, & pessimè habitum paternè corripit, superbi ingenij juvenis ferens iniquius, datis quamprimum encyclicis ad ordines litteris, silens correptionis causam, à solo Deo collatum sibi Imperium jactans, & simul seipsum prodit, & indignè Papæ superbiam calumniatur. *Baron. Comp. nost.*

Eodem anno Idem Imp. insigni cum exercitu in Poloniam movet, cujus territi adventu, Gloggoviam & Bitomiam ipsi Poloni succendunt, ne illic præsidia à Cæs. ponerentur, coactus autem Boleslaus Rex pacem petit, & certis conditionibus à Cæsare impetrat. *Radevicus &c.*

Annus Christi 1158.

Indictis Ratisponâ Comitijs, Fridericus Imp. Uladislaum Boëmorum Ducem ritu solemni Regem creat, & loco aquilæ nigræ pro insigni Leonem argenteum cum bifurcata caudâ in scuto purpureo assignat, cum ab Vratislao, quem Moguntiæ Henricus IV. Regem renunciarat à 60. annis nemo Principum Boëmorum Regis titulum usurpasset. *Inde Fridericus inferiores Rheni partes peragrans,* ait Radevicus, *nullos sibi dies otiosos transire passus est, eos se ratus perdidisse, in quibus non aliquid de utilitatibus Imperij, de Iure & Iustitiâ inter omnes gentes conservandâ disposuisset, &c.* Rebus ex animi sententiâ ad Rhenum gestis, in Italiam denuo profectus Mediolanum obsidet, & deditione recipit, Verona, Cremona, Brixia similiter sese dedentibus. Tum Conventu Roncaliæ (locus est inter Placentiam & Cremonam) habito, de Regalibus agi voluit, decretumque est per totam Longobardiam, esse Imperatoris. Ea autem esse, ait Sigonius: Ducatus, Marchias, Comitatus, Consulatus, Monetam, Fodra (id est fœnum & paleas) portus, pedatica, molendina, piscariam, omnemque ex decursu fluminum utilitatem, & terram propriorumq; capitum census. Ut videas quæ per Italiâ Imperatores nostri sibi vendicârint. Moritur hoc anno Otho Frisingensis S. Leopoldi Austriæ Marchionis filius ex Mon. & Abb. Morimundensi congr. nost. Cist. Episcopus Frising. Scriptor suæ ætatis celeberrimus, idemque eximiâ Sanctitatis opinione celebratus. *Menol. alij sequenti anno.*

Annus Christi 1159.

Gravius ferentes Longobardi Leges ab Imperatore latas, secundo arma corripiunt, quos iterum eversis Crema & Mediolano compescit Fridericus. Oritur simultas Adrianum inter & Cæsarem, ob Regalia & Guidonem Card. rogante hoc à Papa ad Ravennatem Ecclesiam promoveri, & veluti subditû, in singulari numero usurpante; quæ incredibilem Friderici arrogantiam satis prodebant. Verum Adriani morte simultas sublata est, quem angina extinctum Friderici fautores muscam deglutijsse fabulari ausi sunt, aut potius cum deglutire non posset suffocatum, quod creduli Pontificij culminis osores, velut Sacra dictata amplexi sunt. *Baron Radev.* Electus 18. Cardinalium votis Alexander III. Octaviano cuidam tres solummodo Cardinales favêre, sed hic Friderico placuit, quem & contra fas & jura, quin & contra Spiritum Domini, petulanter fovit & adoravit. *Vid. Baron. Sigon. Aemil. &c.*

Nicolottus Obotritorum Rex, Megapolensium Princeps, superiore anno per absentiam Henrici Leonis, contra quam iste edixerat Danos vexare ausus cum malè conscius defendere se pararet, & Lubecam, qua se conderet, capere, occurrente Leone victus, captusque obtruncari jussus est. *Chron. Sax. Petersen. &c.*

Annus Christi 1160.

Nunc deniq; Crema septimo obsidionis mense expugnatur & crematur; Comitijs autem Erfordiæ celebratis, bellum in Mediolanenses decernitur. Tum vero Concilisbulo Papiensi in favorem Friderici electio Octaviani, dicti Victoris IV. approbatur; vicissim Concilijs Anglicano & Francico damnatur; & Alexander legitimus Pastor agnoscitur. Alexander autem concilio Anagniæ celebrato Fridericum malitiosè pertinacem cum suo Idolo excommunicat. *Baron. Sigon. &c.*

Mira Constantiâ obnititur Friderico, S. Eberhardus ex Abbate Biburgensi Ord. S. Benedicti Archiepiscopus Salisburgensis, vir Sanctissimus. *Menol. Anal. nost. &c. Steng. &c.*

Terminat hoc anno Historiam suam Radevicus, plurimarum rerum oculatus testis, Othonis Frising. continuator.

Annus Christi 1161.

Insigni & immortali merito, Henricus Leo, Pribislao Henetorum Duce victo, alijsque domitis Christianæ Fidei hostibus, Opera Brunonis Neomonasteriensis Monachi Adeburgensium Episcopi, aliorumque virorum Religiosorum apud Henetos, Wandalos & Obotritos Christianam fidem laissimè propagat. *Helm. Peters. Chronicon Guelph. &c. Albertus Hamburg. &c.*

Arctissima obsidione Mediolanenses premit Fridericus Imp. quos dum excursione facta audacius insequeretur, vulnerato equo corruens, haud levi accepto vulnere, à suis tamen internecione præreptus est. *Vita Frid. Comp. Ann. Eccl. Crusius, &c.*

Claret egregia vitæ Sanctitate B. Eberhardus Abbas S. Trudperti Ord. nost. in Brisaugia, quem cum contemplationi vacantem detractis impudicè caligis metalli fossores irriderent, vivi illico omnes terræ hiatu absorpti sunt. *Ex mon. ejusd. Can. Ann. nost. Menol. & Const. Ben. &c.*

Annus Christi 1162.

Tristissimo exemplo subactæ longiore obsidione urbis, Longobardiæ, nisi quamprimum pareat, præludit Fridericus Imp. pulsis Mediolano civibus, ædibus, præter sacras, universis eversis, ita ut per aream urbis mediam, decussatim ad Crucis formam, terra aratro proscinderetur; quo tantæ Urbis casu, Placentia, Brixia, Genua, &c. territæ, ad deditionem, faciles, fuêre, & Longobardia universa, Friderico se submisit, Alexandro Pontifice male ergo se affecti Principis metu in Gallias profugiente, magnoque illic honore & plausu excepto. *Godefr. Colon. Ursperg. App. Mariani, Baron &c. Sigon &c.*

Beata Hildegardis nostra miro exemplo Catharorum Hæresim debellat, quo ipso tempore germanus ejus Egbertus Schonaugiensis Abbas, repullulascen-

hulaſcentem Berengarij Hæreſim opprimit. Tantos utriuſque ſexus pugiles hoc etiam perditiſſimo tempore, Germania noſtra aluit. *Trith. Comp. Hiſt. Eccl. &c.*

Annus Chriſti 1163.

Anno hoc majorem partem in Germanijs exacto, revertitur in Italiam Fridericus, rebusque illic curatis, mox Germaniam repetit, ad motus Polonicos reprimendos, celebrante interea Turonenſe Concilium 150. Epiſcoporum, Alexandro, quo iterum Cæſar cum Victore ſuo excommunicatus eſt. *Guil. Neubrig. Baron. Sigon. &c.* Fridericus cogit Poloniæ Principes ut filijs Uladislai ſecundum pacta, patrimonium redderent. Ex eoq; tempora primos ſuos & proprios Principes Sileſia habuit: Boleslao Proceto Vratislaviam & Lignitium, Sileſiam mediam, Mieslao, Superiorem; Conrado inferiorem Gloggoviam, Croſnam & Saganum accipiente. *Chron. Pol.*

Admirabilis Germaniæ Inferiori pietatis fructus, è facie morientis Joſcionis noſtri oritur, quinque cæleſtis fragrantiæ roſæ, quod vir Sanctiſſimus, certis Nomen Deiparæ precibus quotidie ſalutaſſet. Fuit is Divi Bertini Monachus, cujus exemplum hodie innumeri æternâ cum illius gloria imitantur. *Ann. Ord. Mir. Hugo. Menard Iac. Meier. &c.*

Annus Chriſti 1164.

Turbatiſſimû Imperium, cum Fridericus, qui ſuum non adorarent Idolum Epiſcopos & fideles peſſimè odiſſet & perſequeretur. Verum dum extincto Victore boni omnes meliora ſperant, Pſeudo-Cardinalibus alium ſubſtituentibus, hunc item ut priorem Cæſar defendendum ſuſcipit, in quem rurſum Longobardi Venetiq; cōſpirant, *Sigō Baron. &c.*

Obotritis ſuppetias ferens hoc ipſo anno Wartislaus II. citerioris PomeraniæDux, Adolphum III. Holſatiæ, & Richardum Ditbmarſiæ Comites ad Deminum victr atque occidit. *Chron. Holſat. &c.*

Annus Chriſti 1165.

Excedit è vivis & æternaturis Syderibus jungitur, inſignis illa Germaniæ Gemma S Eliſabeth noſtra Schonaugienſis Abbatiſſa, grandibus meritis commendata, quæ orbi eventura, prophetico ſpiritu, incredibili cum fructu prænunciavit. *Ann. Ben. Trith. &c.*

Cum ſuperiore anno Conradum Archiepiſcopum, quod Alexandro Papæ faveret, ſede exturbaſſet Fridericus Imp. & is ad Alexandrum profugiſſet, fœde graſſatus in agrum Moguntinū Cæſar, impetravit Laudgravio Thuringiæ, ut nobiliores quaſque Archiepiſcopi arces everteret, & muros Erfurdenſes ſubrueret ac diſſiparet. *Chron. Thur. &c.*

Annus Chriſti 1166.

Contra Pontificem apertiſſimo bello progreſſurus Fridericus, Copias in Italiam promittit, quibus dignos ſane bello Duces præficit, Chriſtianum Moguntinenſem, Rainaldum Colonienſem & Alexandrum Leodienſem, Schiſmaticos & excommunicatos Epiſcopos, quorum induſtria, occupatis Ancona & alijs nonnullis Tuſciæ oppidis, ipſe fine anni ſubſequitur. *Vrſperg. App. Radev. Sigon.*

Annus Chriſti 1167.

Evadit Bononiam Alexander Papa, cum immani furore Italiam longè lateq; vaſtans Fridericus Imp. ipſam oppreſſurus Romam invaderet, quâ tantâ inſanientis Principis inſolentia graviſſimè offenſi Itali univerſi, de Germanorum excutiendo dominatu, deque libertate communibus armis aſſeranda fœdus ineunt, magnumq; noſtris negotium faceſſunt. *Baron. Sigon. &c.*

Moritur hoc anno Conradus Epiſcopus Auguſtanus natus Comes de Lüzelſtein, vel pro ipſa facti rate exempli memorandus, qui ne vitam famamq; cum alijs Epiſcopis Friderico faventibus contaminaret, Monaſterio noſtro S. Udalrici ſe includens, vitam illic religioſiſſimè exegit, idem & Epiſcopus & Monachus abſolutiſſimus, cui in Epiſcopali onere Hardovicus Baro de Lierheim, ejuſdem Monaſterij Prior ſucceſſit. *Steng. Bruſch. &c.*

Annus Chriſti 1168.

Res Italis contra Cæſarem proſperè ſuccedunt, qui amiſſo varijs cladibus exercitu, ne ludibrio eſſet hoſtibus, in Germaniam ſe recipit vires reparaturus, cujus diſceſſu aucti Italorum animi & plerq; urbes ab ijſdem deditione receptæ ſunt, *Blond. Barō. Sigon.*

Rurſum inſignis in Terram S. expeditio Welphone Hetruriæ Duce & Friderico Palatino in Barbaros moventibus. Moritur B. Conradus ex Abbate S. Crucis & Patavienſi Pontifice Salisburgenſiū Archiepiſcopus, diverſorum Cæſarum germanus, patruus, ſororius, eorumdem tamen pro Eccleſia impugnator fortiſſimus, merito à Card. Baronio, *immobilis Veritatis Columna appellatus.* Quo ipſo tempore alter Conradus, Reddaggeshauſenſis Cœnobij Monachus, mira conſtantia & Cæſari & Henrico Duci in eâdem cauſa ſeſe oppoſuit. *Ann. Ord. noſt. Aquila Ben.* Deſiuit hoc anno Helmoldi Chronicon, cujus opera ſæpius uſi ſumus. Roſtochium, octennio ante ædificari à Pribiſlao Henetorum Principe cœptum Urbis privilegia accipit, & Wirzburgenſi Epiſcopo ac Succeſſoribus Ducatus Orientalis Franciæ novo Privilegio reſtituitur & confirmatur. *Chytræus, Eber. Bucholc. &c.*

Annus Chriſti 1169.

Tertium hoc anno Idolum Idolo ſubſtituere nil veritus Fridericus Imp. Paſchali Pſeudo-Pontifici mortuo Joannem Strumienſem Abbatem ſubrogat, qui Calliſtus III. appellatus eſt. Cæſare autem in ſedandis Germaniæ turbis, & Saxonum Principibus reconciliandis occupato, rem ſuam inſigniter promovent Itali, & ad futura bella ſe præparant. *Sigon. Gordon. &c*

Annus Chriſti 1170.

Excedit è Vivis S. Vivina Bigardienſis Abbatiſſa, quo ipſo tempore S. Gerlacus Illuſtre Ord. Præmonſtrat. ſydus claruit. *Aub. Mir. &c* Balduinus Hannoniæ Comes valida auxilia Henrico Namurcenſi adduxit contra Godefridum Lovanienſem, hoc non multo poſt victo fugatoque. *Iac. Meyer. &c.*

Fridericus pacis minimè amans, pacem tamen ambit an ſimulat, Legatis ad Pontificem miſſis, qui tamen ob conditiones indignas abſque effecto remiſſi ſunt. *Godefr. Colon. Comp. Ann. noſt. &c.*

Annus Chriſti 1171.

Principū diſcordiâ an alia retentus cauſa Fridericus Imp. dum longiores moras in Germania nectit, Itali Mediolanum ſummo anniſu reſtaurant ac communiunt, & reliquas ſimiliter urbes, rebus neceſſarijs & firmo inprimis præſidio curant. Quibus cognitis, ne & Tuſciæ Urbes ab ipſo deficerent,

Christianum Moguntinom Episcopum cum lectiore militum manu, ad easdem in obsequio continendas in Italiam destinat. *Godefr. Colon. Mart. Crus. &c.*

Anous Christi 1171.

Rem Cæsaris promovere conatus in Italia Christianus Moguntinus parum proficit, Anconam quam diu obsederat relinquere coactus, quem Stadensis ait, majores in asinos sui exercitus, quam in omnem, quamvis magnam Cæsaris familiam, expensas fecisse. Fridericus interim Germaniam curavit, & Principum discordias composuit. *Div. rer. Germ. script.* In inferiore Germania, cum Henricus Lymburgius Namurcensem agrum graviter infestarat, à Namurcense Principe fortiter repressus, pacem petere coactus est. *Meier. &c.* Henricus Leo suscepta in Terram S. peregrinatione, cum paucissimis innumeros ferè hostes in fugam conjicit, idem in gravissimo naufragij metu Deiparentis visibili formâ apparentis beneficio prodigiosè eripitur. *Ex Mon. VVeing. & Ann. nost. &c.*

Annus Christi 1173.

Orientem fama implet Henricus noster ex Abbate S. Ægidij Brunswicensis, Lubecensis Episcopus, qui Henricum Leonem Comitatus, æterna cũ Latinorum, imo Germanorum gloria Germanus ipse cum Græcis coram Imperatore, & Henrico Duce congressus, eorum errores ita redarguit, ut obstupescerent ipsi; atque obmutescerent. *Ex Ann. cit. Suppl. Helmoldi, Cranz. Trith. &c.* Edoctus de nova Italorum conjuratione Fridericus, majorem quã antea unquam conscribit exercitum, & omnes Germaniæ Principes & Ordines ad ferendum subsidiũ concitat. *Ann. cit. Crus.*

Annus Christi 1174.

Moturus in Italiam Fridericus, exercitus partem præmittit, cujus primo incursu non paucæ Urbes receptæ sunt, subsequente mox Cæsare cum lectissimis copijs, eversaque Segusio, ac recepta deditione Asta, anni reliquum in obsidione Alexandriæ absumente. *Blond. Sigon. Baron.*

Annus Christi 1175.

Eversam Alexandriam dum omni modo vult Fridericus, sum̃asque intendit vires, S. Petro spectabili forma in equo candido apparente, fortiter repellitur, & ab Henrico Leone digno pietatis obtentu desertus, cum tantum Ducem potior pars nobilitatis, nervusque exercitus sequereotur, & ipse sequitur, assequutusque Clavennæ, cum ut reverteretur nihil proficeret, supplex denique ad Ducis affusus pedes, rejectus tamen à Leone, ut impia postulans, solvere obsidionem coactus est. *Ann. VVeing. Hist. Guelph. Brunn. &c.*

Annus Christi 1176.

Alexandria solutâ, turpi suorum clade & fuga irritatus Cæsar collectis quibus poterat copijs, novo conatu fœderatos Italiæ invadit, & post levia aliquot prælia, cruentissimo denique prope Lignanum 3. Cal. Junij congressus victusque, ipse equo dejectus & pro mortuo habitus, sibi tamen redditus de pace deinceps cum fœderatis & Pontifice tractare cœpit. Infelicitatis suæ causam omnem Henrico Leoni cognato Principi sed desertori adscribens, quem in Germaniam interea turbaret plurimum reveritus, nec hiscere quidem, quam compositis in Italia rebus, ausus est. *Mon. VVeing. & cit.*

Annus Christi 1177.

Fortunatissimus Ecclesiæ annus, quo pax tandem Pontificem inter & Cæsarem 24. Julij Venetijs Sancita est, absque tamen figmento illo conculcati ab Alexandro Imperatoris, verum Friderico jam tandem solidè ad saniora converso; Idolum suum execrante, verum patrem ac pastorem agnoscente, & digna pietate ac reverentia colente & deducente. *Sigon. Baron. &c.*

Insignis Germaniæ gemma S. Hiltrudis nostra Comitissa Spanheimia Monialis perfectissima inter cælestes thesauros reconditur, cujus Sanctitati & in vita & post obitum S. Hildegardis nostra testimonium perhibuisse scribitur. *Trith. &c.*

Annus Christi 1178.

Ad suos reversus Cæsar, nihil potius habuit, quam ut Henricum Leonem Amitinum suum omni modo eversum vellet, quem ut desertorem & læsæ Majestatis reum proscripsit, & Ducatu Bavariæ Saxoniæque dejecit, æmulisque Leonis, non tam licentiam vindictæ indulsit, quam ferè imperavit; quo factum, ut sicut antea bello Italia, sic nunc Germania turbaretur; Leone primùm, ut in causa bona, (quod salutari sua defectione Reip. salus reddita & pessimum schisma, etsi invito nuper Cæsare, sublatum esset) insultus primos fortiter repellente. *Ex Chron. VVeing. & Hist. Guelph. &c.*

Annus Christi 1179.

Cæsar exercitum contra Leonem mittit, quo cum vario Marte dimicatum est, varijs juxta hostibus, Coloniensi, alijsque velut Canulis Leonem lacessentibus, defendente nemine, ut ipsa subinde rerum desperatione, unus in omnes impetum faceret, haud profuturo conatu, cum Cæsarem reconciliatum Pontifici, tam Catholici quam Schismatici omnes nunc adorarent, Leoni cæteroquin, ob nimiam potentiam & fortunam infensiores. *Auct. cit.*

Hyems frigidissima & magna vis niviũ, quam mira deinceps fluviorum Germaniæ inundatio sequuta est. *Zach. Riv.*

Annus Christi 1180.

Victor tot gentium & Principum Leo, nimia fortunæ inconstantia consternatus, suæque tot bellis expertæ diffisus dexteræ, arbitrium litium suarum, lævo Consilio, ad inimicissimum sibi Cæsarem defert, expertus, Judicem æquum esse non posse, cujus intersit cadere causa illum qui accusatur, si præsertim odia accedant, præter conjuratas accusantiũ machinationes. Friderici ergo Judicis prona in damnationem sententia, tantus Princeps fortunis & provincijs omnibus exuitur, in quem auctuarij loco Halberstadius Antistes Anathema stringere cũ vellet, hoc fulmen vir militaris, sed Pius, ut formidabilius Cæsareo, ultimis precibus, amplexus Episcopi genua avertit. *Ann. Boi. & co. Forter Andr. Brunn. &c.* Substituitur in Saxoniæ Electoratu Bernardus II. Anhalonus, cui Ducatus ea insignia quæ hodie in usu sunt à Friderico concessa, cum serto rutæ; quod tunc, ut ob calores, rutâ coronatus erat Imp. sertum in clypeũ novi Ducis injecisset. *Cranz. Fabric. &c.*

Annus Christi 1181.

Lucidissima illa Ecclesiæ & Germaniæ lampas

S. Hil-

S. Hildegardis nostra, Abbatissa, Virgo, Prophetissa, terris exstinguitur, cælis exoritur, relicto insigni scriptorum thesauro posteritati universæ, cujus abditissima sensa, nemo adhuc mortalium exhausit. *Ex Vita Ann. Ben. Aquil. Ben. & Menol. nost.*

Immitem Cæsaris Sententiam armis rescindere aggressus Henricus Leo, eam æmulis suis illætabilem, insigniter à se ipso vindicatus, reddidit, donec Cæsar ipse ingressus Saxoniam novam nova illum ruina afflixit, & in exilium ejecit, Westphaliam & Angriam Coloniensi Episcopo assignans & Bernardum Anhaltinum in Electoratus dignitate confirmans. *Godefr. Col. Ann Boi &c.*

Annus Christi 1182.

Triennium exulare jussus Henricus Leo in Angliam concedit à socero Rege amanter & splendidè exceptus, cujus discessu tantum abest ut Germania à bello quiesceret, ut eoam novis quamprimum turbis ac tumultibus concuteretur; Ludovico Thuringio & Othone Saxoniæ Marchione graviter collisis, & hoc denique victo & capto, donec jussu Cæsaris dimitteretur. Quo ipso anno Godefridus Lovaniensis, & Balduinus Hannonius, ob jus ditionis Embeccanæ graviter dimicarent, quod tamen dissidium in magnum exarsurum bellum Flandriæ Comes composuit, *Lac. Mey. &c.*

Hæresim gravissimam primo ortu opprimit B. Bertholdus, Abbas Engelbergius in Helvetia, & Hæresis auctores ad saniora revocat. *Ex Vita, Menol. & Ann. nost.*

Annus Christi 1183.

Ad preces Henrici filij, qui coronati optabat, solemnissimis Constantiæ in Acronij Comitijs indictis, *Pax* illa scriptorum monimentis celebrarissima, vulgo *Constantiensis* dicta, Cæsarem inter & Longobardos constituitur, Kal. Julij, Diploma Sigonius profert, quod Baldus Juris-Consultus Commentarijs illustravit.

Romani cum Pontifice collisi, ob consuetudines quasdam abrogatas, Tusculum obsident, qua rei, indignitate motus ille urbe excedit. Occurrit præsidio Christianus Moguntiæ Archiepiscopus, à Cæsare cum parte copiarum in Italia relictus, qui Romanos graviter affligens, tandem fonte quodam infecto, cum multis alijs veneno perijt, Pontifice deinceps pecunijs rem componente, *Comp. Hist. Eccl. &c.*

Annus Christi 1184.

Turbis denuo Romæ concitatis, dum Lucius Pontifex Veronæ subsistit, illic eum convenit, Fridericus, deque opprimendis Romanis ac suscipienda in Terram S. expeditione tractat. Verum cum Pontifici reddere Mathildis bona recusaret, & vicissim Lucius coronare ipsius filium renueret, re infecta discessum est, *Sigon. &c.*

Ipso anno in solemni conventu Principum, ruente ob multitudinem solario, pene in cloaca Cæsar mergitur, octo illic Principibus viris & centum ferè nobilibus miserè suffocatis. *Stad: Godefr. Colon. Crus. &c. Zach. Rivand. &c.*

Annus Christi 1185.

Exustam olim à se Cremam, splendidè restaurans Fridericus Imp. æternum sui nominis monimentum Italiæ relinquit, de qua pessimè ante meruerat. Ejus filius cum insolentius ageret, parum aberat quin novas apud Italos turbas concitaret, cujus coronationē cum denuo pater urgeret, Pontifex respondit, non esse conveniens tempori, ut duo imperarent. *God. Colon. Ann. Comp. &c.*

Moguntinum inter & Thuringiæ Landgravium graves guerræ intercedunt, & promiscuis cæde ac rapinis certatum *Chr. Thur. &c.*

Annus Christi 1186.

Abundantia mira rerum omnium per Germaniam, cum insolentissimo sanè exemplo Januario mense arbores florerent, Februario Italicarum nucū magnitudine essent, messis Majo mense, Vindemia initio Augusti Locis cæteroquin frigidis haberetur. quam præcocem fertilitatem Lues pestilens comitata est. *Chron. Thur. Zach. Rivand. &c.*

Fridericus Imp. cum Urbano recens lecto Pontifice graviter colliditur, cum Papa filium consecrare & coronare renueret, nisi pater bona Ecclesiæ ablata restitueret. Ita quidem ut Urbanus necessario cogeretur, de excommunicando denuo cogitare. Interim Fridericus Guilhelmusque Siculus pace constitutâ novo affinitatis vinculo junguntur, data in matrimonium Henrici Friderici filio, Constantiâ Siciliæ hærede. Cui Henrico primo hoc ipso anno Italiam tradit. *Bar. Sig. Comp nost. &c.*

Annus Christi 1187.

Laborat novis iterum turbis Germania, cum Volmarum Treverorum Episcopum à Papa designatum, hostiliter persequitur Fridericus, suffraganeos eidem faventes eversos vellet; mox & cum Coloniensi pessimè contentus. Verum mortuo Urbano, succedente Gregorio VIII. ad sacrum bellum quod nostri Hierosolymis ejecti plurimi periclitarentur, concitatus Imp. Noribergam Comitia indixit, deque juvando Oriente cum Principibus contulit, *Comp. Ann. &c.*

Ipso anno Baldewinus Traject. Episcopus, & Ottho Geldriæ Comes cædibus atque rapinis hostilia exercent. *Rer. Belg. Script.*

Annus Christi 1188.

Ingens per Germaniam ad bellum Sacrum apparatus, Cæsarque ipse cū filio Ludovicus item Landgravius Thuringiæ, Poppo Hennenbergius, Robertus Nassovius & plurimi Germaniæ Principes Moguntiæ Cruce signantur, sed & Galliæ, Angliæ & Siciliæ Regestam sanctæ expeditioni se devovent. *Baron. Sigon. &c.*

Henricus Leo nuper ex Anglia reversus Stadensem Provinciam mox Holsatiam, Wagriam, Stormariam bello repetit & recipit, ac Leopolim (Lubecam) expugnat. *Chron. Sax. & Hass. &c.*

Annus Christi 1189.

Quod Anglus Gallusque Reges, ob mutua odia profectionem differrent, impatiens moræ Fridericus Imp. cum centum quinquaginta armatorum millibus in Orientem movet; Henrico interim filio, Regnum uxoris à Tancredo Siculo armis repetente. *Hugo Falcandus, Roger. Vrsperg.*

Atrebatum Episcopo & Flandriæ Comite hostile bellum parantibus, intercedit Henricus S.R.E. Card. & magnum malum à Belgio avertit *Comp. nostrum.*

Henricus Leo cum Adolpho de Dassele gravi prælio congressus victusq;, dū ulcisci parat, Imperator paulo ante profectionē ipsos reconciliat, ne quid per

 absen-

absentiam suam, in Germania turbaretur. *Ioan. Petersen. &c.*

Initia ordinis Teutonici celebrantur, sub Henrico Walpott, primo Equitum illorum Magistro. *Ann. Ord. &c.*

Annus Christi 1190.

Universo spectante & complorante exercitu Imperator Frid. dum Serram amnem lavandi gratia ingreditur, vi aquarum absorbetur 3. Id Junij, nunquam deinceps repertus seu visus; cui in otieute Conradus, in Imperio autem Henricus eo nomine VI. filij successère. *Cranz. Siffr. Naucler. Sigon. Vrsperg. &c.*

Henricus Leo Bardovicum gravi obsidione premit, atque expugnatum solo æquat, è cujus tantæ Urbis ruderibus Lunæburgum exstructum seu restauratum est, *Eber. Buch. &c.*

Annus Christi 1191.

Augustus salutatur & solemnissimè coronatur Henricus Frid. I. filius à Cælestino, cum prius Tusculum ei restitui impetrasset, verum inde discedens dum Neapolim obsidet, Romani receptum Tusculum evertunt, & Henricus lue pestilenti coactus soluta obsidione in Germaniam revertitur, Constantia ejus Conjuge capta & Tancredo oblatâ. *Auth. supra cit.*

Annus Christi 1192.

Liberatur Constantia Imp. & Henrico restituitur à Tancredo operâ maximè Rom. Pontificis Cælestini, qui hoc anno Teutonicum ordinem confirmat. *Comp. Eccl.*

In Italia prosperè rem gerit pro Cæsare Diepoldus Marchio, & Salernum in Campania recipit *Sigon.* Adolphus Holsatia Comes ex Oriente reversus coacto exercitu ope Bernardi Saxonum Ducis Stadensem ditionem recipit. Confligunt eodem año cum Moguntino, Hermannus Hassiæ, & Conradus filius, Thuringiæ Landgr. vij. *Chron Thur. Zach. Riv. Petersf. &c. Godefr. Col. &c.*

Annus Christi 1193.

Indignam rem ausus Luitpoldus Austrius, Richardum Angliæ Regem ex oriente reducem, injuriæ cujusdam prætextu, intercipit, ad Cæsarem deducit, qui paratâ pecunia centum millium aureorum Regem se liberaturum juravit. *Sigon. Comp. nost. &c.* Luitpoldus eam ob causam à Papa excommunicatur. Nascitur Henrico filius Fridericus II. postea Imp. qui idem annus natalis fuit Illustrissimo illi Germaniæ & ordinis Prædicatorum Syderi, B. Alberto cognomento Magno.

Henricus Dux Lovaniensis ejusque avunculus Arduennensis arma sumunt contra Lotharium ejusq; fratrem de Ostada. Sed & Bevernenses Alostani, & Brabantia universa armis concutiuntur. Henrico Imperatore Sonegium usque occurrente, ut partes conciliaret, nec aliud quam inducias impetrante. *Meyer, Miræus. &c.*

Annus Christi 1194.

Turbis Germaniæ, ut poterat, compositis, proficiscitur in Italiam Henricus Imp. Cajetaque & Neapoli deditione acceptis, mox Sicilia universâ potitur, fidei tamen datæ & violatæ reus, victoriam coinquinavit, eû promissū exauctorato Regi puero Tarenti Principatū turpiter denegaret, *Sigon. Gordon, &c.*

Iterum vario eventu Moguntinus, cum Hasso præliatur, & Trajectensis Episcopus Frisios bello aggressus turpiter repressus, ad sua se recipit. *Godef. Colon. &c.*

Annus Christi 1195.

Egregium specimen sui generis, ne degenerare videretur, edit Henricus Imp. præter fidem datam, innocentem puerum, Guilhelmum Regem oculis privans, & matrem Reginam carceri mancipans, indignis modis Tancredi amicos omnes tractans, causatus absque causa Siculorum conspirationem. Tum Mathildis bona Ecclesiæ propria, ipse ut sua usurpat. à Richardo insuper Anglo libertati restituto, injustè pecunias extorquens, ob hæc ipsa Anathemate percussus. *Paudulph. Vrsperg. Sigon, &c.*

In Germania Albertus & Theodoricus fratres Misniæ Marchiones ob Argentifodinas Frybergenses acriter armis contendunt, ægrè denique compositi. *Chron. Thur. & Sax.*

Henricus Leo, familiæ Guelphicæ Princeps potentissimus, Elector Saxon. VI. moritur 6. Aug. cum Electoratum annis 40. vario eventu gessisset, ob admirabilem fortitudinem, & res præclare gestas Leo cognominatus, cujus alia inter monimenta ad æternitatem durant, pons Ratisponensis & turris ibidem cathedralis, Lubeca sive Leopolis & plurima condita Monasteria, singula digna Cæsaribus molimina, priscæ potentiæ Guelphorum argumenta. *Bertuf. Cranz. &c. Hist. Guelph. &c.*

Annus Christi 1196.

Rursum Tyrannide Germanum nomen turpiter maculat Henricus Imperator, illud exosissimum Siculis & Romano Pontifici reddens, cum stabiliendi Regni nimio desiderio, in innocentes suspectos quoscunque absque discrimine grassatur. *Sigon & Cit.*

Iterum non pauci Germaniæ Principes, eosq; inter Henricus Brabantiæ, Valeranus Limpurgi, & Henricus junior Saxoniæ Dux expeditionem in Terram Sanctam suscipiunt. *Dreus. Miræus. &c.*

Annus Christi 1197.

Solvit naturæ debitum Henricus Imp. in Sicilia, simulque exercitæ illic crudelitatis dat pœnas, cum paratâ jam insigni in Terram S. expeditione, mutato repente consilio illic subsisteret. Sequutum est 5. an 6 mensium interregnum, cum rejecto tri enni ejus filio Friderico II. contrarijs Studijs in Philippum, & Otthonem IV. Brunsuicenses, Principum animi inclinarent *Comp. nost. &c.*

Annus Christi 1198.

Audita Henrici Cæs. morte, neglecta Christianæ rei in oriente cura, inde Principum plerique dilabuntur, Interea Otho IV. Aquisgrani coronatur, Philippo Henrici mortui fratre, ut Votum Rom. Pont. mereretur Tusciæ Principatum, præter montem Flasconis Pontifici reddente, inde immensitas quædam fluctuum Germaniam obruit, cum diversorum Studia, in factiones & bella verterentur. *Vrsperg. Sigon. Bar. &c. Buch. &c.*

Annus Christi 1199.

Landgravius Hassiæ Hermannus Otthonis partes summo studio fovens, rem ejus felici successu promovet, subactoque Mühlhusio, Salfeldam expugnat, & incendio delet. *Chron. Thur. &c.* Premislaus

mislaus Bohemus Philippo adhærens, ab eo Moguntiæ solemni ritu, coronatur. Turbatissima omnia, ita ut germani fratres diverso studio, in juratissima demum odia abriperentur. *Cit. Auct.*

Annus Christi 1200.

Turbæ ex turbis, cum ijdem Principes sciplis diversi essent, & maxmi cuique utile visum, ad partes Othonis & Philippi accederent, cum interim Saxonia, Suevia, Alsatia, omnes ferè Provinciæ sanguine natarent, ignibus collucerent, Ex *Cit.* Inter hæc nubila morte exsplendescit B. Meingofus Abbas Weingartensis Comes Lechsmundanus, hoc ipso anno mortuus, quotidianis à morte miraculis coruscus. *Mon. VVeing. &c.*

Annus Christi 1201.

Exulceratissimis animis Ottho atque Philippus, quisque alterius eversionem parat atque molitur, Philippo nunc etiam Moguntiæ coronato, cui Gallus suppetias, illi vero ex Sorore nepoti auxiliares copias Anglus submisit. *Aemil. Genebr. Ursperg. &c.*

Eodem tempore confusa in inferioribus Germaniæ partibus bello omnia; Hollatis, Slesuicensibus, Stadensibus alijsque hostiliter dimicantibus *Joan. Petersf. &c.*

Annus Christi 1202.

Mira Philippi Anti-Cæsaris insolentia, qui certo jam quasi Regnos sui generis sequutus indolem, omnia sibi arrogans, nihil deferens Ecclesiæ, ab Innocentio Papa excommunicatur. Sed & Boëmum ex amico hostem reddens, eum, cum Adelam Otthonis Misniæ Marchionis sororem repudiasset, Regno privat, qui statim Otthonis partes sequutus est. *Chron. Thur. & Sax.*

In tanta rerum perturbatione, fastidio inquieti Principatus, æternum quærunt in cucullo Principes, utriusque Sexus quamplurimi, è quibus Simon Lotharingiæ Dux, ne tam incertæ fortunæ & conditionis Principibus, filias jungeret, quatuor omnino Regum Regi Christo sub divi BENEDICTI instituto consecravit. *Ann. Ord. &c.*

Annus Christi 1203.

Cum Philippum plurimi desererent, præsertim jam Sacris interdictum, eosque inter sanguine junctissimus Hermannus Hassiæ Landgravius, in hunc ante alios Philippus hoc anno exercitum ducit, varia fortuna congressus, donec Hermannus, cum Ottho promissis non staret, alijs nimium distentus curis, ab hoc ad Philippum deficeret; non diu duraturâ fidelitate, cum paulo post, offensus recederet. *Zach. Riv. Ch. Sax. & Hass. &c.*

Sacrinensis Pontificatus initia celebrantur sub lectissimis duabus ex ord. S. P. N. BENEDICTI Episcopis Bernone & Brunwardo. *Ann. Ord. Comp. Hist. Eccl. &c.*

Annus Christi 1204.

Exercitum denuo in Thuringum ducit Philippus, quem cum aliter avertere non posset Hermannus, ad eum supplex in castra venit, iterumque in gratiam receptus est, cum non ignoraret Philippus; quanti referret ex hostibus amicos reddere, quamvis alternantis fortunæ Fidelitatisque vices toties jam expertus. *Comp. sæpè Cit. &c.*

Annus Christi 1205.

Laborat non solum Regnum, sed Ecclesia per Germanias, cum adhærentes excommunicata Philippo, Papa Anathemati subjiceret, sicut hoc ipso anno Adolphum Coloniensem, qui Philippo rem questus, effecit, ut Comitijs Spiram indictis in bellum in Colonienses publicis votis decerneretur. Verum Philippum fortiter isti à mœnibus repulêre. *Vid. Godef. Colon. &c.*

Annus Christi 1206.

Episcopatum Coloniensem, cum Urbem expugnare non posset, Philippus igni & ferro populatur, cui Ottho Imp. cum novo electo Brunone occurreret, victos ægre effugit, Archiepiscopo in arce quadam intercepto, nec multo post Coloniensibus quoq; Philippi gratiam efflagitantibus. Ottho auri defectu, rebus suis diffisus ad avunculum Regem in Angliam profectus, summoque honore exceptus, paulo post plenis manibus revertitur. *Comp. Hist. Eccl. & Cit.*

Annus Christi 1207.

Beatæ Lugardis Abbatissæ Aquiriensis grandibus meritis illustratur supra omnem omnium astrorum splendorem Germania, quam DEUS omnipotens gratia & gloria maximis illis Virginibus Catharinæ & Agneti Martyribus æquiparavit. *Ex Vita Menol. & Ann. nost.*

Pax tandem Germaniæ redditur, data Otthoni in Conjugem Philippi filia, & Imperio post obitum Philippi promisso. *Ex Comp. nost.*

Annus Christi 1208.

Rex Philippus in arce Bambergensi cum post incisionem venæ quietis causâ in cubiculum quoddam secessisset, ab Otthone Palat. Comite de Witelspach, injuria quâdam irritato, interficitur; cui, nullo jam contradicente Ottho IV. in Imperium succedit, magna omnium ordinum gratulatione Augustus salutatus. *Bar. Ursperg. Godefr. Trith.*

Ulricus Baro de Saxo Abbas S. Galli & Wernherus Constantiensis Episcopus gravi bello propter castrum & oppidum Rhineck contendunt, consertisque manibus, Episcopus Kyburgiorum aliorumq; Comitum ope triumphat, gravi clade adversarijs illatâ. *Const. nost. Stumpf. Chr. Const.*

Annus Christi 1209.

Aliud Germaniæ & vere illustrissimum Sydus celebratur, idem Romanæ Ecclesiæ & Italiæ à Germanis concessum B. Conradus Henrici Nigri Noricorum Ducis filius, sive ut alij volunt Comes de Seio, cujus digiti sacri cælestium luminarium instar nocte splendere visi sunt, idem S. R. E. Cardinalis è Monacho, de universa Ecclesia gravissimis Legationibus meritissimus præcipuus novæ Prædicatorum familiæ Macænas & propugnator, cui ob idipsum DEI para spectabili forma apparens gratulari & gratias agere visa est. *Ex Annal. nost. &c. Henric. &c.*

Ottho Imp. Romam veniens solemni rim Augustus coronatur, fide datâ rebus Ecclesiæ se nihil detracturum, verum vix inde digressus in Longobardiam, incertum quâ offensus causa, Faliscos & Flamminiam Pontifici ademit, & Apuliam occupavit. *Baron. &c.*

Annus Christi 1210.

Regnum etiam Neapolitanum dum eripere Friderico juniori tentat Ottho Imperator, Innocentius pupilli propugnator frustra commonitum, diris

devovet, suaque in sententia obstinatum Imperio privat; grandibus quamprimum malis Germaniam denuo flagellantibus, & tantum non omnino mergentibus. *Script. rer. Germ. diu. & Symb. nost.*

Annus Christi 1211.

Evocatur ex Italia Fridericus II. contra Otthonem IV. à Principibus, concitante maximè Thuringo electus Imperator, qua necessitate compulsus Ottho, relicto bello Neapolitano, iter in Germanias accelerat, ad concitatos illic motus reprimendos. *Vrsperg. Naucl. Bar. Symb. nost. Godefr. &c.*

Bertholdus Dux Zaringius dum in Valesios & Viberos Helvetiæ populos movet, infeliciter prælíatur & fugatur. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1212.

Tristissima Germaniæ facies, dum alij gratulabundi Friderico ex Italia venienti occurrunt, alij arma parant. Fridericus Curiæ somma gratulatione ab Abbate S. Galli & Episcopo Constantiensi, nuper juratis hostibus exceptus, Basileam usque Raucorum deducitur, Otthone interim Landgravium acri bello persequente, accepto tamen de adventu Friderici nuncio relictâ Thuringia in Alsatiam properante, & variâ fortunâ, minus plerumque sibi æquâ, confligente. *Auct. Cit.*

Annus Christi 1213.

Victus non uno prælio Ottho, à plerisque Principibus deseritur, utpote à Numine ob excommunicationem desertus, Princeps cæteroquin, manu & consilio promptus, quem cum solus ferè Coloniensis legitimum Imp. agnosceret, gravia ob hoc ipsum à Friderici factione passus est.

Eodem anno Fridericus conventu Aquas indicto in sede Caroli solemni ritu repositus est, & hoc ipso anno, ut res Germaniæ firmaret, cum Galliarum Rege fœdus inijt. *Symb. nost. & Cit.*

Henricus Brabantiæ Dux gravi bello cum Leodiensi Episcopo congressus vincitur, plerisque suorum desideratis *Trith.*

Annus Christi 1214.

Reapse expertus Fridericus, quanti referret, cum vicino amicitiam colere, Philippum Galliarum, omnis fortunæ suæ post DEUM auctorem præcipuum habuit: Philippus namque Jectissimo suorum adducto exercitu cum Otthone congressus, eundem memorabili prælio 27. Julij ad pagum Bovinensem superavit, ipso ægre effugiente, Flandroque ac Saresberiensi, præcipuis Otthonianarum partium Ducibus captis. *Diu. Rer. Germ. script. Aemil. &c.*

Qua victoria tunc usus Fridericus, Otthonem, Urbesque Imperij ipsi etiamnum faventes adeo pressit, ut ille veniam petere, istæ deditionem facere cogerentur, *Nauclerus & alij.*

Annus Christi 1215.

Expeditionem sacram in fideles promulgante Innocentio, Fridericus Imp ipse cruce signatur, magnam de se spem optimi Principis faciens, nisi fefellisset, nulla spe melioris è tam iniquo genere sobolis, quod pridem suspectum esse, & Pontifici & Principibus debuisset. *Trith. Symb. &c.*

Uti Apostolus dicit, *Oportet hæreses esse*, id in Germania sæpe numero comprobatum est, & hoc ipso tempore innotuit, quo plurimi varios per patriam errores disseminavêre; è quibus plurimi per Alsatiam maxime deprehensi, igne cremati sunt. *Trith. &c.*

Ottho ex-Imperator, ne nihil agere videretur, ope Henrici fratris Palat. Comitis Otthonis Brandeburgij & Waldemari Bremensis Archiepiscopi, Hamburgum occupat. *Ioan Peters. Chron. Sax. &c.*

Annus Christi 1216.

Terra marique ingens ad bellum Sacrum præparatio, non paucis è Germania Principibus, comparato non modico exercitu illuc tendentibus, *Chron. Helv. Ioan. Stumpf.*

Waldemarus Daniæ Rex cum Adalberto Comite Orlemundio Hamburgum expugnat, Ottho ex-Imp Brunswicum secedens anteactæ vitæ seriam suscipit pœnitentiam. *Chron. VVeing. Guelph. Hist. &c.*

Annus Christi 1217.

Quantum doleret de læsâ summâ Christi Vicarij majestate, seria sceleris tanti detestatione, Ottho nuper Augustus manifestum Ecclesiæ voluit, excommunicationem legitimè illatam, enixissimis precibus deprecatus, quâ ipsum Sigfredus Hildesianus Episcopus, paulo ante mortem absolvit. absolutionemque Pontifex Rom. ratam habuit; cum æger tantus Princeps tanta contritione peccata sua lugeret, ut ab extremæ sortis hominibus, calcari pedibus collum suum vellet & imperatet. Cujus tamen mortem non improbabiliter ad sequentem annum alij referunt, *Siffrid. Misn. Albert, Stadens. Mart. Crus. &c.*

Ipso hoc anno Ord. Teutonici milites primam expeditionem adversum infideles in Prussiam suscipiunt, & de Rep. Christiana optimè meretur. *Orig. Ord. Pruß. &c.*

Annus Christi 1218.

Vita excedit Bertholdus ultimus sui generis Dux Zäringensis, parte Principatuum ad Uracenses & Kyburgenses Comites affines devolutâ. *Chron. Helv. &c*

Nascitur eodem anno Rodolphus Habspurgensis, postea Imperator, vel pro ipsâ felicitate, & tanti generis per ipsum ad summum gloriæ culmen evectione inprimis memorandus. *Cuspin. &c.*

Germaniæ inferioris deplorandus hoc anno status, ob inauditam maris inundationem, ita ut castella, pagi, oppida penè innumera aquis submergerentur, plectente Numine unios temulanti & blasphemi hominis grande scelus, cum is sacram pridem è manu Sacerdotis ad ægrum invisuri è manu petulanter excussisset. *Chron. Fris. Trith. &c. alij anno 20.*

Annos Christi 1219.

Imperator solemni ritu hoc anno consecratus ab Honorio Rom. Pont. majorum more paulo post Ecclesiæ ingratissimus, ab eodem Pontifice ob Sacrilegia diris devovetur. Sustulit idem Imperator, veneno ut ajunt ejus jussu propinato, nil tale merentem Theobaldum Lotharingiæ Ducem, ut hæc Germani Principis scelera etsi pudeat referre, malimus tamen, quam fide mala seu minus integra præterire. *Ann. nost. Comp.*

Cum Siffridus Mogunt. Archiepiscopus Ludovicum Thuringiæ Landgravium, absque sufficiente causa Anathemati sobjicere constitueret, ille indignius ferens multa ejus castella obsidet, & provinciam vastat, donec res intervento Abbatum Fuldensis & Hersfeldensis componeretur. *Chron. Thur.*

Annus

Annus Christi 1220.

Debellant felici successu Russos Infideles Teutonici ordinis milites, quibus associati varij ex ordine Monachico, & Sacra inprimis familia nostra Cisterciensi, lectissimi Christi pugiles, fidem Christi prædicando latè disseminarunt. *Chron. Ord. Teut. &c.*

Claret admirabili vitæ Sanctitate B. Ida de Leuvis, nostra Monialis in Cænobio Rameiæ in Brabantia, Virgo Numini gratissima, & ab eo mirè illustrata, spiritu prophetico donata, & Deiparæ Virgini familiarissima, *t. 2. Menol. nost. Henriq. &c.*

Annus Christi 1221.

Nihil Insolentius Friderico, qui hoc anno reconciliatus Pontifici opera Joannis Brenni Hierosolymorum Regis, in Italiam venientia paulo post, reversus ad vomitum, & Pontificis & Numinis indignationem justissimam meruit, de quo suo loco.

Cæterum Brennus data eidem Friderico in conjugem Jole filia, Hierosolymitani juxta Regni Jura & titulum dotis nomine contulit, quo factum, ut Siculi deinceps Reges, Hierosolymorum item cognominarentur. Coronatur eodem anno solemni ritu Aquisgrani Henricus Friderici filius, quod pater expeditionem sacram anim versans, de successione filij sollicitus esset, siquid sibi in Oriente sinistri obtigisset. *Auct. cit. alij anno sequenti.*

Annus Christi 1222.

Immortalibus accensetur S. Dominicus Ord. Prædicatorum Institutor, de Germania quoque meritissimus, cujus Sanctissimum Institutum eidem mirificè profuit, multosque egregia Sanctitate viros eidem edidit, quo ipso anno nascitur in Italia Angelicus ille Doctor Thomas de Aquino, à Magno Alberto Germano Doctore postea erudiendus. Fridericus, incertum quâ de causa, profectionem in Orientem differens in biennium, conscribundo tamen militi intendit operâ, & res Italiæ curat. Waldemarus Daniæ Rex à Suerinensi Comite captus, custodiæ mancipatur. *Chron Sax. God. Col. &c.*

Annus Christi 1223.

Comitia Northusij celebrat Henricus Rex Frid. Imperatoris filius, in quibus plurimum pro redimendo Dano Engibertus Coloniensis Archiepiscopus laboravit. *Godef. Col &c.*

Post prosperos rerũ in Prussia Successus, Hermannus de Salza Ordinis Teutonici Magnus Magister, stabilem illic sedem suis quærit & meretur, unde Manlij Gerlicij Numerale illud:

HerMannVs PrVssos ChrIstI sVb Vota CoëgIt.

Eodem anno Ludovicus Thuringiæ Landgravius, Orlamundanum Comitem bello appetit, ditionemque ejus vastat, similiter id Popponem Hennenbergium movens, quod is se ignorante, sororem suam, Theodorici Misnensis Viduam duxisset, quæ tamen res paulo post componitur.

Annus Christi 1224.

Exquisito apparatu, Comitijs Francofurti celebratis, conjugem ducit Margaritam Leopoldi VII. Austrij Ducis filiam, Henricus Rex noster; inde alius Principum Conventus Baldewicum indicitur, deque Waldemari Dani redemptione tractatur, Danis ingentem pecuniæ vim adducentibus, sed quod iniquiores conditiones proponerentur, re infecta discedentibus. *Ann. Suev. Cruf. &c.*

Gravi bello fervet Bavaria, Eberhardo Salisburgensi & Conradu Ratisponensi contra Ludovicum Ducem arma sumentibus, donec res denique componerentur. *VVig Hund. &c.*

Hoc anno ritu solemni inter Divos refertur S. Conradus Constant. Episcopus. *Const. Ben. &c.*

Ipso hoc etiam anno Fridericus Imperator, & Galliarum Rex Ludovicus, novo & arctissimo fœdere uniuntur, FRATERNVMQVE nomen Francis olim cum Germanis Commune, & semper utrique Regno salutare, renovatur. *Aemylius Cruf &c.*

Annus Christi 1225.

Luget haud immerito Germania Universa eminentissimum Septemviralis Ordinis decus S. Engelbertum Coloniensem Archiepiscopum, Principem Sanctissimum, Vitâ & conversatione in ipsa Electoratus dignitate verè Monachum, & pro Monachis à nepote proprio Friderico Comite Isenburgio triginta octo vulneribus interfectum, cum pro Essendiensi Cænobio, cui ille inhiabat, constanter se opponeret. Quod immane ob facinus Fridericus indictis Francofortum Comitijs, rotæ adjudicatus est, & pro meritis pleaus. *Ann. Col. Brusch, Vita S. Engelb. & Symb. nost.*

Concilium in Germania celebratur contra Simoniacos & Concubinarios, durante etiamnum bello Boico, multisque castris eversis, atque incensis. *Cit.*

Annus Christi 1226.

Eximontur hoc anno Lubecenses à Danorum servitute, & Imperio adjunguntur, cum aliquot à morte Henrici Leonis annis, à Dano subacti, tristissimam servitutem servijssent, quo ipso anno Bellum Boicum transactione inter Episcopos & Ducem finitum est. *Hundius, & Chr. Sax.*

Borussia Ordini Teutonico per Conradum Massoviæ Ducem liberâ donatione offertur, quam quarto post anno armis sibi totam subjiciunt. *Ann. Ord. Teut. &c.*

Moritur Seraphicus ille Suavissimi Nominis FRANCISCUS DE GERMANIA etiam dum viveret. conditis aliquot Cænobijs tamen meritus, deinceps plurimis suorum inductis Colonijs meritissimus. Quo mortuo, qui olim irati Numinis iram ab orbe averterat, salutem dare volens idem bonus DEVS in manu fœminæ, ad hoc ipsum eligit, magnam Lutgardem nostrã Aquiriensem Abbatissam, cui Deipara primum apparens vultu & veste lugubri, & imminentem orbi Universo iram Omnipotentis, 7. annorum jejunio averteret, compellavit. Sed & Christus ipse detectis atque ostensis Sacris vulneribus: *En contemplare, inquit, charissima, ut vulnera mea clament ad te, ne frustra sanguinem fuderim*, ut de tam potente Juditha Orbis, gratiâ Numinis, Servatrice singulari, æternum sibi Germania gratuletur. *Ex Vita t. 1. Menol. Ann. nost. &c.*

Annus Christi 1227.

Brunsvicum nobilissimam Urbem dum à morte Henrici Sax. Ducis & Palat. Comitis (Othonis IV. frater is erat) Henricus Rex & Ludovicus Boius quisque sibi, quo poterant titulo vendicarent, Otho Luneburgius Henrici Palatini ea fratre Guilielmo nepos, ejecto Frid. Imp. præsidio, noctu civiũ auxilio Urbem occupat. Quam frustra Henricus

Rex

Rex & Ludovicus recipere conati sunt. Cujus Dominium, cæterorum Principum interventu non solum Othoni postea Fridericus Imp. confirmavit, sed & Ducem Brunsvici renunciavit, *Chron. Guelph. Ann. Sax. Crus. Reusn. &c.*

Mortuo Honorio II. rursumque ex Ord. Divi Benedicti subrogato Gregorio IX. viro Sanctissimo, nec huic quidem ut debebat deferens Fridericus sacrilegus Imp. ab hoc item primis Pontificatus initijs excommunicatus, cui tamen postea reconciliatus est. *Baron. Contin. Bzovius.*

Annus Christi 1228.

Receptus in gratiam à Pontifice Cæsar, ut cōvenerat inter eosdem, 12. Aug. classem solvit, ducto in Orientem exercitu, quem plurimi Germaniæ Principum Comitati sunt, modico ac penè nullo fructu, cum dignus meliore fortuna Imperator non videretur. *Comp. Ann. Eccl. &c.*

Henricus per absentiam patris Cæsaris Regno violentius incubans dum per Pfirretanos Comites Argentinensem Diœcesim petulantius vexat, Bertholdus Argentinæ Episcopus, è familia Ducū Teccensium comparato exercitu, vim vi repellens, collato pede, insigni strage hostem profligat, plurimis qui cædem effugerant Rheno mersis. *Chron. Alsat. Crusius, &c.*

Annus Christi 1229.

Alsatiam vastat Henricus Rex, Superioris anni ulturus cædem, cui ut poterat Bertholdus Episcopus sese opponit, & afflictis patrocinatur. Interim Fridericus Imp. illaudato facinore, fœdere, ut putabatur, cum Saracenis occultè inito, & pactis in decem annos inducijs, Hierosolymam, Joppem & Nazareth recipit. Quo cum Gregorio PP. suspectum merito esset, Militarium Ord. Magistros serio monuit, rei Christianæ, quantum possent consulerent, & nequid fraudis subesset diligenter advigilarent. *Baron. Cont. Bzov. &c.*

Finit nunc Historiam suam Urspergensis, cautè legendus, quod Schismaticis favere sæpius, nec sine labe, visus sit, utinam non sæpe in Pontifices Sanctissimos injurius.

Annus Christi 1230.

Reversus ab Oriente Imperator, dum absolvi Anathemate rogat, excusari se bonis credens, Pontifici illusisse creditur, jura interim humana & Divina violans, novisque Gibellinorum factionibus Italiam turbans & miserè vexans. *Comp. Hist. nost. Eccl. &c.*

Pax tandem Alsatiæ redditur, Cæsaris ut videtur opera, reconciliatis Henrico Rege & Bertholdo Episcopo. *Chr. Alsat. & Symb. nost.*

Moritur B. Ida de Leuvis Virgo Sanctimonialis Sanctissima, æternum Germaniæ Inferioris decus, cujus admirandam planè vitam descriptam à synchrono leges apud Henriqueziū, *lib. de 5. Virg. &c.*

Annus Christi 1231.

Excedit è vivis, imo à mortalibus ad immortales summo cæli plausu, alterum Inferæ Germaniæ, itemque alterum superæ Ornamentum, Beata Ida de Nivella, & Elisabeth Thuringiæ Landtgravia. Quarum ista Principum omnium exemplar exquisitissimum, paulo post à Gregorio nostro Pont. Max. inter Divos solemni ritu accenseri meruit, illam Christus Dominus COR *suum & ANIMAM suam* appellavit, & grandibus in vita & morte prodigijs honoravit *Symb. nost. & Menol. Ord. &c.*

Memorabilis hic annus morte Ludovici Bavariæ Ducis, qui Kelheimij agens, cum à cena stichū morionem ludo incesseret, ab hoc modico cultello vulneratus, in oculis Aulicorum omnium repente concidit mortuus, ut discant Principes etiam ab his, quos minimè metuant, metuere. *Ann. Boi. &c.*

Annus Christi 1232.

Memorabile an miserabile magis, quod in Chronicis Thuringiæ de Hermanno Landgravio refertur: Siffridus Moguntiæ Archiepiscopus, ab Abbate Reinhartsbrunnensi ingentem pecuniæ vim exegerat, quod dum is Landgravio quereretur, & ab hoc dare prohiberetur, citatus ab Archiepiscopo Abbas, in Capitulo Frizlariensi, flagellari jussus est. Intervenit commonitus Landtgravius, & in Capitulum irrumpens, ægre impeditus est quo minus Siffridum confoderet, Populatus deinde dinonem Episcopi Frizlariæ suburbijs incensis dum inde terretur, nudantibus postica mulieribus supra mœnia illusus, expugnatam urbem cum omnibus exuit, & muros turresque diruit. *Chron. cit. Zach. Riv. &c.*

Annus Christi 1233.

Apud Moguntiam Conventu Principum celebrato in causa Svetinensis Comitis falso de Hæresi infamati, Rex Henricus militem conscribit, collectisque Augustæ postea copijs Bavarum bello petit, & evincit. *Godefridus Colon. &c.*

Scelere Friderici Cæs. invalescente nimirū Gibellinorum factione, & altera Guelphorum Pontificis nomen propugnantium, Gregorius Pont. missis prædicatoribus utramque conatur compescere, quæ tamen usque hodie exscindi nunquam potuerunt. *Comp. Hist. Eccl. &c.*

Fridericus Comitijs Ravennæ peractis, Neapolim atque inde Siciliam petit, in Messanenses rebelles barbara crudelitate grassatus. *Aemil. &c.*

Annus Christi 1234.

Malum pessimum, Friderico Imp. debet Italia, Ezelinum Tyrannum, an magis Tyranni monstrū, pulcherrimæ provinciæ impositum, cujus scelera & immanitatem, nulla satis temporum æternitas demirabitur. *Aemil. &c. Gordon. &c.*

Henricus filius à patre deficit, faventibus illi plerisque Germaniæ & Lombardiæ Principibus, contra quem Sacrilegus pater exercitum parat, interim scelera sceleribus addens, & violato etiam gentium jure, proficiscentea ad indictum Romam Generale Concilium, intercipit. *Auct. cit.*

Annus Christi 1235.

Accelerato in Germaniam itinere Fridericus coactis Ratisponæ Comitijs Henricum filium parricidij damnatum titulo Regis privat, & minorem natu filium, Conradum Cæsarem appellat; Henrico, Suadentibus Principibus, veniam rogante, minimè tamen impetrante, sed capto, & in Siciliam relegato, ac quinto captivitatis anno miserè extincto. *Avent.*

Ipso anno altero Conventu Moguntiæ habito Ottho Luneburgius, de quo supra, primus Brunswici Dux, magna Principum gratulatione salutatur. *Godefr. Colon.*

Annus

Annus Christi 1236.

Nihil augustius Germania & Orbis, quam hoc ipso tempore Divam Lutgardem nostram habuit, quam verè cognoscens quanti apud DEUM esset Divus Jordanus Ord. Prædicatorum Generalis, MATREM & Tutelarem ejusdem sui ordinis esse enixissimè exoravit, & renitentem quasi adjurando impetravit. Nec multo post mortuus ipse idem repetijt; & spectabi'i forma eidem apparens, promissæ susceptæque curæ admonuit. Ut videas quanti Germana hæc Virgo sit facienda. *Ex Vita & s. t. Menol.*

Friderico Austrio pacem Germaniæ turbante, occurrit ex Italia Imperator, & munitioribus Styriæ locis occupatis Vienna etiam Metropoli Austriæ potitur, summo honore cum filio Conrado ibidem exceptus, eo ipso tempore Imperio eam Urbem adjungens, & quæ hodie usurpat insignia Aquilæ bicipitis aureæ in scuto nigro assignans. Quæ tamen post quadriennc exilium, recepto in gratiam Austrio restituta fuit. *Avent. Naucl. Blond. &c.*

Annus Christi 1237.

Triumphato Austrio revertitur in Italiam Cæsar, fundatâ prius Academia Viennensi, & rebus Germaniæ compositis. Fine anni Mediolanenses bello vincit, cruentumque reportat triumphum. Tarvisanam provinciam Ecelino suo credit, ipse haud æquiore, quam Ecelinus in optimos quosque, in Pontificem animo, odium suum & litteris & factis aperte contestatus. *Auct. cit.*

Annus Christi 1238.

Insumit totum hunc annum bello Longobardico Fridericus cum Ecelino suo, & diversarum Urbium espugnatione occupatur. *Comp. Hist. Eccl. &c.*

Diva Lutgardis expleto primo septennui jejunio, jubetur Divinitus alterum septem item annorum jejunium suscipere, pro omnibus totius mundi peccatoribus. Ut nemo satis Lutgardis nostræ meritum deprędicet. *Ex Vita & Menol nost.*

Valeramnus Lemburgius, dum Leodiensi Episcopo litem & bellum movet, Episcopus potentibus auctus auxilijs, vim facile avertit, & Valeramnum cœptis desistere cogit. *Ann. Flandr. &c.*

Annus Christi 1239.

Summi Pastoris & communis Ecclesiæ Patris contemptor Fridericus, sæpe ut resipisceret commonitus, at contemnens, Anathematis fulmine percutitur, & frustra deprecantibus Germaniæ Episcopis, Imperio dejicitur; mirâ quamprimum consequente Principum defectione, & in excommunicatum, Bohemo, Austrio, Boio arma stringentibus. *Comp. Ann. nost.*

Annus Christi 1240.

Supremum Ordinis Teutonici decus, Hermannus de Salza, Magnus Equitum in Borussia Magister, cum ordini annos 30. gloriosè præstitisset, eidemque plurima bona per Italiam, Germaniam & Ungariam comparasset, 24. Julij in Apulia moritur. *Hist. Ord. Teut.*

In Italia & Germania turbata omnia Venetis Bononiensibus, Mediolanensibus varia loca contra Frid. Imp. occupantibus: apud nos Friderico Austrio Viennam obsidente & per deditionem accipiente qui tamen paulo post Imperatoris exambiens gratiam, suis restituitur pluribus insuper beneficijs cumulatus. *Blond. Sabell. Avent. &c.*

Ottho Marchio Brandeburgius, Henricū Misniæ Marchionem omni ditione ejicit, vulgo dein *Henricum sine Terra* cognominatum. *Chr. Sax.*

Annus Christi 1241.

Imperatore in tumultibus Italiæ sedandis occupato, Tartari Silesiam & Ungariam ingressi, magno metu Germaniam concussêre, quibus cum lectissimo triginta millium exercitu occurrit in campo Wolstatt prope Lignitium Henricus Silesiæ & Lusatiæ Princeps, & acerrimo prælio die 9. Aprilis congressus, gloriosè cum multis alijs Principibus occubuit, tantâ nostrorum strage, ut cum Tartari singulis cadaveribus singulas aures amputarent, novem grandes saccos explevisse memorentur. Jussa hoc ipso tempore Divinitus rursum S. Lutgardia nostra jejunium protrahere, ad Tartaros avertendos à patria, feliciter avertit, ita ut mira rerum, etiam post tantam victoriam desperatione ad suos reverterentur. *Ex Vita, Symb. nost. & Menol. Cur. Buch. &c. alij sequenti anno.*

Annus Christi 1242.

Motibus haud levibus, metu Tartarorum liberatur Germania, cum jam Principes aliqui, de novo creando, contra Fridericum, Cæsare deliberassent. Quod eorum consilium opportunè Barbari dissensêre, quos tamen Divæ Lutgardis precibus Numen paulo post avertit, & unius Virginis precibus patriam servavit. *Avent. Crus. Menol. nost.*

Annus Christi 1243.

Innocentius IV. è Monacho Fructuariensi, Rom. Pontifex salutatur, de cujus, utpote amicissimi hominis electione cum Fridericus Imp. inaudisset, ingemiscens. *Amicum se Cardinalem perdidisse, inimicum Pontificem nactum*, exclamavit, & ipsum revera Juris Pontificij constantissimum propugnatorem expertus. *Rer. Pont. script. Ann. nost. &c.*

Thomas Sabaudus Flandriæ Princeps ducto in Brabanniam exercitu Bruxellam capit, & Henricum ac Godefridum Lovanienses Comites, ob fractam fidem captivos abducit. *Ann Flandr. &c.*

Annus Christi 1244.

Non alium, quam antecessores viros Sanctissimos, expertus Innocentium Fridericus Imp. ab eodem ad Concilium Generale Lugdunense, & causam dicendam evocatur, fremente Cæsare, nullo personarum respectu Cæsaribus etiam, ad quod citentur tribunal superesse, & Romanos Pontifices claviū potestate, ensi Imperatorio prævalere. *Comp. Hist. Eccl & Pont, Hist. script.*

Ingens rerum mutatio in Germania Inferiori, Joanna Flandrensi mortua, & Thoma marito, quod nullos ex eâ liberos suscepisset, non indonato tamen ad suos revertente Sabaudos. Succedit Joannæ Margarita soror. *Ann. Flandr.*

Annus Christi 1245.

Vocatus frustra ad Conciliū Cæsar, cum comparere renueret, communi omnium Patrum calculo damnatus, & Imperio privatus est, ipse interea Parmam obsidens, quam cum evertere omnino decrevisset, molitetur que novam Urbem VICTORIAM, Victoriatosque certum monetæ genus cuderet, *triumphum*, ut aiunt, *canens ante Victoriam*, erumpentibus repente Parmensibus, castris exuitur, & in turpissi-

turpissimam fugam conjicitur, eversa etiam oova Urbe Victoriâ. De justissimâ Friderici depositione legatur. *Chron. August. apud Freherum.*

In Flandria magna inter Joannæ Principis filios contentio de Principatu, quæ bieooium ferè tenuit, *Ann. Eland.*

Annus Christi 1246.

Magna Principum gratulatione, designaote Pontifice & his facilè consentientibus Imperator eligitur & salutatur Henricus Thuringiæ Landgravius, S. Elisabethæ levir, qui primis aditi Principatus initijs insignem de Conrado Rege Friderici filio triumphum retulit, rem suam streonè promoturus, nisi audacior quam cautior, non multo post, cum in obsidione Ulmæ mœnia temerè subiter, sagitta trajectus, vitam simul & Imperium immaturè abrupisset, in quo Thuringiæ Principes defecisse scribit Suffridus, ejusque possessionem ad Marchiones Misniæ translatam esse.

Decedit hoc ipso anno meritissima de Imperio, imo orbe Universo, Sancta Lutgardis nostra, à Christo ipso sæpius ad gloriam invitata, qui adducta aliquando Matre Virgine ad eamdē: *nolumus alterius*, ioquiebat, *tua præsentia carere*, postquam illa clades plurimas ab Ecclesia avertisset, ut de Tantâ Tutelari suâ æternum Germanis merito glorietur. *Ex Vita per Cantiprat.* Fridericus Austrius Belam Ungarū Victor occumbit.

Annus Christi 1247.

Inter Doctores Germaniæ velut sol exsplendescit Magnus Albertus Ordinis Prædicatorum Columeo, Doctoris Angelici Doctor, Princeps Theologorum, non minus etiam à Sanctitate, quam eruditione celebratus. *Ex Vita, & mon. Ratisp.*

Pergunt affligere Italos Fridericus Imp. & Ecelinus Tyrannus, Germaniæ Principibus de alio Rege legendo consultantibus. *Italiæ script. diversi.*

In Flandriâ dissensio inter Principes Margaritæ filios componitur & à Guilelmo Dampetra insignis contra infideles exercitus conscribitur. *Ann. Fl.*

Annus Christi 1248.

Ne adversario sublato, insolentius omnia per Germaniam Conradus Friderici Imp. filius misceret, urgente rem serio Innocentij Legato, Guilielmus Hollandiæ Comes Imperator eligitur, juvenis etiamnum, sed insigni animi indole præditus, contra quem Conradus Rex insignem comparat exercitum, idem haud leve periculum adiens, cum Hallæ Suevorum noonullos Ecclesiæ Romanæ oblatrantes Hæreticos libentius audisse, eorumque errorem probare videretur, ob hoc ipsum Catholicis proceribus & suspectus redditus & invisus. *Annal. Germ. Cuspin. Avent.*

Annus Christi 1249.

Immani furore, Gibellina & Guelphica factiones, inter se per Italiam digladiantur, Friderieo Arolam Rhegij arcem munitissimam, Capraram insuper, & S. Miniati castrum fortissimum, per stratagema capiente. Cæterum Enzius ejus filius Rex Sardiniæ à Mutinensibus auxilio contra Bononienses vocatus, victus captusque est, ejusque frater Jordanus in acie occubuit. Quæ Fridericum maximè turbaverunt. *Ex var. rer. Germ. script.*

Anous Christi 1250.

Solemni pompa Aquisgrani coronatur Guilelmus Hollandus præsentibus septem Electoribus. Quo ipso anno miser Fridericus ex-Imperator, nefandis sacrilegijs alijsque sceleribus, cælo terrisque invisus misere moritur in Apulia, à Manfredo, ut nonnulli volunt, naturali filio, iojecto super os pulvinari suffocatus. *Varij rer. Germ. script.*

Iterum iosigne Germaoiæ lumen & Columen S. Bonifacius Lausanensisē Monacho Episcopus exspleodescit, qui Friderico non semel constanter obnixus, ab eo aliquando captus prodigiosè liberatus est, quem matri olim gratulatus Angelus concepiū: *Concepisti*, inquiebat, *partum gloriosum, qui acceptus erit DEO & Sanctis & hominibus. Hic erit Doctrinâ magnus & honoratus.* Ut de hoc tanto Pontifice merito Germania omnis etiamnum sibi plaudat. *Ex Vita, & Menol. Ben.*

Annus Christi 1251.

Italis defectionem parantibus, Conradus Rex Friderici filius pro Cæsare se gerens, eo iter accelerat, loca aliquot occupat, & Neapolim expugnat. Ad quem, cum Henricus frater Siciliæ Rex, elegantissimus Juvenis occurrerer gratulationis ergo, interceptus à Joanne Moro Saracenorum Duce io quadam Lucaniæ arce, jussu (ut voluēre nonnulli) Conradi fratris, interemptus est. Interim dum Apuliam & Siciliam contra Innocentium, qui Friderico mortuo in Italiam reverterat, occupat Conradus, multo atrocius per factiooes bella in Germania ingravescunt.

Annus Christi 1252.

Nihil tristius Italis quam Conradi Regis sanguinarij & truculenti ingenium visum, accedente Ecelini Vicarij Sævitia, quem Gibellinorum Ducem, omnem monstrorum immanitatem æquasse, imo longè superasse, communis Historicorum omnium vox & sententia enunciat. Quo factum, ut Gibellinos non paucos, & nominis, & Ducis fastidium caperet, eosque inter Lucenses, uti nuper Florentini, se Guelphos profiterentur. *Blondus, Gerd. &c.*

Albertus Brunsvicensis pro Otthocaro Bomiæ Rege, contra Belam Ungarum rem fortiter gerit, & Victor hostium ingenti strage edita, opimis onustus spolijs è campo regreditur. *Annal. Brunsvic. Reusn.*

Annus Christi 1253.

Iterum ingens ad partes Guelphicas accessio, invalescente apud omnes Conradi odio; Senensibus & Tarentinis à Gibellinis ad illos accedentibus, quibus, & Volaterrani statim adjuncti sunt; Germania similiter in factiooes scissa, & graviter afflicta, cum Principes mutuis se armis peterent, & intolerandis exactiooibus patriam exhaurirent, nobilitas pariter seque vicinasque urbes vexaret, humana ac Divina libido militum & petulantia confunderet. *Guillim.*

Moritur Otho cognomento Illustris Boiorum Dux, multis rebus præclarè gestis *Illustris* nomen consequutus.

Annus Christi 1254.

Pessimi patris filius, hoc ono non degener Conradus, pulchritudine alter Absolon, cætera inhumanus & Sævus, Sævitiæ dignas dans pœnas, Seva morte

mortis genere à Manfredo spurio fratre, veneno ut creditur, è medio sublatus est. 22. Maij. cum sævitiæ plurima exempla paulo ante mortem Neapoli & Capuæ statuisset, quo mortuo Innocentius ipsomet juvante Manfredo, Neapolitanum Regnum Ecclesiæ denuo adjungit, quod Manfredus, ne legitimo thoro natis melior videretur, paulo post contra jus fasque repetijt. *Onuph. Ritius. &c.*

Ita Wilhelmus quietiore jam potitus Imperio, rem suam curat, plerisque Principibus, qui Conrado studuerant, ad partes ejus transeuntibus.

Annus Christi 1255.

Saracenorum auxiliaribus evocatis copijs, Manfredus, Pontificij exercitus relictas copias, apud Foggiam profligat, & falso de Conradini morte rumore sparso (quam missis bellarijs venenatis puero parasse scribitur) Sicilia utraque cum vi, tam dolo potitur; ob hoc ipsum Anathemate à Pont. percussus.

Eodem, an sequenti anno, Wilhelmus Hollandus Imp. adversum Frisios pugnans, à dispositis circumventus insidijs, & hastis confossus interijt 5. Cal. Feb. Middelburgi in Zeelandia sepultus, vacante deinceps per annos aliquot Imperio cum nemo Principum alter alteri honorem concederet. *Chron. Holl. Mart. Pol.*

Annus Christi 1256.

Occisi Wilhelmi Cæs. accepto nuncio Pontifex, scribit Germaniæ Principibus, jubetque ne in incerto regni spes & opes sustinerent sed alium quamprimum subrogarent, quod sequenti primum anno, & diversis quidem studijs, malo Germaniæ pessimo factum est. *Guill. &c.*

Philippus Salisburgensis Archiepiscopus, decem jam annis occupatâ Cathedra cum Præsbyteratus ordinem refugeret, ab Alexandro Papa honore dejectus, Successorem Udalricum longo & gravi bello affligit. *Chron. Aug.*

Ludovicus Com. Palat. Rheni & Bavar. Dux præcoci crudelitate, causa inaudita Mariam Brabantinam, conjugem decollari mandat. *Ann. Boi.*

Annus Christi 1257.

Otthocarus Boëmiæ Rex dum agrum Noricum continuis populationibus hostiliter vexat, & justa acie congredi renuit, premente à tergo Bojorum Duce haud levem accipit cladem, 3000. cum inter angusta montium effugere non possent Oeno mersis *Reusn.* alij sequenti anno, Principes Germaniæ, cum per plures jam conventus in diversa traherentur, concordiæ, si unquam antea, nunc planè immemores, ad externos postremo, contra Germanæ nationis decus, & leges Imperij conversi, alij Joannis Angl. Regis filium, Richardum Cornubiæ Comitem, alij Alphonsum X. Castellæ & Legionis Regis fratrem, Cæsarem eligunt, quorum ille paulo post Aquisgranum deductus à Coloniensi coronatus est, Alphonsum, quo minus occurreret, bello Saracenico & domestico retinente. *Div. Rer. Germ. script.*

Annus Christi 1258.

Rerum mira vicissitudo per Germaniam, cum Richardus jam coronatus Imperator, inter tam diversa diversorum Studia Imperij titulum oneri potius & sumptui esse, quam honori & emolumento sentiens, exhaustis jam, quas ostentarat opibus, desertus à plerisque, inops & inglorius in Angliam reverteretur, mox alijs alijsque velut potestate cuique rapiendi facta, se se mutuo bello impetentibus, & possessione rerum exturbantibus *Div. Rer. Germ. script.*

Gerardus Moguntinensis Archiepiscopus dum agrum Gotthingensem vastat, ab Alberto Duce Brunswicensi victus, captivus abducitur; quo ipso tempore idem Dux Asseburgum cepit, & non semel cum Henrico Landgravio Hassiæ armis egressus est. *Chron. Sax. & Thur.*

Annus Christi 1259.

Tristissima rerum facies per Germaniam, Ottocaro inquieti ingenij Principe, per longa Principum dissidia, fines suos longè latèque propagante, Alberto Brunswicensi & Henrico Landgravio mutuis odijs ac cædibus, infesta omnia reddentibus, collisis inter se urbibus & Dynastis varijs, quasi ex condicto universi prælia susciperent atque exercerent. *script. cit.*

Hoc anno Magnus Albertus, è Doctore Pontifex, ad Cathedram Ratisponensem è pulveribus Scholasticis evehitur, quantum ante Scholis sua eruditione tantum jam Ecclesiæ egregia vitæ Sanctitate ornamentum allaturus. *Chron. Aug. Anon. Ratisp. &c.*

Annus Christi 1260.

Vita denique excedit monstrum illud hominis, pessimi nominis Cæsaris, in Italia Vicarius, Gibellinæ factionis antesignanus, Ezelinus Tyrannus, à Pontificijs & Confæderatorum copijs victus & graviter vulneratus, cujus morte optimi quivis Germaniæ Principes æque atque Itali lætati sunt, quod Vicario nomine Germanum nomen exosissimum reddidisset. *Ex diversis Germ. & Ital. script.*

Nunc denique Rudolphus Austrius, Habspurgi Comes egregie factis orbi innotescit, cum ætatis tricesimo secundo anno Otthocari Regis aulam sequeretur, ab eodem Palatio præfectus, hoc ipso adhuc anno bello contra Ungaros centum equitum millibus præficitur, & prælio memorabili XIII. Cal. Aug. cum hoste congressus, haud minimam parti triumphi gloriam meruit. *Franc. Guill. Mart. Pol.*

Annus Christi 1261.

Triumphum insignem referunt Holsatiæ Comites, ingenti prælio congressi cum Daniæ Rege, cum is Slesuicensem Ducatum ferro vastaret, quo congressu capti Rex ipse & Regina, & Hamburgum deducti sunt, *Chron. Hass. & Sax. Ioan. Pet.*

Rudolphus Habspurgius sive Otthocari superbum nimis detestatus ingenium, sive privatæ rei studio, quod Alsatiæ suæ timeret ex vicinitate Argentinensis belli, ad sua revertitur, & Argentinensi primum Episcopo contra cives egregiam navat operam, repulsæ dein alicujus, pro æquitate postulatæ gratiæ, an debiti, impatiens ad cives deficit, ab ijsdem urbi & copijs contra Episcopum præfectus. *Hist. Habsp. Guill.*

Durante in hunc usque annum Salisburgensi bello, captus superiore anno Udalricus Archiepiscopus, cum Philippo exauctorato certis pactis convenit, & jussu Austrij Ducis liber dimittitur, postquam sex fere annis continuatum dissidium esset. *VVig. Hund.*

Annus Christi 1262.

Vix difficultate una se expedierat Udalricus Salisburgensis, cum altera non minor involuit. Henrico Boiorum Duce, qui bello superiore octo per fas nefasque oppida Archiepiscopo eripuerat, ipsum nunc etiam Salisburgum infestat, fortiter tamen repressus. *Hund.*

Joannes Comes Holsatiæ Lubecensem agrum hostili animo populatur, nemine obsistente, donec dimisso milite domum reverteretur, inde Lubecensibus ope Alberti Brunsvicensis Wagriam vastantibus, & Aldeburgum expugnantibus. *Ioan. Petersen. Chron. Sax &c.*

Argentinensi bello tempræclare gerit Rudolphus Habspurgius contra Episcopum, & non semel congressus, opimam prædam, & nomen egregij pugilis retulit, Colmaria hoc anno stratagemate occupata. *Chron. Alsat.*

Annus Christi 1263.

Octennium jam fere cum Hermanno Thuringo Alberto Brunsvicensis conflixerat, cum elatus successibus, oppressa Thuringia Osterlandiam hoc anno spe devoraret, agrumque Naumburgensem ac Mersemburgensem ferro vastaret. Verum à Rudolpho copiarum hostilium Duce nocte quadam circumventus cum ad nonam usque matutinam fortiter dimicaret, graviter vulneratus, captusque est, grandi priusquam solveretur litro persoluto. *Zach. Riv. Chron Thur.*

Finitur hoc anno Bellum Argentinense, Walthero Episcopo mortuo, compositis cum successore rebus, Argentinensibus pro navata strenuè opera Rudolpho Habspurgio Equestrem in foro statuam statuentibus. *Guill.*

Annus Christi 1264.

Stella, quam Cometem, vocant, trimestri ferè spatio cernitur. *Stumpf.* Eodem tempore interfectus Richardus Cornubiæ Comes, quem nonnulli Principum Germaniæ Regem salutarant. Ejus morte consternati non minimùm Tigurini, quod ejus partes acriter, contra Conradinum Conradi Cæsaris filium suscepissent, patronum & protectorem circumspiciunt, & tandem Urbis & provinciæ præfectutam ad Udalricum Regenspergium deferunt, qui cum superbè renueret, ad Rudolphum Habspurgium conversi, ab eo ut susciperet impetrant, qui hoc ipso anno cum Regenspergio graviter collisus, armis cum eodem contendit, ut nunquam fine bellis Germania videretur. *Chron. Helv. Ioan. Stumpf, Franc. Guill.*

Componitur dissidium & diuturnum bellum Brunsvicense & Thuringicum, cum quæ eripuerat Albertus reddere cogeretur. *Chron. Thur.*

Annus Christi 1265.

Ingenti prælio se se accingit Carolus Ludovici Francorum Regis frater, evocatur à Clemente ad capessendum Siciliæ Regnum, & Manfredus Siciliæ Tyrannus, ultimus Germani, licet spurij Sanguinis, Regni illius possessor. *Aemil. Blond. Plat. Onuph. &c.*

Rudolphus Habspurgius Regenspergensem denique debellat & ad deditionem cogit, omni jam ferè ditione exutum. *Chron. Helv. Franc. Guill. &c.*

Annus Christi 1266.

Nihil atrocius bello Siculo visum, cum de rerum summa Manfredus & Carolus contenderent, Thesseram suis Manfredus dedit: *SVEVIAM* inclamarent, qui asveti victorijs, etsi impari numero, de Gallis facilè triumpharunt, donec desertus ab Apulis Siculisque acriter inter confertissimos hostes dimicans, suffosso equo Manfredus multis confectus vulneribus occumberet, 3. Febr. *Ann. Comp. Hist. Eccl. &c. Stero.*

Celebratur hoc anno eximia Rudolphi Habspurgij ergo SS. Eucharistiam pietas, & in sacrorum ministrum honos ac munificentia, cujus gratia, summum illi honorem prophetico spiritu prædicit cognata quædam Farensis Benedictini Cœnobij monialis, ad quem eo ipso die occurrerat. *Guillim. &c. Rhoo, &c.*

Otthocarus Boëmiæ Rex contra Henricum Bavarum movens, magnam vastitatem Boicæ infert, adjuvantibus Archiepiscopo Salisburgensi, & alijs Episcopis, quos Bavarus ante graviter afflixerat. *Ann. Ster. &c.* Obsidetur Colonia sed Theodorico Clivensium Comite visione SS. Ursulæ & Mauritij territo, discedente, alijs sequentibus solvitur. *Cromb.*

Annus Christi 1267.

Gibellini inquieti, Conradinum Conradi Regis olim nostri filium, adversum Guelphos & Pontificios concitant, qui Comitibus Friderico Austriæ Duce & Ludovico Bavaro in Italiam contendens, maximo plausu Veronæ, Mantuæ & Papiæ, mox & alibi passim, mirâ mutatione rerum exceptus est; quem tamen plausum brevem fore Pontifex prævidit prædixitque. *Comp. Hist. Eccl. & Itali ac Germ. script.*

Patriarcha Aquileiensis à Goritiæ Comite capitur, sed ab Archiepiscopo Salisburgensi liberatur. *Hund.* Quo ipso anno Ottocarus Boëmus & Henricus Boius reconciliati sunt. *Stero. &c.*

Rudolphus Habspurgius, edomitis Tockenburgi Comitibus hostibus, dum hastiludia & decursiones equestres Basileæ magnâ frequentiâ agitat, ea lugubri fine terminantur, cum licentiosior Nobilitas, fœminarum cœtus celebrans, repente à civibus, armis opprimeretur, Rudolpho tamen forte absente, & contra S. Galli Abbatem arma parente. *Guillim.*

Annus Christi 1268.

Vindictam, audita nobilitaria cæde, de Basileensibus cogitans Rudolphus, res cum Abbate componit, collectisque copijs, cæde, flamma ac vastitate adversum Basileenses grassatur, donec ipsi omnia quæ vellet pollicerentur & pacem impetrarent; bello nihilominus adversum Episcopum durante, qui arcem ejus Herrenberg & oppidum Blodelsheim vastaverat. *Chronic. Helv.*

Helv. Habspurg. Franc. Guill. &c. Conradinus Gibellinorum accessione & plurimorum, Henrici inprimis Castellani defectione & opera Siciliam tecipit; paulo post à Carolo triumphatus, Regnoque & vita, ut videbimus, exutus. *Aemilius & alij.*

Annus Christi 1269.

Lugubri & memorabili ad æternitatem omnem spectaculo, Conradinus ultimus è familiæ Svevorum Cæsarum, Regum, & Ducum familia, profligatus in Marsis à Carolo, & ex fuga retractus, judicum sententia, unà cum Friderico, ultimo Austriæ Duce, Neapoli 7. Cal. Novemb. in foro publicè decollatur. Cujus mortis causam iniquissimè in Clementem Pont. referunt Gibellinæ factionis scriptores & nostri sectarij, in ea quæ contra Pontifices videntur nimium proni & creduli, cum constet Clementem annum ferè integrum morte casum hunc miseri juvenis prævertisse. *Aemil. Gord. &c. Mar. Guaz. Siffr. Golz. &c.*

Vacante diutius Imperio Albertus & Joannes Brunsvici Duces; Marchiones Brandeburgius & Misnensis; Holsatiæ & Wagriæ Comites, nec non alij Principes confœderantur, & firmam inter se pacem sanciunt. *Chron. Thuring. & Sax. Ioan. Petersf. &c.*

Rudolphus Habspurg. post mutuam provinciarum direptionem, cum Episcopo Basileensi triennales inducias pacifcitur. *Chron. Helv. &c.*

Annus Christi 1270.

Annus siccitate nimia sterilis, fame per Germaniam maximâ consequente. Cæterum satis quieta à gravioribus bellis Germania, quam quòd in Helvetia nonnulli & Rhætia res turbarent, Rudolpho Comite, & Hugone Werdenbergio cum Abbate Sangallensi Veldtkirchium oppidum obsidentibus; Walthero item Elgkovio, & Bichelseensi Baronibus juratis odijs acie congressis, illo triumphante. Quo ipso anno post Rudolphi Rapersvilæ Comitis mortem, cum Divi Galli Abbas provinciam invaderet, à Viduæ copijs repulsus, non paucos cùm cæsos, tùm aquis mersos desideravit. *Chron. Helvet.*

Fine anni Stephanus Ungariæ Rex Austriam armis tentavit, vastatàque provinciâ, opimis onustus spolijs reversus est, 16. captivorum millibus abductis. *Stero. &c.*

Annus Christi 1271.

Regnum Ungariæ magno comparato exercitu invadit Otthocarus Bohemiæ Rex, & fortissima castra expugnat, Stephano similiter Rege Austriam & Moraviam vastante, donec per Episcopos ac religiosos viros, reconciliatis Regibus, pax provincijs redderetur. *Ann. Ster. &c.*

Mortuo Divi Galli Abbate, lectis per factiones duobus, Ulrico de Güttingen, & Henrico de Warttenberg Baronibus, cum diversis diversi magnates & Principes faverent, haud leviter subinde armis dimicatum est. *Chron. Helvet. Guillim. &c.*

Annus Christi 1272.

Exactu induciarum triennio, bellum resumunt Rudolphus Habspurgius & Episcopus Basileensis, atque multiplici utrinque strage, fortunâ varia pugnatur, donec fortuna Rudolphi meliore territus Episcopus, inducias peteret & impetraret. *Guill. Habsp.*

Mortuo Stephano Ungarorum Rege, succedente Ladislao filio, ob necem consobrino suo à Comita quodam Ungaro inter convitia mutua illatam, Otthocarus arma resumit, & grandem exercitum comparat, quem ut præverterent Ungari Austriam, Styriam & Moraviam populantur, *Annal. Steron. &c.*

Annus Christi 1273.

Mandat serio Principibus Gregorius Papa, statum Germaniæ miseratus, ut Conventu solemni indicto, de Imperatore sibi provideant, qui Comitijs Francofordiam indictis, cum in ferendis sententijs primum discreparent, communi denique consensu, præter Otthocarum Boemum, Rudolphum Habspurgium Imperatorem renunciarunt 3. Cal. Oct. cujus suæ electionis nuncio, (in castris ante Basileam transactione etiamnum occupatus) accepto, Rudolphus Francofurtum cum eo quem habebat milite contendit, inde viginti millium equitum comitatu Aquisgranum subito vectus, & Imperiali Diademate redimitus. *Franc. Guill. Rhen, Stero. Naucl, Arent. &c.*

Annus Christi 1274.

Gregorius Papa lætus de Rudolphi electione & pace Germaniæ reddita Losannam usque Latohrigum occurrit, ubi ipsum Rudolphus convenit, ab eodem tunc confirmatus. *Chron. Germ. Avent. Naucl. Gord. Stero. &c.*

Celebravit eodem anno Comitia Francoforti Rudolphus, & quantum primis Imperij initijs potuit, pacem conciliare inter Principes studuit. *Chron. Germ. Symb. nost.*

Annus Christi 1275.

Rudulphus Imp. augustissima Augustæ Vindelicorum Comitia celebrat, quibus Otthocarum Bohemiæ Regem, Henricum Bavariæ Ducem, aliosque Electioni suæ adversantes, hostes pronunciat, è quibus Svevicæ Nobilitatis Proceres quindecim, tanquam in minus dignum conjurârunt, Comites Eberhardus Wirttenbergius, Montfortius, Helffensteinius, Dockenburgius, alijque, qui tamen omnes paulo post Rudolphum adorarunt. *Comp. Hist. nost. Eccl.*

Confirmat Rudolphus Romano Pontifici, quidquid ad Patrimonium Ecclesiæ spectabat, liberè insuper concedens, quidquid in Ravennæ Exarchatu, & Flamminia Imperatorij Juris esse videbatur. *Comp. &c.*

Erforttenses cum vicinis Comitibus Swarzenburgio, Gleichensi, Kefernburgio, & Heldrungijs nobilibus alijsque collisi, per Achiepiscopum denique Moguntinum componuntur. *Zach. Rivander.*

Otthocarus indignè ferens Salisburgensem Comitijs ab Rudolpho indictis interfuisse, provinciam ejus hostiliter vastat, damno 40000. marcarum illato. *VVig. Hand. &c.*

Annus Christi 1276.

Arma toto Imperio parsunant, stringentibus

ea contra Cæsarem Orthocaro Bohemo, Henrico Bavaro, & Badeno Marchione. Badenus & Bohemus bello edomiti sunt, & hic, ut auro erat & gemmis cultissimus, supplex venerari Rudolphi gryseam chlamydem coactus est, tentorio in quo sedebat subitò convulso, & omnium oculis patente superbi Regis supplicio. Quæ tamen Othocari humiliatio sequenti primum anno debetur. *Naucl. comp. & Symb. nost.*

Daniæ Rex mortuo sub hoc tempore Erico Slesvici Duce, Principatui illi inhians, eum occupare nititur, forti manu Joannis & Henrici Holsatiæ Comitum repulsus. *Ioann. Petersen. Chronic. Sax. &c.*

Annus Christi 1277.

Triumphatur nunc denique plenè Bohemus, & ut dictum supra, Cæsaris genubus advolutus, pacem rogans, ipsiusmet culpa & ingenio non diu duraturam. Henricus Boius Ludovici fratris interventu Cæsari reconciliatur, *Comp. cit.* Turris Argentinensis, architecturæ miraculum, hoc anno strui cœpit, ad usque pyramidem viginti octo annorum spatio perducta. *Chron. Alsat. & Helvet. Stumpf. VVimpfel. Brusch.*

Ericus Marchio Brandeburgius & Bruno Querfordensis in Schismate electi Magdeburgensis Ecclesiæ Antistites, per factiones patriam turbant, maximis Principibus eâ occasione, diversoque studio collisis, donec utroque juri suo renunciante tertius eligeretur. *Chron. Sax. Zach. Riv.*

Annus Christi 1278.

Insolentissimæ superbia conjugis, prius & turpius, quam Cæsaris armis victus, Rex Bohemiæ Othocarus, resumptis armis, ab Rudolpho, non sine præsenti Numinis ope triumphatur, cum hic Tulnense Virginum Cœnobium vovisset, si victor reverteretur. Occubuit Rex ipse Otthocarus 26. an 27. Augusti, decem & quatuor millibus cæsis, cedente tunc demum Habspurgijs Austria; Bohemia tamen occisi filio concessa, cui & filiam Rudolphus despondit, inaudito ad eam diem exemplo socer effectus quatuor septemvirorum. *Rer. Germ. script. div. Aen. Sylv. Buchol. &c.* Ipso anno terminatur accuratissimè scriptum Chron. Flandr. Jacobi Meyeri.

Annus Christi 1279.

Augustæ Vindelicorum hoc & sequenti anno Comitia celebrat Rudolphus, & Imperio consulit. *Comp. nost.*

Joannes Comes de Spanheim potentissimus, ope Principum nonnullorum, arma sumit contra Moguntinum, & atroci prælio juxta Sprendrlingen congreditur, in quo Comes superatus, & è potentioribus Comes Rheni, Emico Leiningensis, & alij plures capti sunt. *Trith. &c.*

Annus Christi 1280.

Mirabilia illa & Divinissima Gertrudis Saxonica, Baronissa de Hackeborn Elpediani Cœnobij Abbatissa, æternum Germaniæ & Benedictini Ordinis decus, orbi innotescit, cujus DEUS cordi Sacrosancta stygmata mirâ amoris contestatione impressit, cujus prodigiosas Virtutes nulla satis posteritas demirabitur. *Ex Ann. Bened. & Menol. nost.*

Albertus re & nomine Magnus, comparandi Divinitus eruditione illustrissimus, Thomæ Angelici Doctoris Doctor, Episcopus Ratisponensis, Vita sanctè defungitur, Coloniæ sepultus. *Trith. Buchol. &c.*

Annus Christi 1281.

Cæsar Rudolphus Collapsum perniciosissimo interregno Imperij statum, pro virili restituit, Burgundiam, profligato armis ejus provinciæ Comite, Imperio subjicit, Colmariam, Hagenoviam, aliasque urbes bello domat. *Trith.*

In Thuringia fœdissimum bellum inter Landgravios, & patrem quidem inter ac filios oritur, multis alijs proceribus partes foventibus, quod pater filios proprios novercæ meretricis dolo, evertere pararet, Captus per insidias Junior filius, à patre ad carceres damnatus est fame necandus, nisi clam, servi cibum intulissent, ac denique in libertatem vendicassent. *Zach. Rivand.*

Annus Christi 1282.

Victricia signa latè profert Rudolphus noster Imp. & hoc anno Imperium purgans, ab Alpibus Italiæ ad usque mare Britanicum, castra prædatoria, & quidquid pacem turbare posset evertit atque avertit. Eberhardum item Wirttebergium pacis inimicum, inquieti ingenij hominem armis edomat, cum is diu multumque Urbes Imperij vexasset & oppressisset. *Comp. & Symb. nost. &c.*

Moritur Theodoricus Marchio Landspergius, frater Alberti Landgravij, mortem patris paulopost sequente filio, in cujus hæreditatem cum succederent Landgravij juniores, majori deinceps odio in eosdem, pellicis opera, pater exarsit. *Chron. Thur. &c.*

Annus Christi 1283.

Movet in Sabaudum Rudolphus Imp. & ope Helvetiorum Paterniacum atque Muratum eidem eripit. Sed & reliquiæ conjuratorum profligandæ, seu potius ad obsequium revocandæ, Helfensteinio Comite & nonnullis alijs, ægrè Comitem sibi comparem, imperare ferentibus. *Chron. Germ. Crus. &c.*

Conventu Principum Herbipolim indicto, Legati Pontificij, decimum denarium à clero, & Rudolphus à reliquo populo exigentes, obnitentibus nimium Coloniensi & Treverensi, nihil impetrant. *Trith. &c.*

Annus Christi 1284.

Torneamentorum, ita Veteres vocabant, Equestres ludi, Armilustrium Romanis dicti, Ratisponæ celebrati sunt; quo ipso anno Rudolphus alteram conjugem, Agnetem Burgundam duxit, & Basileæ Rauracorum, in multa Principum frequentia nuptias celebravit. Cæterum satis inquietus annus, impostore quodam Fridericum II. Imp. pridem emortuum, ope magicâ ementiente, & thesaurorum à dæmone monstratorum largitionibus multos etiam Principum attrahente, ita ut magnis jam metuendus esset, donec comprehensus morte lueret, ignibus, uti veneficus, exustus. *Rer. Germ. div. script.*

Annus Christi 1285.

Unum è præcipuis Rudolphi meritis huic anno

anno debetur, numerus scilicet S R. I. Electorum septimo auctus, cum tres sæculares & totidem Sacri Principes, instituente Gregorio V. Rom. Pont. huc usque Imperatorem eligere consvessent, quibus Bohemiæ Rex, si vota forte numero paria forent, septimus est additus, ut ad quam ille partem accederet, ea alteri prævaleret. Sicque factum, ut cum Boëmo nuper Rudolphus filiam despondisset, quatuor modo, ut supra dictum, Electores generos haberet. *Compend sæpe cit. de Germ. script.*

Annus Christi 1286.

Multum debent hoc anno Itali Rudolpho Cæsari, qui cum Guelphorum ac Gibellinorum agitati factionibus, justa insuper Cæsaris arma pertimescerent, alij sumptorum temerè armorum, alij Majestatis læsæ pœnas daturi mira omnis Cæsaris Clementia servati non solum sunt, sed majorem insuper, quam ante libertatem adepti pro quâ insignem pecuniarum vim Nobiliores Italiæ urbes eidem numerarunt, agente rem dexterrimè Rudolpho ab Hohenegg Imperat. Cancellario (postea Salisburgensi Archipræsule) qui & Italos Augusto suo plurimum devinxit, & Germaniæ consuluit, ne dum Italiam Cæsar armis cogeret, illa nec dum composita, supremum discrimen adiret. *Videantur Mutius lib. 21. Gerard. de Roo, Trithemius, Cranzius, Sigonius, Besoldus.*

Sed & Pontificem Romanum ut demereretur Rudolph. Henricum Basilensem Episcopũ Romam hoc ipso ablegavit anno, qui Religiosissimi Principis erga sacram sedem observantiam testaretur. De hoc ita Gerard. de Roo (sed ad superiorem referens annum) Legatus, *in mandatis habere dicebatur, uti Pontifici nunciaret: Rudolphum Exarchatu cedere, &c.* quo quidem vel maximè Romanæ Ecclesiæ dignitati consuluit, & Petri successores omnes æternùm obligavit.

Inquietior denno Eberhard. Wirtenbergius à Cæsare armis petitur, & post frustraneam Stutgardiæ per menses quatuor obsidionem, spontè ad deditionem venit, cum alia metueret, quæ facilè prævidebat. *Annal. Colm. Crusius.*

Annus Christi 1287.

Rursum graviter Thuringiæ Landgravij, & filij quidem cum patre colliduntur, quibus hic Albertum (alijs Ludovicum dictum (natum ex pellice præferre decreverat. Res tandem hoc anno à Rudolpho Cæsare composita, & pater (qui filium olim captivum pessimè tractaverat) nunc à filija captus, jubente Cæsare libertati est redditus. *Chron. Thur. Crus. &c.*

In Rhætia quoque res inquietæ, Friderico Curiensi Episcopo contra Werdenbergios bellum gerente, & agrum Werdenbergium ac Veldtkirchensem vastante, quem victum captumque cum turri inclusissent, is ex lineis integumentis funem torquens, dum per hunc evadere nititur, eo rupto miserè perijt. Legitur & Bernam, re infecta bis tentasse Rudolphus hoc anno, & Guilelmum S. Galli Abbatem armis profligatum honore dejecisse, alio substituto, quem tamen monachi Rudolpho mortuo revocarunt. *Hist. Aust. & Rhæt. &c.*

Annus Christi 1288.

Ingens meritum magnæ & admirabilis Gertrudis, quâ teste Deo ipso, nõn semel ipsa ingentia ab universo orbe flagella & mala avertit, & furorem Justissimum Numinis mitigavit. *Ex Vita & tomo 1. Men. nost. &c.*

Eodem anno Petrus Basileensis Episcopus & Reginaldus Burgundus bello contendunt, quo victus Episcopus, auxilium Cæsaris implorat, & impetrat. Sed & in Austria turbatæ res Alberto Austrio & Rudolpho Salisburgensi Archiepiscopo hostiliter agentibus, quâ quidem contentione inferior Episcopus, damno haud modico affectus fuit. *Div. rer. Germ. script.*

Annus Christi 1289.

Nihil antiquius Rudolpho, quam promissis stare, qui proin ad preces Petri Basileensis hoc anño in Burgundiam cum exercitu proficiscitur, captoque Mompelgardo, prope Moretum haud leve discrimen adijt, equo suffosso, durum aliquandiu prælium pedes sustinens. Vesontionem obsidenti, dum adventurus Galliarum Rex, ut ipsum armis pelleret nunciaretur, *expectare se* eum respondit, idem egregiæ patientiæ exemplum præbens militi, cum premente fame, ipse etiam Imp. rapis crudis in conspectu suorum vesceretur. Dedêre denique hoc ipso anno manus Burgundi, & ad obedientiam Imperij amplissima provincia redijt. *Ger. de Rhoo, Hist. Aust. &c.*

Annus Christi 1290.

Comitia Erdforti celebrat Rudolphus, & Saxoniæ provincias latronibus purgat, centum & undecim capite damnatis, & supra sexaginta, arcibus eversis. *Sindelf. Crus. &c.*

Joannes Brandeburgius Marchio Misniam invadit, à Diezemanno Friderici Misnensis fratre, quatuor conflictibus profligatus, & pacem denique petere coactus. *Zach. Rivand. &c.*

Austrij Stirique rebellionem parant contra Albertum Rupolphi Cæsaris filium, quod is Suevis, Hermanno inprimis Landenbergio, & Eberhardo Waldseensi, curam provinciæ, præ indigenis committeret, & hi Austriacorum licentiam intra limites quosdam continerent. *Rhoo, &c.*

Annus Christi 1291.

Excedit è Vivis Rudolphus Imp. Gemmersheimij ad XVIII. Cal. Aug. cum vixisset annos 73. cujus corpus insigni pompa funebri Spiræ est conditum. Quo ipso anno Austriaci Stirique in aperta erumpunt odia, & Alberto Habspurgio parere detrectant, Viennensibus paulo post sese dedentibus, & in gratiam receptis, cum ea pacto prius privilegia sua omnia Victori permisissent, quæ ipse palam legi omnia voluit, & siquæ sibi ac posteris fraudi fore animadverteret, discerpsit. *Hist. Austr. &c.*

Gunsenses Ungari Comites Austriam vastant, in quos profectus, ope Meinardi Carinthiæ Ducis, Albertus Austrius, ditionem eorum & qui faverant, igni item & ferro populatur. *Ibidem.*

Annus Christi 1292.

Principum solemni conventu Francofortiæ celebrato, 8. Id. Januarij Adolphus Comes Nassovius Imperator renunciatur, frustra sub extrema vitæ laborante nuper RUDOLPHO,

ut Albertus filius eligeretur; qui sedandis hoc anno Austriæ & Styriæ motibus occupatus, etsi indignè ferret præreptum sibi Imperium, totum se componendis subditis impendit, & rem feliciter confecit. *Comp. Hist. Eccl. & Symb. nost.*

B.ma Mechtildis, Admirabilis illius Gertrudis soror, sanctimonialis ejusdem cœnobij lectissima, scripto mirabili Revelationum Divinarum libro, sequuturis deinceps in finem usque mundi seculis, prophetico spiritu, & eventurorum prænuntiatione mirè consulit. *Ex Vita, Annal. & Menol. nost.*

Annus Christi 1293.

Sedatis Austriæ & confinium motibus, Albertus Rudolphi filius, sive quod paterno jure spectare ad se Imperium putaret, sive quod Adolphum avertisse à se Principum animos crederet, summo eum Imperij periculo & detrimento, cum Imperatore colliditur, Adolpho vel inde maximè offenso, quod petenti filiam denegasset. Actum apertis deinceps odijs, Svevis, præter Wirttenbergium, pro Adolpho conjurantibus. *Comp. Hist. & Symb.*

Albertus Senior Thuringiæ Landgravius, nactus occasionem evertendi filios, Adolpho Cæsari, ditiones suas omnes vendit, reclamantibus filijs, inde grave exortum bellum, Cæsare provincias illas sibi vendicante, & Thuringis legitimos hæredes propugnantibus. *Chron. Thur. Zach. Riv. &c.*

Annus Christi 1294.

Plurimum abalienatis facto Adolphi Principibus, empta in fraudem legitimorum hæredũ Thuringia, Albertus Austrius plurium sibi favorem conciliat, Adolpho interim, in expugnanda Thuringiâ frustra desudante, cujus copiæ, militari licentia, cum sacrilegijs manus polluerent, & sacris etiam Virginibus vim facerent, intercepti plurimi, ad ignes damnati, sed quod plerique nobiles essent vita donati, sed excisis virilibus, nudi ad Cæsarem in castra remissi sunt, sed & Cæsar ipse, ob militum insolentiam, supremum vitæ discrimen Mülhausij adijt, vix vitâ servatâ, urbe turpiter ejectus; Qui cum apud Thuringos, nec vi, nec prece quidquam efficeret, furorem in Osterlandiam Principibus subjectam effudit, ense atque ignibus, supra Germani hominis ingenium barbarè grassatus. *Thur. Chron.*

Annus Christi 1295.

Adolphus inusitatâ vectigalium exactione, & varijs criminationibus plerisque jam Principum odiosissimus, suspectus etiam de fide Galliarum Regi data, ob missas per Castellionem pecunias, ut invidiam omnem à se amoliretur, bellum Gallo indicit (quod tamen postea non gessit) misso caduceatore, qui Arelatense Regnum & alia per Gallos Imperio ablata repeteret, Interim nova expeditione Thuringiam invadit, & nullo suo fructu populatur, misso Philippo cognato in Osterlandiam, cujus impetum Marchio fortiter repressit; Principum plurimis per id tempus de auctorando Adolpho conferentibus, & Albertum Austrium ad capescendum Imperium instigantibus. *Script. Germ. div. Hist. Austr. &c. Chron. Thur.*

Annus Christi 1296.

Triumphare se ratus de Thuringis Principibus Friderici II. Imp. nepotibus, rei suæ pessimè consulit, Adolphus dum plerisque urbibus, & omni ferè ditione ipsos exuit, Conventu interim Pragensi Principum multorum ipse Regno exutus, quod etsi paucorũ quorum intererat voto ageretur, struxit tamen viam ad ulteriora Comitia, & Alberto animum addit, ut ad occupandum Imperium pergeret, Adolpho ne ancipiti bello distraheretur, ad vim Alberti avertendam properante. *Cit.* Joannes & Ottho Brandeburgij Premislaum Polonum inter Dionysialia adorti, cum dedere se nollet, obtruncant. *Comp. nost. &c.*

Annus Christi 1297.

Relictus ad vexandos Thuringos à Cæsare Philippus, dum Lukam gravi obsidione premit, Marchio superveniens, acie, congressus grandi illum clade profligat, & captivum trahit, *Chr. Thur.*

Adolphus cum Alberto de Regno contendens, hoc nunc hostilia machinante, nunc pugnam detrectante, variè luditur & fatigatur. *Chron. Germ. & Symb. nost.*

Stephanus & Ottho Boiorum Duces Ratisponam obsidione cingunt & commeatu prohibent, donec per Conradum loci Episcopum urbi reconciliarentur. *Stero. &c.*

Annus Christi 1298.

Iterum concitante maximè Moguntino, Conventus Principum Moguntiam indicitur, ubi per absentiam Palatini, qui Cæsaris gener erat, & Treverensis qui frater, Adolpho Imperium abrogatur nono Calend. Julij Alberto in ejus locum subrogato, qui paulò post 6. Non. Julij, cruentissimo prelio cum Adolpho congressus, fortissimè dimicantem, in ipso triumphi plausu lethali vulnere ferit, irruentibus in seminecem reliquis, donec animam exhalasset. Cadaver in vallis Rosarum Cœnobio, ad usque tempora Henrici Luxenburgensis conditum ab hoc postea exhumatum Cæsareo Regum Mausolæo Spirensis Basileæ Cathedralis regio apparatu illatum est. Conjurati omnes in Adolphũ pugnantes miserabili morte perijsse narrantur, Comites de Hohenloë & Ochsenstein gladio interempti, Moguntinus repentina morte ablatus, Comes Gemini Pontis fluvio haustus, Episcopus Argentinensis à rustico gladio transfossus, Comes Leiningensis Phrenesi extinctus, cæteri percussores omnes infelici strage demessi perierunt. *Abrah. Bzovius, Christoph. Besoldus.* Occubuere cum Adolpho sexaginta Illustri genere Comites, cum magna Germaniæ Nobilitatis parte, cum adverso sole pugnarent solisque nimio æstu & laboribus exhausti, pulveribus præterea oppressi & iniquiore sibi loco, à valentiore Alberti exercitu circumventi essent. *Cuspin. Avent. Calvis. Besold. Chron. div. Germ.*

Annus Christi 1299.

Albertus periculosissimo defunctus bello, civitates plerasque ad Rhenum, quæ Adolpho adhæserant in potestatem redigit, & quo tutiora sibi omnia redderet, præfectis provinciarum officio motis novos sufficit, convocatisque Francofurtum Principibus, electionem viro Adolpho Cæsare factam iisdem renunciat, qui communibus suffragijs denuo Augustum consalutant, quinto Idus Augusti, eundemque non multo post Aquisgrani 9. Cal. Sept. solemnissimè coronant. Legatio deinde Romana ad Pont: Max: decernitur, qua rata haberi electio peteretur,

teretur, quæ concordibus omnium votis facta esset. Adversatus diutius fuit Electioni Pontifex, de quo legendi Gerard. Roo, Brovius alijque, donec sequenti anno eidem Albertus pro dignitate satisfaceret, ac deinceps Romanæ se Ecclesiæ non minus quā pater, egregiè commendaret. Ipso anno Cæsar cum tribus sacri ordinis Electoribus Tullum Leucorum profectus, cum Philippo cognomine Pulchro Galliarum Rege colloquium habuit, multisque pro regni utriusque dignitate collatis, & compositis, pactoque inter Rudolphum Austriacum, & Blancum Regis filiam matrimonio, omnibus ex animi sententia gestis revertitur. *Gerard. de Roo, Annal. nost. & diversi rerum Austriac. Script.*

Sanctissima Abbatissa Gertrudes, virtute Apostolica, mira Divinæ gratiæ affluentia plurimos Christo adducit; *Nam revera* (habent insinuationum libri) *quo tempore ea vixit, nemo est inventus, res mira, à quo sanctæ eruditionis flumina, profusius, fructuosius & efficacius manarent, quam ab illa, &c.*

Annus Christi 1300.

Dum obligatus à Cæsare Pontifex Imperium confirmat, & gratulatur Italia, Germani Principes non pauci eosque inter Electores quatuor, Moguntinus, Treverensis, Agrippinas & Palatinus de evertendo atque exauctorando consilium ineunt, conjurantque. Moguntinum refert, Aventinus paulo ante pecuniam sibi debitam à Cæsare cum exegisset, eâ non soluta, prolato cornu venatorio, multos se in eò Cæsares habere dixisse, ac dein reliquos concitasse. Animadverso periculo Cæsar hostes aggressus, Palatinum imprimis, eo adegit, ut omnem ineundæ gratiæ occasionem venaretur. Reliquorum item conatus ita fregit, ut præter omnium opinionem è tantis difficultatibus paulo post emergeret. *Hist. Augusta Script. div.*

Finit hoc anno Annales suos Stero Monachus Altaichensis, ab Historiæ synceritate plurimū commendatus.

Annus Christi 1301.

Vita excesserat Andreas Ungariæ Rex, post quē cum diversis studijs ad diversos respicerent Ungari, ad Carolum Robertum alij Caroli Apuliæ Regis filium Alberti Imp. ex sorore nepotem, alij ad Wenceslaum Boëmum, hic, duorum Regnorum administrationem (nuper enim pulso Ladislao Loctico Rex item Poloniæ creatus fuerat) distentum, nihil ultra ambire se protestatus, filium Wenceslaum commendavit; quem complexi Ungari summa gratulatione Regem salutarunt, & coronarunt. Inde Pontifex & Cæsar haud leviter offensi, & ille quidem in Wenceslai fautores Anathema strinxit, hic arma intulit, modico successu, cum nimijs imbribus & magna cæli intemperiè, exercitum è Bohemia abducere cogeretur. Quo ipso anno reconciliatus Pontifici, in Imperio confirmatur. *Hist. Aust. Comp. & Symb. nost.*

Ingens per Wagriam, Holsatiam, & Stormariam seditio, conjurante in Principes equestri ordine. Pulsi Nobiles implorata Saxonis ope, cum eodem Holsatiam vastant, feliciter tamen à Principibus repulsi. *Chron. Thur. &c.*

Annus Christi 1302.

Ægrius ferens Cæsar, Agnetem sororem, Andreæ defuncti Regis viduam illiberalius ab Ungaris in custodia detineri, ab eâdem per litteras non semel pro ferenda ope interpellatus, quod superiore anno minus prosperè contra Wenceslaum res successissent, ne nihil tamen agere videretur Hermannum Landenbergium cum exercitu mittit, qui Presburgum obsidione premeret. Solvit paulo post obsidionem Hermannus & in Germaniam revertit, cum Ungari, quid potissimum quærERETur attendentes, Agnetem sororem cum filia cognomine remitterent, quæ ambæ postea in Konigsfeldensi Cænobio ætatem exegêre. *Chron. Germ. Hist. Austr. &c.*

In inferiori Germania infelicissimè cum Flandris pugnant Galli, prælio inprimis memorabili prope Curtracum, mense Julio, quo flos Nobilitatis Gallicæ perijt, & plurimi è Principibus desiderati sunt. *Aemil. Guil. de Nangis, Tillius, &c.*

Annus Christi 1303.

Evadit ope Lubecensium Albertus Saxoniæ Dux, cum magnis copijs in gratiam Nobilitatis Holsatiam popularetur, jamjam à Principibus provinciæ opprimendus, quæ causa Lubecensis belli fuit, civibus pessimè mulctatis, donec Erici Daniæ Regis opera Principibus reconciliaretur. *Chron. Holsat. Ioan. Pet. &c.*

In Helvetia insolentior quoque nobilitas, dum suis è castris ac turribus infesta omnia habent, fœdera ineunt Urbes, ad provinciam latrocinijs purgandam; quâ occasione multæ insignes arces, & vetustissima antiquitatis monimenta convulsa atque eversa sunt. *Chron. Helvet. Ioan. Stumpf &c.*

Suspectus fit Helvetijs Albertus Imp. cum provincijs liberis confirmare privilegia atque immunitates nollet, affectatæ per Helvetiam tyrannidis, quæ suspicio sequentibus temporibus, improbitate præfectorum Nobilium plurimum aucta est, tristem denique exitum sortita. *Chron. cit. &c.*

Annus Christi 1304.

Thesauros Regni cum per commessationes, luxum atque libidinem abliguriret Wenceslaus Junior Ungariæ Rex, optimatum quorundam factione Carolus Robertus, supra rejectus, iterum ad spem regni vocatur. Verum urgentibus nimium Ungaros Legatis Apostolicis, & Carolum obtrudentibus, revocato etiam, metu periculi, à patre in Bohemiam Wenceslao, Ungari Electionis jus à Papa disputari questi, imperium ad Otthonem Bavarum, Belæ IV. filia natum detulêre, si Sacram Regni Coronam à Wenceslao in suam potestatē transferre posset. Quod quidē Ottho cum prece ac pretio apud Wenceslaum cum omni jure impetrasset, in Regnum cum corona profectus, summa gratulatione procerum coronatus est. *Chron. Vng. Hist. Austr. &c.*

Haud levi scandalo piorum Petrus Basileæ Episcopus, levi ex causa à Comite Montfortio oppressus & captivus abductus est, donec grandi se litro liberaret, dissimulante, ut putant, Alberto, quod Episcopo cæteroquin minus æquus esset. *Chrō. Helv.*

Annus Christi 1305.

Moritur Wenceslaus Rex Bohemiæ Senior, cujus Exequias funebres Albertus Imp. spiræ celebrat, ruentibus paulo post Bohemiæ rebus, sub degenere filio, quæ sub versatissimo patre multum excreve-

creverant, Uladislao Loctico, Regnum, quo nuper exciderat, cùm clandestinis molitionibus, tum apertâ postea vi repetente. *Rerum Polon. & Boem. script.*

Cometes circa Pascha in cælo apparuit, consequente lue pestilenti, per Saxoniam inprimis, atque Thuringiam, quâ in provincia vix tertia pars hominum superstes fuisse memoratur. *Chron. Thur. Zach. Rivand.*

Annus Christi 1306.

Evadente denuo ad Regni Polunici supremum culmen Loctico, Wenceslaus ignavia solutissimus, ægre persvasus, ut in hostem iret, dum Olomocium usque progreditur, à milite quodam percussus perijt, qui prius quam facinoris causam seu auctorem proderet à prætorianis discerptus est. *Chron. Boem. & Siles. Ger. de Rhoo, &c.*

In Thuringia iterum inquieta omnia, Landgravijr filijs cum scelestissimo patre contendentibus, quorum causæ ventilandæ diem Albertus Imp. Fuldam indicit, verum patre comparente, non filijs, iratus graviter Thuringiam illis adimit, exoratus tamen diem denuo Adelburgum indicit, ubi, incertum cujus scelere, Fridericus Princeps, supremum discrimen adijt, ejusque deinceps Cæsarem accusavit, sicario quodam in hospitium immisso, qui Principem cerio ingulasset, nisi insigni fide famulus id vulnus excepisset Principe beneficio hospitis ex ædibus atque urbe evadente. *Chron. Thur.*

In Bohemia ingeur de regno disputatio, quæ, jam diu duraverat alijs Henricum Tyrolensem eligentibus, alijs aliorsum spectantibus, Alberto Imperatore, quod se inconsulto suscepta electio esset quiritante, eamque nullam esse declarante, simulque Rudolphum filium suum Regem renunciante. Obstitit pro virili Henric. Tyrolensis, & cum viribus tantum non valeret ablatis præcipuis Regni thesauris, in Tyrolim secedens, pro Rege nihilominus se gessit, multo splendore vitam exigens, donec Rudolpho extincto denuo regnum, fortuna meliore non tentaret.

Annus Christi 1307.

Adito vix Regno, & ductâ Wenceslai Vidua, egregiè, ut putabat, stabilito, moritur Rudolphus Alberti filius, ex esu, ut aiunt æstivorum fructuum nimio, ventris profluvio ablatus, cujus morte novi fluctus Bohemiam excepêre, propendente iterum in Tirolensem Henricum procerum studio, & satagente Cæsare, ne tam pinguis sibi bolus excideret; quo factum ut Regnum pulcherrimum fœdissimè vastaretur, & exspoliaretur. *Chron. & Ann. cit.*

Alberti Ministris seu præfectis Helvetios durius prementibus, impatiens premi gens libertati asveta, odijs paulatim exasperatur, ausura suo tempore, quidquid furor dictaverit, de quo suo loco, *Chron Helvet.*

Finitur hoc anno Chronicon Siffridi Misnensis, cujus opera sæpe usi fuimus.

Annus Christi 1308.

Grandibus meritis locuples è Germania in cœlum assumitur, inter lucidissimas cœli Empyrei stellas collocanda, magna Mechtildes nostra, S. Gertrudis soror lectissima, relicto egregio ad æternitatem omnem monimento, Revelationum Divinarum libro, quem nulla sæculi sapientûm curiositas deinceps exhauriet. *Ex Menol. nost. & Annal. Ord.*

Miserabili omnino vitæ exitu abripitur, gloriosissimus & invictissimus cæteroquin Princeps Albertus Imperator, à Joanne fratris filio, cujus bona tutorio nomine diutius justo detinuisse videbatur, ad trajectum Rusæ amnis, Calendis Maij interfectus, cujus corpus in Cœnoblo primum Wettingensi conditum, Henrici postea VII. Cæsaris jussu, unà cum Adolphi corpore Spiræ est conditum, ut quibus olim convenire vivis non poterat, vel mortui in matris terræ gremio verò complexu jungerentur. Suffectus in Imperio est Henricus quem modo diximus eo nomine Septimus, Comes Lucelburgius, Princeps verè bonus, benè dignus, cujus electionem statim Clemens Pontifex approbavit. *Cuspin. Naucler. Avent. Bzovius.*

Moritur eod. anno Coloniæ 8. Novembr. Joannes Duns Scotus, Monachus Franciscanus, miraculum ingenij, vulgo *Doctor subtilis* appellatus. *Trith. Bucholcerus, Chron. Francisc.*

Annus Christi 1309.

Laudatissimus Princeps Henricus noster Imp. ipso Natali trium Regum Aquisgrani solemnissimè coronatur. Cujus, ut reliquorum Imperatorû, auspicatissima initia inutili inquiete turbat Wirtenbergiæ Comes, Juratus Urbium Imperij hostis, quem opprimere & subjugare Henricus etiam nolens coactus est; Imperator, siquis ullus alius, qui Principis Sancti juxta & fortis atque invicti titulos meretur. *Comp. Hist. nost.*

Continuatur bellum Thuringicum, Erfurdensibus & conjuratis contra Principes majore damno quam lucro acriter pugnantibus. *Chr. Thur. &c.*

Annus Christi 1310.

Opes Boëmiæ desperationem Regni retinendi exhaurit Henricus Tirolensis, electus Bohemiæ Rex, quo procerum animos graviter offendit, ad Joannem Henrici Cæsaris filium, statim conversos, quem & rejecto Henrico, Regem præficiunt, & cum Regno Regis defuncti filiâ in conjugem data, ritu solemni coronant. *Chron. Boëm. Hist. Austr. &c.*

Erfurdenses cum confœderatis Thuringiam denuo vastant, Sacra & prophana omnia miscentes, quos gravi clade afficit Fridericus Princeps & ducem exercitus captum, ad mortem usque carceribus includit. *Chron. Thuring.*

Annus Christi 1311.

Rebus ex animi sententia gestis, Erfurdum obsidet Fridericus Landtgravius, & suburbia incendit. *Chr. cit. Zach. Riv. &c.*

Henricus superiore anno Italiam ingressus cum exercitu, civitatum inter se fœdè dissidentium turbas compescit, & rebus prosperè compositis, Mediolani coronatur, profectusque in Liguriam, Genuæ hybernat. *Rer. Aug. & Germ. script.*

Alberti Imp. cadaver Wettingæ hucusque conditum Henrici Imp. jussu Spiram transfertur, & prope Adolphû hostem, quem vita & Regno exuerat, sepelitur, ut quibus vivis convenire non poterat, communem mortem terra tumulum præberet, vix palmum deinceps inter se distantibus. *Hist. Aust. Symb. nost*

Annus Christi 1312.

Ingens pestilentia, Comete periculum præsagante,

gnante, tertia parte mortalium extinctâ, triginta hominum millibus Coloniæ, sedecim Moguntiæ, Treveris viginti, sex Wormatiæ, Spiræ novem, Argentinæ tredecim, quatuordecim millibus Basileæ defunctis. *Zach. Riv. & alij.*

Henricus Imp. (ut suis ipse literis ad Abbatem Waldsassensem testatur) solemni ritu Romæ per duos Cardinales, ipso SS. Petri & Pauli Festo coronatur, à quo cum metueret Clemens, Robertum Caroli Salernitani filium tune in Phocensem provinciam venientem, cum ipse Avenione ageret, Regem designat, qui Henrici Cæsaris conatibus obniteretur. *Compend. nost. & div. Germ. script.*

Per hæc tempora Waldemarus Elector Brandeburgius Fridericum Landtgravium bello vexat, ope Abbatum Fuldensis & Hersfeld. nec non Weimarij Comitis & Alberti Anhaltini: qui cum diversis exercitibus occurrere non posset, Brandeburgensem Marchiam vastat, magnis eò itineribus contendens. Verum fatigato nimium exercitu victus à Brandeburgijs captusque, paulo post à suis eripitur extortasque per vim conditiones rescindit. *Chro. Thur.*

Annus Christi 1313.

Alienissimo tempore Henricus Imp. dum Robertum factionibus Italiam turbantem bello aggredi parat, non sine suspicione veneni in Sacrâ hostiâ porrectâ è medio tollitur, ad Bonum Conventum 24. Aug. cujus audita morte Clemens Robertum eundem Henrici hostem, Vicarium Italiæ, dum aliter videretur, & Cæsar eligeretur renunciat. Electores de successore designando multum diuque deliberant disputantque, Austrio Friderico nonnullis, alijs Ludovico Boio faventibus. *Diversi Germ. rer. script.*

Ludovicus plura vota nactus & legitimè electus fuisse probatur justo volumine ab Herwarto contra Bzovium quem ipsum Lector consulat.

Annus Christi 1314.

Provinciæ per Germaniam omnes vario studio partium pessimè confunduntur & lacerantur, alijs nunc à Friderico, mox à Ludovico pellectis seu coactis, omnibus pessimè afflictis, oppressis atque exhaustis. Qua ipsâ occasione Helvetij à ministris Principum graviter afflicti de excutiendo jugo tractant, nobilitate Fridericum Austrium, plebeis Ludovicum tanquam legitimè electum adorantibus; tres Principes conjuratorum Wilhelmus Tellius & socij, pertractis in fœdus reliquis, arces & castra repente invadunt & diruunt, cæsa, sive exacta in exilium nobilitate. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1315.

Regis insignia eodem anno suscipiunt Fridericus & Ludovicus, uterque nomen Imperatoris usurpans, ille à Coloniensi, à quo, sed non ubi, debuit. Bonnæ; iste à Treverensi, ubi, sed non à quo debuit coronatus Aquisgrani. Fuitque ad cumulum malorum, lues pestilens Germaniam dirè vexans, quâ omnes ferè Aquilonis plagæ laborarunt. Exarsêre juxta privata inter Magnates odia, qui dissidio Universali in licentiam omnem abusi, quasi jure suo uterentur, provincias quas quisque ambiebat ferro tentarunt. *Symb. nost. & Comp. Hist.*

Leopoldus Austrius Friderici frater dum movet in Svicios, ab illis victus ægrè evadit 16. Nov. quo ipso anno Svicij, Uranij, & Sylvanenses primum confœderantur. *Vadian. Tschudius, Stumpf. &c.*

Annus Christi 1316.

Ingens & cruenta Ludovicum inter & Fridericum de Regno contentio, cruentâ inprimis ad Neccarum pugna, quâ incertum uter superior fuerit. *Cusp. Naucl. &c.* Helvetij superiore anno hostes se Austriacorum professi, in rem suam intenti, in adversa omnis diligenter se præparant, quibus plures deinceps associantur. *Chron. Helv.*

Fridericus doctâ Jacobi Aragonum Regis filiâ Sponsæ coronam imponi jubet, & Rom. Imperij insignia, lanceam Sacram, coronam, & gladium Caroli Magni, quæ ab obitu Alberti patris retinuerat, ostentat, tristi omine, theatro quod erexerat, collapso, multis è Gynecæo graviter afflictis. *Ger. de Roo.*

Annus Christi 1317.

Magno, ut erat, animo Princeps, præter curas avertendi potentissimi hostis Friderici, Ludovicus Imp. Italiæ intendens, quam libertate insolescentem, revocare ad obsequium volebat, in opprimendis factionibus plurimum laborat, fessisq; mutuâ lanienâ commodùm occurrens, Præfectos, Urbium eò destinat; frendentibus Italis, tantum otij, inter negotia huic concessum, ut Italiam denuo cogeret, & multa alia digna Germano Cæsare susciperet. *Comp. Hist. nost.*

In Helvetios conjurant cum Leopoldo Austrio Comites Kyburgij & arma parant. *Chr. Helv.*

Annus Christi 1318.

Ope Joannis Bohemiæ Regis, Lucemburgi tunc agentis, Hollandiæ item Hannoniæ, Juliaci, aliorumque Principum & Comitum, Colonienses pro Ludovico sentientes, in proprium Pontificem suum arma sumunt, & cogunt denique Ludovici, quæ violaverat, pactis stare. *Trith.*

Leopoldus Austrius decem fere hebdomadas Solodorum arcta obsidione premit, & Arulam fluvium ponte jungit, quo dum copias suas trajicit eo soluto, multis pereuntibus, oppidani, raro inter hostes exemplo, complures lembis & porrectis hastis ereptos, absque precio ad Leopoldum remittunt, eo statim obsidionem solvente, & cum vicinis Civitatibus pacem ineunte. *Chron. Helv. Hist. Austr.*

Hoc & superiore anno lue pestilenti per Thuringiam inprimis & Saxoniam pertinacius sæviente, Erdfurti solummodo, centum triginta sex mortalium millia perijsse memorantur, cum in Schmidstetten propè eandem urbem, quinq; tantum foveis, septem millia octingenta & quinque cadavera illata referantur. *Zach. Riv.*

Annus Christi 1319.

Mira & inaudita penè rerum volubilitate, alternante fortunâ, imo adventu solo dissidentium Principum Svevia cumprimis & Rhenana provincia confunditur, Principibus quidem subinde quasi de summa rerum certare parati essent, sese conterentibus, mox tamen, alio & alio pugnam detrectante, tantæ molis negotium differentibus. Bohemiæ tamen Annales hoc anno prope Muldorffium congressos asserunt, & post diuturnam & cruentam

utrinque

utrinque cædem Ludovicum victorem extitisse. *VVenc. Hagetius, &c.*

In Thuringia, Hassia, Wagria, Hollandia, Osterlandia, quæ nuper turbatissima, nunc compositissima, restitutis, quæ per tot clades mutuas eversæ fuerant arcibus. *Chron. Riv.*

Annus Christi 1320.

Electionem Ludovici ut everteret Fridericus, Romani Pontificis gratiam sedulo exambit, & sui confirmationem urgens, eundem contra Ludovicum accendit, sed cautior Pontifex rem differre maluit, ne qui Gibellinorum factione aliàs vexabatur, hostium postea multitudinem omnino opprimeretur. *Comp. Hist. Eccl. &c. & ib. cit. Germ. & It. Hist.*

Colonense Archiepiscopo, iterum secus quam promiserat Friderici partes fovente; Colonienses jussu Ludovici denuo armantur, & Castellum ejus Utechen expugnantes funditus diruunt. *Trith. &c.*

Annus Christi 1321.

Nihil intentatum relinquentes Friderici amabilissimi cæteroquin Principis & dignissimi fautores, ut, quia vel maximè interesse videbatur, quam Pontifex probaret, illius merita, & in Ecclesiam Rom. observantiam mirificè commendant, omnique modo evertere Ludovicum laborant; qui dum nimium suffragiorum superioritate confisus, non tantum securius ageret, sed etiam reformandæ Italiæ animum adjiceret, suspectus Pontifici, quasi qui & S. Petri Patrimonio inhiaret, in grave paulo post odium incidit, evocato in Italiam contra Ludovicum Friderico; illo quam ægerrimè ferente, jurati hostis sui operam, in haud leve causæ suæ præjudicium, hâc insuper inauditâ, à Pontifice expetitam. *Hist. Aug. Script. Div.*

Magdeburgius Archiepiscopus cum Urbe graviter collidittur, plurimis utrobique damnis, consequentibus, donec res, Friderici inprimis Landgravij opera, componeretur. Quo ipso anno idem Princeps multas prædonum arces expugnat atque evertit. *Chron. Thur.*

Annus Christi 1322.

Sexennium jam varijs velitationibus sese exercentes Fridericus & Ludovicus, cum parum profecissent, impatiens Regni cupidine, ille cujus majorem jam spem gratia Romani Pontificis fecerat, manum rei propius admovet, & cum Leopoldo fratre Bavariam igni & ferro populatur. *Annal. Boi. Trith. licet priore anno maturius.*

Gerardus & Joannes Holsatiæ Comites ope Joannis Saxon. Ducis, & Henrici Mechelubutgij Dithmarsiam grandi cum exercitu invadunt & jam victores, cum supplicibus non crederent, bis in desperationem versis maximum discrimen adeunt, duodecim præcipuis exercitus Ducis, & 2000. cæsis, fortiter à Dithmarsis repulsi. *Zach. Rivand. &c.*

Annus Christi 1323.

In Fridericum magnis jam pridem irritatus injurijs invectus cum exercitu Ludovicus, post longam & acrem dimicationem victoria potitur, ipso etiam competitore Friderico ejusque fratre Henrico captis, & in custodiam abreptis, magnâ statim animorum inclinatione sequente, & plerisque qui Friderico faverant, ad Victorem modo transeuntibus. *Hist. Germ. div.*

Annus Christi 1324.

Vocatus ad causam dicendam à Pontifice
venionem Ludovicus, quod factionem Gibe
fovere videretur, & quod dictum superius,
que Italiæ locis præfectos cum præsidijs i
tit &c. qui convocato super his Principum co
Avenionem ire noluit, sed Legato isthuc
Pontifice ad Concilium Generale provocavit
clesiæ interim sese subjiciens, quem proin J
Anathemate damnavit. *Auth. sæpe cit.*

Ingens seditio Erfurdi contra magi
quam dum componere clerus allaborat, Urbe
citur, cathedrale templum in equile conve
Archiepiscopo Moguntino frustra arma ca
donec ipsi denique fatigati odijs conquie
Chron. Thur.

Annus Christi 1325.

Malè affectus erga Ludovicum Pontif
suadentibus nonnullis, de evehendo ad Imp
Carolo Francorum Rege cogitat, & is bello
ditus recusat, deficientibus ad Austrias partes
tis, Ludovic. cum captivo competitore pa
& fide data de Imperio nunquam deinceps
endo, liberum dimittit, conditiones frustra
ceps rescindente ceu extortas Pontifice, &
endum sibi Ludovicum omnino eversum cu
irritato magis magisque Ludovico, & Imper
tibus de Pontificis injurijs quiritante cujus
Guillermus Occam, Marsilius Patavinus, &
alij viri docti patrocinati sunt. *Div. Hist. Aug.*
Cranzius, item Mutius, Besoldus &c.

Annus Christi 1326.

Pessimè diversis factionibus oppressæ I
Roma, dum ingemiscunt graviter, & frustra
tificem invitant, cujus præsentia discutiendu
lum speraverant, ad Ludovicum conversæ, ejus
pem implorant, Gibellini inprimis, qui acriu
inde, à Guelphicis premebantur. *Naucler. Crusi*

Leopoldus Austrius, dum Nemetum U
aggredi bello parat, & suasu medicorum pri
tudinem Argentinæ curat, ibidem febri & a
deficit, insigniter plaudentibus Helvetijs,
Principem pessimè odissent, qui libertatem
dem, tot periculis assertam, eversam voluisset.
Helv. Hist. Austr. &c.

Annus Christi 1327.

Rebus Germaniæ compositis, Ludo
vitatus à Gibellinis in Italiam contendit, s
que alpibus 14. Cal. Martij. Comitia celeb
indicit, nolens progredi ulterius, prius quam
conjuratorum voluntate constaret. Tridento
diolanum pergens, ibidem corona ferreâ
tus est, inde in Hetruriam movens, qua
menses cum Pontificijs colluctatus, cum frustra
suos aditu ad Urbem prohibere ipsum Pontif
naretur, & Anathema iterum vibraret, pr
Philippi Valesij coronatione, cujus opera n
Ludovico facessere posse confidebat. *Naucl.*
Alb. Argent. &c.

Annus Christi 1328.

Imperator Roma occupatâ, insigni G
norum gratulatione & pompa exceptus, te
periali corona à Stephano Columnio S. R. E. Car
dinale coronatur; indignam postea rem aus

auc

auctorato Joanne, & Petro Reynalucio in sedem Petri intruso, & Nicolai V. nomine insignito. *Naucl. Avent. Iovius, Cuspin. &c.* Miserè interim laborat Ecclesia Germaniæ, Pontifice excommunicante omnes, qui Ludovico obsequerentur.

Annus Christi 1329.

Mutatis non leviter multorum erga Ludovicum ob Anathema animis cum ille Germaniæ rebus timeret, relictâ Mediolani à fide deficientis obsidione, ad domestica sopienda convertitur, mirâ statim ab ejus discessu Italorum defectione consequente, Pisanis ante alios Joannis gratiam exambientibus, & Nicolaum Pseudo-Pontificem, in Custodiam conjicientibus, qui & ipse paulo post resipiscens Joanni se subjecit, & supplex veniam petijt. *Comp. Hist. Eccl.*

Fridericus Strenuus, Landgravius Thuringiæ nuptias celebrat Norimbergæ cum Mechtilde Ludovici Imp. filia, insigni apparatu & pompa: quâ quidem occasione Saxonum Principes haud leviter sibi Cæsar devinxit. *Chron. Thur.*

Annus Christi 1330.

Offert sese Bohemiæ Rex ad conciliandam inter Cæsarem & Pontificem pacem, ope inprimis Valesij Regis, profectusque in Italiam, miram statim mutationem rerum efficit, ut de pace porro nemo dubitaret, ijs jam, qui pessimè affecti erant studio in Cæsarem propensioribus, sequente nihilominus postea intestinorum bellorum majore incendio. *Sæpe cit. script. & Symb. nost.*

Sub hæc tempora, dum post obitum Erici Ducis Slesvicum Waldemaro puero eripere conatur Christophorus Daniæ Rex, fortiter repellitur, id deniq; consequutus, ut Regno à suis exspoliatus, Waldemarum coronari cernere cogeretur. *Ioan. Pet. &c.*

Annus Christi 1331.

Progressus rerum felices in Italia nactus Joannes Boëmiæ Rex, cum factionem se utramque cum ipso Guelphorum Gibellinorumque nomine velle exscindere diceret, receptis in fidem Urbibus, Carolum filium præfecit, eoque suspectum Ludovico Imperatori se reddidit, qui adversum ipsum Principes aliquot Germaniæ concitavit. *Cit.*

Contentione super partitione inter Boios Principes, Henricum & Otthonem orta, eâ opera maximè Joannis Boëmiæ Regis consopitur, in grave jam jam bellum eruptura. *Trith.*

Annus Christi 1332.

Rex Bohemiæ Joannes offensus mobilitate ingenij Italorum, & iterata toties defectione, nil fidere ausus, revertitur in Germaniam, nullâ ferè re memorabili gesta. *Comp. Hist. Eccl &c.*

Resuscitata inter Boios Principes lite ab Henrico Seniore contra Otthonem fratrem, illi quietem imperat Imperator, & cum nihil proficeret, Straubingam obsidet, donec iteratò rem componeret Henrici Socer Joannes Rex Boemorum. *Trith.*

Austriorum per Helvetiam Vasalli Nobiles, Lucernam de nocte expugnare nituntur, fraude proditâ Lucernatibus conjuratis & confæderatis, nomen de novo dantibus. *Chron. Stumpf.*

Annus Christi 1333.

Imperator Ludovicus missis ad Joannem Pontificem Legatis, magnorum etiam Principum intercessione usus, de reconciliatione, deque confirmatione Regni agit, nil tamen impetrat. *Comp. Hist. Eccl.*

Ursellani ad radices Gotthardinas invadunt Superiorem Rhætiam, quibus cum Abbas Disertinensis junctis Ætuatijs occurreret, infeliciter pugnat, quingentis suorum desideratis. *Sprech. Gul. Stumpf. &c.*

Annus Christi 1334.

Moritur Joannes Pontifex, cum jam de novo legendo Imperatore, periculosissima Germaniæ consilia, cum Galliarum & Bohemiæ Regibus misceret, cui successit Benedictus eo nomine XII. ex Abbate Fontis Frigidi, vir Sanctissimus, qui illico de juvanda Germania cogitavit. *Ann. Ord. Ciacon. Onuph. &c.*

Finem sortitur decennalis Northusanorum seditio, qui denique manus dant Friderico Landgravio, & obsequuntur imperatis Cæs. Ludovici. *Rivand.* Tigurini plurima Nobiliũ castra expugnant, & funditus evertunt, quorum plura deinceps restituta sunt. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1335.

Imperatorem Ludovicum amantissimè per Legatos compellat Benedictus Papa, & ad Ecclesiæ redire unitatem invitat, qui facilè persvasus, accommodare se voluisse, etiam Imperio, si videretur, abdicato, à nonnullis scribitur. Quo ipso anno pax inter Bohemiæ & Poloniæ Reges coalescit. *Comp. Universi, Symb. nost. & cit. &c.*

Landgravius Thuringiæ, atque Erfurdenses denuo graviter dissident, accedente schismate Moguntino, duobus de Cathedra disceptantibus, quorum alter Baldericus Treverorum Archiepiscopus, per eam seditionis occasionem dum intromitti sperat, nec admittitur, Urbem cum Landgravio obsider, erumpentes profligat, & ut magno se litro cives redimerent obtinet. *Rivand. &c.*

Idem Archiepiscopus ditionem Comitis Honstenij vastans, occurrentem Catimeliboci Comitem, internecione delet. *Id. Chron. Thur. &c.*

Annus Christi 1336.

Henrico Carinthio Tirolis Comite nuper mortuo, Cæsar præterito Joannis Boëmi filio, qui unicã Henrici filiam uxorem habebat, quod pater de se exauctorando cum Pontifice contulisset, Carinthiam, Carniolam, & adjunctas illis regiones, Austriacis in fidem confert, solâ Tiroli Margaretæ Henrici filiæ relicta, ex quo grave Austriacis bellum nascitur, inferente Bohemo & affinibus, quod tamen paulo post indicto Lincium, moxque Neostadium Conventu, componitur, & novis affinitatibus consopitur. *Hist. Austr. Ger. Rhoo, &c.*

Annus Christi 1337.

Ominosi fulgoris Cometes cernitur, quatuor integros menses oculos mortalium percellens, quo durante etiamnum, etiam alius, bimestri temporis spatio apparet. *Chron. Helvet.*

Quo ipso anno ingens locustarum vis ab oriente Germaniam inundavit, illarum dentibus, gemmarum instar nitentibus. *Avent.*

Imperator Ludovicus dum Anglo contra Gallum auxilia promittit, obnitentibus Principibus prohibetur. *Trith. &c.*

Tigu-

Tigurini arcem Grinoviam obsessuri, dum eò navibus contendunt atque exscendunt à Joanne Habspurgio repelluntur, moxque animo resumpto congressi triumphant, Joanne in acie cæso, 21. Sept *Ioan. Stumpf.*

Annus Christi 1338.

Missis non semel ad Pontificem Legatis, & absolvi ab Anathemate enixè rogans Imperator noster, dum obnitente Philippo Galliarum Rege, nihil impetrat, impatientiâ demum animi victus, de novo contra Pontificem insurgit, pro quo Electores septemviri satis etiam acres litteras dederunt, suum scilicet, & non Pontificis Romani, esse munus, Imperatores deligere; Benedicto ea propter Anathema iterum in Ludovicum jaciente, & gravibus deinceps per Germaniam difficultatibus subortis, cum, qui Benedicti decreta suspicerent, pessime exagitarentur. *Comp. & Symb. nost.*

Pergit grassari locustarum vis tanta, ut solem tegerent, per Saxoniam inprimis, Thuringiam, Hassiam & Boicam latè omnia vastans. *Hundius Rivander, &c.*

Annus Christi 1339.

In Bernatum eversione dum factionis Austriacæ plurimi Illustres conjurant, & Laupense eorum oppidum quoddam 30000. exercitu obsident, ab illis feliciter profligantur, mille quingentis equitibus, 4000. ped. cæsis. *Chron. Helvet.*

Hermannus Treffurdensis Hassiam, Thuringiam & ditiones Moguntini Archipræsulis prædando vastat, cui earum provinciarum Principes, lectis pro tempore copijs sese objiciunt, & impetum ipsius frangunt atque retundunt. *Zach. Riv.* Elorent Ludolphus Saxo Carthusianus Argentinensis. & B. Suso Constantiensis Ord. Prædicatorum, relictis ingenij monimentis illustrissimi.

Annus Christi 1340.

Nihil tristius evenire Germaniæ nostræ potuisset tam diuturnâ à Sacris cessatione, cum odijs mutuis magis magisque exardescerent summa orbis capita, Papa & Cæsar, qui excommunicationem suam injustam, adeoque invalidam querebatur. Occiditur Gerardus Holsatiæ Comes, Princeps bello invictissimus, irrumpente in dormientis tentorium Dano nobili, & jacentem in lecto, nemine custodum advertente, mactante, Henrico filio cognomento Ferreo patrem ulciscente, & Nobilem sceleris manifestum in castro Schaldinberg expugnante, præsidiariorum 2000. cæsis, & parricida ad rotam damnato. *Zach. Rivander.*

Bernates Kyburgi Comitem bello petunt, & castra plurima expugnata incendunt. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1341.

Joannes Henricus Joannis Boemiæ Regis filius, Comes Tirolensis à Margarita Maultaschia propria conjuge ob frigiditatem, ut prætendebat illa, thoro & regia exclusus, cum nuspiam per Tirolim reciperetur exul ad suos revertitur, Margarita paulo post, alterum conjugem quærente, Ludovicum Bojum Brandeburgium Marchionem, Ludovici Cæsaris filium, nuptijs magnâ pompa celebratis. *Hist. Boem. script.*

Henricus Ferreus Holsatiæ Comes, magnis cladibus Danum afficit, mortemque patris sui insigniter ulciscitur. Movens etiam in Seelandiam plurima oppida & castra expugnat ob insuperabilem bello fortitudinem Ferrei cognomen consecutus. *Holsat. Chron. &c.*

Annus Christi 1342.

Summa contentione bellum prosequitur Henricus Ferreus, & magnum sibi nomen comparat, nec minore felicitate Fridericus cognomento Strenuus Thuringiæ Landgravius rem gerit contra Weinmarium, à quo per contemptum Erdfurti aliquando obequitans, Friz moher compellatus, juramento se adstrinxit, non cessaturum, priusquam se Weinmarius Dominum agnosceret coleretque, quod egregiè præstitit, mirà velocitate & felicitate, omnem ejus ditionem, etsi acriter cum conjurati, Comitibus se opponentis, ferro & flamma subigens, nobilissima castra & oppida expugnans, ipsum denique Comitem justa acie triumphans, bello quadrienniun continuato atque extracto. *Chron. Thur. & Saxon. &c.*

Ingens hoc anno fluviorum inundatio, ita ut multis locis mœnia urbium superarentur, & nobilissimi pontes Reginoburgi, Herbipoli, Francofurti, Dresdæ, Erdfurti, Pragæ, &c. Sive lacerarentur, sive omnino abriperentur *Div. script. Rer. Germ.*

Constantia ad Acronium, gravi seditione laborat, ejusmodi deinceps turbis, ut multæ aliæ urbes, & sub hæc ipsa tempora Argentoratum graviter convulsa. *Const. Sacr. Proph. &c. Lacus Potan. & script. Stumpf. &c.*

Annus Christi 1343.

Cæsar Ludovicus repetita sæpius apud Clementem VI. Benedicti Successorem, pro pace & absolutione, Legatione nihil impetrat, nisi abdicato Imperio, Pontificis arbitrio sese permittere vellet, quod dum renuit, iterum diris devotus, omni Imperiali honore privatus denunciatur. *Trith. Gordon. Genebrardus*

Helvetij bellum prosequuntur, contra confœderationis hostes, & libertati semel vindicatæ magnâ violentia consulunt. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1344.

Rex Bohemiæ Joannes Ducem Suidnicensem bello petit, & amicitiam gratiamque orare cogit, quo offensus Polonus Suidnicensis cognatus Tropaviensem Principatum cum exercitu invadit, verùm à Joanne Regi pari felicitate ceditur atque expellitur. Sed & Ungariæ Rex Ludovicus, Tartaros Transylvaniam vastantes, non solum fortiter repressit, verum ita excipit, ut præter direpta castra, & vexilla parta, ingenti hostium strage edita, incredibilem captivorum multitudinem vinctam Weissegradum perduceret. *Ann Ung. & Boëm.*

Annus Christi 1345.

Exterritus haud leviter Clemens Papa rumore venientis in Italiam Cæsaris, cum is occupata Tiroli, in propinquo ageret, omnia molitur ut illud ejus propositum impediat; misso Bertrando S. R. E. Cardinale, ad continendos in officio atque obsequio confœderatos. Datis insuper ad Electores Septemviros litteris, de alio quamprimum deligendo Imperatore. *Comp. Hist. Eccl.*

Thurin-

Thuringum inter & Hennenbergium gravia odia in apertum bellum eruptura, nisi amicorum opera, affinitatis novo titulo consopita fuissent. *Rivand.*

Annus Christi 1346.

Acrius perurgente Septemviros Clemente, indicto Francofortum Conventu Colonienfis, Treverensis, Palatinus, Saxo, & Boëmos Carolum IV. Joannis Boëmi filium Cæsarem creant, quem statim Clemens post juramenta debita confirmavit, & Carolus omissa perfectione Italica, Conventu amicorum Principum Spiræ habito, de stabiliendo sibi Imperio consultavit, *Compend Hist. Eccl. &c. Naul. Avent.*

Eodem anno pugnâ ad Crescïacum 26. Augusti, Joannes Boëmiæ Rex, dum etsi cæcus inter confertissimos hostes Anglos pro Gallo rem fortiter gerit, gloriosè occumbit, ingentem tunc stragem Gallis accipientibus. *Froissart. Æmil. Chron. Boëm.*

Uchlandi cum auxiliaribus contra Bernates rem feliciter gerunt *Chron. Helvet.*

Iterum collisis Landgravio Thuringiæ, & Comite Hennenbergio res ad arma venit, & acriter prope Scharpfenberg concurritur, quo prælio parum aberat à vitæ periculo Landgravius qui paulo post agentibus amicis, certisque conditionibus Hennenbergio conciliatur. *Chron. Thur.*

Annus Christi 1347.

Tandem Ludovicus Imp. tam diu variis casibus exagitatus, cum à venatione reverteretur, apoplexia tactus, equoque delapsus, nec multo post mortuus, quietum Carolo imperium cedit, Germania deinceps nonnihil è tot fluctibus emergente, quamvis hoc etiam anno quædam haud leviter turbarent, electo à nonnullis contra Carolum Friderico Thuringo, quem tamen Carolus 10000. argenti marcis facile avartit. *Cuspin. Naucl. Trithem. &c.*

Annus Christi 1348.

Imperator solemniter Aquisgrani coronatur Carolus, compositis cum Thuringo rebus quietem sibi promittens Imperium, contra quem tamen Henricus Moguntinus, Ericus Saxo, Ludovicus Brandeburgius, & Rudolphus Palatinus Guntherum Comitem Schwarzenburgium eligunt. qui à Moguntino coronatus, armatus Francofurtú accedens, Carolum ad arma provocavit, omnem belli aleam refugientem. Verum Guntherus armis insuperabilis, veneno paulo post superatus, etsi majorem partem vomitu rejiceret, inhabilis tamen ad res gerendas factus, 22000. argenti marcis à Carolo numeratis, suo jure cedens, paulo post & ipse defungitur. *Am. Germ. El. Reuß. Chron. Saxon.*

Annus Christi 1349.

Duobus gravissimis malis flagellatur hoc anno Germania, præter luem pestilentem, quæ multa jam mortalium millia absumpserat, accedente ad cumulum sanguinis profluvio, & iguis quem sacrum vocant late & acriter grassante morbo, quo ipso tempore concussa etiam terræmotibus Germania haud leviter tremuit Villaco urbe subversa, & multis passim ædificiis prostratis. *Dia. Rer. Ger. script. Trith. &c.*

Suspecti passim Judæi, luis ceu contagiosæ auctores, per diversas Germaniæ urbes, crudeliter mactantur, quibus etsi caveret Magistratus Erdfurtensis, centum nihilominus à furente plebe interfectis reliqui ad 3000. injectis in ædes proprias ignibus sese ipsi exurunt, *Chron. Thur.*

Annus Christi 1350.

Joannes Habspurgius cum confœderatis Tigurum stratagemate occupaturus, præmissis jam aliquot, prodita fraude, cum suis opprimitur & capitur, egressique Tigurini capto Joannis castro & oppido Rapersuillo, eadem postea ignibus incendunt *Chron. Helvet.*

Eodem tempore Comes de Griers, Friburgum Uchtlandiæ bello petit, sed ope Bernatum insigniter reprimitur. *Chron. cit.*

Durante jam in tertium annum lue pestilenti, incredibilis pene mortalium multitudo perijt, scribente Spangenbergio, legisse se in MSto. Codice Monasterij cujusdam Franciscani, intra triennium illud, è solo ordine Franciscanorum, centum viginti quatuor millia, & quadringentos triginta quatuor Religiosos morte abreptos. *Vid. Zach. Riv. &c.*

Annus Christi 1351.

Expostulat cum Tigurinis Albertus Archidux, & restitui bello parta, dimittique liberum Joannem Habspurgium petit, quibus renuentibus, quod lacessiti injurijs jure belli omnis fecissent, Albertus Tigurum obsidet, socia arma jungentibus Ludovico Brandeburgio, Friderico Duce Teccio, Ursplingensi item Duce, Norimbergensi Burggravio, sex Episcopis, viginti sex Comitibus, & novem Civitatibus; Verum re ad arbitros delata, cum non conveniret, obsides retinente Alberto, Tigurini partem exercitus hostilis prope Badenam aggressi, feliciter præliantur etsi numero longe imparet, & sex militaris signa domum referunt, sexcentis hostium trucidatis *Ioan. Stumpf Hist. Austr.*

Eodem anno insignem de Lituanis gentilibus Teutonico nostri milites triumphú reportant, octo millibus hostium prostratis, 2000. in vincula abreptis, *Chron. Ord. Teuton. Comp. nost. &c.*

Annus Christi 1352.

Premunit se mutuo acriter multis velitationibus Austrij Helvetijque, quo ipso anno Albertus Archidux triginta millium peditum (ut Mulnerus habet apud Getardum de Rhoo) bis mille equitum exercitu Tigurum obsidet; in cujus castris cum esset Ludovicus Brandeburgius & adverteret Albertum à pacis consilijs non alienum, missis ad Tigurinos Legatis, conditiones, quibus pacem fieri vellent, in tabulis consignari petit, & accipit, indictòq; lucernam conventu, cum ijs convenit. *Ex Chron. cit.*

Annus Christi 1353.

Recrudescentibus paulo post litibus, & Helvetijs Tugium Alberto jam altera vice eripientibus, is ad Carolum Cæsarem proficiscitur, & de illatis sibi injurijs queritur, quæ si negligantur, non sibi solum, sed & reliquis Imperij Principibus, exemplo ipso plurimú obfuturas, quibus motus Carolus, fine Septembris cum ipso Alberto Tigurum progreditur, causas partis utrinsque audit, & dum revertatur inducias utrisque imperat, ipse secundo

 Rheno

Rheno, Veterum Impp. more ad alia Imperij oppida & cognoscendas omnium causas, profectus. *Hist. Austr. Ger. Rhoo.*

Trabs ignea cælo decidit, quo ipso anno memendis tempestatibus, cælum inhorruit, memorabili clade, urbibus illatâ, cum grandia passim incendia, ædibus fulmine tactis excitarentur. *Chron. Sax.*

Annus Christi 1354.

Imperator Tigurum reversus, cum confœderationi cives renunciare vellet, nec impetraret, iratus digreditur, & mense septembri cum exercitu reversus, Alberto Austrio se jungens, Tigurum obsidet, civibus extra urbem loco opportuno cum auxiliaribus castra ponentibus. Jamque ad prælium res spectabat, cum exorta in castris Cæsaris contentio, omnem rei bene gerendæ ordinem & occasionem corrupit, Suevis, instituto Magni Caroli & successorum primas sibi partes, Cæsare item pro ipsis belli in propria causâ occasione, vendicantibus; Cæsare paulo post, cum nova quotidie confœderatis auxilia supervenirent, suos inde reducente, & Alberto coacto obsidionem solvere. *Ger. de Rhoo Stumpf. &c.*

Latrocinijs iterum per Thuringiam inptimis atque Saxoniam Imperium turbatur, prope Erdfortum maximè ejusmodi conjuratis acriter grassantibus, quos jussu Caroli Cæsaris, Henricus Comes Honsteinius ope Urbium, Erdfurt, Mül- & Nordthausen expugnat, plurimosque captos, ferro addicit. *Chron. Sax.*

Annus Christi 1355.

Magno apparatu expeditioni Italicæ se eccingit Carolus Imp. & Mediolanum profectus, ferreà illic corona redimitur, dein Romæ à duobus Cardinalibus aurea coronatur, & ut spesponderat Pontifici, statim inde in Germanias digreditur. *Naucl. Cuspin. & alij Germ. script.*

Imperator in Germaniam reversus, Ratisponam indicto Conventu, causas Alberti Austrij, & Helvetiorum denuo audit, eosque reconciliat. *Chron Helv. Crus. Rhoo. &c.*

Annus Christi 13·6.

Oritur sub hæc tempora bellum Cæsarem inter & Eberhardum Wirttenbergium quod is 24. Sueviæ oppida Vicarij titulo nimium opprimens, etiam jussus à Cæsare, exhaurire & opprimere non desineret, & quod bellum sibi imminere non ignarus, ob hoc ipsum cum Austrijs fœdera junxisset, verum composita per amicos Principes controversia, cum vis belli omnis Alberto Austrio incumberet, is Cæsaris iram leniendam ratus pacem per Legatos implorat & impetrat. *Hist. Austr. Ger. Rhoo. &c.*

Basilea ingenti terræ motu mense Octobri vehementissimè concutitur, & miserè quassatur centum ferè hominibus oppressis, plurimis ædificijs eversis, & erumpente igne, qui dies aliquot per urbem liberè grassabatur, nemine metu terræ motus occurrente, qua ipsa terræ concussione, in viciniâ, castra & arces sexaginta convulsa concidêre. *Chron. Helvet. & Constant. &c.*

Ipso anno, 10. Januarij, *AVREA BVLLA* continens Leges & Ordinationes Imperij Rom. à Carolo, Comitijs Norimbergensibus editur & promulgatur. *Onuph. Trith. Naucl. &c.*

Annus Christi 1357.

Contentionibus & jurgijs assuetus, Eberhardus Wirttenbergius, dum hoc anno Haigerlochenses & Hohenburgenses, gravius infestat, Rotenburgum Horbem, Buckingam, & Bussium montem occupat; idem per Hegoviam quandam, eaque inter Klingenam, & Duellium (Hohentwiel) compit, cum Alberto Austrio haud leviter collidtur, donec transactione res componeretur. *Crus. &c.*

Basilea iterum terræ motu concutitur, minus tamen quam superiore anno quassatur, quam priusquam reficeretur, pessimè de se meritam bello petere monitus Albertus Austrius, *absit inquit ut afflictis afflictionem addam*, neque enim se cum prostratis, sed stantibus, & integris rebus pugnaturum. *Diversi rer. Germ. Scrips. Chron. Helvet. Crus. &c.*

Annus Christi 1358.

Hoc jam tempore, velut duraturâ in æternitates amicitiâ Austriaci & Tigurini, non tantum prælia nulla miscent, sed & arctissima fœdera ineunt, & conjurati hostes quoscumque communibus armis se repulsuros pollicentur. *Chron. Helv.*

Moritur Albertus Austrius cognomento sapiens, imposito summæ rerum Rodolpho filiorum natu maximo, qui in Ergoviam, & vicina et loca profectus pacem cum Helvetijs, & fœdus cum Tigurinis à patre initum servavit, & lacum Tigurinum à Rapersuila Hurdenum usque ponte mille octingentorum & quinquaginta passuum, magnis impensis stravit; etsi id operis Alberto nonnulli tribuant, fortè à patre cœptum seu meditatum, à filio absolutum. *Hist. Austr.*

Thuringus cum Schwarzenburgijs Comitibus ratione feudi alicujus armis contendit, his deoique parentibus, & 3000. marcarum oblatione, atque deditione trium arcium pacem emeotibus. *Zach. Riv.*

Annus Christi 1359.

Res Bohemiç curat hoc anno Carolus IV. & pace fruitur, per cujus absentiam Wirtembergius denuo molestus Urbibus, jussu Caroli (eâde re per Legatos Urbium edocti) à Ruperto Bavaro bello petitur. Mox ipso etiam Carolo subsequente cum Ungarorum & Boëmorum copijs, multis locis expugnatis pacem petere cogitur. *Div. Ger. script.*

Kindelbruckanos dum Hermannus Comes Beichlingius, nimium opprimit, & illi vim vi repellere satagunt, ille ope Mül- & Northusanorum ditionem eorum igni ac ferro vastat, quod Thuringus acriter ulciscitur. Urbesque illas & Beichlingium, reddere ablata, & satisfacere pro destructis eversisque cogit. *Chron. Sax & Thuring.*

Apud Villacum oppidum, spectatissimum Carinthiæ Emporium, mons quidam memorabili convulsione & casu plurimos opprimit, arcesque & pagos plurimos obruit. *Hund. Megiser. &c.*

Annus Christi 1360.

Imperator Conventum Principum Eslingæ celebrat, & gravia cum Principibus Imperij negocia tractat, quæ paulo post Eslingensium seditio contra Principes turbavit, ita ut ex urbe se proripere

Carolus

Carolus cogeretur. qui convenientissimo utique usus. Eberhardo Wirttenbergio obsidionem urbis commisit, civibus, ut pacem redimerent sexaginta aureorum millia Cæsari, triginta Eberhardo dependentibus. *Cruf. &c.*

Idem Imperator, incertum qua ex causa, non frustra tantos sibi conciliians, Archiducibus (desponsâ Rudolpho Catharinâ filia) concessisse dicitur: *Ne scilicet adversus Austria Archiduces, ad Imperii Cameram provocare cuiquam liceat: neque alla etiam ab Archiduce à subditis provocatio fieret &c.* quæ apud Austriacarum rerum scriptores invenies.

Annus Christi 1361.

Summo Regni Bohemici commodo atque ornamento Pragensem Universitatem fundat, & egregiè ornat Carolus Imp. cui eodem anno 28. Septemb. nascitur Wenceslaus filius, postea ignavus dictus, qui Norimbergæ ritu solemni baptizatus, lustralem aquam, pessimo omine, lotio suo aspersit. *Rer. Bohem. Script.*

Ludi Equestres Stutgardiæ celebrantur ab Eberhardo Comite, cum magno apparatu nuptias ibidem filiæ suæ celebraret, quam Joanni Duci Lotharingiæ desponsaverat. *Crusius. &c.*

Annus Christi 1362.

Tigurini nuper Carolo Cæsari exosissimi, multasa b ipso gratias impetrant easque inter, ut quod nuper fœdus cum reliquis Helvetiæ urbibus maximè damnaverat, nunc etiam Imperiali auctoritate confirmaret, potestatem insuper faceret instituendi Judicij Aulico-Imperialis, eâ omnino quâ Rotuilense auctoritate, *Chron. Helv. Ioan. Stumpf. &c.*

Carolus mortua conjuge Elisabetham Polonam ducit. *Haget,* Anglorum quædam prædonum societas, magnis per Galliam incrementis aucta, Treverorum & mox Alsatiæ Provinciam, ferro & rapinis vastat, contra quos auxilium Cæsaris invocatur. *Trith &c.*

Annus Christi 1363.

Imperatoris jussu Wenceslaus filius, altero ætatis anno, cum Elisabetha novâ Augustâ, Regni Bohemici coronâ, ritu solemni ab Archiepiscopo Pragensi insignitur, *Wencesl. Hagetius. &c.*

Northusani emunt arcem Comitis Honsteinij Schnabelburgum, quod ea sibi maximè suspecta esset, & grande periculum creare posset, quam etiam eo ipso tempore dum Comiti pecunia numeraretur ignibus cremari curant; quo haud leviter irritatus Comes hostilia aliquandiu exercuit, donec res componeretur. *Chron. Sax.*

Annus Christi 1364.

Imperator Carolus, & frater ejus Moraviæ Marchio, & Austriaci item fratres cum sorore ipsorum Margarita, Brunnæ in Moravia colloquio instituto, vetus inter Bohemiæ Reges & Austriæ Duces fœdus renovarunt. Approbatâ ibidem Maultaschiæ resignatione; ipsa enim Margaritha num Viennam profecta, summoque in honore, quoad vixit, habita, ibidem post biennium requievit, in S. Marthæ templo tumulata. *Hist. Austr.*

Comes Honsteinius nobiles prædones exterminaturus, ad Otthonem Brunsuicensem, ut cum gratia ejus liceret, mittit, viiusque impetrare, dum hostilem quandam arcem obsidet, ab Otthone Duce in castris cæditur, & ægrè effugiens, castris direptis exspoliatur. *Chron. Thur.*

Celebratur, gravissimis pro Ecclesiæ & Imperio Legationibus functus, Lambertus Abbas Gengenbacensis, ad diversas postea Cathedras evectus. *Chron. Alsat. Annal Ben. &c.*

Annus Christi 1365.

Novum in Germania bellum exardescit, moventibus Bavaris Ducibus, ob ademptam Tirolensem ditionem, & Austriacis assignatam, quam ad se spectare contenderant, certatum aliquamdiu, non integris tamen viribus, majore ferè incommodo Salisburgensis Archiepiscopi, qui defendendas Austriorum partes susceperat, cujus oppidum Müldorffium Boij obsidione cum cingerent, Austrij Rietbam oppugnant, obsidione paulo post oppidi utriusque soluta, & pace inter Principes à Carolo Cæsare conciliata. *Austr. Hist. &c.*

Thuringus Landgravius & Brunswicensis gravissimis odijs, mox etiam armis se appetunt, & His octodecim millium exercitu Ducem opprimena captis aliquot oppidis & castris, eo angustiæ Ducem redigit, ut pacem exambiret, quæ certis conditionibus ab utroque firmata est. *Zach Riv. &c.*

Iterum tentant Germanias Angli prædones, gravi quadragintamillium exercitu, & Argentoratum obsident, in quos cum toto Imperio copiæ conscriberentur, ipsi non expectantes periculum, soluta obsidione retrocedunt. *Chron. Alsat. & Helvet. &c.*

Annus Christi 1366.

Carolus Imp. cum filio Wenceslao, ad componendam dissensionem Angliæ Galliarumque Regis, in Gallias profectus, mira ubique gratulatione pompaque excipitur, sed cum Regis ipsius morbo, tum Reginæ, & filiæ ejusdem morte impeditus, Gandavum recedit, ubi commodiore loco, missis eo Oratoribus tractaretur. *Comp. Hist. Eccl.*

Mangoldus Baro de Brandis Præpositus Augiæ Divitis, cum Constantiensibus collisus, armis rem prosequendam suscipit ope cognatorum, cædibusque atque incendijs pars utraque grassatur, *Annal. nost. Const. Lac. Potam. Descr.*

Eodem Anno Friburgum Brisaugiæ cum Egone Comite suo hostiliter contendit, & is stratagemate urbem occupaturus, re prodita deluditur. *Chron. Helvet. & Alsat.*

Annus Christi 1367.

Aversi magis magisque à Domino suo Fryburgenses, ope Basileensium, Newenburgensium, & Brisacensium, Endingam obsidione cingunt, contra quos movens Comes, ijs relicta obsidione copiam præliandi facientibus, feliciter congreditur, copijs Urbium triumphatis. *Alsat. Annal. Cruf. Stumpf. &c.*

Eodem anno Episcopus Basileensis arma in Bernates parat, eaque de causa Oltenam oppidum Comiti Nydovio mercedem belli promittit, & cis-Rhenanam Basileam Austrijs impignorat, nullo fructu, cum Bernates vanam sine viribus iram riderent, copias ejus non semel atterereent, & minimè meritus Nidovius Oltenam vi

detineret, *Chron. Helvet.* Wirttenbergius ab Eberſteinijs Com. penè oppreſſus bellum parat. *Trith.*

Annus Chriſti 1368.

Romam invitatos ab Urbano Papa Carolus Imperator, magno cum apparatu, lectiſſimo adducto exercitu comparet, magno item cum honore exceptus, cujus tunc Uxor Eliſabetha, Auguſta eſt ſalutata & ritu ſolemni coronata, Viterbium cum acceſſiſſet Pontifex, ſeditione ſuborta, magnum periculum adijt, urbem everſurus, niſi Carolus interceſſiſſet, & ut ſeditionis potius auctores luerent perſuaſiſſet. *Comp. & Symb. noſt. Eccl.*

Eberhardus Wirttenbergius nimiâ licentia, vicinæ Nobilitati exoſiſſimus, cunctis contra ipſum conjurantibus, ope Eslingenſium, conatus hoſtium prævertit, obſeſſosque in Heysheim ad deditionem cogit. *Symb. noſt. &c.* Proſequitur bellum cum Bernatibus Baſileenſis, cujus copiæ in Valle Monaſterienſi cæduntur, & tunc demũ pax conficitur. *Ioan. Stumpf.*

Annus Chriſti 1369.

Novi tumultus in Italia Urbano Papa graviter periclitante, periculoſius item Carolo Imperatore & Lodovico Ungarorum Rege diſſidentibus, quos idem Urbanus per Legatos facilè reconciliat, & opem illius contra rebelles implorat. *Rer. Pont. ſcript.*

Margarita Flandriæ Comitiſſa, Princeps potentiſſima, Philippo Audaci Borgundiæ Duci nubit, & ad maritum jus affert omnium Belgij Provinciarum, quæ poſtea per Burgundicas nuptias, omnes ditioni Auſtriorum acceſsêre. *Chron. Helvet.*

Comites Honſteinij ob arcem Schnabelburg, everſam Northuſanorum ditionem, ope Nobilitatis Thuringicæ, miſerè vaſtant, & illi viciſſim Honſteinicorum villas & vicos cremant, donec re compoſita Northuſani ſatisfacere cogerentur, civibus ea propter in Magiſtratum inſurgentibus, multisque caput ferro præſcindentibus. *Script. Sax.*

Annus Chriſti 1370.

Auſtrio Leopoldo, quod plures ſibi liberos, quam fratri eſſe videret, ſuper diviſione hæreditatis quiritante, memorabili pietatis in pàtriam, & fratrem exemplo, ne domeſticum inde bellum naſceretur, Albertus Archidux, ad eas quas frater antea habebat Provincias, libera & liberali ſane conceſſione, Styriam, & Neapolim Auſtriæ cum vicino Comitatu Botenſi adjicit. *Hiſt. Auſt.*

Inſigni apparatu & pompa celebrat nuptias Wẽceslaus Bohemus, Caroli Cæſaris filius, cum Joanna Alberti Boiorum Ducis filia, Norimbergæ, quo præcipua Germaniæ Nobilitas confluxerat. *Hag. &c.*

Annus Chriſti 1371.

Totum hunc annum Bohemis ſuis impendit Carolus Auguſtus, & Regno illi ornando ſollicitè intendit. *Script. rer. Boem.*

Exardeſcit prælium grave inter Wenceslaũ Lucemburgium Brabantiæ Ducem, Caroli Cæſaris fratrem interq; Wilhelmum Ducem Juliacenſem, quo Wenceslaus gravi clade accepta, captus eſt, poſtea tamen metu Imperatoris dimiſſus. Occubuit eodem prælio, à proprio miniſtro, cujus uxore abutebatur, interfectus Eduardus Geldriæ Dux, dimiſſo è cuſtodia decennali fratre ejus Reynaldo, & in Principatum reſtituto, quo tamen vix tertium menſem ſuperſtite, & abſq; liberis mortuo, Juliacenſis Principatum illum obtinuit. *Trith. Chron. Spanheim.*

Annus Chriſti 1372.

Immanis quædam Hæreſum colluvies invaleſcit, Wicleſiſtarum, Begardorum, Beguinarum, Lulliſtarum, aliorumq; plurium, in quorum everſionem Carolus Imperator noſter ſedulo incumbit, cui hoc ãno Carolus junior naſcitur. *Script. Boem. Comp. Hiſt. Eccl.*

Iterum terræ motu gravi Baſilea concutitur, & binæ cruces rubeæ prope Solem conſpiciuntur. *Baſil. Chron.*

Iterum urbes bello petit Eberhardus Wirttenbergius, & Ulmenſes quidem cum octo Urbium confœderatorum exercitum prope Altheimium profligat. Quo ipſo anno Boij Principes, & Auguſta Vindelicorũ nec non aliæ urbes hoſtiliter ſeſe mutuo impetunt. *Avent.*

Anous Chriſti 1373.

Flagrat etiamnum bellum Suevicum, cum juſſu Cæſaris Wirttenbergius, graviſſimis urbes exactionibus vexaret, quas cum dare recuſarent, Carolus ipſe Ulmam usq;, menſe Septembri profectus, ſeptẽ dies obſidione eam cinxit, inducijs demum ſuffragante Boio impetratis, diſcedens. *Ann. Suev. Symb. noſt.*

Ipſo anno Duces Bavariæ Carolo Imperatori, Bohemiæ Regi Marchionatum Brandeburgium pro ducentis florenorum millibus vendunt. Carolo in eam rem intentiſſimo, ut ad ſe quantũ poſſet attraheret, & Imperium Bohemis ſuis ſtabiliret, *Trith. Script. Boem.*

Annus Chriſti 1374.

Obijt hoc anno Joannes Lucelburgius Moguntinus Archiepiſcopus, cujus mortem grave bellũ conſequitur, electo communibus votis, Canonicorum Adolpho Naſſovio, contra quem Ludovicus Miſniæ Marchio, Thuringiæ Landgravius, idemque Epiſcopus Bambergenſis, potens competitor & adverſarius inſurgit, qui ope Caroli Cæſ. perfecerat, ut à Rom. Pontifice Moguntinis Epiſcopus injungeretur, *Rer. Cranz. Ser. qui tamen mortem ad annum priorem refert.*

Ingens fluviorum & Rheni maximé inundatio, ita, ut Coloniæ mœnia tranſcẽderet, & ingentia paſſim damna provincijs inferret. *Chron. Sax. Thur. & Alſat. Serar. &c.*

Carolus Imp. ipſe ſe bello Moguntino immiſcens Adolphum hoc anno Erfordiæ obſidet, cumq; nihil efficeret, vicina omnia populatur. *Serar. &c.*

Annus Chriſti 1375.

Rurſum Alſatiam invadit, magna ex Anglis, Britannis & Picardis prædonum colluvies, grandi conflato ſeptuaginta ſive octoginta millium exercitu, obvia quæque igni ferroque vaſtantium: qui menſe Novembri Helvetiæ immigrarunt, grandem quamprimum Ergoviæ vaſtitatem inferentes. *Hiſt. Auſtr. Ger. de Rhoo. &c.*

Exardeſcit magis magisque bellum Moguntinum, & Adolpho quidem Ottho Dux Brunſuicenſis jungitur; verum dum reſpectu Cæſaris viribus invaleſcit Ludovicus, Erfurdenſibus retrocedentibus, Ottho quoque Brunſuigius Mülhuſium ſe recipit, Friderico Miſnenſi Erfortum, quadrimeſtri fere ſpatio obſidente, & latè circum urbem omnia vaſtante, *Chron. Thur. &c.*

Aoons Chriſti 1376.

Trahente malum malo, Colonienſes velut exemplo Moguntinenſium moti, & ipſi bellum movent, armis contra Fridericum proprium Archipræſulem correptis, in cujus odium Tui-

tium

tium exusêre, quos inutili obsidione per dies aliquot Fridericus ad saniora cogere conatus iniquiores effecit, ita ut jam multo insolentius grassarentur, quorum impietate offensi Principes alij, Wenceslaus inprimis Lucelburgius, & Treverensis hostes se Coloniensium professi sunt. *Trith. &c.*

Helvetij cum tantæ Anglorum multitudini, insulse censerent justa acie occurrere, eos carptim, haud levi tot conflictibus cæde, lacessentes, imminuto quotidianis incursionibus numero in Alsatiam, atque inde Gallias remittunt. *Hist. Aust. &c.* Eodem anno Wenceslaus Caroli fil. Francofurti coronatur.

Annus Christi 1377.

Unus Wirttenbergius, siquidem alij omnes conquiescerent, quiescere ne proximorum quidem quenquam sinebat, quod ipsum permovit Historicorum nonnullos, ut qui superius retulimus, ad hæc tempora referrent, quasi bis terque ab alijs repetita, cum diversum hoc prælium ab alijs fuisse ex eventu constet, & alio succubuisse, alio corruptum pecunia abijsse, tertio triumphasse memoretur. *Symb. nost. Trith. &c.*

Treverensis Archipræsulis opera, concordia Coloniensem inter & cives firmatur, minimè tamen diu duratura. *Chron. Sax. Spanh. &c.*

Eduardo Sedunensium Episcopo à Vallisanis, sive Viboris sede dejecto, Amedeus Sabaudus, Eduardi frater Provinciam bello appetit, multisque deinceps annis miserè exagitat. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1378.

Naturæ concedit Carolus IV. Imp. pacis constituendæ causa profectus in Galliam, inque reditu morbo correptus, quo paulo post Pragæ decessit 29. Novemb. memorabili pompa ibidem sepulchro illatus, succedente Wenceslao filio, pudendi nominis Imperatore, quem pater adhuc vivens, promissis cuique Electorum centum millibus florenorum eligi curavit, optimasque Imperij civitates, contra suam ipsius bullæ aureæ Sanctionem, ut ait Trithemius, dum solveret quod promiserat debitum, impignoravit; ut insignis jam iterum Imperio decesserit, portio; utinam, quibuscunque deniq; impensis redimenda. *Trith. p. 2. Chron. Hirsaug. Mss. ex Bibl. Sereniss. Max. Elect. Bavar.*

Annus Christi 1379.

Afflictissimum sub ignavissimo Imperatorum Wenceslao Imperium, in omnem solutum, ipso dissimulante, seu nesciente, licentiam, mutuis Principum privatorumque odijs, Palatinorum item exactionibus, & hostium injurijs pessimè exagitatum. *VVenceslaus*, inquit Æneas Silvius, *desidia corruptus, præsenti rerum statu contentus, neque præterita corrigere, neque futura præcavere curavit, patri longè absimilis, voluptatum sequax, laborum fugiens, vini quam Regni curiosior, &c.* Ita Silvius, ut merito sub hoc Imp. deplorans Imperium Patriarcha dicat: *Sic Imperium orbis Cælum versat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus, cui nihil olim defuit, nisi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil possideat, nisi modicum Occidentis. &c.*

Moritur Joannes Taulerus Coloniensis, Argentinæ 15. Julij, ob eminentem in Theologicis scientiam inter præcipua Germaniæ decora numerandus. *Hedio. Buchol. &c.*

Annus Christi 1380.

Tot inter neglecta & malefacta Wenceslai Cæsaris, unum ferè quod bene gesserit commendatur, quo, solemnissimis Aquisgranum indictis Comitijs dum gravissimo Schismate laboraret Ecclesia, Germaniæ consuluit, probato Urbano VI. rejectoq; Clemente Antipapa, quamvis hunc Galliarum Rex præcipuè commendaret & adoraret. *Comp. Hist. Eccl. & rer. Pont. script.*

Iterum guerræ dum Boicæ Principes & Urbes Imperij, Ratispona aliæque hostilia parant & inferunt, rapinis atq; incendio certantes, bello, in quinquennium usque, multis multorum cum lachrimis extracto.

Annus Christi 1381.

In vivis esse desinit Ludovicus Thuringus sedis Moguntinæ contra Adolphum invasor, de quo MStus cui multum defert Serarius: *Cum commessationi & saltationi vacaret, exorto incendio in ipso Triclinio, periculum effugere conatus, per gradus decidit, & post paucos dies, imo postridie*, ut habet Cranzius, *vivere desijt.* Ita quietè Pontificatu potitur Adolphus, paulo post armis à Ruperto Palatino vexatus est, donec amicorum opera litigium componeretur. *Ser. & cit.*

Wenceslaus inutilis & noxius Imperator, pestē fugiens, relictā Boëmia Moguntiā delatus, inde per Rhenū Aquisgranum descendit, ibiq; substitit. *Trith.*

Annus Christi 1382.

Solodurum de nocte à Rudolpho Kyburgio, ope Neoburgi Comitis stratagemate tentatum, nec & arces Bernatum Thunensis & Aarbergia à Leopoldi Austrij ministris, novi belli causa, extitere ijs inprimis, qui quietem turbaverant luctuosi, Bernatibus quamprimum parcā & felicibus ausis, cum expugnatā arce Bucheckia duos illic deprehensos Kyburgi Comites captivos ducerent, longè deinceps majora ausuri. *Chron. Helvet.*

Wenceslaus rogatus à Principibus Imperium invisere, cum Pragæ desideret, Legatis protinus respondens, benè sibi in Bohemiā esse, & siquidem spectare se vellent Principes eo occurrerent, gravissimè omnium animos offendit, erumpente in has voces Palatino: *Sit in Boëmia VVenceslaus, & nos Imperio imperabimus. Symb. nost. & Boëm. script.*

Annus Christi 1383.

Successu felici suum prosequuntur bellū contra Kyburgios Helvetij, & prope Rottenbacum eosdem ope Thiersteinij Comitum congredi ausos gravi illato damno retundunt. *Chron. Helvet.*

Boij, per ignavissimi Principis Wenceslai temulentiam, ausi Bohemiam invadere, prædas insignes referunt, illo contemnente mendicum, ut ajebat, hostem, & prohibente militem conscribi, incolis denique Bojum agro arcentibus, & fugientem denique persequentibus. *Hagetius & alij.* Quo ipso anno Joannem Nepomuzkium religiosissimæ vitæ virum præcipitari in Moldavum & mergi jussit, quod piaculari confessione Reginæ exceptā, quæ audiisset Cæsari recitare & prodere noluisset. *Cit.*

Annus Christi 1384.

Judæi per diversas toto Imperio urbes pessimè exagitantur, & multis locis à furente plebe crudeliter mactantur, quod veneno mortalitatem induxisse crederentur. *Div. rer. Germ. script.*

detineret, *Chron. Helvet.* Wirttenbergius ab Eberfteinijs Com. penè oppressus bellum parat. *Trith.*

Annus Christi 1368.

Romam invitatus ab Urbano Papa Carolus Imperator, magno cum apparatu, lectissimo adducto exercitu comparet, magno item cum honore exceptus, cujus tunc Uxor Elisabetha, Augusta est salutata & ritu solemni coronata, Viterbium cum accessisset Pontifex, seditione siborta, magnum periculum adijt, urbem eversurus, nisi Carolus intercessisset, & ut seditionis potius auctores luerent persuasisset. *Comp. & Symb. nost. Eccl.*

Eberhardus Wirttenbergius nimiâ licentia, vicinæ Nobilitati exosissimus, coactis contra ipsum conjurantibus, ope Eslingensium, conatus hostium prævertit, obsessosque in Heysheim ad deditionem cogit. *Symb. nost. &c.* Prosequitur bellum cum Bernatibus Basileensis, cujus copiæ in Valle Monasteriensi cæduntur, & tunc demû pax conficitur. *Ioan. Stumpf.*

Annus Christi 1369.

Novi tumultus in Italia Urbano Papa gravitee periclitante, periculosius item Carolo Imperatore & Ludovico Ungarorum Rege dissidentibus, quos idem Urbanus per Legatos facilè reconciliat, & opem illius contra rebelles implorat. *Rer. Pont. script.*

Margarita Flandriæ Comitissa, Princeps potentissima, Philippo Audaci Burgundiæ Duci nubit, & ad maritum jus affert omnium Belgij Provinciarum, quæ postea per Burgundicas nuptias, omnes ditioni Austriorum accessêre. *Chron. Helvet.*

Comites Honsteinij ob arcem Schnabelburg, eversam Northusanorum ditionem, ope Nobilitatis Thuringicæ, miserè vastant, & illi vicissim Honsteinicorum villas & vicos cremant, donec te compositæ Northusani satisfacere cogerentur, civibus ea propter in Magistratum insurgentibus, multisque caput ferro præscindentibus. *Script. Sax.*

Annus Christi 1370.

Austrio Leopoldo, quod plures sibi liberos, quam fratri esse videret, super divisione hæreditatis quiritante, memorabili pietatis in patriam, & fratrem exemplo, ne domesticum inde bellum nasceretur, Albertus Archidux, ad eas quas frater antea habebat Provincias, libera & liberali sane concessione, Styriam, & Neapolim Austriæ cum vicino Comitatu Butensi adjicit. *Hist. Aust.*

Insigni apparatu & pompa celebrat nuptias Wenceslaus Bohemus, Caroli Cæsaris filius, cum Joanna Alberti Boiorum Ducis filia, Norimbergæ, quo præcipua Germaniæ Nobilitas confluxerat. *Hag. &c.*

Annus Christi 1371.

Totum hunc annum Bohemis suis impendit Carolus Augustus, & Regno illi ornando sollicitè intendit. *Script. rer. Boem.*

Exardescit prælium grave inter Wenceslaû Lucemburgium Brabantiæ Ducem, Caroli Cæsaris fratrem interq; Wilhelmum Ducem Juliacensem, quo Wenceslaus gravi clade accepta, captus est, postea tamen metu Imperatoris dimissus. Occubuit eodem prælio, à proprio ministro, cujus uxore abutebatur, interfectus Eduardus Geldriæ Dux, dimisso è custodia decennali fratre ejus Reynaldo, & in Principatum restituto, quo tamen vix tertium mensem superstite, & absq; liberis mortuo, Juliacensis Principatum illum obtinuit. *Trith. Chron. Spanheim.*

Annus Christi 1372.

Immanis quædam Hæresum colluvies invalescit, Wiclefistarum, Begardorum, Beguinarum, Lullistarum, aliorumq; plurium, in quorum eversionem Carolus Imperator noster sedulò incumbit, cui hoc anno Carolus junior nascitur. *Script. Boem. Comp. Hist. Eccl.*

Iterum terræ motu gravi Basilea concutitur, & binæ cruces rubeæ prope Solem conspiciuntur. *Basil. Chron.*

Iterum urbes bello petit Eberhardus Wirttenbergius, & Ulmensesquidem cum octo Urbium confœderatorum exercitum prope Altheimium profligat. Quo ipso anno Boij Principes, & Augusta Vindelicorû nec non aliæ urbes hostiliter sese mutuo impetunt. *Avent.*

Annus Christi 1373.

Flagrat etiamnum bellum Suevicum, cum jussu Cæsaris Wirttenbergius, gravissimis urbes exactionibus vexaret, quas cum dare recusarent, Carolus ipse Ulmam usq;, mense Septembri profectus, septê dies obsidione eam cinxit, inducijs demum suffragante Boio impetratis, discedens. *Ann. Suev. Symb. nost.*

Ipso anno Duces Bavariæ Carolo Imperatori, Bohemiæ Regi Marchionatum Brandeburgium pro ducentis florenorum millibus vendunt. Carolo in eam rem iotentissimo, ut ad se quantû posset attraheret, & Imperium Bohemis suis stabiliret, *Trith. Script. Boem.*

Annus Christi 1374.

Obijt hoc anno Joannes Lucelburgius Moguntinus Archiepiscopus, cujus mortem grave bellû consequitur, electo communibus votis, Canonicorum Adolpho Nassovio, contra quem Ludovicus Misniæ Marchio, Thuringiæ Landgravius, idemque Episcopus Bambergensis, potens competitor & adversarius insurgit, qui ope Caroli Cæs. perfecerat, ut à Rom. Pontifice Moguntinis Episcopus injungeretur, *Riv. Cranz. Ser. qui tamen mortem ad annum priorem refert.*

Ingens fluviorum & Rheni maximè inundatio, ita, ut Coloniæ mœnia transcêderet, & ingentia passim damna provincijs inferret. *Chron. Sax. Thur. & Alsat. Serar. &c.*

Carolus Imp. ipse se bello Moguntino immiscens Adolphum hoc anno Erfordiæ obsidet, cumq; nihil efficeret, vicina omnia populatur. *Serar. &c.*

Annus Christi 1375.

Rursum Alsatiam invadit, magna ex Anglis, Britannis & Picardis prædonum colluvies, grandi conflato septuaginta sive octoginta millium exercitu, obvia quæque igni ferroque vastantium: qui mense Novembri Helvetiæ immigrarunt, grandem quamprimum Ergoviæ vastitatem inferentes, *Hist. Austr. Ger. de Rhoo. &c.*

Exardescit magis magisque bellum Moguntinum, & Adolpho quidem Ottho Dux Brunsuicensis jungitur; verum dum respectu Cæsaris viribus invalescit Ludovicus, Erfurdensibus retrocedentibus, Ottho quoque Brunsuigios Mülhusium se recipit, Friderico Misnensi Erfortum, quadrimestri fere spatio obsidente, & latè circum urbem omnia vastante, *Chron. Thur. &c.*

Annus Christi 1376.

Trahente malum malo, Colonienses velut exemplo Moguntinensium moti, & ipsi bellum movent, armis contra Fridericum proprium Archipræsulem correptis, in cujus odium Tuitium

tium exusſère, quos inutili obſidione per dies aliquot Fridericus ad ſaniora cogere conatus iniquiores effecit, ita ut jam multo inſolentius graſſarentur, quorum impietate offenſi Principes alij, Wenceslaus inprimis Lucelburgius, & Treverenſis hoſtes ſe Colonienſium profeſſi ſunt. *Trith. &c.*

Helvetij cum tantæ Anglorum multitudini, inutile cenſerent juſta acie occurrere, eos carptim, haud levi tot conflictibus cæde, laceſſentes, imminuto quotidianis incurſionibus numero in Alſatiam, atque inde Gallias remittunt. *Hiſt. Auſt. &c.* Eodem anno Wenceslaus Caroli fil. Francofordi coronatur.

Annus Chriſti 1377.

Unus Wirtenbergius, ſiquidem alij omnes conquieſcerent, quieſcere ne proximorum quidem quenquam ſinebat, quod ipſum permovit Hiſtoricorum nonnullos, ut qui ſuperius retulimus, ad hæc tempora referrent, quaſi bis terque ab alijs repetita, cum diverſum hoc prælium ab alijs fuiſſe ex eventu conſtet, & alio ſuccubuiſſe, alio corruptum pecunia abijſſe, tertio triumphaſſe memoretur. *Symb. noſt. Trith. &c.*

Treverenſis Archipræſulis opera, concordia Colonienſem inter & cives firmatur, minimè tamen diu duratura. *Chron. Sax. Spanh. &c.*

Eduardo Sedunenſium Epiſcopo à Valliſanis, ſive Viboris ſede dejecto, Amedeus Sabaudus, Eduardi frater Provinciam bello apperit, multisque deinceps annis miſerè exagitat. *Chron. Helv.*

Annus Chriſti 1378.

Naturæ concedit Carolus IV. Imp. pacis conſtituendæ cauſa profectus in Galliam, inque reditu morbo correptus, quo paulo poſt Pragæ deceſſit 29. Novemb. memorabili pompa ibidem ſepulchro illatus, ſuccedente Wencelao filio, pudendi nominis Imperatore, quem pater adhuc vivens, promiſſis cuique Electorum centum millibus florenorum eligi curavit, optimasque Imperij civitates, contra ſuam ipſius bullæ aureæ Sanctionem, ut ait Trithemius, dum ſolveret quod promiſerat debitum, impignoravit; ut inſignis jam iterum Imperio deceſſerit, portio; utinam, quibuscunque deniq; impenſis redimenda. *Trith. p. 2. Chron. Hirſaug. Mss. ex Bibl. Sereniſ: Max. Elect. Bavar.*

Annus Chriſti 1379.

Afflictiſſimum ſub ignaviſſimo Imperatorum Wencelao Imperium, in omnem ſolutum, ipſo diſſimulante, ſeu neſciente, licentiam, mutuis Principum privatorumque odijs, Palatinorum item exactionibus, & hoſtium injurijs peſſimè exagitatum. *VVenceslaus,* inquit Æneas Silvius, *deſidia corruptus, præſenti rerum ſtatu contentus, neque præterita corrigere, neque futura præcavere curavit, patri longè abſimilis, voluptatum ſequax, laborum fugiens, vini quam Regni curioſior, &c.* Ita Silvius, ut merito ſub hoc Imp. deplorans Imperium Patriarcha dicat: *Sic Imperium orbis Cælum verſat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus, cui nihil olim defuit, niſi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil poſſideat, niſi modicum Occidentis. &c.*

Moritur Joannes Taulerus Colonienſis, Argentinæ 15. Julij, ob eminentem in Theologicis ſcientiam inter præcipua Germaniæ decora numerandus. *Hedio. Bucholc. &c.*

Annus Chriſti 1380.

Tot inter neglecta & malefacta Wenceslai Cæſaris, unum ferè quod bene geſſerit commendatur, quo, ſolemniſſimis Aquisgranum indictis Comitijs dum graviſſimo Schiſmate laboraret Eccleſia, Germaniæ conſuluit, probato Urbano VI. rejectoq; Clemente Antipapa, quamvis hunc Galliarum Rex præcipuè commendaret & adoraret. *Comp. Hiſt. Eccl. & rer. Pont. ſcript.*

Iterum guerræ dum Boicæ Principes & Urbes Imperij, Ratiſpona aliæque hoſtilia parant & inferunt, rapinis atq; incendio certantes, bello, in quinquennium uſque, multis multorum cum lachrimis extracto.

Annus Chriſti 1381.

In vivis eſſe deſinit Ludovicus Thuringus ſedis Moguntinæ contra Adolphum invaſor, de quo MS.tus cui multum defert Serarius: *Cum commeſſationi & ſaltationi vacaret, coorto incendio in ipſo Triclinio, periculum effugere conatus, per gradus decidit, & poſt paucos dies, imo poſtridie,* ut habet Cranzius, *vivere deſijt.* Ita quietè Pontificatu potitur Adolphus, paulo poſt armis à Ruperto Palatino vexatus eſt, donec amicorum opera litigium componeretur. *Ser. & cit.*

Wenceslaus inutilis & noxius Imperator, peſtẽ fugiens, relicta Boëmia Moguntiā delatus, inde per Rhenū Aquisgranum deſcendit, ibiq; ſubſtitit. *Trith.*

Annus Chriſti 1382.

Solodurum de nocte è Rudolpho Kyburgio, ope Neoburgi Comitis ſtratagemate tentatum, uti & arces Bernatum Thunenſis & Aarbergia à Leopoldi Auſtrij miniſtris, novi belli cauſa extitère ijs inprimis, qui quietem turbaverant luctuoſi, Bernatibus quamprimum parcâ & felicibus auſis, cum expugnatâ arce Bucheckia duos illic deprehenſos Kyburgi Comites captivos ducerent, longè deinceps majora auſuri. *Chron. Helvet.*

Wenceslaus rogatus à Principibus Imperium inviſere, cum Pragæ deſideret, Legatis protinus reſpondens, benè ſibi in Bohemiâ eſſe, & ſiquidem ſpectare ſe vellent Principes eo occurrerent, graviſſimè omnium animos offendit, erumpente in has voces Palatino: *Sit in Boëmia VVenceslaus, & nos Imperio imperabimus. Symb. noſt. & Boëm. ſcript.*

Annus Chriſti 1383.

Succeſſu felici ſuum proſequuntur bellū contra Kyburgios Helvetij, & prope Rottenbacum eosdem ope Thierſteinij Comitum congredi auſos gravi illato damno retundunt. *Chron. Helvet.*

Boij, per ignaviſſimi Principis Wenceslai temulentiam, auſi Bohemiam invadere, prædas inſignes referunt, illo contemnente mendicum, ut ajebat, hoſtem, & prohibente militem conſcribi, incolis denique Bojum agro arcentibus, & fugientem denique perſequentibus. *Hagetius & alij.* Quo ipſo anno Joannem Nepomuzkinm religioſiſſimæ vitæ virum præcipitari in Moldavum & mergi juſſit, quod piaculari confeſſione Reginæ exceptâ, quæ audiſſet Cæſari recitare & prodere noluiſſet. *Cit.*

Annus Chriſti 1384.

Judæi per diverſas toto Imperio urbes peſſimè exagitantur, & multis locis à furente plebe crudeliter mactantur, quod veneno mortalitatem induxiſſe crederentur. *Div. rer. Germ. ſcript.*

Helvetios inter & Austrios crescunt dissidia, & quidquid bello, jam non mediocri, conduceret, utrinque paratur, Leopoldo Austrio plurimum laborante, ut quæ per Imperium urbes confœderatæ ipsis essent, ipse sibi conciliaret, seu adjungeret. *Symb. nost, Chron. Helv.*

Annus Christi 1385.

Magno, ut appellant, fœdere, junguntur, Tigurum, Berna, Solodorum & Thugium contra Leopoldum Austrium, & cruentissimo bello, expugnatione castrorum & oppidorum aliquorum præluditur. *Hist. Aust. Chron. Helvet. &c.*

Wenceslao non tantum Imperium non curante, sed Regnum avitum negligente, graves etiam in Bohemia motus, quin & in oculis ejus Pragæ, excitantur, quæ cum non comprimeret, suis etiam odio & contemptui esse cœpit. *Chron. Boëm. &c.*

Annus Christi 1386.

Opes sibi ingentes in Helvetia promiserant Sueviæ & Alsatiæ Dynastæ, Leopoldo Austrio in certam quasi victoriam juncti ita ut Alemanniæ superioris præcipuum secum florem traheret, atqui in exitium; cum à contempto hoste, sed efferato, 9. Julij prope Sempacum, memorabili pugna, cum Archiduce Leopoldo à paucis plurimi perimetentur; quorum longus catalogus pertexitur, & Königsfeldæ, ubi conditus est Archidux, visitur. Induit statim à nece patris Leopoldus junior, cognomento superbus, novum conjuratis prælium, in quod auxilia undique evocantur, Helvetijs victoriam occupatione plurium locorum prosequentibus. *Hist. Aust. Chron. Helvet. Cranz. Bucholc. &c.*

Sigismundus Wenceslai Cæsaris frater, ducta Maria Ludovici Ungar. Polonorumque Regis filia, Rex Ungariæ salutatur & coronatur. *Haget. &c.*

Annus Christi 1387.

Occupato in reparando exercendo & augendis viribus Leopoldo juniore, Confœderati per Helvetiam, rem suam promovent, loca plurima occupant, & levibus subinde velitationibus congressi, victores plerumque revertuntur. *Chron. Helvet.*

Augusta Vindelicorum, confœderatarum urbium opem contra injurias Bavariæ Ducum imploras, impetratisque auxilijs in Boicam irrumpens, pagos, castra, oppida Reginoburgum usque vastat, opimis domum spolijs revectis *Chron. Aug. Ann. Suev. &c.*

Fridericus Bojorum Dux cum Archiepiscopo Salisburgensi collisus, eum fortè captum in custodiam mittit, non multo post liberatum. *VVig. Hund. &c.*

Annus Christi 1388.

Monitu divino Romam reversum Romanum Pontificem, salutans per Legatos Wenceslaus Imp. reditum gratulatur, simulansque se Romam cogitare pro corona accipienda, decimas redituum Ecclesiasticorum per Germaniam & Bohemiam, ad eam expeditionem postular & impetrat, easque, nihil minus quam Romanum iter propositum habens, pergræcando & lasciviendo absumit, superis & mortalibus invisus, à quo hoc anno ultra septuaginta in Suevia, Boica & Franconia civitates deficiunt, nimium vexatæ à Principibus, & nihil æqui sive opis à Wenceslao sperantes, *Comp. & Symb. nost. Ann. Germ. &c.*

Haud aliter, atque durante interregno, latrocinijs liberè passim grassantibus, Gerardus Slesuici Dux, Nicolaus Comes Holsatiæ, Adolphus Comes Wagriæ, Lubecenses & Hamburgenses conjurant, concludunrque provincias communi exercitu latrocinijs purgandas, *Chron. Ioan. Pet, &c.*

Annus Christi 1389.

In Helvetia hoc & superiore anno, variâ fortuna ab Austrijs Helvetijsque pugnatum, ita tamen ut hi plerumque meliorem sortirentur, quibuscum denique, cum alis pericula, per Imperium sub Ignavo Cæsare plurima urgerent, urgentibus negotium Imperij urbibus, induciæ Septennales factæ sunt, *Chron. Helvet.*

Eodem anno Wilhelmus Montium Comes à Wenceslao, magnâ pompa, primus suæ familiæ Dux creatur, eodemque tempore Coloniensis Universitas fundatur. *Trith. Bucholc.*

Annus Christi 1390.

Naturæ concedit Albertus cum Trica Austriæ Archidux Alberti II. fil. dum se ad bellum contra Bohemos pararet, unico relicto hærede filio, Alberto, quem *Patientem, & Mirabilia mundi* cognominarunt, cum is juvenili ætate in Palæstinam profectus, multa miranda conspexisset. Alter ex concubina filius Leopoldus, primus Mattheseos in Universitate Viennensi, à patre nuper condita extitit Professor, cujus Scholæ initia ad diversos nimium annos nonnulli retulêre, *Ex Symb.* Diethardus Comes Catimeliboci, dissimulante Friderico Archiepiscopo an etiam promovente Coloniensem agrum bello petit, ferroque & rapinis vastat. *Trith.*

Annus Christi 1391.

Extorquent ab Ignavo Cæsare, Conventu Ægræ celebrato, armistitium, siva inducias, urbes inter & Principes, nimia licentia sese mutuo lacerantes & vorantes, & ut remisso fœnore, Judæi omnes, Nobilibus litteras & pignora redderent; utque civitatibus dimidium remitteretur, eorum quæ Judæis debebant, ut ære alieno excusso promptius & facilius Imperium & Imperatorem juvarent, *Ann. Suev. Symb. nost. &c. Chron. Thur. & Sax.*

Prosperè rem gerunt Equites nostri Teutonici in Livonia, quibus hoc anno cum copija Fridericus Balthasaris Thuringiæ Landtgravij filius jungitur, & præclarè meretur. *Chron. Thur. &c.*

Admonitus à suis Wenceslaus Regnum diligentius curare, & hostes imminentes avertere, Dynastas duos, monere ausos, capitis damnat, & Senatores Pragenses regio epulo adhibitos, evocato super mensa carnifice perterrefacit. *Haget. &c.*

Annus Christi 1392.

Nobilitatem suam temerari rati Fresones, quod Occo Frisius superæ Germaniæ Equitibus auratis accensus esset, eum è medio sustulerunt, quod memorabili exemplo, ulciscendum rara facinus, occisi uxor, exoratis Oldenburgi & Delmenhorsti Comitum auxilijs, populabunda Frisiam invehitur, expugnatoque fano aliquo, quod Frisijs loco munitionis

tionis erat, ducentos quos ceperat, armatos gladio feriri jubet. *Crant. &c.*

Eodẽ anno Ludi Equestres à Nobilitate Suevicâ Schaffhusij ad Rheoum solemniter celebrantur, Argentoratum, quod Anglicum quendam Nobilem, contra jussionem Cæsaris, Rapolisteinij ejus tum urbis cives detinerent, proscribitur, & ab exercitu Ducis Geldriæ, Bernardique Badensis Marchionis obsidetur, magnâ vastitate agro urbis illata, donec grandi pecunia proscriptionem redimerent. *Chron. Argent. & Alsat.*

Ipso anno initia & fundatio celeberrimæ Erfordiensis Academiæ celebrantur. *Bach Trith. &c.*

Annus Christi 1393.

Annalibus Bohemicis, captus hoc anno ab ignotis (civibus tamen) ut ferunt, Pragensibus, Wenceslaus Cæsar describitur, & aliquot hebdomades detentus, datâ balneandi licentia, nudos denique superato Moldauvo fluvio evasisse. *Hageti-us. &c.*

Ipso anno Sigismundus Wenceslai frater, Ungariæ Rex, postea Imperator, dum Nicopolim cum trecentis armatorum millibus obsideret, Bajazete Turc. Imp. cum ipso congrediente, 28. Sept. victus est, Christianorum viginti millibus desideratis. *Bonfin. Leonclau. &c.*

Coloniense bellum sedatur, Archipræsulem inter & cives, opera Comitis de Moera compositum. *Chron. Spanh. Trith. Symb. nost.*

Annus Christi 1394.

Suis invisus Wenceslaus dum venationi vacat, iterum capitur, & Viennam deducitur, unde etiam per funem, & opera piscatoris evadens, majori deinceps fortunæ ludibrio reservatus, quam ipse ludere se putaverat, pronunciata in eos, quos suspicaretur authores, capitis sententia, & multo magis deinceps odiosus. *Wenc. Hagetius, Chron. Boëm.*

Bavariæ Duces hæreditatis, ut fit divisione divisi, diversis adjuti factionibus bellum parant. *Crusius.*

Helvetij & Austriaci septem annorum induciis, pacis dulcedinem & commoda, post tot conflictus, degustantes, inducias protrahunt, & in viginti jam annos prolatant. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1395.

Collisi cum Eberhardo juniore Comite Wittenbergio Nobiles, pellectis, ut ajunt, in societatem urbibus, dum vim parant, & Consilia Haimsheimij conferunt ab eodem illic, coacto repente exercitu opprimuntur, mitis ingenij Principem benevolum experti, & facile reconciliati. *Ann. Suev. Mart. Crusij.*

Invadentes denuo Ungariam Turcæ, felicius quam nuper, à Sigismundo Rege repelluntur. *Comp. & Symb. nost.*

Joannes Galeatius Mediolanensium Ducatum indipiscitur, & ab ignavo Cæsare, ingenti auri pondere fascinato, Dux constituitur. *Symb. Cut. Aemil. Gordon. &c.*

Annus Christi 1396.

Equitum Teutonicorum Ordo, magnis jam incrementis locuples, magnisque Principibus metuendus, hoc anno cum Poloois graves contentiones habuit. Quod cum ægrius ferret Poloniæ Rex Uladislaus, & jam vim pararet, prohibetur à Regni proceribus quod metuerent, ne Germania universa pro suis adversum Polonos concitaretur. *Hist. Ord. Teut. Comp. nost. & Symb. Eccl. &c.*

Ulma magnis ad potentiam accessionibus, Helffensteinium Comitatum, cum oppido Geislinga, omnique adjacente ditione emit; similiter Albeccensem Comitatum, quem impignoratum vendicare Judæi statuerant, redimit, multis deinceps quæstionibus super Comitatu Helffensteinio motis, donec à Cæsare ratum negotium habeteiur. *Ann. Suev.*

Annus Christi 1397.

Rex Galliarum Carolus de tollendo ex Ecclesia Schismate sollicitus indicto Rhemos Conventu celeberrimo, eo quoque Wenceslaum Imp. invitat. qui & comparuit, magno, ut amabat, splendore sumptuque exceptus; & multo auro donatus, ne de tollendo Schismate & ipse laboraret. Sed ignavissimus an etiam nequissimus mortalium, omnineglexit, & Francofordiam eam ipsam ob causam indicto Principum conventu, frustra expectatus, non occurrit, sive etiam contempsit. neque aliud quid definimus, quam ut Legatio ad Bonifacium & Benedictum competitores, de cedendo mitteretur. *Comp. Hist. Eccl. Ann. Flandr. &c.*

Wilhelmus Montium Dux, ope Juliacensis, Clivensem Comitem bello aggressus, triumphat initio, paulo post à Clivensi Velaliensium auxilijs victus, & cum Juliacensi Duce multisque Comitibus captus. *Trith.*

Annus Christi 1398.

Exscindendis prædonum castris, Wenceslai Imperio, non aliter atque interregno invalescentium, plurimi incumbunt Principes & Civitates, præcipuè Landgravius Thoringiæ, & Otho Dux Brunsuicensis, qui in arce Hioderberg 42. interceptos, suspendio necat. *Chron. Sax.*

Quo eodem anno invalescente lue pestilenti, per Saxoniam inprimis atque Thuringiam, magna vastitas est consequuta. *Chron. Sax. & Thur. & Symb. nost.*

Guilielmus Ostrovandus ducto in Frisios exercitu, Staueram oppidum capit, Frisiamque totam imperata facere cogit. *Ann. Fland.*

Annus Christi 1399.

Rem suam in Hollandia promovens Wilhelmus Ludovici IV. Imper. filius, Groningam spectatissimam Frisiæ urbem obsidione cinctam subigit, & ditionem longè latèque extendit. *Ann. Flandr.*

Ingens frigus anni hujus, tantum quidem, ut maria Saxoniæ & Daniæ tanta adstringerentur glacie, ut ex Lubeca in Daniam, & urbem Sondensem sicco vestigio pateret transitus, quâ usi occasione Ordinis Teutonici milites per lacus, paludes, flumina & maria gelu concreta transeunt, & Massagetis bello illato, victores revertuntur. *Ann. ijdem. Chron. Thur. &c.*

Eodem anno Wilhelmus Balthasaris Landgravij filius emptis plurimis per Boëmiam arcibus, Konigstein & Pirn expugnat. *Zach. Riu.*

In exauctoratione turpissimi simulque crudelissimi

lissimi Cæsaris Wenceslai, Principes plurimi conjurant, & varij Conventus celebrantur, *Comp. nost. &c.*

Annus Christi 1400.

Ignavissimo Cæsarum ex auctorato, Germani Principes, de consilio Rom. Pont. subrogant magno Germaniæ universæ plausu Rupertum Palatinum, solis Norimbergensibus (stupenda res) in fide Wenceslai persistentibus, nec priusquam jussu ejusdem, novo Cæsari se submissuris. Ridiculum illud: Rogantibus Norimbergensibus, ut bona ejus voluntate, cum nihil contra eos possent, tempori se & Ruperto accommodarent, & ob idipsum viginti aureorum millia offerentibus, respuisse Wenceslaum, & plaustra aliquot vini Bacharensis petijsse, sicque eos Sacramento absolvisse. *Comp. & Symb. nost. Cranz. Buchol.*

Joannis Huss Hæresiarchæ sub hoc ipsum tempus, & digno sub Rege Wenceslao initia celebrantur.

Annus Christi 1401.

Suscepturus Italicam pro coronatione expeditionem Rupertus Imperator, fidem prius ex usitata formâ Romana Pontifici obstrinxit; verùm in Brixianum descendens agrum, qui tunc Galeatio parebat, ab hujus exercitu prohibitus, cum jam in Germaniam reverti cogitaret, à Venetis & Florentinis revocatus, Patavium venit, & mutato proposito de profectione Romanâ bellum in Galeazium medidatur. *Comp. Hist. Eccl. Ann. Boi. &c.*

Sigismundus Wenceslai exauctorati frater, Ungariæ Rex, à conjuratis captus, carceri includitur, verum operâ viduæ cujusdam in Moraviam elapsus, exercitum contra Ungaros conscribit. *Methon. Ritius. & script. rer. Vngar.*

Annus Christi 1402.

Extracto diutius & frustra in Italia tempore, cum neque Romam adire neque Galeazium oppugnare viribus impar Rupertus posset, in Germaniam regreditur, Galeatio certâ jam quasi Regni Italici spe partito copiarum ad urbem præmittente, inter hæc tamen ad tribunal summi judicis præcoci morte abrepto. *Comp. & Symb. nost.*

Sigismundo è carceribus liberato, Wenceslaus frater, omne suum ad Romanum Imperium & Germaniæ Regnum jus liberè contradit, ita tamen, ut nomen sibi Cæsaris & corona remanerent, quod Sigismundus libenter acceptat, & jus semel concessum strenuè prosequitur. *Boëm. rer. script.*

Annus Christi 1403.

Turpissimo impietatis exemplo Adolphus Berpensis Dux, Gulielmum patrem captum in carceres conjicit, & ditionis partitionem ipsi extorquet, qui tamen non multo post à fidelibus quibusdam liberatus est. *Trith. Beyerlinck. &c.*

Mutatis Ungarorum animis, & parante vim Sigismundo Rege, Ludovicus Neapolitanus, nuper ad Regnum vocatus, Ungariam deserit, Neapolim unde venerat reversus, & Sigismundo Regnum recipiente. *Vngar. Annal. Comp. nost.*

In Helvetia turbatæ iterum res, Abbacellanis in Nobiles tumultuantibus, quos Abbas coofœderatarum Urbium subigere conatus, ab ijsdem pugna cruentâ vincitur. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1404.

Tristis Austriæ hic annus Alberti IV. Archiducis morte, qui injurijs Moravorum motus, cum Znoymam vicinam Austriæ urbem, juvante Sigismundo Rege obsideret, venenatâ, utrique potione oblatâ, hic quidem medicorum opera convaluit, ille solutâ obsidione Neoburgum æger delatus ibidem obijt. *Hist. Austr. Ger. Rheo. &c.*

Eodem anno cum Wenceslao, ignavo fratre collisus Sigismundus, dum arma parat, dissidium per Poloniæ Regem componitur. *Comp. Ann. Eccl. & Symb. nost. &c.*

Annus Christi 1405.

Abbas Sangallensis implorata Austriacorum ope insignem comparat contra rebelles subditos exercitum, & Friderico Austrio, Rudolphoque Marchione Hochbergensi oppidum Sangallense obsidentibus, ipse cum Abbacellanis congressus cæditur, quingentis suorum desideratis, quâ auditâ clade, reliqui obsidione relicta Abbati se conjunxêre, non multo post iterum profligato Abbatis exercitu prope clivum Lopensem, quadringentis in acie cæsis. quibus successibus elati Abbacellani, in vallem usque Athesinam cum exercitu penetrant, & prope Imstium Archiducis copias fundunt. Wilam etiam Turgoviæ expugnant, capto ibidem Chunone Abbate, cellamque Episcopi similiter occupantes, Bürglense Oppidum & Castrum exurunt. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1406.

Lues pestilens per Germaniam late grassatur, qua sternutatione vehementi homines repente suffocabantur. *Chron. Sax. & Thur. Zach. Rivand. &c.* Ungaris Austriam infestantibus nonnullisque eorum interceptis & suspendio Viennæ affectis, irritatus quasi injuria Sigismundus Rex, haud leviter indignatur, à bello tamen per Legatos absterritus. Mox inter Austrios quoque Principes Leopoldum atque Ernestum gravis super Tutela Alberti pueri concertatio, subditis etiam partium studio plurimum distractis, quorum alij etiam injurijs non abstinuere, Ernesto Neostadij ingressu à Civibus prohibito, & re jam ad fœdissimum spectante bellum nisi Provincialium precibus fuisset dissipatum. *Hist. Austr.*

Annus Christi 1407.

Ignis jam extinctus credebatur, cum nimijs exactionibus, offensis populi studijs Leopoldus graves motus concitavit, quiritantibus universis quod pro Domino, non Tutore se gereret, quibus auditis Ernestus occurrit, fuitque si unquam antea afflictissimus Austriæ Status, cæde, rapina, odijs juratis, etiam inter Parentes & filios, inter servos & liberos invalescentibus, donec conventu Neoburgum indicto, Leopoldo Tutela adjudicatur, Ernesto tamen in partem aliquam admisso. *Ger. Rheo. &c.*

Abbacellani rebelles, hostiliter pergunt agere, & fœdè grassati nemine ferè, ut æquum erat, resistente, *Chron. Helv.*

Annus Christi 1408.

Celebratur florentissimus Universitatis Pragensis Status, à diversis Bohemicarum rerum Scriptoribus, ante ignavi Regis Imperium, nunc primum grassantibus diversis Boëmorum & Germanorum

norum

norum inter ipsos Studiosos factionibus dissipatus, cum hoc ipso anno, memorabili & pene incredibili numero, supra quadraginta quatuor millia Studiosorum numerarentur. *Ann. Boem. VVenc. Haget.*

Abbacellani successibus elati, dum Brigantium ad Acronij verticem novem hebdomades obsident, insigni accepta clade profligantur, ab illustri fœderatorum Sueviæ Nobilium agmine. *Ann. Suev. Chr. Lac. Pot. descript. &c.*

Ipso anno, post varias mutuo illatas acceptasq; clades, Abbacellani & Abbas S. Galli per Rupertum Cæsarem componuntur. *Ioan. Stumpf.*

Austria denno odiis fervet, vix nuper sopitis, ob necem Consuli & Senatoribus Viennensibus immerito illatam, concitatis, cui etiam hoc anno Rex Ungariæ, Boëmi Moravique fœdus amicitiamque renunciant. *Ger. Rhoo. Hist. Austr. &c.*

Annus Christi 1409.

Exacti tumultibus Pragensium Studiosi plerīq; Lipsiam convolant, insigni ad ejus Academiæ splendorem accessione, feruntque octo dierum spatio quadraginta millia excessisse, consequente magno inter artifices tumultu, quod spem præcipuam alendę familiæ exclusam urbe quererentur. *Ann. Boem.*

Tandem opera Georgij Tridentini Episcopi, Præpositi Viennensis, reconciliato Sigismundo Rege, eodemque juvante Austriaci Principes novis pactionibus conveniunt, & Austrij tumultus componuntur. *Hist. Austr. &c*

Catharina Burgundia Leopoldi Austrij conjux, incertum unde offensa, Basileensium arces & pagos, misso cum copiis Sulzensi Comite, occupat, incendit atque evertit, inde Basileenses in Alsatiam movent, & pari hostilitate quæ possunt pessundant, Austriacis è Rhinfelda in eos impetum facientibus, at feliciter profligatis. *Chron. Helvet. &c.*

Annus Christi 1410.

Rupertus Imp. moritur Oppenheimij 18. Maij, quo ipso etiam anno Solimannus Turcarum Imp. à suis interemptus perijt, à quo Ungariæ timebatur. Ingens deinceps Electorum super novo Cæsare deligendo dissensio, quam & mala plurima consequuta sunt, interregni occasionem plerisque ad fraudes, vim, necemque abutentibus. Quarto post mense Jodocus eligitur Brandeburgensis Marchio, Moravici limitis præfectus, alijs Sigismundum eligentibus, cujus electio sequenti primum anno plurium accessione calculorum à proceribus est approbata. *Comp. & Symb. nost.*

Tigurini cum Episcopo Constantiensi bello contendunt, quod tamen paulo post consopitum est, Bernatibus eodem anno ac Basileensibus nonnulla tentantibus. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1411.

Tandem post longam Septemvirorum deliberationem, Jodoco etiam, quem aliqui Cæsarem agnoverant, sexto Imperij mense extincto, Sigismundus plurium suffragio calculorum electus, Imperator salutatur, toga quam sago felicior, cujus hoc ipso anno exercitus ad Columbacium Serviæ oppidum à Turcis profligatus est. *Comp. & Symb. nost.*

Iterum super partienda hæreditate odia & principū dissidia, Ludovico Palatino Rheni, & Spanheimensium ultimo Comite post fratrem imperante, sed rebus compositis, Ludovico sua pars adjudicata est. *Trith. Chron. Hirsaug. p. 2. ex Bibl. Elect. Monac.*

Confœderati Helvetiæ contra Ducem Mediolani sumptis armis, Lombardiam igni ac ferro vastant, Comum expugnant, multisq; expugnatis castris revertuntur. Verum Comensibus deficientibus regressi, Bellizonam occupant, paulo post à Mediolanensibus cæsi & fugati. *Chron. Hirsaug. p. 2. auct. Trith.*

Moritur Leopoldus Austrius, cogn. superbus, inde dictus, quod Comitijs Francofortensibus præter famulitium aulicum, duos & quinquaginta Comites & Barones in Comitatu habuisse dicetur. *Hist. Aust.*

Annus Christi 1412.

Ecclesiæ Romanæ verum se Protectorē ostendens Sigismundus Imp. mirā industria in omnem occasionem tollendi Schismatis gravissimi intendit, tribus simul de cathedra Petri contendentibus, Joanne, Gregorio XII. & Benedicto. Lombardiam proin ingressus cum Joanne de Concilio Generali, Constantiam lacus Potamici metropolim indicendo, convenit. *Naucl. Sabellicus. Symb. nost.*

Helvetij tertium in Italiam cum exercitu reversi Bellizonam tentant, & desideratis centum & mille viris, cæsi in fugam denique vertuntur *Trith. Chron. Helvet. &c.*

In Thuringia magni motus, cum Guntherus Schwarzeburgius Friderici soceri Marchionis Misniæ bona & Principatum velut Dominus administraret, donec ab ipso & Wilhelmo fratre cedere cogeretur, haud levi prius bello concitato. *Chron. Thur. Zach. Riv. &c.*

Annus Christi 1413.

Turpissimo indignissimoque facinore, metuens Ladislaus Neapolis Rex ne Sigismundus Imp. Romam pro coronatione properans, coronam præriperet, Romam ipse obsidet, expugnatamque sacrilegè exspoliat: equos ad ipsa sacra altaria pascens, quæ causa Papam & Patres impulit, ut tanto libentius, quod petierat Sigismundus securiore loco, Constantiæ convenirent, & jam palam Concilium Generale indicerent. *Pandulph. Gordan. &c.*

Heldrungius Thuringiam armis infestat, & à carbonario quodam proditus, hastā qua apri impetuntur, configitur *Chron. Riv.*

Inter script. Germaniæ celebrantur Joann. Bramart, & Michael Herbrant Carmelitæ, Petrus de Spira & Jordanus Augustiniani, Reinhart de Fronthofen, Ord. Prædicat. & alij. *Chron. Hirsaug. tomo 2.*

Annus Christi 1414.

Exquisito cultu atq; apparatu Joannes XXI. Pont. Max. Constantiam ingreditur excipiturque 28. Octobris, & sequentis mensis die 16. Sessione prima Concilium inchoatur, quo ipso anno, nocte Natalis Domini, Joannes templum cathedr. ingressus undecim horis in eo perseveravit, Cæsare Sigismundo, eidem Sacris oporanti, habitu Diaconi assistente, & Evangelium: *Exijt edictum à Cæsare Augusto* solemniter decantante, *Conc. Const. Chron. Const. Trith. Chron. Hirsaug.*

Eodem

Eodem anno Joannes Huss Hæresiarcha, in cujus Hæresi profliganda Concilio Romano jam actum erat, Constantiam occurrit, 3. *Novemb.*

Annus Christi 1415.

Die Purificationis Deiparæ ritu solemni, præsentibus Patriarchis quatuor, Archiepiscopis 74. Episcopis 160. à Joanne Papa S. Brigitta Canonizatur, appetente vere, & deinceps tanto numero Patrum & omnis generis hominum ad Concilium occurrente, ut inter Festa Paschalis & Pentecostes solummodo supra 60. millia exterorum & quingentos, eosque inter Archiepiscopi & Episcopi 346. Principum, Comitum, Baronum & Nobilium sedecim millia numerarentur. Cessit hoc anno, ingenti cum merito, summo Pontificatu B. Gregorius noster XII. verus & legitimè electus Pontifex, Joanne competitore, gravissimorum scelerum accusato, ope Friderici Austrij effugiente, sed ex fuga retracto, & cum Benedicto item competitore à Patribus exauctorato. Quo ipso anno Joannes Huss, cum Hieronymo Pragensi, solemniter damnatus 8. Julij, ignibus exustus est, Wenceslao Rege, frustra citato, & venire recusante. *Conc. Const. &c.*

In Friderici Austrij ditionem jussu Cæsaris acriter sævitum, & confœderatis Helvetiæ promissum concessumque jure perpetuo, quidquid locorum eo bello expugnassent. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1416.

Imperator Sigismundus, memorabili Zeli Sancti & ferventis exemplo, studio pacis componendæ inter Gallum & Anglum Reges, ipse in Gallias atque Angliam, sed & in Hispaniam atque Aragoniam, ad avertendos à Schismatico Papa Reges, quin & ad Benedictum ipsum, cum Aragonio profectus, persuadere ad cessionem, & pacem Ecclesiæ reddendam conatus est; Reges quidem omnes à schismate vindicans, in uno Benedicto oleum, ut aiunt, & operam perdens. *Acta Conc. Const. Ann. Const. Abr. Bzovius. Trith. p. 2. Chr. Hirs. &c.*

Joannes Ex-Pontifex Heidelbergam deductus ibidem in custodia asservatur. *Auct. cit.* Sabaudiæ Dux cum confœderatis Helvetiorum, ob Sedunensem Episcopum armis contendens, cum ijsdem reconciliatur, fidelem eorum operam non semel expertus. *Chron. Helvet.*

Colonienses contra Archiepiscopum suum hostiliter agunt, inque odium ejusdem vix resuscitatum è cineribus Tuitium, denuo exurunt. *Ann. Col. Trith.*

Annus Christi 1417.

Expeditis apud exteros Reges Ecclesiæ rebus, revertitur ad Concilium Sigismundus Imp. & Benedictus Antipapa, ut perduellis Ecclesiæ, diris devovetur, & verus denique ac legitimus pastor Ecclesiæ Universalis, Otho de Columna, Martinus V. dictus 3. Id Novemb. deligitur, quo ex tempore Concilium Constantiense verè Generale, Sanctum, & Oecumenicum fuit. Ipso anno Fridericus Burggravius Norimb. primus suæ familiæ Marchio & Elector Brandeburgius, insigni pompa Constantiæ à Sigismundo Cæs. constituitur, primumque repulsus & cæsus cum exercitu à Brandeburgijs, reparato exercitu, potenter Marchiâ potitur. Quo eodem tempore Adolphus Montium Dux contra Lotharingiæ Ducem, pro Principatu Barri armis contendit. *Chron. Const. Bzovius, Comp. nost. Trith. &c.*

Annus Christi 1418.

Absolvitur denique Concilium Constantiense longè celeberrimum, reddita Ecclesiæ & orbi universo pace, gravissimo, quotquot fuerunt, Schismate consopito, post sessionem 45. die 22. Apr. celebratam. Et Martinus quidem Papa 16. Maij ingenti pompa, frænum tenente dextrâ parte Sigismundo Imp. læva Friderico Electore Brandeburgio, Constantiâ discedens, Romam repetivit. *Const. Con. Acta, Königsfeldius, Mangoldus, Bzovius, &c.*

Componitur Coloniensium cum Archiepiscopo suo dissidium, Fridericus item Austrius in gratiam à Cæsare recipitur, Urbibus nonnullis & oppidis, quæ Imperio se addixerant, sive Helvetijs expugnatoribus donata erant, retentis, provincia reliqua donatur, quam superioribus annis amiserat. Inter oppignorata loca Veldkirchium, Frauenfelda, Heilgenberga & pleraque per Ergoviam loca fuère, Schaffhusio, Rheinfeldæ, Diessenhofio & Cellæ, Diplomate cautum, ne unquam ab Imperio, cui se tradiderant, dissociarentur. *Hist. Aust. Trith. Chron. Const. Lac. Pot. descript. &c.*

Annus Christi 1419.

Decedit afflictissimus rebellione Boëmorum, & de Regno penè retinendo desperans, monstrosissimæ ignaviæ Rex, quondam Imperator, Wenceslaus, 16. Aug. cujus mortem defectio & Apostasia Boëmiæ miseranda excipit, Joanne Zisca Hæreticorum antesignanum sese patriæ obtrudente, & cōfluente statim ad ipsum quadraginta millium exercitu, bellum funestissimum Sacris indicente. *Abr. Bzovius, Comp. nost. Ann. Boëm.*

Urselleuses, Viberos, vulgo Vallenses bello appetunt Bernates, Fryburgenses & Solodurani, felici primùm, minus dein prospero successu, fortiter dein repulsi, pace demum facta reconciliati. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1420.

Sigismundus Imp. concitante contra Hæreticos Romano Pontifice centum quinquaginta millium exercitu collecto, in Bohemiam movet, Catholicis panico metu, solo adventus Ziscæ nuncio, necdum conspecto hoste, turpiter fugientibus, postea vero grandi strage affectus, ita quidem ut indignissimis conditionibus cum Zisca Imperator pacisceretur, & tandem Rex Boëmiæ coronaretur, Hæreticis statim post abitum ipsius in priorem perfidiam relapsis. *Comp. & Symb. nost. & ib. cit.*

Inter scriptores Germaniæ celebrantur Joannes Mon. Castellensis, Petrus dè Rosenheim Mellicensis, Benedictini; Nicolaus de Dinckelspuel Theologus insignis, scriptorum monimentis immortales. *Trith. &c.*

Annus Christi 1421.

Vocatis Norimbergam Principibus de bello Hæreticis Boëmiæ inferendo colloquitur Imperator, collectoque rursum trium & sexaginta millium exercitu, maleficijs, ut aiunt, Ziscæ, ad maleficam quandam, velut Pandoram pro ope recurrentis, miro metu consternatis nostrorum animis, repellitur; Bohemis Uladislaum Poloniæ Regem, ad capescendum Regnum contra Sigismundum vocantibus,

tibus, qui perfidiam eorum execratus, Legatos abire jussit. *Aen. Sylv. Cromer. Bonfin. Trith.*

Ingens fluminum per Germaniam, maximè Inferiorem inundatio, triginta fere oppidis & pagis submersis eversisque. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1422.

Martini Papæ opera & ope, tertius jam Cruce signatorum exercitus contra Boëmos instituitur, & ducitur, haud meliore, quam antea fortuna, fugato repulsoque Sigismundo, cum aliquot jam oppida & loca ante adventum Ziscæ expugnasset. *Chron. Boem. & Symb. nost.*

Albertus ultimus Electorum Saxoniæ, familiæ Anhaltinæ, cum ex Venatione ad casulam rusticam forte diverteret, eâ repentè incensâ, malè ustulatus, ægrè evasit. & absque hærede paulo post obijt. *Chron. Sax. Compend. nost. &c.*

Lovaniensis in Inferiore Germania Academia, per Joannem Brabantiæ Ducem instituitur, & à Martino Papa approbatur. *Trithem. parte 2. Chron. Hirsaug.*

Annus Christi 1423.

Mortuo, ut supra diximus, Alberto Saxoni, succedit hoc anno in Principatum & Electoratum Fridericus Marchio Misniæ Landgravius Thuringiæ. *Fabric. Trith. &c.* Opposuit se plurimum Brandeburgius ad se pertinere Saxoniam contendens, sed quod Cæsarem Thuringo favere cerneret, acceptis viginti octo florenorum millibus, jure suo cedit. *Chron. Hirs. p. 2.*

Reinhardo item Duce Juliaci & Geldriæ mortuo absque liberis, mira iterum rerum mutatio, Arnoldo Egmondano Comite Geldriæ Ducatum, Adolpho Duce Montium Juliacum obtinente. *Trith. Chron. Sax. &c.*

Annus Christi 1424.

Adolphus Montium & Juliaci Dux, Barrensem Ducatum armis repetens, plerisque jam locis occupatis, dum segnior voluptatibus indulget à Lotharingo hoste repente opprimitur, & captivus per annum ferè detinetur, donec suo in Barrensem Principatum Juri renunciaret. *Chron. Thur. Trith. Chron. Hirsaug.*

Collisi eodem anno cum Episcopo suo Wormatienses, partes hujus fovente Ludovico Palatino, reddere ablata coguntur, & pacem rogare. *Trith.*

Idem Palatinus cum Padensi Marchione contendens à Basileensibus juvatur. *Chron. Helvet.*

Fatalis hic annus Joanni Ziscæ Thaboritarum nequissimo Duci, qui magno Catholicorum plausu peste extinctus perijt. *Chron. Boem. &c.*

Annus Christi 1425.

Nostri Boëmos Hæreticos bello iterum aggressi, memorabili acceptâ strage, ad oppidum Aussig, 15. Junij, duodecim millibus desideratis, repulsi sunt. *Comp. & Symb. nost.*

Joannes Bojus Hollandiæ, Hannoniæ & Seelandiæ Comes, sine liberis moritur, Philippo Burgundo eas provincias sibi vendicante, cum Boij per 80. ferè annos eas obtinuissent. *Chron. Hirs. p. 2.*

Abbacellani rebelles, Sacris interdicti ab Episcopo Constantiensi ipsius ditionem vastant. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1426.

Aucti animis & viribus Hussitæ, jam etiam extra suam provinciam bellum proferunt & Polonis etiam juvantibus, Silesiam populantur, magno vicinis provincijs terrore incusso. *Buchol. Comp. nost. &c.*

Helvetij confœderati in vallem de Oscella (Eschentaal) profecti, ferro & igne omnia vastant, donec grandi pecunia Dux Mediolani vim repelleret, molestiam redimeret. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1417.

Totus in eversionem Hæreticorum intendens Martinus Papa, sacrum denuo bellum in Hussitas restaurat; quo ipso anno Electores Imperij, ingenti cum exercitu, qui toti Bohemiæ evertendæ sat virium habiturus videretur, contra eosdem progressi, mirabile dictu! ad primum hostis occurrentis nuncium, fugam iniêre, opulentissimis castris hosti relictis. *Aen. Sylv. Mechov. &c.*

Abbas Sangallensis cum Equestri ordine per Turgoviam, graviter conqueruntur Principibus Francofurti convenientibus, super injurijs Abbacellensium, qui datis ad confœderatos Helvetiæ litteris, eos ad compescendam rebellium insolentiam, exhortantur, illis contribulium scelera dissimulantibus. *Chron. Helvet. &c.*

Annus Christi 1428.

Vincuntur à Friderico Tockenburgi Comite, prope Gossovium Abbacellani, post paucos iterum dies prope Honecejum superati, & posito nonnihil fastu demissiores facti. *Compend. & Symb. nost. Ioan. Stumpf. &c.* Ex Monachico ordine Divi BENEDICTI & Bernardi, contra Hussitas, verbo, scriptis, & vitæ exemplo felicius nonnulli, quam ipsi Principes præliantur; ijdem præmium Generositatis suæ Martyrij, laureolam consequuti. *Annal. Ord. Monbl. nost. & Comp. Hist. Eccl.*

Æstas humidior, quam ingens per Germaniam pestis consecuta est. *Trith. Chron. Hirsaug.*

Annus Christi 1429.

Molesti vicinis Thaboritæ Bohemi, conquiescunt nonnihil tumultibus & seditione intestinâ Regnum ipsum & Pragam Metropolim vexantibus. *VVenc. Hag. & div. script. Boëm.*

Ottho Dux Brunswicensis, strenuè laborat, in expugnandis evertendisq; invalescentium latè prædonum castris, cui auxiliares copias submittit Thuringiæ Landgravius. *Chron. Thuring.*

Guntherus Comes Schwarzeburgius, quadringentis stipatus militibus dum Orlamundam nocte conscendere parat, re prodita illusus revertitur. *Chron. Sax. &c.* Celebratur Martinus de Rode, Abbas S. Martini Treverensis, vir genere, eruditione, virtute & gravibus meritis præstantissimus. *Chron. Hirsaug. p. 2.*

Annus Christi 1430.

Æstas, inquiete bellorum, turbidissima, cum Bohemi octoginta millium exercitu in Saxoniam & Misnensem provinciam invadentes, Imperium universum grandi metu concuterent, contra quos ope Principum ingenti centum quinquaginta millium exercitu comparato, Misnensis Marchio, suos in aciem educturus, & ipse cum universis tantopere exhorruit, ut nihil minus, quam congredi auderet; Bohemis paulo post pari felicitate in Brandeburgensem Marchiam moventibus, Bambergâ & Norim-

bergâ

bergâ obsidionem auro redimentibus, stupente & pavente Germaniâ universa. *Chron. Hirsaug. parte 2. script. rer. Boëm. &c.*

Offeosus, non unâ iujoria, ab Uladislao Polono Sigismundos Imperator dum de fratre ejos Vitoudo in Regnum evohendo cogitat, Vitoudus moritur. *Chron. Polon. Comp. nost.*

Annus Christi 1431.

Tristissimus hic annus Germanis, Martini Papæ obitu, qui in Germania electus, ipsis strenuè semper consultum volebat, & paulo ante obitum Basileam Concilium generale indixerat, Germaniæ, ut sperabat, & Ecclesiæ universæ plurimum profuturum. Electus Gabriel Condulmerius Venetus, Eugenij IV. nomine salutatur, qui cum gravibus ex causis Concilium revocatum vellet, oonnulli vero contra expressam ejus jussionem illud prosequerentur, grave inde dissidium, & mox fœdissimum Schisma exortum est. *Bzovius. Onuph. Ciacon. &c.*

Sigismundus Imp. in Italiam pro corona profectus, Mediolani 26. Decemb. solemni ritu coronatur. *Comp. & Symb. nost.*

Fridericus Comes Tockenburgius terrâ mariq; Constantiam Potami Metropolim invadere conatus fortiter repellitur. *Chron. Const. &c.*

Annus Christi 1432.

Augustus salutatur Romæ & ab Eugenio ritu solemni coronator Sigismundus Imp. 25. Maji, pro continuando Concilio Basileensi nimis quam obstinatè insistens, gravissimis dein consequentibus malis, quæ etsi prævideret omnia Eugenius, præcavere tamen satis non potuit. *Comp. & Symb. nost.* Reversurus in Germaniam & ad Coocilium Imperator, Franciscum Gonzagam Mantuæ Principem nominavit; pluribusque defunctus periculis Italia excessit; cujus à Venetis periculum, à Trithemio Chronici. Hirsaug. parte 2 pluribus describitur, cum supremus stabulo præfectus, ephippium ipsius veneno atrocissimo infecisset, ipse re comperta, equum eundem conscendere jussus, & Cæsari adequitare, donec calefactâ sellâ grassante veneno, in oculis Cæsaris perfidiam lueret, miserâ morte & digna peremptus. *Trith. &c.*

Annus Christi 1433.

Summo Ecclesiæ scandalo & confusione Basileensis Concilij Patres absque vero & legitimo capite, multa ausi, gravissimis sese erroribus involvunt. *Comp. & Symb. nost.*

Conradus Archiepiscopus Moguntinus, & Ludovicus Landgravius Hassiæ, post longas cõcertationes effervescentibus odijs, arma corripiunt, & mutuo Provincias vastant, justa demum acie congressi, quâ Conradus victus est, sexcentis suorum desideratis. *Trith. Chron. Spanheim. & Hirsaug.*

Hyems acerrima à Divi Martini usq; ad Purificationem Deiparæ, ingenti fame, mox & pestilentie consequente. *Chron. Thur. &c.*

Annus Christi 1434.

Obniteote, quantum posset, Romano Pontifice, contra expressum ejusdem mandatum continuatur Basileense Concilium, quo Hussitæ damnati sunt; beneficiorum annatæ prohibitæ: cautum ne Pootificis Nepos ullus inter Patres purpuratos adscriberetur, neve illorum numerus vicinarium quartum excederet. *Genеb. Platina. &c.*

Polonus insigni comparato exercitu contra Teutonicos milites movet, cui adest cum auxilijs viginti millium Hæreticorum, alter Zisca Procopius, insignem reportantibus triumphum Teutonicis, post ingentem stragem, ipso etiam Procopio interfecto. *Chron. Hirsaug. script. Boem. &c.*

Annus Christi 1435.

Memorabili expeditione, feliciore rerum soccessu, superatis denique hoc an superiore anno Thaboritis, duodecim millibus in acie trucidatis, fatigati & exhausti illi pacem flagitant, & Sigismundus paterno eodemque fraterno Regno potitus, etsi postolatio eius ad proximum conventum rejiceretur. *Annal. Boem. Comp. Ann. Eccl. &c.*

Albertus Bojorum Princeps, graviter offensus quod Ernestus pater, puellam innocentem, quam ipse amare videretur, aquis mergi jussisset, arma in patrem stringit, oppugnatumque graviter, eo demum redigit, ut pacem petere, & Ecclesiam inædificare innocentis Virginis sepulchro, in sceleris expiationem, cogeretur. *Chron. Hirsaug. p. 2.*

Herbipolenses arma contra Pontificem suum corripiunt, congressique prope Cellam, ab ipso triumphantur. *Trith.*

Annus Christi 1436.

Neapolitano Regno oimium inhians Alphonsus Rex Aragonum, cum Eugenius de jure suo nihil remitteret, missis Legatis, pessimi consilij Auctor est Patribus Basileæ congregatis, Eugenium exauctorandi, & alium eligendi, quod post triennium factũ est. *Acta Conc. Basil. Ann. Germ. &c.* In Flandria, Anglis tumultum concitantibus, Dux Burgundiæ Calitium obsidet sed Gandavensium culpa, obsidionem solvere cogitur. *Aemilius. &c.*

Annus Christi 1437

Imperator Sigismundus à prudentiæ & pietatis laude plurimum commendatus moritur, cum paulo ante obitum Albertum Austriacum hæredem constituisset, quem eodem anno Boëmi Ungarique Regem salutarunt. Verum Boëmorum quorundam procerum factione Casimirus, Poloniæ Regis Uladislai frater ad coronam Regni Bohemici vocatur; contra quem arma Albertus in Ungaria parat. *Rer. Boem. script. Hist. Austr. Ger. Rhoo. &c.*

Joanne ultimo Spaoheimij Comite absque liberis extincto, hæreditatem adeunt, Palatini Comites & Marchiones Badenses. *Hirsaug. Chron. p. 2.*

Annus Christi 1438.

Subvehitur ad summum Imperij culmeo communi omnium Electorum voto Albertus Austriacus, eo nomine secundus, & Aquisgrani solemni ritu coronatur, inde in Bohemiam movens, locis aliquot occupatis, Pragam subiens corona similiter ibidem insignitur, inde statim ad oppognationem Thabor progressus. *Hist. Austr. & Boëm.*

Sanctio Pragmatica in concilio Basileensi constituta est, & apud Bituriges, à Carolo Rege probata, io Senatu Parisiensi publicatur, Rege tamen postea Pontificis Sententiam amplectente. *Gordonus.*

Annus Christi 1439.

Patres conciliabuli Basileensis pudendam ac nefandam rem ausi, pessimè consulturi Ecclesiæ sine capite & capitis directiooe, dementi consilio pedem pro capite adorant, & Amedeum Sabaudiæ quondam

quoodam Ducem ex Eremita creaot Pootificem, Felicis V. nomine iofelicissimè salutatum. *Script. Pont. Hist.*

Ludovicus Delphiuus Galliæ dictus Armenicus, viginri quinque millium exercitu vastar Alsatiam & Basileæ vicina; Conciliabulo uti sperabat, finem impositurus, verum non levi clade repolsus ab Helvetijs, iterumque à Ludovico Palarino profligatus est. *Trub.*

Annus Christi 1440.

Regem creaturi Electores Septemviri Francofurtum occurrunt, & summa omnium gratulatione Imperatorem salutant Fridericum III. Ernesti Austrij filium, 30. Martij, annos tuuc sex & viginti oatum. *Hist. Austr. &c.*

Nascitur eodem anno Ladislaus posthomus, Alberti Imp. filius, qui mense ætatis quartæ nec dũ completo, Ungariæ Rex coronatur. *Rer. Vag. script.* Eugenius Legatum ad Proceres Germaniæ destinat, ad eosdem in fide contra Amedeom retiuendos. Artis Typographicæ invenrio boc primum anno Joauni Gutteubergio Argentinensi tribuitor, qui idẽ Moguntiam postea delatus, artem eandem feliciter complevit, non fine patriæ suæ æterno ornamento, orbis universi æterno commodo. *Comp. & Symb. nost. Chron. Argent. Ann. Germ.*

Annus Christi 1441.

Occasione incendij de industria curati, Georgius Podiebrad Gubernator Bohemiæ delectus Praga potitur, cui ex eo tempore Praga & Bohemia universa paruit. *Aen. Sylv. Mechov. &c.*

Eodem anno Joannes Huniades exercitum Turcarum in Transylvaniam irrumpenrem cæsis eorum viginti millibus profligavit *Bonfin. Leonclau. &c.*

Moritur Fridericus I. Elector Braodeburgius, qui memorabili pietatis in patriam exemplo Joanne primogenito præterito, Fridericum secundo natum ad Electoratus dignitatem provexit, nulla alia caussa, quam quod hic ad res gerendas multo aptior videretur, qui dein illa re ipsa ostendit. *Aen. Sylv.* Festum Visitationis B. M. V. in Concilio Basileensi instituitur, & Festum conceptionis confirmatur. *Ex Act. Concilij.* Confœderatæ Alemanniæ urbes Lupfensem Comitem expugnant.

Annus Christi 1442.

Demeretur plurimum Ecclesiam hoc anoo Fridericus III. Imp. qui post coronam Imperij Francoforti susceptam, & Comitia Ratisponæ celebrata Basileam progressus, improbato Conciliabulo, Constantiam ascendens, illic de evertendo decernit, & ut propositom melius assequeretur, simulatione Concilij alterius paulo post cogeodi, illos ad dissolvendũ Basileense persuadet. *Comp. & Symb. nost.*

Reversi majoribus copijs, octoginta millium exercitu Turcæ, superioris anni cladem ulturi, pari felicitate ab Huniade cæduntur, triginta millibus desideratis. *Leoncl. Bonf.*

Reconciliantur cum Cæsare & Austriacis Tigurini, sed & confœderantur & amplissima sanè donatione, Comitatum opolentissimom Kyburgium Friderico donant; confœderatis reliquis id ægerrime ferentibus. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1443.

Iterum triumphat de Turcis Huniades, præsente Uladislao Rege & post victoriam triumphaotis ritu Budam ingrediente, *Etsi hujus victoria*, ioquir Sylvius, *præter auspicium, nihil ad eum pertineret.* Fracti autem hàc clade Turcæ pacem petiere, quam traditis quibusdam arcibus obtinuerunt. *Bonf. Mechov.*

Ingenti terræ motu Bohemia concutitur, & hoc ipso anno, Thaboritæ à nostris oppressi cladem ingentem accipiont, *script. rer. Boëm. &c.* Confœderati Helvetiæ offensi oimium Tigurinorum cum Austrijs amicitia, arma contra eosdem sumuot, & varijs conflictibus victores, non pauca eorum oppida & castra expugnata incenduot, & diruunt. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1444.

Delphinus Galliæ ad disturbandas Conciliabuli Basileensis reliquias, oportunus etiam Austrijs contra Helvetios adest, à quo mille sexcenti Basileam occurrentes, urbi præsidio futuri, profligati sunt, sedecim solummodo cladi superstitibus. *Chron. Helv. Basil. Alsat. &c.*

Luctuosissimus hic annus Christianis omnibus, Ungariæ inprimis & Germaniæ, memorabili illa clade ad Varoum accepta, 10. Novemb. vix tertia parte exercitus nostri cladem evadente, cum violatis inducijs Uladislaus Rex Amurathem evaderet, ipse etiam cum Cardinale Juliano interfectus, pœnasque dans usurpati Regni alieni, quod Ladislao Alberti Imp. filio debebatur. Cæsar tamen Turcarum ad triginta millia, ut Amurathes Victor non sine lachrymis diceret: *Nollem sic sæpius vincere.* Æn. Sylv. Bonfin. &c.

Annus Christi 1445.

Incensa varijs locis bello Germania, conflagratura videbatur, Saxonia inprimis, Thuringia Hassia miserè exardescentibus, cum Wilhelmus & Fridericus Misniæ Marchiones, mortuo nuper Friderico Thoringo in amplissimos Principatus hæredes succederent, de quibus nunc primum, post longas disceptiones, juratis odijs armis contendunt, frustra in eorum compositione maximis Principibus laborantibus. *Chron. Sax & Thur. Fabr. Buchol. &c.*

Angria ardet, Coloniensi suum armis repetente; quo ipso anno etiam altero & duplici bello involutus Geldriæ Dux dum cum Juliacensi congreditur, gravi accepta clade superatur. *Chron. Hirs. Spanh. Ann. Rhen.*

Sed & Tigurini cum reliquis confœderatis, ut & Austriaci funestissimis odijs bellum prosequentes, varijs conflictibus, varia fortuna pugnant, Helvetiâ & inferiore Rhætia, rapina, ferro, igne pessimè afflictis. *Chron. Helvet. Hist. Austr. &c.*

Annus Christi 1446.

Tristiam acceptæ apud Vernam cladis, insignib⁹ rursum victorijs solatur Joañes Huniades, emergente è captivitate Turcarum etiam Georgio Epirotarum Principe, quem ob egregiè gesta Alexaodrũ magoum (Scanderbegũ) sui, & Turcæ appellarunt,

qui cum Huniade dum viveret, fortiter Saracenos ab Imperij limitibus avertit. *Comp. & Symb. nost.*

Principum precibus enixissimis, ægrè inducias etiam breves admittunt Fridericus Elector Sax. & Wilhelmus fratres, hoc interea nuptias Jhenæ celebrante, illo nec per legatos quidem comparente, sed exercitum parante, ita ut breve gaudium, in magnum luctum verteretur, implorante Boëmorum opem Wilhelmo, & provinciis fœdè pessundatis. *Chron. Sax. & Thur.*

Coloniensis Archiepiscopus movens in Susatenses, ab iisdem vincitur. *Trith.*

Tigurini demum, confœderati reliqui, & Austriaci, post aliquot hujus anni conflictus, opera Ludovici Palat. Elect. & Hugonis Montfortij componuntur & reconciliantur. *Chron. Helv.*

In Holsatia, ruptis aggeribus exundans mare provinciam obruit, centum millibus mortalium miserè submersis. *Chron. Hirs. p. 2.*

Annus Christi 1447.

Decertare pergunt funestissimis odijs Wilhelmus & Fridericus germani fratres, illo Bohemorum auxilijs, hoc Silesiorum plurimum nixis, & ingens vastitas amplissimis provincijs infertur, donec à Brandeburgio & Hasso, cùm precibus tùm minis coguntur arma ponere, & causæ cujusque audiendæ diem designare. Verum Boëmi, cum nollent provincia excedere, oportunè flagitanti auxilium Archiepiscopo Coloniensi contra Susatenses offeruntur, ij dum sceleribus Cliviam & Montensem provinciam implent, ab inquilinis gravi clade profligati, sex millibus desideratis, in Thuringiam revertuntur, illic hostiliter omnia populati, donec exorata Electoris Saxonis ope, sese demittere, eogerentur. *Chr. Thur.* Conventu Principum Aschaffaburgum indicto Nicolaus Papa Eugenij successor legitimus pastor agnoscitur, nec multo post Felix V. injuste usurpato honore, se abdicat. *Comp. nost. &c.*

Annus Christi 1448.

Obtinet magnum denuo cũ apud Christianos, tùm Turcas nomen, magnus ille Huniades, etsi cedere coactus hoc anno, fessus potius quam victus, nimia hostium multitudine obruente, quorum tamen ad triginta quatuor millia trucitavit. *Leonclau. Bonfin. &c.*

Lucenborgensi Principe mortuo, ingens de successione contentio, Burgundo & Saxone jus sibi arrogantibus, posterior concedente Cæsare provinciam obtinuit, securior tamen quam cautior, operâ viduæ Principis evocato Philippo Burgundo provincia ejectus, magna ad opes Philippi accessione, frustra dein de ejiciendo hoc cogitavit. *Ann. Germ. Chron. Hirs.*

Eslingani ope confœderatarum Urbium, iojoriam sæpe Wirttenbergensem armis petunt, & provinciam vastant, quos ille coactis repente copijs pessimè excepit, & fortiter propulsavit. *Ann. Suev. Trit.*

Fryburgenses Uchtlandi cum Sabaudiæ Duce collisi graviter, frustra laborantibus pro pace confœderatis. *Chron. Helv.*

Anous Christi 1449.

Norimbergense funestissimum Germaniæ bellum, ab Alberto Marchione Brandeburgio suscipitur, inquo Principum Germaniæ, & civitatum Imperialium exercitus, infensissimis odijs, per biennium acriter collisi sunt, cum Alberto Principes, Norimbergæ urbes auxilio adessent. *Comp. nost. Ann. Germ. Chron. Hirs.*

Bernates Sabaudo auxiliares cum, Friburgensibus prope Galtern confligunt, & hos campo ejiciunt, tentato paulo post obsidione Fryburgo, Fryburgensibus sese intra mœnia continentibus.

Hoc ipso tamen anno Sabaudus opera Regis Galliarum, & Burgundi Ducis, reconciliatur. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1450.

Iterum Wirttenbergensis cum urbibus vicinis præliatur, exercitumque earum prope Eslingam fudit. Sed & bellum Norimbergense ab Alberto Marchione feliciter geritur, quo novies justa acie congressus, octies ipse victor evasit. *Chron. Hirs. & Spanh. Aen. Sylv. Buchol.* Romam profectus ad Jubilæum solemne Jacobus Treverensium Archiepiscopus, Trevensis à se conditæ Universitatis confirmationem impetrat, cum plurimis Privilegijs. *Trith.* Quo ipso anno Fryburgensis in Brisaugia Academia per Albertum Austriæ Archiducem fundatur. *Ioan. Stumpf.*

Annus Christi 1451.

Superiore anno, occasione Schwarzeburgiorũ Comitum, in dividenda hæreditate dissidentium, à diversis partibus exorati Fridericus & Wilhelmus Saxonum Principes, denuo turbis involuti, nunc armis correptis, gravius quam antea bello contendunt & Wilhelmus, Domini à Gera, Friderico faventis facto quodam offensus, Geram urbem summa vi aggressus, incendio absumit, mœnia diruit, & ad quinque mortalium millia, nec infantibus quidem parcens, gladio obsumit. Quibus proin Imperator & Moguntinus armistitium imperant, & nisi pareant bellum hostile indicunt, qui dic indicta comparentes, amantissimè demum sese complexi sunt. *Chron. Sax.*

Capistranus vir Sanctus Ord. Min. de observantia, operâ Æneæ Sylvij à Rom. Pont. in Germaniam missus, cum eodem strenuè, sed modico fructu laborat, in Boëmis ad Ecclesiam reducendis. *Fabr.*

Annus Christi 1452.

Nicolaus Pontifex Fridericum Imp. Romæ 17. Martij maxima cum solemnitate inungit & corona Augustali redimit; per cujus absentiam graviter in Germania tumultuatur, Ungaris Regem suum Ladislaum, quem educaverat Fridericus, repetentibus, Maturato proin reditu Imperator, apud novam civitatem obsidione cinctus & excursione facta repressus, Ladislaum tradit, qui summa omnium gratulatione 10. Sept. Viennnæ excipitur. Cum autem Fridericus Hungariæ coronam. nollet reddere, Huniades cum exercitu 12 millium equitum, Austriam omnem & Styriam populatur. *Aen. Sylv Hist. Boëm.*

Eodem anno Fridericus Comes Palat. contra Comites Lützelsteinios movens, ob injurias superiore bello illatas, post longam Lüzeistciniæ arcis obsidionem, eos Dominio omni exuit. *Chron. Hirs.*

Annus Christi 1453.

Annus hic longè infaustissimus Christianæ Reip. Constan-

Constantinopoli Imperij orientalis Metropoli 29. Maij. à Turcis captâ, & cæso Constantino Imperatore, quem alij inter fugiendum compressione populi extinctum voluêre. *Comp. Ann. Eccl. &c.*

Ladislaus Rex Ungariæ, Bohemiæ item coronâ redimitur in festo SS. Simonis & Judæ à quo utpote juvene, multa impetrare, sed frustra conati sunt Hæretici. *Mechov. Æn. Sylvius &c.*

Teutonici milites in Borussia, gravi prælio superati à Polono, & deficientibus Russis provincia ejecti sunt. *Chron. Hirsaug.*

Annus Christi 1454.

Teutonici nostri milites, nihil defectione plurimarum urbium territi, reparatis viribus bellum restaurant, quod tredecim deinceps annos duravit, vario Marte, & iniquiore plerumq; nostris pugnantibus. *Pol. rer. script.*

Silesijs fines suæ provinciæ ad fidem Regi dandam exire detrectantibus, eo occurrit Ladislaus ad 8. Id. Septemb. Uratislaviæ ingenti apparatu & pompa exceptus, ubi sororem suam Elisabetham, Casimiro Poloniæ Regi despondit. *Gerard. Rhoo. Hist. Aust.*

Annus Christi 1455.

Ulricus Ciliensem Comitem invidia è præclarè gestis Corvini, virum de Republ. optimè meritum, calumnijs opprimere, & evertere laborat, qui Viennam evocatus, fraudem sentiens, insidias eludit, & in Ciliensem pro meritis invehitur, innocentiamq; suam Regi probat. *Hist. Aust. Aen Sylv. &c.*

Exardescit magis magisque bellum Prussicum, & variâ fortuna pugnatur. *Ord Hist.*

Fridericus Elector Saxoniæ sub hæc tempora illaturus Antistiti Magdeburgio bellum, exploratore misso, qui de armis & consilio ejus cognosceret, & referente, nihil armorum parari, dixisseque Antistitem, causam se suam Numini commisisurum, in hæc erumpit: *Alius, inquit insaniat. ut bellum inferat ei, qui confidit se DEUM defensorem habiturum.* Quod hodie, eheu, multis stultè, seu timidè dictum videatur.

Annus Christi 1456.

Regnum Ungariæ, Indamq; Machabæum nostrum, Huniadem, Machometes primus Turcarum Imp novo orientis Imperio tumidus, aggredi bello ausus, eum Bellgradi obsidet, Nec veritus, orientis domitorem Huniades noster, eductis in hostem copijs, memorabili prælio ad diem 6. Augusti confligens, insignem triumphum cæsis hostium quadraginta millibus, retulit, ipso Mahomete graviter oculum saucio, & vix cladem effugiente: quam ipsam ob triumphi occasionem Calixtus Papa Festum apparitionis Domini hâc die celebrandum instituit. Verum non multo post, ipso hoc anno, ingenti orbis Christiani luctu, idem gloriosissimus Triumphator Huniades, Turcarum malleus, 10. Sept. diem extremum clausit, à cujus morte Beatus Capistranus, nunquam deinceps ridere visus est. *Aen. Sylv. rer. Ungar. script. &c*

Annus Christi 1457.

Æneas Sylvius Apologiam jam edit, pro Romanæ sedis auctoritate, contra pragmaticam in Conciliabulo Basileensi constitutam. *Comp Hist. Eccl. Gerdon. &c.* Ladislaus Huniadis filius, Ulricum Ciliæ Comitem mortuo insultantem, patris honorem violatum ulturus, gladio conficit, ob hoc factû, comploratote Regno universo, nullo meritorum Paternorum respectu, servatâ toties patriâ, à Rege decollari jussus, ætatis suæ anno 24. Matthia fratre ejus in carcerem conjecto. *Aen. Sylv. &c.*

Gliscentibus denuo Austriacorum Helvetiorumque odijs, diuturnioris belli initia præludunt, cum Rapersuilensium nonnulli confœderatis favere visi, in vincula abrepti, in Tirolim transportarentur. *Chron. Helv.*

Marispurgum lacus Potamici oppidum gravi injuria Ecclesiæ præreptum stratagemate recuperat Episcopus, præcipuis defectionis auctoribus capite mulctatis. *Chron. Const. & Helvet.*

Annus Christi 1458.

Excedit è vita inter solemnes Nuptiarum apparatus Ladislaus Ungariæ & Boëmiæ Rex Id. Nov. non sine veneni suspicione; intra 36. horas, postquam ægrotare cæpit extinctus. *Aen. Sylv. Ger. Rhoo.*

Competitoribus Regni Bohemici Friderico Austrio Imp. cognatisque ejusdem familiæ Alberto & Sigismundo, Casimiro etiam Polono & Wilhelmo Saxone diu multumque contendentibus, Bohemi Rochizani Archiepiscopi suasione, Georgium Podiebradium Regni Gubernatorem, Regem eligunt. *Rer. Boëm. script.*

Ungari Regni solemnibus Comitijs Matthiam Corvinum, quem Podiebradius captivum etiamnû detinebat Regem designant, quem ille mensæ Regiæ adhibitum, & supremo loco collocatum, quidnam præmij accepturus esset, interrogat, si felici ac insperato nuncio ipsum bearet; illo, in alienâ se potestate & imparatum à pecuniâ respondente; Georgius: Salve, inquit, Matthia Ungariæ Rex, cujus mihi non pecunia, sed amicitia & affinitate opus est, quas à me oblatas aspernari non debes, ut quos pari fortuna DEUS ad regium culmen evexit, mutuo necessitudinis nexu connexi, alter alteri in omni vita opem præstemus, quem mox liberum esse jussum, data & accepta filia generum adscivit, & ad Regni fines solemni pompa deduxit. *Hist. Austr.*

Ipso anno Æneas Sylvius de Germania meritissimus Rom. Pontifex post Calixtum salutatus Pij II. nomen accepit. *Onuph. Plat. Ciacon. Bzovius, &c.*

Annus Christi 1459.

Tristiora Matthiæ Ungaro Regni initia, cum citerioris Ungariæ proceres nonnulli Fridericû Cæsarem, ad Regnum capessendum evocarent, & missa legatione ad Cæsarem Matthias pro corona, quam etiamnum retinebat, nihil impetraos, indicto bello (cui ipse adesse non poterat) minus feliciter per suos pugnasset. Reconciliatis tamen hoc ipso anno, præcipuis factionis adversæ proceribus, ritu solemni coronatus est; Friderico Imp. domesticia turbis involuto, & eum Alberto fratre, de Austriæ Ducatu contendente, quæ tamen contentio hoc etiam anno finem sortita est, cum Eizengeri Alberto bellum indicerent, ipso, ne duplici malo opprimeretur, pacê cum fratre Cæsare firmante. *Hist. Austr.*

Ipso etiam anno movens in Austriâ cum exercitu Georgius Bohemiæ Rex Albertum periturus, ab Imperatore, suam jam esse Austriam dictante, controversijs omnibus compositis, amice digreditur. *Chron. Boëm. &c.*

Ludovicus cogn. dives Boiorum Dux Albertum Brandeburgium bello petit, quem tamen Albertus Privilegio quodam à Cæsare concesso, dato, avertit, quod publicè lacerans Ludovicus, læsæ Majestatis reus à Cæsare denunciatur. *Chron. Hirsaug. Ann. Germ. &c.*

Annus Christi 1460.

Gravia Germaniæ bella, meliore tamen quam sperabatur successu, hoc anno composita, Helveticum inprimis contra Sigismundum Archiducem, plurimis jam locis expugnatis, in magnum, ut videbatur malum, erupturum, Ludovico Bavaro controversias componente oppressum conquievit. Similiter & Carinthiacum, movente Goritiæ Comite, eoque jam penè debellato ac supplice. Austriæ item Viennæque seditiones, feliciter sedatæ. Sed & Palatinus Comes, cum Diethero Moguntino Archiepiscopo quæ corripuerat arma ponens, reconciliatus est. *Austr Hist. Chron Helv. Ioan. Stumpf. &c.* Eodem anno Academia Basileensis à Pio II. Pont. Max. instituitur, & magnis Privilegijs ornatur. *Buch.*

Annus Christi 1461.

Rursum ingentia in Germania bella, via consopitis prioribus, cum Pius II. Papa Adolphum Nassovium, contra Diecherum Comitem Isenburgium, in Schismate electum, hoc, qui jam sedem diutius tenuerat reprobato Moguntinia Episcopum daret, ex quo mala quamplurima subsequuta sunt, Friderico Palatino Dietherum, Ludovico Nigro, Badensi, Wirttenbergio, Wilhelmo Saxone, Trevetensi, Metensi, Spirensi, &c. Episcopis Adolphi partes propugnantibus. *Chron. Hirs. Ioan. Trith. Chron. Sax & Thur.*

Albertus Austrius iniquam hæreditatis partitionem causatus, iterum fratri Imperatori bellum movet, Austriæ proceribus & maximè Viennensibus graviter tumultuantibus. *Hist. Austr. &c.*

Annus Christi 1462.

Adolpho Nassovio Palatinum vastante, bellum magis magisque effervescit, Palatino interim Adolphi fautores armis persequente. Verum novi exercitus in Palatinatu injuria irritatus, cum is ducibus Carolo Badensi & Georgio fratrem Mediomatricum Episcopo, nec non Ulrico Wirttenbergio, segetes vastaret, & pagos & horrea exureret, Fridericus superveniens, haud procul Heidelbergâ eos profligavit, & tres Principes captivos traxit, quibus splendido exceptis convivio panem apponi prohibuit, rogantibusque causam; respondit: *Pani bellum indixisse, sicque pugnandum esse, ut agri non luant, nedum agricultores*, qui tandem ingenti pecuniarum vi libertatem redemerunt. *Eber. Buchols. Trith.*

Albertus Austrius bellum contra Cæsarem prosequitur, Cæsar Viennam occurrens, urbe primum excluditur, mox tamen à civibus rei impunitatem pactis admittitur; verum non multo post seditione concitata, magno vitæ in discrimine versatur. *Ger. de Rhoo. Trith. &c.*

Annus Christi 1463.

Turbatissimis in Austria rebus, Fridericus Imp. altera vice ab Alberto fratre & Viennensibus, in arce ejus urbis obsidetur, coactusque Bohemi opem implorare, ab eodem cum octo millium lectissimo exercitu superveniente obsidione liberatur, id tamen curante Bohemo, ut neque vinceret Cæsar, neque periret, quod sua etiam interesse putaret, ne nimium ille felix esset. Retulit gratiam liberatori hoc anno Fridericus & filios Regis Monsterbergenses Principes renunciavit. *Buch. Hist. Aust. Comp. & Symb. Chron. Helv. Caspin.*

Adolphus & Dietherus pro Archiepiscopatu pergunt contendere, gravi à confœderatis utrinque vastitate provincijs illatâ. *Chr. Sax. Trith. &c.*

Annus Christi 1464.

Imperator compositis à morte Alberti fratris Austriæ rebus, receptisque in gratiam civibus, interpellatus à Matthia Ungaria Rege, rebus contra Turcas interea præclare gestis plurimum celebrato, pro reddenda Regni Ungarici sacrâ corona, eam denique reddit, & pacem cum Ungaro firmat, Matthia iterum, sacra jam divi Stephani Regia coronâ solemniter coronato. *Bonfin &c.*

Annus Christi 1465.

Ægrè jam sustinentibus Poloni Regis potentiam & arma Teutonicis militibus, hi exhausti & viribus, & opibus, pacem ambiunt, quæ facta est hoc anno post 13. annorum prælia, 19. Nov. ea conditione, ut Magister ordinis cum suis crucigeris, semet in devotione Regum Polonorum, quod & solemni juramento confirmatum est. *Chron Polon.* Atque ita Prussia ab Imperio avulsa, Regum Poloniæ ditioni accessit.

Fœdissimo exemplo Arnoldus Geldriæ Dux, nihil mali suspicatus, ab Adolpho proprio filio, quod diutius, quam vellet successor, viveret & imperaret, nocte in lecto capitur, & multo tempore detinetur, filio Principatum invadente. *Beierlinck. Chron. Sax. Trith.*

Annus Christi 1466.

Paulus Rom. Pont. cum superiore anno Georgio Bohemiæ Regi ob hæresis crimen diem dixisset, nec compareret, dictis devomm Regno privat, hocin Matthiam Ungarorum Regem translato. *Hist. Eccl. Comp. Ann. Boem.*

Extincto Georgio Castrioto, dicto Scanderbego. Turcis nova molientibus & Transilvanis Moldavisque rebellionem parantibus eo occurrit mirâ celeritate Rex Matthias, & seditione opprimit *Bonf.*

Nec dum conquiescentibus Austriæ motibus, Fridericus Imp. conventu Provincialium habito, de pace agit, & in prædones expeditionem decernit. *Aust. Hist. &c.*

Annus Christi 1467.

Leodiensiũ obsidione memorabilia hic annus, quos extincto nunc patre Philippo Burgundionum Duce & Flandriæ Comite, Carolus filius Successor, Audax cognomento, sibi & Episcopo rebelles, gravi obsidione expugnatos direpta urbe atque incensa (quod sequenti primum anno accidit) graviter mulctat, facto initio rebellionis & belli hoc anno. *Fland. Ann. Chron. Hirsaug. &c.*

Comitijs Norimbergam indictis, Friderico Cæsare domesticis motibus retento, Ferrariensis Præsul Pontificis Legat⁹, auxilia contra Hæreticos & Turcas rogat, annuentibus Principibus, si Christianorũ prius odia & bella Pontifex componat. *Hist. Austr.*

Udalricus

Udalricus à Graveneck summus militiæ præfectus in Austria creatus, rebellium aliquot loca expugnat, Stiram urbem occupat, & rem præclare gerit. *Rhoo. &c.*

Annus Christi 1468.

Ad debellandum Regnoque ejiciendum Podibratium Bohemiæ Regem à Paulo Papa concitatus Matthias Ungarus, inducias cum Turca pacificitur, & bellum parat, Polono Bohemi promissi decepto, & Ungari conatus impedire laborante. *Rer. Vngar. script.*

Altera obsidione expugnato Leodio immani crudelitate grassatur Carolus audax, alia inter sævitiæ exempla, Ducis an militum scelere sexcentis infantibus, quos matribus ac nutricibus cæsis, Orphanos fecerant, in Mosâ fluvio demersis. *Leod. gest. Trith. Stumpf. Naucl.*

Belli Coloniensis initium Ruperto Archiepiscopo Friderici Palatini fratris opem contra provinciales efflagitante. *Chron. Hirs. & Spanh.*

Fridericus Imp. Romam voti solvendi causa profectus insigni Pompa à Paulo Papa excipitur. *Comp. nost.*

Annus Christi 1469.

Nunc maximè flagrat bellum Coloniense, Friderico Palatino, Bonnam, Nussiam, Lechnekum, Linsium, Andernacum, Keisersverdam, Kempenam, & plurima alia oppida & castra ab Antecessoribus Ruperti fratris impignorata sine pecunijs, armis ac comminationibus recuperante. *2. p. Chron. Hirs. &c. Spanh. &c.*

Inde Fridericus, Adolphus Moguntinus & Rudolphus Herbipolensis, confœderati producto contra prædones exercitu, pacis publicæ turbatores, & rebelles, eos plurimis castris expugnatis debellant. *Contra Spanh.*

Matthias Ungarus, in Bohemum movens, victoria & Regno potitur, coronatus 3. Maij, Georgio Regis filio, captivo ducto. *Vngar. rer. script.*

Sigismundus Austrius impignorat Carolo Burgundo Alsatiam, Suntgeviam, Brisaugiam, Sylvam Herciniam cum oppidis Rheni 4. à Sylva cognominatis, inde Caroli audacis cum Helvetijs bella. *Chron. Helvet. &c.*

Annus Christi 1470.

Expeditionem contra Ungarum parante Polono, eum abster r et atque avertit Pontifex, & Principes Christianos conciliare conatus, ad arma Turcis inferenda accendit. *Eccl. Hist. Comp. & Symb. nost.*

Weissenburgenses cives data fide de Reformatis Monachis, in Cænobio suo propugnandis, eos mutatâ mente ejiciunt, belloque domiti à Friderico Palat. exorato Protectore, Ludovico Duce, Veldentij Comite duos potentissimos Principes, & cognatos ad arma contra sese stringenda concitant, magnâ provinciæ vastitate illatâ. *Chron. Hirsaug. & Spanh. &c.*

Annus Christi 1471.

Adversum Ludovicum Cognatum, bellum prosequitur Fridericus Palatinus, & Wachenheimio, Dorckheimio alijsque oppidis expugnatis atque eversis rem feliciter gerit, Comitijs Ratisponæ celebratis, à Cæsare proscriptus. Destitutus tamen ope Ludovicus, cognati gratiam exambit, veniamque orans impetrat, Friderico Imp. improbante hanc pacem, etsi infringere non posset, Ludovico potiorem sibi cognati gratiam, quam Cæsaris existimante. *Trith. Chron. Hirs. & Spanh. &c.*

Georgius Podibracius Ex-Rex Bohemiæ, & in Hæresi pertinax, hydrope moritur 22 Martij, Bohemis, contra Matthiam Ungarum, Uladislaum, Poloni Regis filium, Regem salutantibus, contra quem relicto in Bohemia exercitu, Matthias in Ungariam properat, ad motus illic ortos reprimendos *Chron. & Ann. Vng. & Boem.*

Annus Christi 1472.

Dum bello omnia fervent, & Galli, Poloni, Ungari, Bohemi, arma parant, Sixtus Pontifex in conciliandis eorum animis, plurimum laborat; quo ipso anno collisus cum suis Canonicis Coloniensis Archiepiscopus, cum ijsdem à Pontifice ad concordiam admonetur. *Trith. &c.*

Matthias Ungarus, ingentis animi vir, ægrè passus à se mensium aliquot inducias impetrari, cum Casimirus polonus pacis conditiones proponeret, ipsi minus gratas, non opus sibi esse, ea pace respondit, venturum se brevi, & calvo reliquos crines evulsurum. Ita omnis pacis tractatio frustra fuit. *Ger. Rhoo. &c.*

Nicolaus de Donis claret, Monachus Reichenbacensis Ord. nostri, Cosmographiæ Reparator & servator appellatus. *Comp. & Symb. nost. &c.*

Annus Christi 1473.

Magno Principum occursu apud Treverim excipitur, Fridericus Imp. quo & Carolus Burgundus occurrit, suamque filiam Maximiliano Archiduci promittit, frustra à Friderico titulum Regium & insignia expetens, qui non dato responso in Ubios abiji, & Coloniæ summo splendore exceptus, Canonicos cum Archiepiscopo tantisper conciliavit. *Comp. & Symb. nost.*

Mercatores Helvetij prope Brisacum capti, suspecta Caroli Burgundi Consilia reddunt, malo deinceps ex malo erumpente. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1474.

Ingemiscentibus sub jugo Caroli & Ministrorum impignoratis Austriacorum provincijs, & malo remedium redemptionemque flagitantibus, Fridericus Imp. Maximilianus Filius, & Sigismundus Archiduces, Basileæ contra Burgundum conveniunt, & Sigisinundus paratâ solutione redimere oppignoratas provincias conatus, detrectante Burgundo, eas ope Helveticorum recipit, inde bellum Helveticum & Burgundicum, Helvetijs Burgundo aperte renunciantibus, & dum Carolus Colonienses vexaret, petente Cæsare ut Helvetij Burgundiam peterent, quod & strenuè præstitêre, Ellicurto fine anni obsesso, quò cum Romuntius Comes cum triginta millium exercitu occurreret, cæsis mille octingentis in fugam actus est. *Chron. Helv. Hist. Austr.*

Annus Christi 1475.

Renatus Lotharingiæ Dux contra Burgundum concitatus,

concitatus, & ipsi bellum denunciat, tunc Novesium obsidenti; quo grandi cum exercitu (octoginta millia numerant nonnulli) Fridericus Imp. occurrit, Carolo & obsidionem prosequente, & pugnæ copiam libenter faciente, Cæsare tamen pacis quam armorum amantiore amicitiam Caroli utiliorem existimante, & controversiâ cum Coloniensibus composita, pacem faciente, Maria nunc demum filia Caroli, Maximiliano desponsâ. Inde profectus adversus Lotharingum Carolus, felici rerum successu bellum promovit, non infelicius interea rem gerentibus in Burgundia Helvetijs, & varias urbes arcesque expugnantibus. *Chron Helv. & Hist. Austr. &c.*

Annus Christi 1476.

Aggreditur Lotharingio victo, atque ejecto, Helvetios Audax Carolus, & occupato Granseensi oppido & castro, præter datam fidem, quingentos propugnatores, suspendio partim illum tollit, partim aquis demergit, concitatis in furorem rei indignitate Helvetijs, & longe jam acrius bellum gerentibus, cæso ad Murtam ejus exercitu 16. Junij, & triginta millibus hostium cùm cæsis tùm lacu mersis, Lotharingo interea, Ducatum suum armis recipiente. *Comp. & Symb. nost.*

Helveoj eodem tempore Sabaudos bello petunt, & dum Losannam contendunt, occurrentibus Genevensibus & Sabaudis, pugnamque & vim auro redimentibus, revertuntur. *Symb. nost. div. script.*

Annus Christi 1477.

Nanceium munitissimum Lotharingiæ oppidum, arctissima obsidione cingit Carolus Audax, Lotharingum denuo eversurus, isto auxilia Helvetiorum implorante, quibus acceptis Carolum cruentissimo prælio aggressus 5. Jan. feliciter debellat, ipsomet tribus acceptis vulneribus occumbente, cujus corpus tertio post die inter cadavera repertum, Nanceji tumulatum est. *Comp. & Symb. nost.*

Uladislaus Bocmiæ Rex contra Matthiam electus, ad Cæsarem in Austriam veniens, insignia ab eodem solemni cum pompa accipit, quod audiens Matthias, validissimo cum exercitu, rapidi torrentis instar Austriam irruit, & primo impetu, captis nonnullis oppidis, Viennam obsidet, mox ea relictâ superioris Austriæ loca expugnat, Cæsare pacem centum quinquaginta aureorum millibus redimente, titulumque Regis Ungariæ hactenus usurpatum renunciante, Regisque Bohemiæ titulum Matthiæ tribuente. *Rer. Vngar. script. Hist. Austr. &c.*

Annus Christi 1478.

Ducta superiore anno Maria Burgunda conjuge Maximilianus Archidux, nunc in Batavos proficiscitur, receptis in fidem Selandis, provinciæ illius turbas oppressurus, inde Brabantiæ civitates visens, ab omnibus summo honore exceptus, & inauguratus. *Hist. Austr.*

Helvetij Bellizonam iterum armis tentant re irritâ, in Itniæ hybernaculi secedentes. In hos 15. armatorum millia mittit Mediolani Dux, quos pessimè exceptos, cæsis mille quadringentis, Helvetij repulêre. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1479.

Uladislaus denique & Matthias Reges, summo Germaniæ, Bohemiæ, Ungariæ & Poloniæ plausu reconciliantur, pace certis conditionibus facta, concessis Matthiæ aliquot Provincijs, utque titulus Regis cũ Electorali dignitate penes Polonum esset, Matthias autem si Uladislao mortuo superstes esset in Regnum succederet, &c. Ita Matthias ad opprimendos illico Turcas toto animo conversus, eosdem hoc etiamnum anno insigniter vexavit, multasque deinceps victorias retulit. *Rer. Boem. script. ut & Vngar.*

Erfeldiam ad se pertrahere conati Saxoniæ Principes, & Schwarzeburgius Comes ercem Rustenburg, ab Archiepiscopo Moguntino fortiter repelluntur. *Serar. Chron. Thur.*

Hoc primum anno Helvetij à Christianissimo Rege stipendia accipere cœperunt. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1480.

Motibus gravibus Hollandiam, Belgijq; provincias quatientibus, Maximilianus Archidux ad eos componendos profectus, satis negociorum hoc anno habuit. *Hist. Austr.*

Recrudescit & belli Cæsarem inter & Matthiam Ungarorum Regem, pluribus locis ab Ungaro tentatis & expugnatis, donec Turcorum molitionibus revocatus, inducias cum Cæsare facere cogeretur. *Hist. Aust. & Vngar.*

Helvetij primam operam Galliarum Regi navant, copijs auxiliaribus septem millium virorum in Campaniam missis. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1481.

Quantum de Repub. Christiana mereretur hoc ipso tempore Matthias Ungarorum Rex, vix quisquam satis explicaverit, haud minore fortuna, quam pater ejus Joannes Huniades Turcas ab Imperij finibus arcens & propulsans, & ad obitum usque suum magno metu Germaniam liberans. *Ann. Vngar.*

Occupatur etiamnum in comprimendis Belgij motibus Maximilianus Archidux, & loca non pauca per suos recipit atque expugnat. *Hist. Aust. &c.*

Annus Christi 1482.

Vita excedit Maria Burgunda, Maximiliani Archiducis conjux, cum in venatione equo lapsa, fracto femore, omnem tractationem loci effecti per verecundiam refugeret, relictis liberis, Philippo & Margarita, Burgundiæ & Attrebatum Comitatibus dotis nomine marito relictis. *Hist. Aust. Comp. & Symb nost.*

Moriuntur eodem anno Dietherus Comes Isenburgicus Moguntiæ Archiepiscopus erectis scholis & Hæresi Joannis de Wesalia profligata, nec non Clero reformato meritissimus, & Wilhelmus Saxoniæ Dux Thuringiæ Landgravius, heros magnanimus, de quo vulgo dictum: Si calcaria indueret ea totâ Thuringia resonare, & Væ illi qui causam dedisset. *Chron. Thur.*

Annus Christi 1483.

Æternum Germaniæ nostræ & ordinis Benedictini decus Johannes Trithemius, scriptorum monimentis orbi universo notissimus, supra cathedrahum hoc anno positus, Ahhasque Spanheimensis

mensis creatus, longè lateque illucescit. *Trithem. Chron. Spanheim. &c.*

Eodem anno pompa solemni despondetur Carolo Delphino Galliæ Margarita Austriaca, & paxGallos inter Germanosque conciliatur, ac confirmatur. *Hist. Aust.* Lutherus Hæresiarcha nascitur. *Bucholc.* In Belgio inquietæ res, Flandris à Maximiliano desciscentibus, & grandi ob idipsum bello excitato. *Ann. Fland.*

Matthias Ungarus, quietior ab Turcis, Austriam armis repetit, vicinum agrum latè populatus, Pontes ad Leutham amnem, longâ ac difficili obsidione ciuctam expugnat. *Rer. Vngar. script.*

Annus Christi 1484.

Corneoburgum summa vi obsidet Matthias Ungarus, cui sublevando Cæsar ex Noricis Vindelicisque conscriptum exercitum submittit, quo cum congressus Matthias victor exuit, Corneoburgo paolo post deditione capto. *Comp. & Symb. nost. rer. Vngar script.*

Fervet bellum Flandricum & varia fortuna pugnatur, Aldenarda in potestatem sine sanguine redigitur, Maximilianoque fidem & obsequium jure jurando promittit, *Gerard. de Rhoo. Ann. Fland.*

Huldricus Zwinglius, loco obscuro **zum wilden Hauß** in Comitatu Tockenburgensi nascitur; ille plurium bellorum concitator, & Romanæ Fidei hostis jurauissimus. *Chron. Helvet.*

Annus Christi 1485.

Viennam Austriæ hoc anno, ne quidquam obnitente Friderico Cæsare fame & armis expugnat 2. Junij, Matthias Ungarus, cum farinæ modius 107. florenis venderetur. Matthias Victoriam prosequutus, potiori Austriæ parte potitur, & tandem Neapolim etiam aggressus, eum post septimum obsidionis mensem deditione occupat; Cæsare cum 800. equitibus Austriam deserente, suamque fortunam animo non nimis iniquo ferente, unde & hoc usurpasse Symbolum volunt; *Summa felicitas est, rerum irrecuperabilium oblivio.* Ger. Rhoo

Moritur Rudolphus Agricola, mirè à Jovio celebratus, insigne Germaniæ nostræ decus, Hæbraicis Græcis Latinisque litteris ad miraculum instructus. *Iov. &c.*

Maximilianus I. Friderici Imp. filius ritu solemni Romanorum Rex Francofurti 16. Febr. eligitur, & mox Aquisgrani decimâ Aprilis Imperiali corona insignitur. Quo ipso tempore in Comitijs Albertus Elector Brandeburgius dictus Achilles Germanicus, obijt 11. Martij, de quo Æneas Sylvius: *Albertus, &c. militavit in Polonia, Silesia, Prussia, Boëmia: nullus in Germania terræ angulus, quem non calcavit armatus: duxit exercitus innumerabiles, prostravit ferocissimos hostes, expugnavit munitissimas Vrbes, in congressibus pugnam prior iniit, victor è prælio excessit ultimus, &c. In quo non solum militares artes, & Imperatoriæ Virtutes, &c. reluxêre, sed nobilitas quoque generis, proceritas corporis & venustas, virium robur & facundia lingua, admirabilem eum, ac penitus divinum reddidêre.* Ita Sylvius.

Annus Christi 1487.

Rursum Comitia Norimbergæ celebrat Fridericus Imp. quibus actum de auxilijs contra Turcas, & contra Matthiam Ungarum, deque controversijs Principum componendis. Et illi quidem Principes pacem velle, nihil tamen ad rei summam transigi potuit, quia malè satta inter inimicos gratia, iterum dissolveretur; Solis Suevis fœdus inter se ineuntibos, cui Principes nonnulli & vicinæ civitates subscripsêre. Multis sæpe hostibus terrori, donec qui probate debuerant, evertere conatentur. *Ann. nost. Germ. Ger. de Rhoo. &c.*

Moritur hoc anno Beatæ memoriæ Nicolaus Suitensis Eremita, vulgo **Bruder Claus** prophetico Spiritu insignis, qui viginti integros annos absque corporali cibo vixisse memoratur; cujus vitam etiamnum superstitis descripsit ad Jodocum Abbatem Weingartensem, Albertus de Bonstetten Baro, Monachus Einsidlensis, quam penes manus habemus, ipsiusmet manu elaboratam.

Annus Christi 1488.

Exactionibos nimijs Flandriam, & Brugenses inprimis, dum vexant atque exhauriunt Ministeriales & præfecti Austriaci, illi ad Helveriorum consilia & spem libertatis per vim asserendæ conversi, Maximilianum Romanorum Regem, dum turbas sedaturus in forum progreditur, capiunt, familiaribus item quamprimum in custodias abreptis, qui tamen omnes hoc ipso anno, Friderici Imp. opera, cum Maximiliano liberati funt, & res compositæ. *Ger. Rhoo. Ann. Fland.*

Eodem anno Albertus Saxo cum auxilijs in Austriam missus, quod Matthiæ vires illic firmiores cerneret, nec Germaniam omnem bello implicare vellet, pacem tolerabili aliqua conditione facere studuit, & inducias octo mensium pepigit. *Ann. Aust. & Vngar.*

Gessit hoc item anno Glogoviense bellum Matthias Rex, & Victor, Joannem Ducem Principatu exuit, & provincia expulit, *Bucholc. Symb. nost.*

Annus Christi 1489.

Carolum inter Galliarum, & Maximilianum Germaniæ Reges grave exoritur bellum, cum ille Margarita hujus filiâ repudiatâ, Annam Britanniæ hæredem, Uxorem duceret, quæ per Legatum Maximiliano jam fuerat desponsata. *Comp. & Symb. nost.*

Nicasius celeber ille Jurisconsultus, Coloniam venit, qui etsi quarto ætatis anno lumen oculorum amiserit, tautû tamen literis profecit, ut celeberrimæ Universitatis Professor expetitus sit, illic prælectis Institutionibus Juris plurimum celebratus. *Buch. &c.*

Cum Ungaro pax tractatur à Friderico Imp. & Maximiliano filio, & missis ultro citroque Legatis, Budæ tandem, acquiescente Matthia proclamatur, *Vngar. rer. script.*

Moritur Ernestus Elector Saxoniæ, 26. Aug, Princeps felicissimus, qui belli jure ditiooi Plawenam in Voitlandia, Olmizium, Adorffium, Risenbergam & Duxenum adjecit, & multa alia præclarè gessit. *Comp. & Symb. nost.*

Annus Christi 1490.

Excedit è vita Matthias Ungarorum Rex felicissimus, Turcarum terror appellatus, Joannis Huniadis, alterius Judæ Machabæi filius, apoplexiâ anno ætatis 47. Regni 33. extinctus Vieonæ, quo ipso die leones qui Budæ detinebantur omnes interiêre,

riere; Succedente in Regnum Uladislao Bohemo. Austria post obitum tanti Regis, facile Austriacos Principes respicit, & paulo post recipit, Viennensibus adventantem Maximilianum ultro excipientibus, arce tamen ab Ungaris aliquamdiu defensa, & Maximiliano ipso dum ipsam adoriretur secundum pectus vulnerato, quæ tamen paulo post, ut & alia Austriæ loca deditione facta occupata est. *Ann. Austr.*

Maximilianus Rex, bellum contra Gallum prosequitur, & Attebatibus subactis, parum aberat, quin & Ambiano potiretur. *Hist. Ger. Rheo. &c.*

In Helvetia novum bellum, Sangallense dictum, Abbatis contra Abbacellanos, opera Confœderatorum consopitur. *Chron. Helv.*

Annus Christi 1491.

Ne bellum aliquando Germaniæ deesset, quiescentibus Principibus, rustici movent, & hoc quidem anno Almangoij, adversum Campoduni Principem arma corripuêre, Suevici fœderis ope paulo post repressi, & cæsis quinque millibus, ad obsequium revocati. *Ann. Suev. Mart. Crus.*

Bellum etiam Ungaricum consopitur, Maximiliano Rege illud contra Uladislaum exambiente, sed pace factâ, ex omnimo conditiones approbatæ sunt, quæ pactem inter Maximiliani, & Marthiam Regem intercesserè; Belgis interea nova denuo molientibus, & Ravensteinio etiamnum, Clivensique hostilia exercentibus, Nassovio Brugenses, & Alberto Saxone Batavos rebelles edomantibus. *Ann. Fland. Hist. Austr.*

Annus Christi 1492.

Slusam hoc anno obsidet Albertus Saxo, rebusque in Hollandia compositis, totam belli molem in Clivensem transfert, qui denique coactus Maximiliani gratiam ambit. *Hist. Aust.*

Comitia Constantiæ ad lacum Acronium celebrantur, ubi frustra Principes adversum Galliarum Regem sponsæ suæ raptorem concitat Maximilianus, Principibus Gallum amicum quam hostem malentibus, frustra similiter ab eodem Helvetijs interpellatis. Hoc ipso anno, Galli Flandrique belli tædio laborantes de pace agunt, missique ab Imperatore, Electore, & Helvetijs legati eam procurarunt, promittentibus illis se omnia Artesiæ loca Philippo heredi reddituros. Itaque quo tempore atrocius bellum exarsurum multi putabant, pax facta est. *Ann. Aust.*

Annus Christi 1493.

Extinguitur hoc anno Fridericus III. Imp. Linzij ætat. 78. 19. Aug. Imperij 53. cum illi crus malè affectum, ex Medicorum consilio resectum esset, ab Ænea Sylvio ab ardenti Religionis zelo, & sedato animo commendatus, cæterum, tenacem, inquit, plerique accusarunt, & ad rem nimis attentum, in quo ingens pacis & otij cupiditas observata sit. *Sylv. Buchols. Rheo. &c.*

Succedit in Imperium Maximilianus filius.

Maximilianus paulo ante patris obitum Blancam Mariam Mediolanensem conjugem ducit. *Ann. Austr.*

Inaudita lues, quam scabiem Gallicam vocant, hoc tempore multos homines in Europa inficere cœpit. *Bucholc.*

Annus Christi 1494.

Rege Neapolis Ferdinando mortuo, & Carolo Galliarum Rege Regnum invadente, de impediendis Galli conatibus Maximilianus cogitat, qui idem sub hoc ferè tempus Turcos per Croatiam, Carinthiæ & Carniolæ fines invadentes, 15 millium exercitu assequutus, multis in fuga occisis prædam omnem recepit, & provinciarum limites ab hostium metu liberavit. *Ger. Rheo.* Eodem anno, teste Trithemio, in Geldriam contra Carolum Ducem movit, nullo tamen fructu, quod non aliam fortunam à Numine, militea ejus in omnem licentiam & scelera soluti, mererentur. *Chron. Spanh.*

Annus Christi 1495.

Insigni merito, & Imperij summo bono, Maximilianus Imp. Cameræ Imperialis Judicium Spirense instituit 31 Octobr. post Comitia solemnia Wormatiæ celebrata, quibus Eberhardus Comes Wirttenbergius, primus suæ familiæ Dux renunciatus est.

Fœdus magnum ineunt contra Gallum, Pontifex, Cæsar Hispanus, Veneti atque Mediolanenses, quod quo minus ante fieret celeritate Carolus prævertit, confœderatis fœderi communem omnium defensionem prætendentibus, verum occultè Aragonio faventibus, & Cæsaris Hispanique contra Gallum conatus bellum juvantibus. *Ger. de Rheo.*

Annus Christi 1496.

Maximilianus Imp. interpellatus à Venetis & Mediolanensibus, in Italiam occurrit, ut Florentinos Gallorum Regi fœdere junctos, dissociaret, sive opprimeret, qui cum nullum fecisset operæ pretium, in Germaniam revertit. *Ann. Eccl. Comp.*

Moritur Sigismundus Arcbidux, nullo hærede relicto, quem Maximilianus Imp. ut patrem coluit, omnemque hæreditatem, ut filius adijt, haud levi ad potentiam accessione. *Hist. Austr.*

Philippus Austrius, Maximiliani Cæsaris fil. uxorem ducit filiam Ferdinandi Catholici Regis Hispaniarum. *Chron. Spanh.*

Annus Christi 1497.

Omnia paternæ ditionis, easque inprimis provincias, quæ ex Sigismundi hæreditate ad reliquas accesserant, perlustrans hoc anno Maximilianus Imp. cum ad lacum Acronium venisset, colloquio cum Helvetijs instituto, cum eos persuadere conaretur, ut fœderi Suevico assotiarentur, Legati quidem, per se non stare responderunt; missi autem paulo post Oenipontum alij ob fœdus domesticum, integrum non esse, ut fœderi Suevico accederent, renunciarunt. *Chron. Helv. Ger. Rheo.*

Eberhardus junior, Seniori in Ducatu succedens, cum multa perperam & turpiter, contra fidem & bonos mores egisse diceretur, & nonnullos è consiliarijs suis neci destinata proponeret, ijs periculum conspiratione prævertere volentibus, ipse ablatis thesauris profugit, ad Cæsarem primùm, dein ad Philippum Comitem Palatinum. *Trith. Chron. Spanheim.*

Annus Christi 1498.

Dum Helvenj obstinatius abnuunt, ullo se fœdere cum Cæsare, & externis quibusque obstringere, Constantia lacus Potamici Metropolis, quæ hactenus immunem se ab utraque societate conti- nuerat,

nuerat, multis utrinque promissis sollicitata, per hos dies, fœderi se Suevico conjungit, eò statim Cæsaris sociorumque Legatis convenientibus, fœdusque ea cum civitate firmantibus. Quo ipse tempora cum ob simultates, Athesinos inter Rhætosq; rursùs ad arma spectare videretur, & hi adversariis se impares fore adverterent, Tiguri in publico Helvetiorum conventu, eorum se fœderi adsociaverunt. Quo haud leviter offensi, Cæsar & Sueviæ confœderati, Constantiam & ipsi frequentes convenêre, ubi de belli gerendi ratione, qua parte quisque, & quibus hostem viribus aggrederentur, deliberatum est, diuturno deinceps, & cruento admodum bello consequente. *Ger. Rhos. Aeg Tschud. Ioan. Stumpf. Chron. Constant. &c.*

Ipso anno Geltense bellum felici successu à Masimiliano cœptum, ab Helvetico deinceps interceptum, multas turbationis causas, Belgio attulit. *Ann. Fland. Trith. &c.*

Annus Christi 1499.

Erumpentibus jam in apertum odijs, belli initium apud Vennones oritur, ubi cum Athesini Vallem Ministerij, tanquam sui Principis occupare & firmare pararent, à Rhætis repulsi sunt; fervente quam primum utrinque bello, & Helvetijs plerumque triumphantibus, pugna ad clivum S. Lucij, ubi 400. Regiorum ceciderunt, altera ad pagum Treisum, ubi 350. tertia apud Hardam Potami ubi 5000. quarta apud Basileam, quinta apud Frastenzium ubi 3000. occisi, & mille trecenti Illio flumine mersi sunt, sexta apud Schwaderloch, septima in Valle venusta prope Malt pagum; Octava prope Dorneckum, quibus omnibus nostri victi cæsique sunt, ut inauspicatissimum sanè bellum, plurimi deinceps detestarentur, quæ omnia fusè leges apud Ioan. Stumpfium Urstisium aliosque rerum. Germ. script.

Coloniensis Universitas decernit constantissimè tenendum à suis & docendum: *Quod Beata DEI Genitrix, Virgo MARIA, ab omni labe Originalis peccati, ex singulari prærogativa Divinæ Potentia, semper fuerit præservata, exempta, & privilegiata.* Chron. Spanh.

Annus Christi 1500.

Superioris anni cladibus, & Gallorum Regis in Italia successibus territus Maximilianus Imp. confœderationem magnam, *Austriacam* dictam, cum Tigurinis, Bernatibus, Urijs & Sylvanensibus redintegrat; indictoque Principum Conventu, Imperij auxilia in Gallum sollicitat. *Hist. Austr. & Helv.*

Nascitur Carolus V. postea Imp. Philippi Regis Hispaniarum filius, Masimiliani Imperator. nepos, 24. Febr. in urbe Gandavensi *Buch.*

Moritur in expeditione contra Frisios, Albertus Dux Saxoniæ, Georgij & Henrici Ducum pater, avus Mauritij & Augusti Electorum. *El. Reuf. Buch. &c.*

Annus Christi 1501.

Terruêre haud leviter hoc anno Germanus, portentosa quædam signa, eaque inter cruces sanguineæ, in vestibus hominum apparentes, quo tempore ingens fames Germaniam, & Sueviam inprimis nostram plurimum afflixit. *Ann. Germ. Chron. Colon.*

Basilea ab Imperio deficit & confœderatis Helvetiæ jungitur, cujus exemplum quamprimum Schafhusia sequitur. *Chron. Helvet. & Constant. Sacr. proph. &c.*

Facultas Theologica Universitatis Moguntinæ, imitata Concilij Basileensis decretum, & Theologorum Coloniensium pronunciata, decernit & ipsa sentiendum & docendum DEIparam absque peccato originali, Privilegio quodam singulari, conceptam. *Laur. Surius. Buch. &c.*

Annus Christi 1502.

In Diœcesi Spirensi, duo rustici conspiratione facta contra Episcopum, ligæ illius rusticorum, der Bundtschuch dictæ, auctores fiunt, Helveticam libertatem, in Imperium inducturi. *Chron. Basil. Nic. Basil.*

Lues pestilens per Germaniam invalescit, creditumque vulgo omnes illos perijsse, qui anno superiore crucibus portentosis signati fuissent. Helvetij à Gallo Bellizonam repetunt, quò abnuente vim parant, sequenti anno accepturi; quod nudis eorum precibus negatum fuerat. *Chron. Helvet. Stumpf.* Celebris Universitatis Wittenbergensis initia celebrantur, instituente & fundante Friderico Saxonum Duce & Electore. *Buch Chron. Col.*

Annus Christi 1503.

Accenditur novum denuo bellum, Georgio Boiorum Duce, cognomento Divite extincto, qui filiam relinquens unicam Ruperto Palatino nuptam huic omnia testamento legaverat, Wolfgango & Alberto superioris Bavariæ Ducibus contra leges patrias fecisse Georgium, & sibi deberi Principatum contendentibus, frustra obnitente Cæsare, ne in bellum erumperet hæc controversia, quod sequenti anno gestum est. *Ann. Bavar. Hist. Austr.*

Hyemem asperrimam sequuta est æstas ferventissima, ita ut multis locis sylvæ exardescerent, & prata exarescerent. *Chron. Col. Sur. &c.*

Hardevicum urbs nobilis, suborto incendio, trium horarum spacio in cineres collabitur, superstitibus quatuor solummodo ædibus, & supra mille quingentos mortales eâdem flamma extinctis. *Chron. Colon.*

Annus Christi 1504.

Tractatione amica cum nihil proficeret apud Rupertum Palatinum Cæsar illum proscribit, omnemque illius ditionem, cuivis diripiendam permittit; patre ejus Philippo Electore prohibito, ne filio adsisset, & cum paterni animi affectu prohiberi se non fineret, similiter proscripto. Funestum inde bellum, injunctumque Principibus, & eos inter Udalrico Wittenbergio & Wilhelmo Hasso, uti armis Palatinum, tanquam perduellem adorirentur, Ruperto Bohemos conducente, cui Maximilianus ipse prope Reginoburgum, cum Alberto Bavaro, & Friderico Brandeburgio occurrit, & acerrimè pugnantem, pugnamque aliquoties restaurantem, tandem superat, ac multis deinceps locis dedinionem metu facientibus, munitissimam arcem Kuoffsteiniam, tormentis bellicis expugnat, Penzana vero profecto capitis damnato, quod obsidentem lusisse superbius videretur, cum post explosa tormenta, muri insuperabilis, faciem scopis purgari jussisset. Moritur eodem anno Rupertus, ætatis suæ 23. veneno

an

an animi ægritudine, Christophoro Badensi agente, ne totis dein viribus, in Philippum Electorem iretur, inducijs factis, dum proximis Imperij Comitijs de tota illa controversia statueretur. *Ger. de Rhoo, Ann. Germ. &c.*

Ipso anno, novum in Gallia fœdus, inter Cæsarem ejusque filium, & Galliæ Regem per legatos ictum fuit. *Auct. cit.*

Annus Christi 1505.

Vocatis Coloniam ad Comitia Principibus Bellum Bavaricum componitur, & Palatinus Elector in gratiam à Cæsare recipitur: Ruperti quoq; puerorum rationem haberi Cæsar voluit, quibus eam controversæ regionis partem attribuit, quæ inter Danubium & Nabum amnes, ad veteres Palatinæ ditionis limites, adjacet, sublata insuper omni controversia, quæ inter Palatinos & Wirttenbergios, multis annis agitata, proximo bello invaluerat. *Ger. de Rhoo. &c.*

Philippus Hispaniarum Rex, ad sua Regna reversus inferiori Germaniæ Gubernatoris titulo præficit Wilhelmum Crojum Principem Arschottanũ. *Chron Col. Ann Germ.*

Annus Christi 1506.

Abitum Philippi Regis, consequuti quamplurimum graves Belgij motus, Geldrensibus, Hollandiam & Brabantiam bello infestantibus, Nassovio Comite ijsdem quantum poterat obnitente, & majores successus retardante, *Ann. Fland. Col. Chron.*

Ungaris similiter, tumultuantibus, hoc anno occurrendum, quos ut opprimeret, intermissa, quam susceperat, Italica profectione, eo contendit Maximilianus Imp. territis subito armati adventu Ungaris, & inducias opera Principum nonnullorum impetrantibus, *Ann. Vngar. Chron. Col. Ger. Rhoo. &c.*

Ipso anno Francofordiensis ad Viadrum Academia instituitur ab Joachimo I. ejus nominis Marchione Brandeburgio. *Cal Chron Buchol.*

Annus Christi 1507.

Evocatis Constantiam Potami Metropolin Principibus solemnissima ibidem Comitia celebrat Maximilianus, præsentibus personaliter Electoribus omnibus, cæterisque Ecclesiasticis secularibusque Principibus ferè universis, & decreta expeditio Italica pro coronâ suscipienda, simulq; actum de Galli conatibus impediendis. *Conft. Chron. Ger. Rhoo. &c.*

Prosequuntur bellum Geldrenses in Belgio, & ope Galliarum Regis rem suam occupatis nonnullis locis plurimum promovent, *Col. Chron. &c.*

Lubecenses etiam cum Megapolitano Principe, collisi armis contendunt, donec controversia demum componeretur. *Cit. Chron.*

Immortali merito, velut præscius futurorum Abbas noster Tritthemius, exorituras Hæreses scriptis profl gat, idemque invalescentem passim Magiam opprimere & eliminare satagit. *Comp. Hist. Eccl. Ann. Bened. &c.*

Annus Christi 1508.

Tridentum proficiscitur Maximilianus Imp. ad 3. Non. Febr. & publicis supplicationibus peractis iter in Italiam edicit, eoque suscepto à Venetis impeditus, vim parat, & cum Julio Pont. Ludovico Gallo, & Ferdinando Hispano Regibus fœdere contra Venetos jungitur. *Ann. Eccl. Comp. Hist. Austr.*

In Germania inferiori occasione dicti fœderis, connitente Gallo, pax cum Geldro componitur, & tumultus utcumque consopitur. *Hist. Aust.*

Relictæ ad fines Venetorum Cæsaris copiæ, à Venetis varia fortuna impugnantur; Cæsare indicto Ulmam Principum conventu, opem flagitante. *Ann. Germ.*

Annus Christi 1509.

Magis magisque effervescit bellum Venetum, & confœderati prosperis successibus, Cæsar quidem Veronam, Tarvisium & Patavium, Julius Pont. Ravennam, Bergomum, Cremonam, Brixiam, Cremam Venetis eripiunt, per Maximilianum item negotiatio ijsdem minuitur, & Antverpiam traducitur, quâ tantâ ut oppressorem Senatus Veneti ea tamen magnanimitas enituit, ut petire omnes mallent, quam quod facile poterant & suserunt nonnulli auxiliatrices Turcarum copias admittere. *Rer. Ital. script.*

Annus Christi 1510.

Evocatis Augustam Vindelicorum ad Comitia Principibus, pax Germaniæ sancitur, petitque auxilia contra Venetos Imperator, declinante ad Venetos Pontifice, quod suspecta jam esset, nimia exterorum Principum potentia Italiæ, & metuenda. Cæterum Cæsar & Gallus, in fœdere perstitêre, & grandi iterum hoc anno clade Venetos affecêre. *Symb. nost. & div. Rer. Ital. & Germ. script.*

Joannes Daniæ Rex bellum gerit cum civitatibus Hollandiæ, Selandiæ & Frisiæ, contra Lubecenses, Rostochienses & confœderatos, quod in biennium usque extractum est. *Cal. Chron.*

Annus Christi 1511.

Turpissimâ transitione dum ad fœdera Helvetiorum Constantiæ cives nonulli se adjungere conantur, tumultuanti graviter urbi, exoratus ab amica fœderis Suevici factione Cæsar, opportunè succurrit, & intromissis à Tribu piscariâ trecentis equitibus, non magno negotio seditio componitur, nonnullis ejus Principibus supremo supplicio affectis *Chron. Const. Hist. Austr. &c.*

Helvetij etiam & Hispani Venetis ac Pontifici junguntur, durantibus in fœdere Cæsare & Galliarum Rege, ac vario Marte hoc anno pugnantibus. *Ital. Script. Symb. nost.*

Annus Christi 1512.

Æternis meritis obligat Germaniam Joannes Trithemius Abbas, gliscentibus iterum nonnullis Hæresibus occurrens & magni ingenij illustrissima argumenta prodens, inter præcipua superioris seculi ornamenta & sydera celebrandus. *Ann. Bened. Vita Trith.*

Memorabili ad Ravennam pugnam 11. Apr. Julij Pont. & Hispanorum copiæ à Ludovico Galliarũ Rege, & confœderatis victæ & profligatæ sunt, cæsis è Julij exercitu sedecim millibus, quo ipso conflictu Jacobus ab Embs Nobilissimus Heros & Dux militiæ cecidit, rebus maximis in eodem Ravennate prælio gestis celeber, de quo Huttenus:

Postquam omnes Italorum urbes, patriæqs potentes
Impleràt famâ nominis, occubuit.
Pugnavit toties, nunquam non vicit in armis
Hoc quoque quo cecidit tempore victor erat.

Cæterum

Cæterum mutatâ deinceps fortunâ, accedente ad Pontificias partes Cæsare, & Anglo Galliam tentante, Ludovico infausta deinceps omnia, cum Veneti sua, Pontifex Bononiam, Romaniam, Parmã, Placentiam; Atestinus Ferrariam, Florentiam Medicæi, alij alia raperent, & Hispani Mediolanum occuparent. *Script. rer. Ital. &c.*

Annus Christi 1513.

Bellum Mediolanense quod Gallus ope Venetorum, juratissimorum nupperimè hostium hoc anno suscepit, feliciter conficiunt Helvetij Germani milites, qui impari licet numero, stupenda tamen animi magnitudine numerosissimum & rebus omnibus instructissimum Gallorum exercitum aggressi, prope Novariam 6. Junij felicissimé profligarunt, Gallorum decem millibus in acie cæsis, suorum mille quingenti desideratis. *Guicciard. & alij rer. Ital. script.*

Refert etiam insignem ex Veneris triumphum 7. Oct. Duce Rudolpho Anhaltino Principe Maximilianus Imp. septem, ut nonnulli volunt, millibus hostium, ad Bachilionem amnem, haud procul Vincentiâ interemptis. *Hist. Austr.*

Fine anni, Helvetij ad viginti hominum millia, Anglicis stipendijs conducti, Divionem Burgundiæ obsident, quibus Cæsar mille equites ducente Wirttenbergio addidit, illis hoc nolente, certis sibique plausibilibus conditionibus, obsidionè paulo post solventibus. *Chron. Aust.*

Annus Christi 1514.

Rebellio Rusticorum Wirttenbergiæ, dicta der arm Chuonz/ periculosa admodum, capto jam ab ipsis oppido munitissimo Schorndorffio, immisso equitatu opprimitur, præcipuis auctoribus capitis damnatis, multisque exilio mulctatis. *Ann. Suev. Symb. nost.*

Consopiuntur bella inferioris Germaniæ, plurimis jam locis ab Anglo occupatis, cum sororem Angli Ludovicus Rex conjugem exambiret. *Rer. Belg. script.*

Pontifex veritus ne Gallus belli Anglici metu defunctus, in Italiam arma converteret, novo fœdere cum Cæsare jungitur. *Hist. Aust.*

Annus Christi 1515.

Excedit è vita Ludovicus Galliarum Rex absq; liberis, cui lege Salicâ succedit Franciscus Valesius anno ætatis 22. Princeps maximi animi, qui vix adito Regno, Mediolanum armis repetens, eo potitur, cæso prius robustissimo Helvetiorum prope Marianum exercitu 14. Sept. plurimis deinceps alijs cum urbibus tùm castris recuperatis. *Guicc.*

Carolus Archidux, non minore subditorum spe in futurum, quam in præsens gaudio, Belgicis provincijs, inauguratur, summo splendore Antverpiæ exceptus. *Chron. Col. & Hist. Aust. script.*

Franciscus de Sickingen Eques Palatinus Wormatienses armis infestat, varijs dein prælijs celeber, utinam meliore causâ quam fortuna gestis. *Chron. Alsatia. &c.*

Annus Christi 1516.

Venetis Gallisque denuo fœdere junctis, Maximilianus Brixiæ metuens, quæ plurimum periclitetur, equitum quinque, Helvetiorum quindecim, Germanorumque & Hispanorum decim millium exercitum adducens, ipso adventu suo hostium conatus dissipat, contendensque Mediolanum, cum nemo esset, qui se ad pugnandum offerret, re infectâ digreditur. *Symb. nost. & Comp. Hist. Eccl.*

Franciscus Galliarum Rex, amicitiam Helvetiorum ambiens fœderi accensetur, ijsque tradit Vallem Telinam, Bellizonam, & plurima alia loca. *Chron. Helvet.*

Gangolphus Dominus de Geroltseck bello contendit, cum Lotharingiæ Duce, haud leviter concussa ob id ipsum & periclitante Alsatia. *Chr. Alsat. &c.*

Annus Christi 1517.

In Hispanias navigaturus Carolus Archidux, dum ventum Mittelburgi operitur, Geldrij, quorum naves Felix Comes Buranus exusserat cum valida equitum peditumque manu Hollandiam ingressi, Medemblicum, Alcmariam & Sparendamum oppida, vi capta diripiunt, multosque pagos incendio devastant, Asperâ captâ, in cujus obsidione suorum mille quingentos amiserant, immaniter sævientes, ad internecionem omnibus, nullo ætatis seu sexus discrimine interfectis. Sub anni finem Carolus ex Selandia solvens, secundo vento in Hispanias defertur, summoque omnium gaudio Regnorum omnium Imperium solemni ritu suscipit. *Hist. Aust. Ger. de Rhoo.*

Lutherus Augustinianus Monachus, Ordini non multo post renuncians, Romano Pontifici auctoritatem suam disputat, & Indulgentias ut sacri vocamus, sive gratiarum sacrarum valorem, publicé impugnat. à pluribus deinceps facilè auditus, quod pauci essent, qui sive vitæ exemplo, sive verborum pondere, aversos retinerent. *Compend. Annal. Eccl. Laur. Sur.*

Annus Christi 1518.

Invalescentibus turbis ex novi dogmatis prædicatione, cum graviora metueret Imperator, Leonem Papam interpellat, qui ut rei Catholicæ consuleret, mittit Cardinalem Cajetanum, virum judicio gravem, authoritate magnum, eruditione percelebrem, à quo sibi metuens vim Lutherus, hanc ut eluderet, ad Pontificem solemniter appellat. *Comp. Hist. Eccl. &c.*

Comitia ultima celebrat Augustæ Videlicorum Maximilianus Imp. in Turcicum bellum subsidia expetens, ad quod Legatus Pontificis omnem thesaurum Ecclesiæ obtulit, *Laur. Surius. &c. Hist. Ger. Rhoo.*

Annus Christi 1519.

Annus hic supremus Maximiliano Cæsari fuit, vix inchoatus, prid. Id. Januarij mortalem hanc vitam deserenti, ætatis 59. Imperij 32. à cujus morte, cum Imperi, supremus honor ad Fridericum Saxoniæ Electorem, collegarum suffragijs deferretur, & is pulcherrimo posteri ævi exemplo, recusaret, Carolus V. Rex Hispaniarum, summæ expectationis Princeps, Imperator nominatus est. *Cuspin. Ger. Rhoo. Georg. Sabinus. &c.*

Dignum illud Germani hominis animo, quod Erasmus de Frid. Saxone refert, etiam jam recusato Imperij culmine, cum Legati Caroli 30. florenorum millia ipsi offerrent, recusasse, exoratumque ut decem millia saltem in aulicam suam familiam dispertienda annueret: accipiant si velint, respondisse, atqui qui vel unum acceperit, aureum neminem postridiè in aula sua mansurum, *Erasm. l. 13. Epist. 4.*

Ulri-

Ulricus Wirtenbergius Reutlingam capit, ipse à fœderatis opprimitur.

Annus Christi 1520.

Summa omnium expectatione suscipitur occurrens ad capessendum Imperium, ex Hispanijs Carolus, Aquisgrani magno in Principum concursu, ritu solemni consecratus & coronatus 23. Oct. anno æt. 21. *Georg. Sabin, Ann. & Symb. nost. &c.*

Toto Imperio, maxime per Wirttenbergiam lues pestilens grassatur, quo ipso anno, Ducatus Wirttenbergiæ ejecto inquietissimo Duce, à conœderatis Sueviæ, sumptus bellici ab eo recipiendi causa, Carolo Cæsari venditur, impositumque toti provinciæ, ne quem alium deinceps, præter Austriũ, pro Principe agnosceret; Duce Udalrico ob iteratam rebellionem proscripto, qui interea à Dynastis Klingenbergensibus Duellium, Alemanniæ quondam Ducum sedem, emit, & fortiter munijt, jugum usque hodie vicinis Provincijs intollerandum, etsi nec dum imponens, patans tamen, & ex alta specucula quam desideraret circumspiciens. *Comp. & Symb. nost. Annal. Suev. Chron. Ms. VVirttenb. &c.*

Annus Christi 1521.

Novum denno bellum exardescit, Cæsarem inter & Franciscum Galliarum Regem, quod pluris deinceps annis duravit, Turcis interea latè grassantibus, & discordiâ Christianorum bene usis, Imperium in Occidentem promoventibus, Bellgrado firmissima Ungariæ urbe, Germaniæ propugnaculo, hoc anno expugnato 29. Aug. *Ann. Ung. Comp. Hist. Eccl.*

Cæsar Comitia Wormatiæ celebrat, ubi publica pax per Germaniam decreta est; ad quæ Lutherus publica fide citatus venit, & proscriptus à Cæsare est. ejusque libri publicè ad concentum Tubicinum ignibus exusti, quos & Parisienses damnarunt, & Angliæ Rex scripto refutavit.

Annus Christi 1522.

Occasione turbatæ Religionis, ne etiam Luthero deferre viderentur, dum novi quisque Apostoli nomen ambit, & audiri gestit, varij quamprimum consurgunt Divinæ Legis interpretes, qui quæ plausibilia magis viderentur, & inescando populo aptiora, passim prædicantes, modis omnibus alter alteri bolum præripere pluresque attrahere laborabant, quo factum est, ut cum repugnantia nimium disseminarent, ipsi quoque inter se collisi, verbis & scriptis acerrime digladiarentur, sua quisque commenta, pro Divini spiritus dictatis venditantes *Gretser Bellarm. Comp. Ann. Eccl. & Symb. nost.*

Norimbergæ Principum Conventus agitur, deque bello Turcis inferendo deliberatur. *Sur. &c.* Nervij, qui Tornacenses dicuntur, aquarum inundatione prohibente, Francicum subsidium, subjiciunt se ditioni Flandricæ. *Tillim.*

Annus Christi 1523.

Lutherus, Zwinglius, Carolstadius, Oecolampadius, multique alij, quisque rerum suarum satagunt, graviter subinde collisi, Carolstadius Luthero infensus, ipsum acriter proscindit. Zwinglius una cum Oecolampadio Berengarij Heræsim refricare aggreditur, propositis 47. articulis suæ doctrinæ, cujus probationes, saltem quantum ad præcipuum caput *de Cœna* in somnijs à quodam monitore Spiritu, idibus Aprilis, se accepisse gloriatur. *Genebrard. &c.*

Borbonius Dux deficit ad Cæsarem cum aliquot Galliæ Nobilibus interim Germani Flandri Angli arma parant ad Gallum opprimendum. *Gord.*

Celebratur hoc anno Georgij Fronspergij virtus, qui ad Bicocham cum Gallis Helvetijsque congressus, insigniter triumphavit, & reversus in Germaniam, novas secum copias reduxit. *Crus.*

Franciscus à Sickingeo Lutheri amicus, bello quod contra Treverensem gesserat, obsessus in arce Landtstall, decusso ex Bombardarum ictu trabe, læsus moritur. *Buchol.*

Annus Christi 1524.

Progressibus in Italia felicioribus, animosior Borbonius, in Gallijs etiam cognatum Regem aggreditur, Massilia obsessa, quam tamen superveniente cum exercitu Rege solvens, in Italiam se recipit, sequente & persequente illo, eodem impetu Lombardiæ partem maximam ipsumque Mediolanum occupante. *Rer. Ital. script.*

Carolstadius multis modis Lutheri conatus fatigat. Is cum Wittenbargensem plebem concitasset, ad imagines Sanctorum templo ejiciendas, Lutherus constanter obnixus est. Cœpit eo ipso tempore gliscere Annabaptistarum secta in Saxoniæ partibus, quorum opinioni subscribebat Carolstadius, ut ajunt *Lutherus, Sleidanus lib. 3. & 5. & Melanchthon in Comment. ad Colos.*

Annus Christi 1525.

Ad Ticinium 24. Febr. grandi clade profligatur Franciscus Galliarum Rex, desideratis suorum octo millibus, eosque inter, Principibus viginti, ipse captus, suisque navibus in Hispanias abductus; verum anno nec dum exacto, libertati beneficio Cæsaris restitutus, desponsatâ ipsi Leonora Caroli Imp. sorore. *Script. Rer. Ital. & Germ. diversi.*

Fervet bello rustico Germania rusticis paulo post temeritatis & crudelitatis acerbas pœnas dependentibus, cum multa millia passim cæderentur, *Laur. Sur.* Carolstadius Archidiac. Wittenbergens. qui paulo ante primus omnium sacerdotum nostri sæculi, uxorem duxerat opera & studio Lutheri, non Wittenberga solum, sed tota Saxonia prohibetur atque ejicitur. *Sleidan. Surius, Genebrard. &c.* Thomas Münzerus plebis concitator, Evangelij sui præmia capit, capitis damnatus, eo in hasta deinceps exposito. Wirttenbergius exul Ducatum suum armis recipere parat, fortiter repulsus, & Duellium suum repetere coactus. *Ann. VVirttenb. Ms. Chron. Helv. Crusius. &c.*

Annus Christi 1526.

Tristissimus varia rebellium Rusticorum clade hic annus, cæsis, ut ferunt, minimum, quinquaginta millibus, captis plurimis, & vario mortis genere sublatis. *Comp. & Symb. nost.*

Acceptæ gratiæ immemor Franciscus Rex Galliarum; dimissus è custodia cum Pontifice & Venetis fœdus init contra Cæsarem, verum invictus Caroli exercitus, hoc ipso anno, Duce Fronspergio, 24. Novembris illustrem de confœderatis in agro Mantuano victoriam reportat. *Rer. Ital. script.* Academia Marpurgensis fundatur per Philippum Landgravium. *Chron. Thur. &c.*

Annus

Annus Christi 1527.

Invadere Florentium cum exercitu Cæsaris dū parat Dux Borbonius summis viribus confœderati Pontifex, Veneti aliijque Principes obnituntur. At Borbonius, converso repente agmine Romam invadit, & dum primus, muros conscendit, interemitur. Capta nihilominus à Cæsarianis Urbs & direpta est 6. Maij, & Clemens Pont. se dedere coactus, in custodiam abductus est, authoribus Aurisiaco Principe, & Neapolis Prorege. *Cit. script.*

Ingens altercatio Lutherum inter & Zwinglium Helvetiorum Evangelistam, venenatis utrinque scriptis proditur. Extant passim. Moritur hoc anno 6. Maij, ille alter Christianorum Apelles & Xesxes Albertus Durerus, sepultus Norimbergæ, cum hâc tumuli inscriptione.

Quicquid Alberti mortale fuit, conditur sub hoc tumulo.

Eodemanno Ferdinandus Archidux, Ungariæ Rex salutatur, cum paulo ante Bohemiæ quoque Regno inauguratus esset. *Chron. Col.*

Annus Christi 1528.

Annus hic memorabilis prorsus ac miserabilis Catholicis fuit, nato nunc primùm Spiræ in Comitijs *Protestantiū* nomine, quo isti deinceps graviter usi, progressus illorum plurimum retardarunt. *Ann. Eccl. Comp. &c.*

Eodem anno de mandato Hassiæ Landgravij, Zwingliani & Lutherani de concordia religionis frustra laborant. Redintegratum, Gallū inter & Cæsarem bellum, illo exercitum mittente ad liberandū Pontificem, & Neapolim obsidendam, qui tamen conatus ejus lue pestilenti grassante extincti sunt, *script. Ital.*

Georgius Fronspergius, decus illud Germanæ militiæ 20. Aug. ætat. anno 54. moritur, quem ferunt quindecies justo prælio, extraordinaria vero acie supra vicies, admirabili fortitudine dimicasse.

Annus Christi 1529.

Tandem pax reddita Europæ, Cæsarem & inter Pontificem Barcinonæ sancita 26. Junij, inter eumdem autem & Galliarum Regem Cameraci facta 5. Augusti, redditis obsidibus duobus Francisci filijs, & persoluta Regis redemptione. *Ann. Germ. script. Ital. &c.*

Novum morbi genus, quod sudorem Anglicum vocabant, Germaniam infestar, ijs quos occupaverat, intra 24. horas, nullo juvante remedio extinctis. *Col. Chron. &c.*

Constantiæ ad Potamum proscribitur avita fides, & Sacra omnia abrogantur, Divorum exuvijs & sacris imaginibus publicè exustis, *Ex Chron. ejusd. urbis diversis. Mss.*

Annus Christi 1530.

Unitis superiore anno summis Principibus, non sine spe, reliquorum item membrorum componendorum, Carolus Cæsar solemni ritu Longobardorum corona Bononiæ 22. Febr. insignitur, die vero suo Natali 24. Febr. Imperiali diademate ornatur. Idē hoc anno Comitia Augustæ Vindelicorum celebrat, in quibus primum Augustana illa ut vocant *Confessio*, emersit (quam Melanchton composuisse dicitur) lingua Latina & Germanica Cæsari exhibita, cui contrarium omnino, urbes aliquot, Argentoratum, Constantia, Lindavium & Memminga obtrudere conati sunt. *Surius. Sleidan. Genebrard. &c.*

Eodem anno Principes & Protestantes in Conventu Schmalcaldico mense Decembri fœdus iniêre notissimum Germaniæ, & Catholicis maximè perniciosum. *Ann. Eccl. Comp.*

Ingens inundatio per Germaniam inferiorem, quadraginta parochijs aqua mersis. *Chron. Col. &c.*

Annus Christi 1531.

Rex Romanorum renunciatur Ferdinandus Ungar. & Boëmiæ Rex, & ritu solemni Aquisgrani 11. Januarij consecratur & coronatur. *Sur. &c.*

Helvetij eousque concordes, Zwingli Antevangelistæ sui exhortationibus arma capiunt, quo prælio, ipse etiam belli cruentissimi concitator 11. Oct. cæsus occubuit, cadavere postea ignibus exusto. *Chron. Helvet.*

In Helvetia varijs conflictibus cùm de Religione orto dissidio, tùm alijs. *Chron. Helv.*

Captus hoc anno piscis in Hollandia 68. pedes longus latus 30. ore 13. pedes lato. *Chr. Holl. & Col.*

Annus Christi 1532.

Usi occasione discordiarum Turcæ, Germanis de fide litigantibus rem suam promovent, & Solymannus quidem hoc anno Gunsium Ungariæ munitissimam Urbem expugnat. Ausi etiam Turcæ longè majora, quindecim eorum millia Linzium usque penetrant, inter revertendum tamen plerīq; cæsi. *Chr. Colon. &c.* Cazanes Vaivoda cum suorum 12000. à Friderico Palat. in Austria cæditur. Eodem anno Pax prima in Religione Imperatorem inter & Protestantes sancita; donec de eâdem in Concilio Generali statuatur. *Symb. nost. Eccl.*

In Helvetia in valescenti Hæresi constantissimè armis obnititur Diethelmus Blaarerus Abbas S. Galli, nec minore laude in Suevia Gerwicus ejusdem familiæ Abbas Weingartensis rerum satagit, & rem Catholicam servat propugnatque, *Ann. Ord. & Confl. Bened.*

Annus Christi 1533.

Exercitum in Frisiam ducit, Geldriæ Dux, cui occurrens Frisiorum Comes ab illo profligatur. *Holsat. Chron.* Solodnri ingens seditio ob Religionem, pulsis denique urbe auctoribus consopitur, avitâ Religione, quæ jam obterenda fuerat, restituta. *Chron. Helvet.*

Parantibus arma à Cæsare adversum Turcas, conquisitis ad bellum undique auxilijs, Helvetija etiam operam navare rogatis se recusantibus. *Chron. Cit.*

Annus Christi 1534.

Nimium invalescentibus per Germanias sectis, res denuo inquietissimæ. Wirttenbergius Ulricus cæsis Ferdinandi Regis ad oppidū Lauffense copijs, à Philippo Landgravio Hassiæ, ditioni suæ restituitur,

abolitâ statim veteri religione, & novæ fidei inductis dogmatibus. *Symb. Eccl.*

Joannes de Leyden cum conjuratis Monasteriensem Urbem Westphaliæ occupat, ejectoque cum Clero omni urbis Pontifice Rex eligitur. *Surius.*

Per Hollandiam atque Seelandiam Anabaptistarum Hæresis invalescit, quorum opera ingens Amsterodami tumultus concitatur. *Chron. Col.*

Annus Christi 1535.

Expugnatur hoc anno Monasteriensis civitas, 24. Junij, & Anabaptistæ grandi cæde profligantur, capto eorum Rege Joanne Leydensi, Carolus Imp. Goletam arcem munitissimam, mox etiam Tunetum expugnat pulso Barbarossa & magno Turcarum numero cæso, rebusque in Africa compositis, & Muleasse in Regnum Tuneti restituto, Victor in Siciliam trajicit, tum Romam triumphans ingressus, in Hispanias revertitur. *Surius. Ann. Germ. &c.*

Iterum Conventus Principum & Protestantium Schmalcaldiæ celebratur, occurrentibus eo Legatis Gallicis & Britannicis & de fœdere agentibus *Sleid. Buchol.*

Annus Christi 1536.

Rursum arma corripiunt Cæsar & Galliarum Rex, & Gallus quidem Hesdinum Morinorum in Belgio Urbem deditione capit, Cæsariani Fanum Pauli & Monstrolium, sed & in agro Taurinatium & Pedemontano, pugnatum est Franci ductore Delphino Segusium & Montcalerium expugnant, Cæsarianis ultra Padum sese recipientibus, *Ital. rer. script.*

Nassovius nomine Cæsaris Peronam Picardiæ obsidet, fortiter à Marckensi Comite repulsus. *Col. Chron.* Joannes à Leyden è sartore Evangelista & Rex Anabaptistarum 22. Jan. candentibus forcipibus excarnificatus moritur. Fridericus Palatinus exercitum ducit in Belgium, trajecturus in Coppenhagen, ut Regnum Daniæ occuparet, frustra tamen; Christiano Rege conatum prævertente. *Diversi rer. Alem. script.*

Annus Christi 1537.

Occurrunt pacem tractaturi apud Niciam in Provincia, summus Pontifex, Cæsar Carolus, & Franciscus Galliarum Rex, sed cum nihil proficerent, inducias denique ad decennium admisêre. Ita in Italiam revertit Pontifex, Cæsar vero & Rex in mutuum conspectum ad Fossas Marianas venêre, de Regnis suis amice colloquuti. *Parad. Tillius. &c.*

Infeliciter pugnat hoc anno Ferdinandi Regis exercitus cum Turcis prope Ezekum, 10. Oct. multis millibus nostrorum trucidatis. *Hist. Eccl. Comp.* Groninga cum Omelandia à Geldris ad Carolum Cæsarem deficit. *Belg. Chron.*

Annus Christi 1538.

Rursum magna inquies Germaniæ, Schmalcaldicis Confœderatis, multa in Catholicos molientibus, quin & in magnos Principes multa audentibus, à quibus Henricus Dux Brunsvicensis, & Georgius Saxoniæ Dux, multa patiuntur, quod in confœderationem illam nullo modo vellent consentire. *Symb. & Chron. Suev.*

In Belgio hoc anno tumultuatum, & Gandavi inprimis magna seditio oppressa. Mortuo Carolo Egmondano, ultimo Geldrorum Duce ea provincia Belgi cis adjicitur. *Chron. Bel. & Colon.*

In Suevia rem suam curantibus Acatholicis sollicitè invigilat bono Catholicorum Gerwicus Abbas Weingartensis, potentissimus gratiâ apud Carolum Imp. & Ferdinandum Regem, idem hoc anno, æterno cum merito, auctor Collegij Abbatum Suevici celebratur. *Ann. Bened. Const. Ben.*

Annus Christi 1539.

Toleti moritur Isabella Augusta Caroli V. Imperatoris Uxor, Regis Portugalliæ filia, quo ipso anno Georgius etiam Dux Saxoniæ Princeps verè Catholicus absque liberis decessit, Principatum Henrico fratri relinquens, ea tamen conditione, si à fide majorum avita non discederet, jure cæteroquin omni in Cæsarem translato. *Chron. Col. Caterum mira statim mutatio consequuta.*

Audita Belgicarum provinciarum defectione, Carolus Imp. fide Regis Galliarum accepta per Gallias in Flandriam transiens, splendide & amice per civitates Regis exceptus est. *Gordon. &c.*

In Marchia Brandeburgensi hoc & priore anno mandato Joachimi II. Elect. Romana & avita Fides exploditur, magno cum plausu nova introducitur. *Buch.*

Annus Christi 1540.

Annus hic motibus Ungaricis turbulentus, mortuo Joanne Vaivoda electo Ungariæ, contra Ferdinandum, Rege, relicto filio, paulo ante patris obitum nato; cujus curam, ut & Regni cum suscepisset Georgius Monachus, Ferdinandus Rex noster plurimum in eo Regno recipiendo laboravit. Verùm Budam obsidione cingentem, Turcarum supervenientis exercitus profligat, & urbem occupat, Vaivoda in Transylvaniam relegato. *Rer. Ungar. script.*

Comitia Imperij solemnia indicta, sollicitante Cæsare, Principum subsidia contra Turcas. *Chron. Col.*

Annus Christi 1541.

Multum allaborant Protestantes, ut Comitiis Ratisponæ durantibus, controversia fidei componeretur, quod tamen tanquam sacrum & majoris momenti negotium, Cæsar & Catholici ad Concilium Generale Tridenti celebrandum distulêre. *Comp. Hist. Eccl.*

Cæterum impetratâ ope, conscriptus exercitus in Ungariam destinatur, paulo post nimiâ Ducum socordia, à Turcis oppressus & profligatus. *Gord.*

Cæsar soluto Ratisponensi Conventu, prius quam in Africam trajiceret, salutans ex itinere Pontificem, cum eodem de celebrando in sequentem annum Concilio contulit. *Gest. Car. V. &c.*

Moritur hoc anno Philippus Theophrastus Paracelsus, Novæ Medicorum Scholæ author. 24. Sept. anno ætat. 47. *Salisburgi.*

Annus Christi 1542.

Ex Africâ revertitur, imminutâ naufragio classe

classe & infelici ad Algieram pugnâ, animo atque corpore æger, Cæsar quem ex clade afflictum, cum bello aggredi Gallus pararet, misso Legato Paulus Pontifex impedire conatus est. Sed frustra Gallo occasionem captante, & Cliviç Duce, ob negatam sibi Geldriam à Carolo, fœdere cum Gallis inito, viginti hominum millia in Cæsarem armante, utrisque conjunctis copijs, Flandriam infestantibus. *Comp. & Symb. nost.*

Tumultus Misnicus oritur, cum contra Wurzenam oppidum Joan. Fridericus & Dux Mauritius arma sumerent, Arx Lycaonia (Wolffenbüttel) dedita est Saxoniæ Electori 12. Aug. Circa finem Augusti agmina locustarum Silesiam tanto numero vastant, ut cœli conspectum hominibus adimerent, & res è terra natas prorsum depascerent. *Buch. &c.*

Annus Christi 1543.

Nunquam infelicius quam absente Cæsare pugnatum, & hoc ipso anno Geldrenses cum Cæsarianis congressi magnâ illos clade affecêre, Carolo cum Philippum Hispaniarum Regem designasset, in Germaniam properante, & oppresso Clivensi, in Galliarum Regem movente, Turcis interea Strigonium proditione, Albam Regalem vi occupantibus, & plurima alia Ungariæ loca expugnantibus. Pessimam rem ausus Hermannus Colonisis Archiepiscopus & Elector, adjungere se Protestantibus & Buceri ac Melanchtonis opera Principatus Cathedræ suæ subjectos à fide Romana abstrahere parat; cui pro virili Clerus obnixus est. *Chr. Col. Buch.*

Moritur hoc anno Nicolaus Copernicus Astrologorum sui temporis Antesignanus æt. suæ 70.

Annus Christi 1544.

Decernitur publicis Principum votis hostis Imperij Rex Galliarum in Comitijs hoc anno Spiræ celebratis, & contra ipsum Cæsari Imperij Ordines auxilia promittunt, ut & Ferdinando Regi adversum Ungaros Ungariæ incubantes. Jungitur Cæsari Anglus, qui tamen captâ Bononia, paulo post non sine clade repulsus in Angliam se recepit, Cæsare, nemine ferè obsistente, Parisios usque progresso. Post cruentam denique ad Cerasulam victoriam insperata repente Pax apud Crepinum, certis conditionibus facta est; Pontifice quamprimum, dilatam eousque Concilium, in sequentis anni Martium indicente.

Pugnatum ad Carignianum 14. April. triumphante Francisco Anguinco, fusis Cæsarianorum viginti millibus. *Gordon. Marchant. &c.*

Annus Christi 1545.

Evocatis ad pridem indictum Concilium Tridentinum Patribus, eidem hoc anno datur initium, quod octo Sessionibus habitis, cum tergiversarentur Lutherani, & Cæsari cum Pontifice minus conveniret, lues etiam pestilens turbaret, jussu Pauli Papæ Bononiam paulo post translatum est. *Hist. Eccl. Comp. &c.* Moritur Albertus Brandeburgius, S. R. E. Card. Elector Mogunt. de re Catholica perditissimis temporibus meritissimus. *Reusn.*

Henricus Dux Brunsvicensis Schmalcaldici fœderis juratus hostis à Mauritio Saxone, & Hassiæ Landgravio 21. Oct. bello vincitur, & cum filio captivus Zigenheimium abducitur. biennio post liberatus. *Reusn. Chron. Col. &c.*

Annus Christi 1546.

Invalescunt nimium quantum in Germania varia dogmata, & hoc anno Fridericus Comes Palatinus apertissima defectione omnem ditionem suam Confessionis Augustanæ Confessioni subjicit. *Hist. Eccl. Comp. & Symb.*

Quo ipso anno cruentissimum illud bellum Schmalcaldicum cœpit, aliàs Saxonicum appellatum, quo Protestantes cum Cæsare ipso collisi sunt, & Saxo inprimis atque Hassus eidem 11. Augusti bellum denunciarunt, ipsumque Ingolstadij castra metantem obsederunt, quos brevi in fugam versos Carolus universo cum exercitu insequutus est; cujus statim gratiam Principes aliquot & urbes supplices implorarunt; Ferdinando interim Rege, & Mauritio Saxone Catholico, Saxoniam vastantibus. *Laur. Sur. Comp. nost. &c.*

Supremus hic annus Martino Luthero fuit. Sepultus est Wittenbergæ, &c. Sequutum non longè à morte ejus bellum Adiaphoristicum inter Protestantium Theologos, Matthia Flacejio & socijs, litem Melanchtoni moventibus, qui de Adiaphoris sive cæremonijs ac ritibus externis, ex præcepto Interemisticæ formulæ recipiendis, minus acriter pugnavisse illis videbantur, *Abrah. Bucholcerus.*

Annus Christi 1547.

Mauritium cognatum Principem Catholicum eversum volens Fridericus Saxo Elector, dum provinciam ejus igne & ferro vastat, ipse à Cæsare prope sylvam Lochanam, gravi prælio, grandi clade triumphatus, capitur. Landgravius eo capto, desperatis rebus supplex Cæsari, captivus & ipse ducitur, & totâ Germania Imperator potitur, qui ad Cal. Sept. Comitia solemnibus Augustam Vindelicorum indictis eo ordines omnes convocat, *Laur. Sur. Genebrard. Chron. Col.* Concilium Tridentinum, ex causis jam supra notatis Bononiam transfertur.

Annus Christi 1548.

Evocatis fine superioris anni Augustam Ordinibus Cæsar ibidem Senatum reformat, & Clerum jam urbe pulsum restituit reique Catholicæ per eum prospicit. Cæterum eo graviter Pontificem offendit, librum 26. capitum, INTERIM vocatum evulgans, in eoque contenta ab omnibus servari jubens, donec aliud per Concilij Generalis definitionem juberetur.

Eodem anno exauctorato Friderico Saxoniæ Electore, eam dignitatem ad Misnensem familiam transfert, primo ejus Electore Mauritio renunciato. Constantia Potami Metropolis, à Fide Romana & Cæsaris deficiens 6. Augusti ab Hispanis obsidetur, Archistratego de Vives in obsidione occumbente, & pulsis Hispanis, dedentibus nihilominus sese paulo post civibus, & Clero ac Catholica Religione restitutis. *Ex diversis Mss. Chron. ejusdem Urbis.*

Annus Christi 1549.

Imperator Philippum filium Hispaniarum Re-

gem in Germaniam vocat, qui Bruxelijs summo splendore exceptus, possessionem adit Provinciarum Belgicarum, cunctis ipsi Sacramento obligatis, Hispanis ita alteram Germaniam nempe inferiorem sibi vendicantibus, plurimum dolente Gallo, sui olim juris & nominis Galliæ Belgicæ amplissimas sibique proximas provincias, exteræ sibique infensissimæ nationi obtigisse. *Ann. Belg. & Fland. Holland. Chron. Symb. nost.*

Ferdinandus Rex, Duce Nicolao Salmensi Comite, Zabtaginm, Levam, Zythnam, & Muranam expugnat. *Diu. Germ. & Vngar. rer. script. Leonclavius. Baskschius. &c.* Contendunt inter se fœdissimè novi Verbi præcones, Wittenbergenses contra Lubecenses, Luneburgenses, & Hamburgenses, Illyricus Wittenberga discedens, delatus Magdeburgum, errores Wittenbergensium damnat, & ridiculè explodit, ut inter Doctores ejusmodi, tot sententias depræhendas quot capita. *Chron. Colon Symb. nost. Buch. &c.*

Annus Christi 1550.

Egregiè rem gerunt nostri in Africa, Andrea Doria, Classis Cæsarianæ Præfecto, conjunctis cum Ferdinando Gonzaga Siciliæ Prorege copijs, Aphrodisium Africæ urbem expugnante 10. Sept. & funditus evertente, plurimis Barbarorum cæsis & captis. *Gest. Car. Ann. Germ. Symb nost.*

Augustæ Vindelicorum Comitia celebrantur, in quibus lectum Julij Pontificis Diploma, de Concilio Bononiâ Tridentum denuo transferendo; quod Carolus Imper. plurimum urgerat. *Hist. Eccl. Comp.*

Magdeburgum à Cæsarianis, Duce Mauritio Sax. Electore obsessum mense Octobri deditionem facit, & se Cæsari submittit, imperatis florenorum 50. millibus, in gratiam receptum.

Annus Christi 1551.

Francum inter & Cæsarem recrudescit bellum, quo ille Metas, Verdunum & Tullum spectatissimas urbes, Imperij propugnacula eripit, insignibus plumia Aquilæ detractis, neque hucusque, etsi tentaretur, receptis. Sollicitavit idem Rex Mauritium Saxonem, ut à Cæsare descisceret, cujus quidem defectione, & Cæsar, & Catholici omnes plurimum periclitati sunt. Lutheranorum cum Zwinglianis bellum restauratur, ab Joanne Westphalo. *Comp. Hist. Eccl.*

Annus Christi 1552.

Fidelitatem renunciat Cæsari Mauritius, Elector nuper illius gratia constitutus, & arma corripiens, Oenipontum usque penetrat, Concilio Tridentino, metu hostium rursum dissoluto. Cæsar etsi tuendo honori pro virili invigilaret, ægrè tamen inter tot hostes subsistebat. Inde TRANSACTIO illa PASSAVIENSIS, & multa alia, quæ rem deinceps Catholicam plurimum afflixerunt. Redditi libertati Fridericus Saxo & Hassus, & exules revocati, & belli nervi omnes, ad incumbentem Ungariæ, imminentemque Germaniæ communem hostem, Turcam conversi. *Script. Germ.*

Annus Christi 1553.

Elector Mauritius suum etiam hostem nactus Albertum Marchionem Brandeburgium, acerrimo bello ad pagum Peina 9. Julij cum eodem congressus, etsi Victor, paulo post tamen ex vulnere moritur. Reparatis viribus occurrentem Marchionem, paulo post Brunsvicensis Dux iterum profligat. *Chron. Col. Comp. Hist. Eccl.*

Inter torbatissima tot tempestatum nubila, non sine opinione Sanctitatis Germaniam inferiorem illustrat Ven. Abbas Ludovicus Blosius, Ord. S. BENEDICTI splendidissimum sydus, cujus scripta Carolum Imp. inter tot calamitates mirè solantur. *Annal. Ord. &c.*

Annus Christi 1554.

Carolum Imp. infensissimis odijs persequens Rex Galliarum Henricus, provincias ejusdem, sive potius Philippi filij nunc Hispanicas factas ferro & igne vastat, Occurrit Retinum obsidenti cum exercitu, Cæsar, magno animo congressus, Gallo in seram usque noctem durante, donec rei in Italiâ à suis manè gestæ nuncio territus receptui signum daret, & Monstrolium se reciperet. *Ann. Belg. script. Ital.* Marchio Brandeburgius Schweinfurtum invadit & diripit. quo ipso anno Antverpienses tumultuantes, quod contra Gallum pugnare cogerentur, ad obsequium rediguntur. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1555.

Turbas superioris Germaniæ ut poterat compositurus Cæsar, Carolus Comitia solemnia Augustæ Vindelicorum celebrat, quo ipso tempore copiæ ejusdem cum Gallicis pugnâ navali, in angustijs freti Britannici feliciter confixere. Solymannus Turcarum Imp. trium mensium spatio Zigethum obsidens, à nostris fortiter repellitur. *Vngar. & Germ. rer. script.*

Annus Christi 1556.

Rebus Imperij, ut poterat, compositis, Carolus Imp. ætate & curis fessus, datis Sudburgi in Zeelandia, ad omnes Imperij Ordines litteris, Ferdinandum fratrem pro se Cæsarem instituit, & ipse in Hispanias concedens, Monasterio se includit, quinquennalibus prius inducijs cum Gallo, ratione Imperij constitutis. Insigni merito S. Mauronthus Abbas noster Cœlo visus descendere, Duacum grandi prodigio ab obsidione hostium liberat, Anniversaria solemnitate tanti Servatoris in memoriam, ipsa servatæ urbis die, deinceps instituta. *Arnoldus. VVion. Duacenus. &c.*

Annus Christi 1557.

Ingens Sectariorum diversorum per Germaniam inter se collucatio, multis non minus Romanæ Ecclesiæ dictata quam Lutheri placita aversantibus & convellentibus, ex quo tempore innumeros deinceps constat libros, usque hodie prodijsse, quibus alter alterius sententiam impugnare aggressus est, suam conatus asserere & urbi persuadere. De Sectarum diversitate, consulendi. *Bellarminus, Gordonus, & plures alij qui ex instituto scripsere.*

Wormatiæ solemne instituitur Colloquium Catholicos inter & Protestantes, R. P. Canisio & alijs plurimis è Societate JESV & nunc, & deinceps rem præclarè gerentibus; ipsa tamen obstinatione partis adversariæ fructum & spem omnem præfocante. *Symb. cit.*

Annus

Annus Christi 1558.

Carolus V. quondam Imperator, in Cœnobio S. Justi 21. Sept. anno ætatis 59. extinguitur, inter felicissimos Principes numerandus nisi Imperium ejus, Religionis ab orbe condito funestissimum dissidium tantum non dissipasset. Galliarum Rex dum Termio Duce Flandriam infestat, grandi clade ad Grevelingam afficitur, prætervectâ tunc forte pugnæ locum classe Anglica, & dum nostri cæteroquin rem bene gererent, grandia è tormentis bellicis fulmina opportunè in Gallos iacientibus. Galli irrumpentes in Ducatum Locemburgensem, Diettenhofensem Urbem occupant, quo ipso anno cum Burgundis iisdem conflixêre, Egmondano Comite triumphum reportante. *Chron. Col.*

Annus Christi 1559.

Evocatis Augustam Principibus, inter dissidentes pax conciliatur, & exequiæ Caroli Cæsaris insigni pompa celebrantur. Memorabile illud, cum reliquis Protestantium Legatis extra templum manentibus, solus Palatinus nomine sui Principis omnibus interesse vellet, Pace tamen, ut vocant, de more data subterfugeret, Cardinalem Augustanum, in hæc verba prorupisse: Si non vis benedictionem, habeas tibi maledictionem in æternum. *Buch. &c.*

Diethmarsi victi dêdunt se Friderico II. Daniæ Regi. Parmensis Princeps in Belgium venit, cui gubernatio earum provinciarum à Philippo Rege creditur. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1560.

Miserrima Europæ facies; Hæreticis Catholicos & legitimos Principes versos cupientibus, quod cùm alibi in Scotia atque Anglia, tum in Germania nostra, quibuscunque tandem artibus, ut efficerent strenue adlaborarunt Acatholici, Calviniani inprimis sub hoc ipsum tempus, non sine explosione Lutheranorum, apud maximos Principes majorum quam illi gratiam meriti; quamvis illi videri velint, ne latum quidem unguem à Confessione Augustana decessisse. Turcæ bene usi Christianorum dissensione rem suam in Ungaria promovent, & hoc anno Fileckum expugnant, *Comp. & Symb. nost.*

Magdeburgenses Ministri Duce Matthia Jllyrico, Centurias suas evulgant, quas plurimi Catholicorum, refutari aggressi sunt. *Vid. Gretser, Bellarm. Gordon. &c.*

Moritur Philippus Melanchton Confessionis Augus. auctor.

Annus Christi 1561.

Magnus Principum Conventus Naumburgi celebratur, quo & Legati Pontificij occurrunt, & ad Tridentinum Concilium invitant, ludentibus spem omnem & operam Acatholicis, nihil sibi cum Pontifice negotij asserentes. Pro Elicartico Burgundiæ Comitatu, dum concertant Dux Wirttenbergius & Comes Ortenburgensis, tertius interveniens Franciscus de Rhye oppidum & arcem 15. Maii occupat, quod tamen paulo post Wirttenbergius per suos recuperat. *Mart. Crus.*

Moritur in Suevia Caspar Schwenckfeldius nobilis Silesius Hæresiarcha versutissimus, cujus Symbolum fuit: *Nil Christo triste recepto.* 10. Dec. ætat. 71.

Annus Christi 1562.

Imperator renunciatur hoc anno, sive potius Rex Romanorum, Maximilianus II. 24. Novemb. paulo post, trigesimo ejusdem mensis solemni ritu Francoforti coronatus. *Schardius, Crus. Buch.*

Hoc ipso anno celeberrimus Audomarensium Episcopatus instituitur, primumque meretur Episcopum, Gerardum Americurium Abbatem S. Bertini virum meritissimum. *Ann. Ord.*

Juvat è diversæ Religionis hominibus vel paucissimos, quibus Europa & Patria nostra, hoc ipso tempore à se ipsa dissidens, dissoluta passim unione & communione in diversa abijt recensere: Calvinianis, Zwinglianis, Anabaptistis, Westphalicis, Mollibus, Wicklefistis, Schwenckfeldicis, Davidicis, Quintinistis, Stancarianis, Bezavitis, Servetianis, Musculanis, Osiandrinis, AntiSchwenckfeldianisSturmianis, Adiaphoristicis, Anti-Lutheranis, Luthero-Calvinisticis, Heshusianis, Majoristicis, Jllyricanis, Anti-Trinitarijs, Polygamistis, Puritanis, Interemistis, Justificatis, Metamorphistis, Clancularijs, Manifestarijs, Sabbatharijs, Biblistis, Neutralibus, Bisacramentarijs, Tris- & Quadrisacramentarijs, &c. omnibus, purum & merum Dei verbum, ejusque intaminatissimam explicationem, sibi arrogantibus, seque non minus Rom. Ecclesiæ, quam Luthero opponentibus, quorum plurimos, per gravissima sublatus tormenta, hilares, tanquam pro Deo & verbo Dei pugnantes & passos, legimus.

Annus Christi 1563.

Recitat varias Tragædias inter Novatores continuatas in Gallia Genebrardus, quæ si & in Germania numerandæ essent, multis lachrymas elicerent; conjectari facilius est, quam scribere è tanto numero diversissimorum Evangelistarum.

Paci Religionis consultum volentes hoc anno Protestantes alia inter Ulmæ 12. Novemb. hæc persuasa Catholicis voluêre. Neutri alteros oppugnare armis debent, sed jure tantum, causas finire. Si quis Episcopus vel Prælatus ad Augustanam Confessionem transeat, amittit suum ordinem, sed absq; infamia: Non debet lis moveri Lutheranis in Cameræ Judicio, propter Ecclesiastica bona, loco mota &c. Reliqua legantur passim apud Jurisconsult. nostros & Hist. div.

Annus Christi 1564.

Palatini & Wirttenbergenses, Principibus suis præsentibus, de abolenda fide Romana solliciti, celebrato conventu varia statuunt: Ubi de Ubiquitate & Cœna Domini habito colloquio diù altercantur, etsi deniq; nil certi definirent, *exijtque*, Conventus illius finis, *teste Bucholcero, in novas Theologorum digladiationes.*

Joannes Calvinus, horrendis morbis, vel ipso quidem Beza teste extinguitur Genevæ 27. Maij. æt. anno 54.

Dilingana quidem Academia fundatur per Otthonem Episcopum August, S. R. E. Cardinalem, Dapiferum Waldtpurgensem.

Annus Christi 1565.

Bellatorem fortissimum Imperatori Ferdinando universoque Imperio probat Lazarus à Swendi Nobilis Suevus, consilio, vigilantia, fortitudine, celebritate, & disciplina militari inclytus, qui sub hoc ipsum tempus arces

M 3 &

& Dominia amplissima, Tockajum, Zathmarum, Zerencium, Erdeudam, Knvaram, Bathor, Wibaniam, & Sendereviam, aliaque loca expugnans, Imperatori nostro subjicit. *Bucb. &c.*

Neuhausianum, prope Wormatiam Gymnasium à Friderico III, Electore Palatino conditur. RR. PP. Societatis JESV summo Germaniæ bono, residentias aliquas, ut vocant, per Germaniam, & Collegia nonnulla impetrant, quorum concionatione & exemplo, extinctus pridem Catholicorum fervor, mirè resuscitatus est, & Germania deinceps velut terra nova & cælum novum revixit, Religiosis quibusque ordinibus pia æmulatione, disciplinæ Monachicæ remissiora studia salubriter revocantibus. *Symb. & Ann. Ben.*

Annus Christi 1566.

Imperator indictis Augustam Vindelicorum Comitijs de bello contra Turcas gerendo consultat, Principibus auxilia & sumptus necessarios decernentibus: susceptaque est hoc ipso anno insignis in Ungariam expeditio, Eccio Salmæ Comite, & Lazaro Swendio rem fortiter gerentibus, quorum prior 29. Junij memorabili celeritate Vesprimium expugnavit, alter Zabaticam, Pelsotium, Gombazzecum Crasnahutcam, & alia munita Ungariæ loca recuperavit. *Leonclavius. &c.* In inferiore Germania Hæresi inficiuntur loca quamplurima, eaque inter ocellus Brabantiæ Antverpia, factis imaginibus 10. Aug. solemni edicto damnatis atque ejectis. *Chron. Belg.* Moritur Abbas noster Blosius, rejecto Archiepiscopatu & Ducatu Cameracensi illustrior quam quisque alius administrato. *Ann. Ben.*

Annus Christi 1567.

Lutetiæ Parisiorum obsidentibus Regem Huguenotis Hæreticis, eousque zelum suum exporrigunt Protestantes nostri, etsi dogmatum observantia ab illis alienissimi, eosque inter Casimirus Comes Palatinus magni exercitus in Gallias ductor, rebellibus contra legitimum suum Principem strenuè adest. Tumultus Belgici feliciter consopiuntur ab Albano Duce, & rei Catholicæ benè consulitur. In superiore Germania Gotha, quæ inexpugnabilis antea videbatur, à nostris expugnatur, suміturque de rebellionis auctoribus supplicium. *Symb. nost. & Comp. Eccl. Hist.*

Moritur Gervicus Abbas Weingarttensis de Imperio universo, & Suevia inprimis meritissimus, quem quanti Romani Pontifices & Cæsares facerent, Archivi Weingarttensis monimenta; & Principum ipsorummet litteræ satis testantur, & viri admirationem concitant.

Annus Christi 1568.

Insignes progressus contra fœderatos Hæreticos in Belgio habet Dux Albanus, & duplici memorabili prælio, prope Gröningam, altero supra octo millia hostium ferro obtruncat, altero, non minore gloria mense Octobri de Austriaco Principe triumphat. Idem in auctores rebellionis rigidè animadvertit, & Comitem Egmondanum Flandriæ & Artesiæ Gubernatorem, nec non Momorenium Hotnanum Comitem cum plurimis alijs securi percuti jubet. *Chron. Belg.*

Eodem anno Galli Duce Billæo, Wilhelmo Auraico Principi militaturi à Comite Lodronio, & Sancio de Avila Hispano prope Dalenum, in agro Juliacensi 25. April. profligati sunt. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1569.

Victoriam insignem, & duplicem hoc anno refert Galliarum Rex de Hugenotis, non sine insigni Calvinianorum & Protestantium nostrorum clade, qui iterum lectissimum exercitum, rebellibus auxiliarium in Gallias submisêre. In Belgio novi conduntur Episcopatus lectissimique viri eisdem præficiuntur, Albano Duce rem Catholicam miro zelo & industria promovente. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1570.

Maris inundatione gravissima hoc anno damna patitur Germania inferior, cum in Hollandia, Selandia, Flandria, Frisia & alijs Provincijs, plurimæ urbes, oppida, castra aquis mergerentur. *Chron. Holl. Ann. Fland.* Condonationem rebellibus universis ad gremium Romanæ Ecclesiæ revertentibus, per Belgium proclamari jubet Dux Albanus multis erTores ejurantibus. *Chron. Cit.* Ingens per Germaniam fames, plurimis mortalibus eâ extinctis, & biennium integrum durante. Maximilianus Imp. duas filias duobus potentissimis Principibus jungit, Philippo Hispaniarum Regi Annam, Elisabetham Carolo IX. Regi Galliarum.

Annus Christi 1571.

Insignis illa ad sinum Corinthiacum pugna navalis 7. Octobris committitur classe Turcica felicissimè profligata, & inaudita multis sæculis partâ victoria, Turcarum viginti quinque millibus cæsis, captivis Christianis 14000. liberatis, captis Turcis 4000. cui pugnæ è Germania nostris soli ferè Helvetij interfuêre. *Natal. Comes.*

Oenipontum magno terræ motu concutitur, haud levi ædificijs damno illato. *Chron. Col.*

Durat etiamnum dirissima fames & Germaniam pessimè affligit, accedente hyemis immani frigore quo totus vere lacus Potamicus mire obriguit. *Ann. Suev.*

Annus Christi 1572.

Navarreo Rege nuptias Parisijs celebrante, eo quoq; evocatus Gaspar Colignius Admiralius Franciæ, ille Belgicarum provinciarum vastator, cum plurimis alijs trucidatur, haud leviter ejus morte sibi Germanis gratulantibus. In Belgio Wilhelmus Auraicus Hollandiam & Seelandiã occupat, easque deinceps provincias contra Hispanos acriter propugnta. *Chron. Belg. Ann. Fland.* Jurato odio Hispanos prosequuti Belgæ, plures rebellibus se jungunt, Albano inprimis Duce decimum nummum ab illis extorquente. Flissingenses magni nominis virum Paciecum Hispanum suspendio tollunt, hostes deinceps Hispanorum apertissimos se professi. *Rer. Holl. script.*

Annus Christi 1573.

Turcam, res nefanda! ut contra Catholicos evocaret, suasores hoc anno sunt Condæo Principi Basilæ agenti, Protestantes nostri, cui tamen generosior animus fuit, quam ut tam impia consilia probaret. *Symb. nost. Eccl. & Germ.* Harlemum Hollandiæ urbem munitissimã expugnant nostri & à catholicis eripiunt. *Chron. Holl.* Maximilianus Imp. Monferratensem Principatum, in gratiam Mantuani Principis

incipis Ducali titulo ornat, idemque hoc anno udolphum filiū Ungariæ Regem renunciat. *Comp.* *Y.* Fine anni Albanus Dux, auri ditissimus do-um revertitur statu Provinciarum inquietissimo, m rebellium numerus quotidie augeretur, extero-m dominatum indignissimè sufferentes. *Chron.* *Ilg.*

Annus Christi 1574.

Electoris Palatini filius Christophorus cum udovico & Henrico Nassovijs auxiliares copias re-ellibus in Hollandiam adducturi intercipiuntur ab Iispanis, fuitque haud procul Neomago 14. Apr. cerrimè dimicatum Palatino, & socijs prædictis ibi-em cadentibus. Ludovicus Requesenius Dux de Cæsa, Albano in Gubernatione succedens Lugdu-um Batavorum urbem obsidens à Wilhelmo Au-aico fugatur. *Chron. Belg.* Hispania Antuerpiæ tu-nultuantibus coguntur cives 400000. florenos per-olvere. Selandi classem Hispanorum in Scaldi in-ercipiunt, & classis præfectum captivum trahunt, quo ipso anno Middelburgum potentissima Selan-diæ civitas ab Auraico occupatur, & Hispani Nordt-Hollandiam oppressuri, à rusticis opprimuntur. *Chron. Belg. & Col.*

Annus Christi 1575.

Motibus ingentibus quatitur Belgium, à ca-tholicis rebellibus, quo res suas certius firmarent, Elisabethæ Anglorum Reginæ, Belgicarum provin-ciarum dominiū feudali titulo deferentibus, & Hi-spanis jus suum prosequentibus. *Chron. Belg.* Ru-dolphus Austr. eo nomine II. consentientibus Prin-cipum votis Rom. Rex eligitur, 27. Oct. ritu sole-mni Cal. Novemb. Ratisbonæ coronatus, anno 2c. 24. Lugduni Batavorum, sub initium anni hujus, Academia ordinum Bataviæ sumptibus aperitur & Privilegijs ornatur. *Chron. Col.*

Virtutis doctrinæ & zeli admirabile exemplar, inter turbas Belgij miro splendore se prodit Mat-thæus Moullert noster, ex Abbate S. Gisleni Atreba-tensis Episcopus. *Ann. Ben.*

Annus Christi 1576.

Albanus Dux, Gubernatoris Belgici titulum eo usque gerens, mortuo, qui successerat Ludovico, abdicatur, Joanne Austrico Gubernatore designato, per cujus absentiam Dux Arschotanus rem mode-rari est jussus. Maximilianus Imp. indictis Ratispo-nam Comitijs, ut afflictis Imp. rebus mederetur, ibi Moscoviticam celeberrimam legationem audijt, que in foro depicta cernitur; nec multo post, ibidem 12. Oct. vita defunctus est, Rudolpho filio Cæsa-re ab Electoribus salutato, qui statim inducias cum Turca in octennium extraxit. Hispani Castelli Antverpiani præsidiarij tumultuantes urbem ipsam invadunt, & nullo sex⁹ & ætatis discrimine ad 9500. cives trucidant, præter 4000. qui aquis mersi peri-ere. Sed & alibi tumultuantes, causam præbuere majoris à Rege alienationis, & defectionis. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1577.

Nemo lucrandis Belgarum animis aptior Jo-anne Austriaco videbatur, qui reconciliare offen-sos & rebelles conatus, Hispanos domum, & in I-taliam remittit, Belgis nihilominus Hispani Imperi-um detrectantibus, & Auraico confœderatisque Matthiam Archiducem Germanum Principem, Cæ-saris fratrem, ad regendas provincias evocantibus, Joannem hostem patriæ decernentibus, & Anglicū subsidium admittentibus. *Chron. Belg.* Cometa, magnatum calamitatum index, insolitæ magnitudi-nis cernitur.

Moritur Gerardus noster, è Monacho S. Berti-ni Audomarensis Episcopus, cujus de nova Diœcesi æterna merita & exemplum vitæ celebrantur. *Ann. Ben. &c.*

Matthias Archidux Antverpiam occurrit 12. Nov. cui præstito juramento Wilhelmus Princeps Auraicus, Legatus designatur. *Chron. Belg. &c.*

Annus Christi 1578.

Victoria insigni potitur initio hujus anni Jo-annes de Austria magnus ille Turcarum ad Echina-das Triumphator, congressusque cum ordinum co-pijs prope Nivellam, hostium decem millia obtrun-cat, ususque victoria Lovanium & plurima alia lo-ca recipit, hoc ipso tamen anno 1. Oct. pestilenti febri extinctus. *Chron. Belg.*

Princeps Auraicus, & ipse rem præclare gere-re conatus, Amsterodamum præcipuum hodie Bel-gij Emporium occupat, plurimis deinceps locis ad confœderatos se adjungentibus. *Chron. cit. Symb. nost.*

Ipso anno Comitia Wormatiæ celebrata sunt, quo & ordinum Belg. legati occurrêre. *Chron. Col.*

Annus Christi 1579.

Mediam viam, ita appellabat, novam sectam, inducere Imperio aggreditur Joannes Sturmius Ar-gentinæ agens, idque sine offensione Catholicorum & Protestantium fieri posse, multis persuasit. Ita multis nova semper placuêre. *Comp. & Symb. Eccl.*

Joanni ab Austria, jussu Philippi Regis succedit in Belgio Alexander Farnesius, qui vix inita provin-cia Trajectum ad Mosam illustri victoria expugna-vit. Reconciliantur Regi Comes Egmondanus, & ordines Artesiæ, Hannoniæ & Insularum. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1580.

Sedulo prosequitur fortunam Farnesius, & va-cillantibus ac ruinantibus confœderatorum rebus, plurimas urbes occupat, insignem ad Stadam vi-ctoriam & ad Groningam justo è prælio reportans. *Comp. & Symb.*

Ordines Belgici deliberationem mense Julio instituunt de Francisco Duce Alenconio fratre Re-gis Galliarum ad Gubernationem vocando, quod Matthias Archidux timidius rem aggredi videretur; nihil magis curantes, quam ut Hispani jugum excu-terent. *Chron. Belg.*

Laboratur grandi peste in Germania & Euro-pa universa, visusque Cometa est, & ingenti terræ motu Flandria & Hollandia concussæ. *Col. Ann.*

Annus Christi 1581.

Archiduce Matthia jam neglecto ordines con-fœderatarum Belgij provinciarum, Alenconium Galliarum Regis fratrem evocant, cujus prosperos progressus occupato Cameraco alijsque locis, cer-nens Matthias gubernatione se abdicans, Antver-pia discedit, illi vero subjectionem omnem Hispa-no Regi aperte renunciant; Parmensi interim rem

Regis promovente, & extero vocato milite Tornacum expugnante. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1582.

Lætitia ingeoti omnium ordinum Aotverpiæ excipitur Dux Aleuconius 19. Novemb, & S. R. I. Marchio ac Brabantiæ Dux renuuciatur, Hispano rejecto, nec multo post Auraico in tumulto quodam, maxillam utramque sclopo trajecto, magnum periculum adijt Aleoconius, ut penè jam tunc aditi honoris ipsum pœniteret. *Chron. Belg.* Comitia solemnia Augustæ celebrat Rudolphus Imp. quibus durantibus eo misit Pontifex uovi correcti Calendarij exemplaria, quæ etsi oemo sapiens non probaret, Protestantes tamen, tanqoam à Pontifice profecta aspernati sunt, & errare, quam corrigi maluerunt.

Et tunc quidem à nostris, à 4to. Oct. usque ad 14 Decemb. prætermissi suot dies, ita ut quarta, decima quarta, haberetur. *Gordon. &c.*

Annus Christi 1583.

Vix effugerat uuper discrimen Alenconios, cum novum hoc anno adijt, suspectus de Antverpia juris Gallici facienda, grandi suborto tumultu, quo 1500. in urbe cæsi sunt, & 2000. capti, ipso tamen Principe innoceutiam suam purgante, qui etsi cum Belgis postea transegisset, post habitis tamen tam periculosis titulis in patriam revertit; Parmensi ioter bæc Duynkerkam, Endovium, Neaportum, & alia insignia loca recipiente. *Chron. Belg.*

Coloniæ Elector & Archiepis. Gebhard à Romana fide, ducta iosuper conjuge Agneta Mansfeldica excommunicatur à Gregorio XIII. Rom. Pont. & exanctoratur. Sublegitur Ernest. utriusque Bavariæ Dux, Alberti filius, qui armata deinceps mano Diœcesin recuperat. *Mich. ab Isselt. Bucholcerus. Annal. nost. &c.*

Annus Christi 1584.

Turbatissimæ iu Imperio res, Protestantibus, contra quam promiserant, Coloniensi Apostatæ Principi sartum tectum Principatum noleutibus, grandi ob hoc ipsum belló conflato, Casimiro Palatino, & pluribus alijs Gebhardo auxilia adducentibus. *Isselt. &c.* Parmensis læto rerum successu Ypras, Brugas, Dangermundam, pluresque Belgij præcipuas urbes occupat, & Flandria subacta, victor Aotverpiam obsidione cingit. Quo item anno Wilhelmus Princeps Auraicus iterum globo trajectus, illico perijt, cujus filium Mauritium 18. annos natum, confœderati substituêre. *Chron. Bel. Col. &c.*

Annus Christi 1585.

Obsessam arctios Antverpiam, expugnat deoique 17. Augusti Parmensis & triumphantis in morem, Urbem ingreditur, occupatis eodé anno pluribus alijs urbibus, Neomago, Bruxella, & Mechlinia deditionem sponte facientibus, quibus ejus successibus territi confœderati opem Reginæ Anglicæ implorant, & ejusdem Tutelæ, in indignam se servitutem tradunt; misso Roberto Lecestriæ Comite, qui fœderatos gubernaret. *Chron. Belg.* Fervet bellum Coloniense, quo Adolphus Morsensis Comes 25. Apr. astu & stratagemate Novesium occupat & diripit, Gebehardum contra Bavarum sequutus. *Isselt. Buch. &c.*

Annus Christi 1586.

Parmensis suo more in Belgio felicissimé rem gerit, & hoc anno Granam, Venlonam & Novesium expugnat, Lecestrius è contra Duysburgum occupat. *Chron. Belg.* In Flandria, Brabantia, Suevia, fame multum laboratur, lue coutagiosâ famem tanquam sororem consequente, qua multa mortalium millia periere.

Frustra iterum de concordia agunt Protestantium aliqui, Colloquio Mompelgardi instituto, infecta siquidem pace denuo discessum est.

Bello Coloniensi varia fortuna Protestantes cum nostris confligunt, magna provincijs illis vastitate illata. *Isselt. &c.*

Annus Christi 1587.

In Belgio contra Lecestrium tumultuatum hoc anno, & is tantum noo ejectus, in Angliam revertitur, Mauritio deinceps solo ordinibus imperante, in Ungaria Turcæ rursum haud procul Canysia, grandi strage à nostris profligantur, Protestantes superioris Germaniæ, misso adversum Henricum III. Galliarum Regem lectissimo exercitu, rebelles fovent, & omnia turbant à Guisio tamen Duce, ad oppidum Aulneam 23. Novemb. feliciter triumphantur Continuatur Coloniense bellum & hoc anno Bonna à Schenkio expugnatur. *Chron. Col. &c.*

Annus Christi 1588.

Calamitosissimus hic annus Maximiliano Archiduci, qui fortunatissimus videbatur, ad coronam Regni Polonici vocato. Is cum insigni Germanorum exercitu occurrens, ut amicè invitatus fuit, sic hostiliter exceptus est, profligatis ejus copijs & ipsomet capto atque in custodiam abducto. *Symb. nost.*

Bonna à uostris obsidetur, & bellum Coloniense magna partis utriusque coutentione producitur. *Issels. &c.* Parmensis Bergense munitissimum oppidum obsidione cingit, re tamen iofecta digreditur, idem scelere nonullorum in suspicionem apud Regem venit, negati de industria subsidij, cum hoc anno grandi clade classis Hispana ab Anglis profligaretur, ipse vero confœderatorum conatibus, quo minus occurreret, esset impeditus. *Chron. Belg.*

Annus Christi 1589.

Victotijs aliquot insolentior Martinos Schenkius Acatholicorum io Belgio Dux, cæsis paucos ante dies Parmensis copijs in Frisiam tendentibus, Neomagum de nocte teotans, repellitur, & dimersis aliquot ejusdem navibus & ipse undis absorbetur, cujus corpus inter alia cadavera postea repertum in 4. partes sectum, per orbis 4. angulos suspenditur. Maximilianus Archidux certis conditionibus, ægrè admodum é captivitate à Polonis dimittitur.

Ægrotante Parmensi Belgarum Gubernatore, rem interea feliciter administrat Comes Mansfeldius, etiam locis aliquot potitur. *Chron. Belg. Symb. nost. & Comp. Eccl.* Helvetij oovo fœdere Gallis junguntur. *Col.*

Annus Christi 1590.

Mira terom motatio in Belgio per absentiam Parmensis, cum is confœderatis Galliæ, contra Navarræum adesset, Mautitio Otengio arces & loca ad Mosam atque Rhenum occupante, & tumoltuantibus Hispanis; ipso mense Novembri reduce, facilè, suo advento, motus consopiente.

Cæterum Maoritius hoc ipso anno Bredam Brabantiæ munitissimam urbem stratagemate cepit,

pit, certo militum numero in navi quâdam sub cespitibus (qui lignorum loco focis adhibentur) occultato atque immisso. Invalescit in Germania, maleficorum & Sagarum numerus, quorum plurimi hoc anno per Sueviam, Saxoniam, Marchiam, apud Treveros & alibi passim ignibus exusti sunt. Terræ motus ingens & terribilis Viennam Austriæ & plurima Bohemiæ ac Moraviæ loca concutit. 15. Septemb.

Annus Christi 1591.

Malè à nostris iterum res geritur in Belgio per Farnesij absentiam, cum Auraicus Zutphaniam, Daventria plurimisque alijs per Frisiam locis potitetur, quod sæpe aliâs factum, quando alienis causis se nostri immiscuere, jusso Farnesio Henrici IV. Regis Galliarum fortunæ progressus impedire.

Occupat eodem anno 14. Septemb. Hulstum Wasiæ, munitissimum oppidum Mauritius nec multo post Neomago Geldriæ metropoli potitur. Christianus Princeps Anhaltinus exercitum 8000. equitum, & 15000. peditum Germanorum in Palatinatu, Saxonia, Thuringia, Misnia, Brandeburg, Marchionatu & alibi collectum Henrico IV. Galliarum Regi adducit, qui auctis his copijs Rothomagum 7. mensibus frustra obsidet. *Chron. Belg. Col. Buch. Symb. nost. &c.*

Annus Christi 1592.

Ingenti Catholicorum omnium luctu, reversus æger è Gallia, Parmensis, in Belgium cum belli Belgici molem post Joannis ab Austria mortem annis 14. felicissimè sustinuisset, & res magnas in Gallia, Brabantia, Frisia, Flandria, Geldria, & bello etiam Coloniensi gessisset, jam tertiam ad reprimendos Henrici Navarræi conatus expeditionem suscepturus esset a. Dec. moritur Atrebati in Cœnobio nostro Vedastino. *Chron. Belg.*

Joanne à Manderscheidt Episcopo Argentinensi mortuo, Protestantes de sublegendo Acatholico sollicit Joannem Georgium Joachimi Friderici Administratoris Magdeburgij filium obtrudunt, verum Canonici Catholici Carolum Caroli Lotharingi Ducis filium S.R.E. Cardinalem & Episcopum Metensem eligunt. *Annal. Alsat. & Argent.*

Incipit bellum Rudolphi Cæsaris Turcico-Ungaricum, cum violatis inducijs Turcæ Croatiam invasissent & Wihitzium expugnavissent. *Rer. Vng. script.*

Annus Christi 1593.

Rudolphus Imp. misso in Ungariam lectissimo Germanorum exercitu, rem feliciter gerit. Sisfekium Croatiæ oppidum tentantes Turcæ, à nostro exercitu felicissimè profligantur, paulo post tamen regressi eo potiuntur, quibus postea nostri sine anni plurimas clades intulerunt. *Chron. Vngar.*

Carolus Lotharingus & Joannes Gergius Brandeburgius discordibus votis nuper electi pro Episcopatu Argentinensi bello contendunt, quod in nonum usque mensem gestum est, per Legatos denique Cæsaris compositum. Mauritius Auraicus Gertrudebergam munitissimam urbem obsidens, fame ad deditionem cogit. *Cit.*

Annus Christi 1594.

Archiducem Ernestum Rudolphi Imp. fratrem Præfectura Belgij ornat Philippus Hispaniarum Rex, Mauritio interim Gröningam Frisiæ ornamentum in potestatem redigente. *Chr. Belg.*

Rudolphus Imp. Comitijs Ratisponam indictis, auxilia contra Turcas expetit & accipit.

Novigradum in Ungaria superiore à Matthia Archiduce expugnatur, nec minore felicitate, cursum fortunæ prosequitur Christophorus Baro Tieffenbacius, magnam inter Duces nostros gloriam consequutus. Sed & Serinius Comes præclare eodem bello gestis orbi innotescit. *Vngar. rer. script.*

Annus Christi 1595.

Naturæ concedit Ernestus Archidux, cui in præfectura Belgij Petrus Comes de Fuentes sufficitur, rerum gestarum gloria immortalis. *Chron. Belg.* qui hoc ipso anno Cameracum recipit, cum castello sui ac opere plane inexpugnabili. In Ungaria Carolus Mansfeldius dum profligatis Turcarum 50. millibus Strigonium obsidet morbo correptus Comortamque delatus 14. Aug. moritur, Strigonio paulo post à nostris expugnato. Nec minus gloriose præliatur Transylvanus nuper Cæsari fœdere junctus, sexaginta Turcarum millibus cæsis, alijs item Ducibus prosperè pugnantibus. *Vng. Chron.*

Annus Christi 1596.

Dum Calitium expugnat & paulo post Ardeam Picardiæ occupat Albertus Cardinalis Austriacus, à Philippo Rege Belgij Protex renunciatur, quo ipso anno Cameracensium Dux & Archiepiscopus eligitur Joannes Saracenus Monachus & Abbas S. Vedasti, litteratum omnium, & litteratorum Mecœnas laudatissimus. *Chron. Belg. Annal. Ben. &c.* Mahometes Turcarum Imp. ingenti exercitu Ungariam obruens, Agria munitissimo ejus Regni propugnaculo 13. Oct. potitur, quo cum congressus ibidem 26 ejusdem mensis Maximilianus Archidux, pene jam victor victus est. Ipso anno Albertus Archidux Caleto & Arda potitur. *Rer. Vngar. script.*

Annus Christi 1597.

Vocatis Ratisponam ad Comitia Ordinibus, rursum agitur de bello contra Turcas continuando, quo eodem anno lues pestilentissima per Germaniam grassata multa mortalium millia sustulit. *Ann. Suev.*

Mauritius Princeps Auraicus lectissimas 4. Veteranorum Germanorum & Hispanorum peditum legiones, & 5. equitum turmas ad Turnhoutum repente opprimit 1200. captis, vexillisque 38. relatis. *Col. Chron.* Idem eam Frisiæ partem quæ Rhenum spectat occupat. *ib.*

Albertus Austr. Cardin. Ambianum Picardiæ metropolim 11. Martij, stratagemate occupat; quod tamen eodem mense Galliarum Rex recuperat, in Ungaria minus prospere bellatum, nostris Javarinum & Temesvarum frustra tentantibus. *Rer. Vng script.*

Annus Christi 1598.

Lætitia omnium Regnorum incredibili, Catholicorum inprimis, Reges potentissimi Gallus & Hispanus odia diuturna, amicissimâ animorum conjunctione mutant, & utrinque erepta seu detenta, bonâ fide redduntur, confœderatorum Belgij tumore, novâ hâc pace plurimum detumescen-

ce;

te; contra quos nostri, Mendoza Duce, felicissimos progressus habent. Sed & in Ungaria optati successus Adolpho Schwarzenburgio Comite, Javarinum Turcis insigni stratagemate eripiente; contra quos Valachis etiam res feliciter cecidit, qui progressi Nicopolim usque, deletis Turcarum tredecim millibus, urbem exussêre. Thuringam, Saxoniam, Misniam fine anni terræ motus graviter concutit, *Chron. Germ. Belg. Buch.*

Annus Christi 1599.

Andreas Battorius S. R. E. Card. cum invito Cæsare Transylvaniæ Dominatum invasisset, à Michaële Walacho victus, in fugâ à rusticis trucidatur. *Ung. rer. script.* Philippus III. Hisp. Rex Margaritham Austriacam ducit, Albertus Austrius Isabellam Philippi Regis sororem, *Chron. Belg.* Bellis civilibus extinctis, Dux Mercurius in Ungariam profectus arma, quibus adversum Principem infeliciter usus erat, in Turcam convertit. Batavorum classis Canarias depopulata, in reditu oborta tempestate, cum opimis spolijs demergitur. *Symb. & Comp. nost.*

Annus Christi 1600.

Negatis Stipendijs tumultuantur in Belgio milites nostri, ægrè ab Alberto Archiduce repressi. Quo ipso anno Mauritius Auraicus 6. Maij Castellum San-Andreanum deditione capit, & sic omnium superioris biennij victoriarum fructum Hispanis extorquet. *Buch. Chron. Belg. &c.*

Idem Princeps Neoportum obsidet, ubi congressus cum ipso Archidux, vincitur, sed novo occurrente exercitu, Mauritius in Hollandiam se recipit. *Chron. Cit.*

Sigismundus Battorius, olim Transylvaniæ Princeps dum eam recuperare conatur à Mich. Walacho profligatur, hic vero propter crudelitatem à suis paulo post desertus, & à Georgio Basta oppressus, Pragam proficiscitur, ad objecta sibi crimina responsurus. *Bucholc. &c.* Canissa à Turcis expugnatur, frustra parante subsidia Mercurij Duce, & rem aliàs fortiter agente, cum ipsi supremus militiæ honos à Cæsare delatus esset. *Rer. Ung. script.*

Annus Christi 1601.

Victoriã insignem è Turcis refert Mercurij Dux, Rudolphi Cæsaris Archistrategus AlbaRegali expugnatâ. Tentavit fortunam eodem anno Ferdinandus Archidux, sed dissimili eventu, cum Canissam obsidens, solvere cogeretur. *Chron. Ung.* Albertus Belgij Gubernator, Bredam obsidione cingit, non nisi triennio post occupandam. *Chron. Belg.*

Mauritius Auraicus Bergam & Norsam deditione capit, Sylvam-Ducis etiam agressus, sed irritâ obsidione. *Cit.*

Michaël Walachus, de conjuratione nova suspectus, cum vocatus ad Georgium Bastam venire recusaret à Walone quodam confossus & capite truncatus perijt, quo etiam anno Gebhardus Waldtpurgius Elector quondam Coloniensis gravissimi belli auctor, exul Argentinæ, miserè perijt, 21. Maij. *Bucholc. &c.*

Annus Christi 1602.

Mercurij Dux rebus præclarè gestis immortalis, religiosissimam ut vitam vixit, ita religiosissimè moritur Norimbergæ, dum in patriam properat, ejus corpus Parisios translatum est, in Belgio dum rursus tumultuantur nostri, Mauritius Graviam occupat, Ostendæ interim obsidione non sine gravi subinde partis utriusq; detrimento, protractâ. *script. rer. Belg.*

Genevam hoc etiam anno furtivâ irruptione sed irrita occupare conatus est Sabaudus. Eo anno Frisiæ Comes Nordanos castigat, Emdanisque navigationem omnem intercludere conatur. Sed hi ab Hollandis adjuti, omni fere ditione Comitem exuunt. In Ungaria vario eventu res gestæ, & Pestum hoc anno nostris rapientibus, Turcæ Albam Regalem recuperarunt. *Belg. & Ung. Rer. script.*

Annus Christi 1603.

Ratisponæ solemnia Imperij Comitia celebrantur Matthia Archiduce Cæsaris fratre præsidente. Fridericus Spinola dum Hollandorum subsidium ab Ostenda avertit, gloriosè occumbit, succedente Ambrosio fratre, quo nihil illustrius Duce Belgium postea habuit, quique orbem fama implevit. Veneti cum Rhætis fœdus sanciunt ad decennium, quod Regem Hispan. pessimè habuit. In Ungaria nostri insignem de Turcis victori- referunt, & Hatuana arce potiuntur. Canisia item nuper nostris prærepta, Christiano captivo pulveri tormentario ignem injiciente tota pene deflagravit. Obsident Budam nostri, hostes Pestum, & varia fortunâ res geritur. *Ex div. rer. Belg. & Ung. script.*

Annus Christi 1604.

Expugnatur denique post triennij obsidionem Ostenda, ab Ambrosio Spinola deditione capta 22. Sept. & pax cum novo Anglorum Rege Jacobo constituitur, Belgæque atque Angli mutuâ commerciorum libertate plurimum ditescunt. *Chron. Belg.* Sed neque Mauritio infelicea rerum successus, Cassanda Insula, Isendickamo, Ardenburgo, & quod majoris momenti erat Schlusa Flandriæ 20. Aug. occupatis. *Cit.*

Pestum Ungariæ, vano nostrorum metu desertum à Turcis recipitur. *Chron. Ung.*

Annus Christi 1605.

Defectionem tantam nostro orbe & Ecclipsim dedit hujus anni syderum cursus, ut die nonnullis locis in noctem verso rustici & mercenarij fugâ in domos festinarent, bruta animantia hærerent attonita, & multi mortales turbatas naturæ leges inclamarent, *Iac. Gord. &c.*

Stephanus Borzkaius Ungarus, Joannis Jacobi Barbiani Belgiosæ Comitis tyrannide compulsus à Cæsare deficit, & libertate Religionis Ungaris nequiter promissâ, magno plausu auditur accessione multorum aliquas paulo post victorias consequutus, quem Turcarum Sultanus aurea Uladislai Regis corona donat. In Belgio Spinola Lingam & Oldenselium; Busquoius Comea Wachtendunċum & Cracoviam occupant. In Superiore Germania, quietis aliquandiu rebus, Brunsvicum hoc anno Henricus Julius Dux Brunsvicensis ex inopinato, sed frustra tentat, feliciore successu occupante Padebornam Theodorico Fürstenbergio ejus loci Episcopo, & Liborium Consulem rebellium Principem vivum in 4. partes secari mandante. *Div. rer. nost. script.*

Annus

Annus Christi 1606.

In Belgio Spinolæ felicissimi progressus celebrantur, Reinberga, Grolla, Locheno, plurimisq; aliis receptis munitionibus. Botzkaius potitus hoc anno Transylvania Moldavia & Walachia etiam Strigonium voluntaria deditione accipit; Verum inclinatione Turcicarum rerum, & morbo prægravante impulsus ad ineundam cum Rudolpho Imp. pacem, eâ Viennæ 14. Sept. constituta, fine anni 30. Dec. extinguitur. *Rer. Vng & Belg. script.*

Sed & eodem annoRudolphum inter & Turcarum Impp. in annos 20. pax sancitur, *Buch. &c.*

Annus Christi 1607.

Ungari, quod moriturus monuerat Botzcaius, ad obsequium legitimi Domini redeunt, & coronam Rudolpho Cæsari deferunt, ab eodem in gratiam recepti, qui hoc ipso anno Ratisponam ad Comitia insigni pompa 700. equitum ingressus est. Proscribitur hoc anno ob demerita, oppidum Donaverdanũ, quod Bojorum Dux Maxmilianus mense Decembri armata manu occupavit. *Chron. Germ. Hist. Vng.*

In Belgio adnitentibus Cæsare, Gallo atque Hispano induciæ factæ, eum pax non posset; interris nihilominus & paratis ad intercipiendam classem cum auro Indico Hollandia, eamque invadentibus & superantibus, auro tamen subducto & servato. *Chron. Flandr. & div. rer. Germ. script.*

Annus Christi 1608.

Inito cum Ungaris fœdere Heiduccos hoc anno rebellantes opprimit Matthias Cæsaris frater, quod Rudolphus in deteriorem accipiens partem, in fratrem armatur, ægrè demum, opera Cardinalis Dietrichsteinij pace inter dissidentes conciliata, eum & Archidux effervescens, cum exercitu viginti millium Pragæ immineret, Is ipsus hoc etiam anno, Ungariæ Rex 19. Novemb. coronatus est, & summo in pretio deinceps Ungaris habitus. In Transylvania novi tumultus excitantur, electo ab incolis, defectionem novam molientibus, Gabriele Batorio. *Ex div. script. & symb. nost.*

Annus Christi 1609.

Voce præconis publica, summoomnium provinciarum plausu, duodecim annorum induciæ nostros inter & confæderatos Belgij, Antverpiæ promulgantur. Matthias Rex Ungariæ Austriacis Religionis libertatem permittit, nec multo post, idipsum, datis litteris, ut vocant, Majestaticis, Rudolphus Imp. Bohemis & Silesijs annuit. Mortuo Clevensi absque liberis, Neoburgius Dux, & Brandeburgius Marchio, graviter colliduntur, de jure in Ducatus illos quisque multa prætendens, neuter quidpiam remissurus, quos tamen inter Mauritius Hassus pacem composuit, ita ut conjunctis animis & viribus in defensionem Juliacensium ditionum incumberent. *Cit. script.*

Annus Christi 1610.

Unio præcipuorum Principum & Statuũ Protestantium Halæ Suevorum sub initium anni firmatur, quo eodem conventu Christianus Princeps Anhaltinus belli Juliacensis Imperator creatus, hoc ipso anno, Juliacum cum Mauritio Nassovio obsidione cingens, deditione occupat. Pulsis autem Leopoldi Archiducis præsidiarijs, & positis armis, lis judicanda Judicibus Coloniæ permittitur. In Austria religionis libertas, quatuo etiam seu plebeio statui à Matthia Rege permittitur. Ardet bellum Alsaticũ: in quo Dachsteinium, & Molzhelmium à Principibus unitis occupantur, & non leviter toto Imperio trepidatur. *Cit.*

Annus Christi 1611.

Motus ingens Germaniæ concitatoribus præcipuis Friderico Electore Palatino, Christiano Anhaltino, & Joachimo Ernesto Anspacensi, qui perniciosissima conjuratione, Tragediæ, quam spectamus etiamnum, tanto ante præludunt, in omnem occasionem inchoandi belli intenti,& jam arrepturi, nisi celetius opinione Rudolphus Imp. & Matthias frater reconciliati fuissent, hoc nunc Bohemiæ etiam Rege salutato. Ausus impudenter Anhaltinus, inaperto capite alloquiCæsarem, multaque insolentius per literas Halla missas, in minas erumpere, ut quid cum conscijs molitetur, jam tunc satis innotesceret. *Rer. Germ. diversi script.*

Sed & bello tam diuturno, initium dari visum, cum hoc ipso tempore Hussitæ Bohemi Brunoviæ, absque consensu Abbatis legitimi Domini, templũ molirentur, nec dehortantem Regem responso dignarentur. *Cit.*

Annus Christi 1612.

Moritur Rudolphus Imp. 10. Jan. cui Matthias, suffragijs Electorum succedit, Francofurti electus, & 24. Junij coronatus, Ex quo tempore, arma nonnihil per Germaniam quievere, Matthia nihil magis curante, quam ut Ungariæ Turcicis armis obnoxiæ prospiceret, & ob idipsum Comitia Ungarica in annum sequentem cogitante. Interim pace Germaniæ reddita Patrũ Societatis opera & exemplo, novam revera faciem induit Germania, & pietatis, & litterarum studijs ad miraculum instituta, ut nullum unquam ab orbe condito sæculum, tot eruditos habuisse, nedum Germania nostra, superiori ætate incultissima, videatur. Diversis item Religiosorum ordinibus ad primævum sui Instituti fervorem aspirantibus, tantâ fidelium in Religiosos viros & sacras ædes propensione & liberalitate sese prodente, ut quæ culmum Divinum spectant, Salomonis exemplo, aurea omnia vellent, aureum pietatis exemplum, nisi invidiæ auctor postea everosset, aurei sæculi illustrissimum monimentum, posteritati relicturi. *Symb. & Comp. Eccl. Hist. &c.*

Annus Christi 1613.

Adversum Catholicos, quos tamen ipsi vexaverant, & jam internecioni destinaverant, solemnibus Ratisponæ Comitijs, querelas plurimas confingunt Protestantes, nihil porro ut restaret Catholicis, quam ut justissimas opponerent, & expleta partim, partim meditata hostium consilia orbi proderent. Verum Betbleno Gabore, ope Turcarum Transylvaniam contra Gabrielem Bathorium occupante, cum à Turcis haud leviter timeretur, prorogati Comitiorum dies, & contra Turcas quæsita & promissa auxilia. *Comp. & Symb. nost.*

Annus Christi 1614.

Regis Catholici in Belgio res prospero successu promovet Spinola; idem Cæsaris etiam contempta imperia strenuè ultus, cum nonnullæ Urbes, paratæ pridem seditionis malè consciæ, effuso ad plebeias

plebeias etiam aures rumore, clandestina palam jactarent, easque inter Aquisgranum & Mülheimium, Cæsaris jussa palam contemnerent, ob idipsum, ab Ambrosio Spinola hoc ipso anno expugnatæ, & ad obsequium Imperatoris reductæ. *Chr. Belg.*

Prodigia passim in cælo seu aëre conspiciuntur, per Bohemiam inprimis, præludia manifesta, sequuturarum paulo post calamitatum, *Comp. & Symb. nost.*

Annus Christi 1615.

Imperator Turcarum, dum maximè metuitur, ingentesque fiunt cùm in Ungaria tùm Germania ad ipsum avertendum impugnandumque præparationes, spectatissimâ missâ legatione, pacem exambit, quæ ipsum inter & Cæsarem, ad annos viginti, Viennæ sancita est.

Suas interpretati injurias, Aquisgranansium, Mülheimensium, & Donaverdanorum castigationem Protestantes, eo insuper irritati, quod recens conversus ad Romanæ Ecclesiæ gremium Wolfgangus Wilhelmus Comes Palatinus Dux Neoburgius, subditus secum sentire cogeret, proscripto penitus ex omni provincio Lutheranismo, rerum suarum pro virili satagunt, & jam non obscurè minantur. *Ex Symb. nost. Eccl.*

Annus Christi 1616.

Anseaticæ Civitates ob factum cum fœderatis Belgij ordinibus fœdus Cæsari se purgant; indignè ferentibus Protestantium plerisque honorem aliquem supremo capiti deferri, qui nimirum ad Helvetiorum mores & libertatis spem vanamque speciem, pridem respexerant. In Belgio Dortmundam & Susstum nostri occupant, quorum etiam præsidia Lippienses admittunt. In Austria, luna visa est, calvariam hominis demortui referre, circa quam alias galea apparuit, eadem paulo post in draconem versa, qui Lunam ipsam deglutiret. Gabriel Bethlenus, collecto duodecim millium exercitu Ungariæ fines devastat, monitus tamen arma ponere nunc quidem posuit, in Transylvaniam cum suis regressus. *Div. rer. Germ. script.*

Annus Christi 1617.

Dum Paulus VIII. Rom: Pontifex solemnes, ut vocamus Indulgentias sive Gratias in forma Jubilæi fidelibus indicit, Protestantes non minus solemnizare visi, Jubilæum Religionis suæ anni centenarium, magno omnium plausu concelebrant. Celebrant eodem anno Conventum Principum Heilbrunnæ, frustra dehortante Cæsare, ut à confœderationibus abstinerent, qui & ipse Comitia solemnissima in Bohemiam indicit, quibus Archidux Ferdinandus à Bohemis Rex salutatus est. *Auct. cit.*

Annus Christi 1618.

Grandi nunc denique Germaniæ malo, initium datur funestissimo bello, quod tanto deinceps tempore, nullam non Imperij provinciam afflixit, multa centena hominum millia sustulit, infinita fortunis omnibus spoliavit, quod levi ex causa in Bohemia primum erupit, dum Ferdinandus Rex absens, Ungariæ Rex salutaretur, per cujus absentiam, eoque invito & redamante Bohemi Comitia celebrarunt, officijque admoniti à Cameræ Bohemicæ præside Guilielmo Comite Slabata, adeo indignè tulerunt, ut ipsum & Jaroslaum Borzitam Regni Mariscallum, cum Philippo Fabricio Secretario, è fenestris Cancellariæ Regiæ, altitudine amplius 40. cubitorum crudelissime deturbarent; mox Sacramento subditos adstringerent, milite cogerent &c. ut cogeretur, frustra admonitos, immisso exercitu perterrefacere, Cæsar si fortè tunc resipiscerent, ipsis nihil malentibus, quam ut suum tē stari furorem armis possent, quibus certum erat familiam Austriacam funditus exscindere, & Catholicos fortunis & bonis omnibus exuere.

Annus Christi 1619

Excedit à vivis 20. Martij Matthias Augustus, cui Electorū votis subrogatur Ferdinandus II. Ungar. & Boëmiæ Rex 28. Augusti, Princeps, siquis ullus alius, Religiosissimus; quem tamen, nuper à se tanto plausu electum Bohemi hoc anno execrati rejiciunt, evocato Friderico Palatino, qui alieno Regno sponte incubans 4. Nov. coronari se passus est, ausus etiam cum conjuratis extra Bohemiam bellum proferre, Turriano Comite Tragœdiæ Duce, Viennam ipsam obsidente, quem Bucquoius Comes non semel insigniter contudit, & cum exercitu ad Nadlitiam primum, mox ad Longelosam, demum ad Sitsendorffium profligavit. Gabriel Bethlenus, ex amico, nunc spe proferendi Regni inimicissimus, nequid minus Palatino auderet, alterum ipse Regnum invadit, & Ungariam occupat.

Annus Christi 1620.

Laborat si unquam antes, motibus intestinis, juratis odijs & gravibus ærumnis Germania, Acatholicis in tantâ patriæ jactatione, cæde civium, innocentium oppressione triumphantibus. Ungari necquidquam dehortante Cæsare cum Bohemis cōfœderantur, & sceleratissimum Bethlenum Regem creant, & coronant. Fuitque varijs prælijs memorabilis annus, Lusatiam Saxone, Moraviam Bucquoio recipientibus, Tampierio Comite in ipsâ Victoriâ & expugnatione Posonij gloriosè occumbente; superioris etiam Austriæ rebellibus domitis, ipso denique rebellionis capite Friderico Palatino, prælio cruentissimo ad Pragam triumphato 8. Novemb. quæ Dominica fuit, & Evangelium: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari* habuit; hostium decem millibus cæsis & flumine mersis. Parisius Comes Lodronius Salisburgensium Archiepiscopus, cœptū ab antecessore Marco Sittico Gymnasium, Universalis studij titulo insigniendum curat, & PP. Benedictinis in perpetuum confirmari impetrat, ut profligatæ alibi Musæ inter montium penitiores recessus asylum quæsisse videas, & ab ijs, quorum patrocinio, ante mille & amplius annos sedem primò in Germania figere cœperunt.

Annus Christi 1621.

Ungari, quod Bethlenus Tartaros Regno inducere pararet, graviter offensi, Cæsari reconciliantur, opemque implorant, felici rerum successu, donec morte Bucquoij ad Neosolium occisi, animus Bethleno cresceret, mox iterum desperanti curis Posonium frustra tentaret. Mansfeldius Bohemia pulsus octodecim millium exercitu Palatinatum superiorem invadit, quem cum Tillius & Baurius, ille Boicarum, hic Franconicarum Copiarum Duces, nimium urgerent, pugna ad Weidhusium æquo ferè Marte

sarte certatum est, quam quod ex parte nostra rius perijsset. Sed superveniente non multo post o Principe, circumventus Mansfeldius, pecuni- pactus, mentitusque obsequium, ubi periculum fit, fidem rupit, & Cæsaris se hostem esse apertè fessus est. *VVassenbergius & belli Germ, script, diversi.*

Annus Christi 1622.

Metuens pejora Bethlenus, Ungaris omnino mo aversis, posito fastu & titulo Regio, Cæsari onciliatur. Sed & uno panci alij hostes humiliati c anno sunt, Mansfeldius iterum & post ipsum denus Marchio, qui belli apparatu vix aliquando o, insuperabilis sibi visus, ad Wimpfenam supe- tus est, tantâ clade, quæ spem omnem tolleret nuo emergendi. Ausus & pedem conferre necse- el, Christianus Halberstadensis, Brunsvici Dux, l Mœni ripam cæsis 4. millibus, pluribus Mœno ersis à Tillio, Corduba, & Anholtio nostris gravi- r attritus, eodemque anno ab iisdem fugientem n Brabantiam usque consequentibus, denuo profli- atus est, iterum 4000. occo destinatis. *Comp. nost.*

Annus Christi 1623.

Victoria non una hoc anno Ferdinandus Cæsar otitus; eâ inprimis, quâ Tillius & Anholtius um exercitu modico, quinque millium scilicet, lalberstadensem triginta millia adducentem non ine præsentis Numinis ope Duces religiosissimi tri- mpharunt, cum tam pauci nostri, ad quinque mil- ia totidem ipsi sternerent, & multo insuper plu- es, ad sex millia in vincula traperent. Bethlenus nira mutabilitate & perfidia Ungarum denuo inva- dere ausus, auxilia insuper Turcarum invocans & octuaginta millia eorum imperrans, expertus & ipse rursum DEUM pro Ferdinando stare, manum Do- mini gravem sensit, cum de tot simul & undique ho- stibus Cæsar triumpharet.

Annus Christi 1624.

Elector Imperij renunciatur hoc anno Maxi- milianus Bavariæ Dux, firmissima Catholicæ Reip. columna, perculsis haud leviter Protestantium ani- mis, & Anglo Rege tanto nunc ferventius in patan- da arma & restituendum generum Frid. Palatinum incumbentibus. Cæterum continuato bellorum a- pud nos cursu prosperiora etiamnum contra rebel- les omnia, donec aliorsum quam debebant, arma transferrentur. Turca Bethleni fraude & in Ferdi- nandum Cæsarem compertâ perfidiâ graviter offen- sus, suos quamprimum revocat, quo territus Bethle- nus, iterum Cæsaris toties tentatam gratiam pro- missis aggreditur, & facilè pacem impetrat.

Annus Christi 1625.

Novo adducto ex Anglia Gallijsque exercitu, miserè exercent afflictissimam patriam Halbersta- densis & Mansfeldius, scelerum suorum omni po- steritati memoriam consecrantes, nullo tamen me- morabili belli fructu, nec ex præda quidem, cum licentia militari demum se ipsos deprædarentur, & omnis ille apparatus per se ipsum deflueret. Fervet eodem tempore bello Rhætia, fervet Italia, stringit in Germanos arma Anglia, Dania, Gallia, ut nemo non impendere Germaniæ exitium, ominaretur.

Hoc eodem anno Ferdinandus III. postea Imp. 18. Decemb. Ungariæ Rex coronatur.

Annus Christi 1626.

Evocantibus confœderatis, & concitante An- glo Daniæ Rex, insigni in Germaniæ aream produ- cto exercitu Cæsarem & Catholicos eversos cupit, ita tamen à nostris exceptus, ut singulas ferè pugnas tristi suorum clade consignaret, & hoc quidem anno non semel, ad Calenbergam inprimis, dein Loteram profligatus, ubi octo suorum millia, eosque inter Philippum Hassiæ Landgravium desideravit. 27. Aug. Nec melior fortuna Mansfeldio fuit, qui à Frid- landio cæsa ad Dessoviam quatuor millia luxit. Beth- lenus in omnem perdendi Cæsaris occasionem in- tentus novo motu, nova & ipse movens, in Ungari- am irrumpit, auxiliaribus Mansfeldio, Vinariensi, Tartaris præterea & Turcis confisus, quorû tamen omnium inanes iras nostri eluêre. Polono jam penè à Suecis oppresso, & opem imploranti, missis auxilijs Cæsar, hoste fortiter repulso, causa Gustavo Regi fuit, ut iras non decoquens, bellum postea Cæ- sari pararet, & tantâ denique cum clade infer- ret.

Annus Christi 1627.

Totus Prodigiorum hic plenus est annus, uni- versum Luce infundens nova, ut cælites quasi renasci in terris viderentur, cum inciperati plurima ante sæ- cula, primi Germaniæ Apostoli, etiam in oculis A- catholicorum, grandibus miraculis se proderent, & cladem quæ obventura erat patriæ præsignaturi, & lætos denique post tot adversa Christianæ fidei suc- cessus prænunciaturi. Ipso anno Generali Cæsaris mandato Protestantes ex Austriæ Provincijs excede- re jubentur, pax cum Turcis renunciatur, resque in Rhætia componuntur, sed & cum Bethleno pax san- cita firmior deinceps mansit; Mansfeldio interea varia Silesiæ loca occupante, quem tamen subsequu- tus paulo post Fridlandus ea omnia recepit. Sed & contra Danum hoc anno res prosperè gesta, isque non una clade à nostris obtritus est. Mortuo Man- tuæ Duci 26. Decemb. Nivernensis jure proximus succedit, cui & Cæsar & Hispanus honorem modo gratulati sunt. Coronatur eodem anno Ferdinan- dus III. Bohemiæ Rex Palatino etiamnum, inanem tamen, Regni titulum usurpante.

Annus Christi 1628.

Variante repente fortuna, ille ante Principum studijs salutatus Princeps, Nivernensis & Mantuæ Dux potentissimos modo hostes nactus, Hispanum & Cæsarem adversarios habet; inque ipsum, per- niciosissimum illud rei Catholicæ Italiæ bellum, ceu in jura Imperatoris violantem adornatur & appara- tur. Eodem anno dum Magdeburgenses Electo- ris Saxonis filium, Administratorem Episco- patus deligunt, reclamante Cæsare, & Urbano Pon- tifice Cæsaris filium promovente ac designante, graviter Acatholici, & Saxo inprimis ipse offen- duntur.

Annus Christi 1629.

Malo Germaniæ & Catholicæ rei pessimo, fu- nestissimum illud non tam Mantuæ & Italiæ; quàm patriæ nostræ bellum Italicum magno appa- ratu & plausu cùm militum nostrorum, tum maxi- mè hostium suscipitur, eoque depressis jam penè A- catholicis via sese recolligendi & ulciscendi conce- ditur, hostes plures redduntur, eosque inter poten- tissimus Galliarum Rex ad arma exstimulatur, pon- tifex ipse graviter offenditur, Italiæ Principes exa-

N sperantur,

ſpetantur, Suecus auxilijs Cæſaris à Polono nuper repreſſus ad reddendas pulcherrimâ occaſione vices accenditur & à Proteſtantibus exoratur ac penè adjuratur, accedentibus præterea alijs cauſis, & gravibus maxime exactionibus, ac novo Cæſaris edicto, quo quaſi à plenè jam triumphatis, bona Eccleſiaſtica per contractum Paſſavienſem repetebat. Hollandi eodem anno rem ſuâ promovent & Sylvæ Ducis expugnant. Moritur Gabriel Bethlenus 15. Nov. & 40. Ducatorum millia Cæſari, totidemque Ferdinando III. Ungar. Regi teſtamento legat.

Annus Chriſti 1630.

Unum deeſſe Proteſtantibus videbatur, plerisq; Ducum è tot acceptârum cladium memoria trepidantibus, caput ſcilicet fortunæ deinceps ad libitum fingendæ, pro quo ipſum ſe obtulit Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex, proſperrimis quamprimum ſucceſſibus in Imperium movens, quem delatum in Pomeraniam patentibus illico portis Stetinenſes excepere, ridentibus ad fortunam noſtram Italis, Gallis, Danis, Hollandis, Rhætis, Acatholicis univerſis, cum ſibi interea de expugnatâ Mantua noſtri brevem admodum plauſum feciſſent.

Comitia eodem anno Ratiſponæ celebrata, & fruſtra de rebus componendis conſultatû, cum magnis utrinque molitionibus bellum pararetur.

Reſtituta eodem tempore in Edicti Cæſarei per Wirttenbergiam Cœnobia, eoque non parum animi adverſariorum irritati.

Annus Chriſti 1631.

Conventum Proteſtantes Lipſiæ celebrant, quo alia inter illic geſta, datis ad Cæſarem literis, quæ paſſim extant, graviter queruntur, violatamq; Germaniæ libertatem contendunt, quam tamen optimus Imperator culpam à ſe facilè amolitur.

Nihil proin quam arma, neces, incendia utrioq; intentata, ſtimulante hoſtes everſi Magdeburgi 20. Maij triſtiſſimo exemplo, triginta mortalium millibus ferro atque igne ibidem perennibus, ſed præliû ad Lipſiam noſtrorum & vires omnes & animos fregit, quo 7ma. Septemb. lectiſſimorum militum octo millia deſiderata ſunt.

Inde Lipſiâ capta ac dein Francofurto in Franconiam hoſtis movit, clavemque ejuſdem Königshofen, tum etiam Herbipolenſe caſtrum expugnavit. Saxo fidiſſimus olim Cæſari, nunc & ipſe hoſtis Bohemiam & Pragam occupavit, Papenheimio interim pro Cæſare rem fortiter agente, & nunc Baudiſium, mox Lunæburgium, nunc Todium, dein Panerium alioſque velut alterum belli fulmen rotos exercitus, non tam diſſipante, quam etiam diſſlante,

Annus Chriſti 1632.

Valedicit mortalibus alter ſui ſæculi Judas Machabæus, Generalis noſter Bato Tillius, qui prælio ad Rhainam 15. April. lethaliter vulneratus paulo poſt Ingolſtadij, novercantis fortunæ ludibrium, triumphatas ſæpius à ſe terras fugâ emenſus, bis cæſus, bis caſtris exutus, ſibi tamen Deo que conſtans ac fidelis, poſtremam diem, miſerè ac piè clauſit.

Nec diu Triumphator ille Germaniæ Guſtavus Rex victis inſultavit, hoc ipſo etiam anno cruentiſſimo illo ad Luzam prælio 16 Novembris interemptus, quo & victor noſter dextra Ferdinandi Cæſaris ac Tillij manus, æterna Germanæ Nobilitatis gloria, idem Scipio, Hector, Achilles, Hercules, Alexander, Julus, Pappenheimius noſter cecidit, lætus tamen vitâ excedens, quod in cauſa tam ſancta, tam glorioſè pro Deo, pro Cæſare, pro patria, & paululum Regi ſuperſtes, Guſtavum Adolphum, illum tot provinciarum domitorem, occubuiſſe ſimul, & jam mortuum intellexiſſet.

Annus Chriſti 1633.

Non minus ſegniter rem gerunt, qui cæſi ſupero anno Regis partes occupant, Oxenſtirnius primas, tum Hornius, Lunæburgius & Vinarius. Hic junctus aliquandiu Hornio, hoc adverſum Feriam atque Aldringerum relicto, Neoburgum, Aichſtadium, Kelheimium, Neoſtadium ſubigens, ſummis repente viribus Ratiſponam aggreditur expugnatque, cujus tamen felices progreſſus, non multo poſt Joannes à Werda, paucorum Equitû, quibus præerat præſidio, multiplici interceptos clade, intra Iſaræ fluminis ripas coërcuit. Multo felicius rem apud Viſurgim geſſit Dux Lunæburgius, qui Hameliam obſidens, dum ſummis viribus magna fiducia, à Merodio, Bonninghauſio atque Grundsfeldio petitur, commiſſo apud Allendorpium prælio, memorabili clade eoſdem profligat, cæſo ipſo Merodio, dein Quadio & Dyncladio tribunis, cæterorumque quinque millibus deſideratis, Hamelia quoque in præmium victoriæ capta. Hornius maximo conniſu Conſtantiam Potami ſed nec quidquam obſidet. Ipſo anno Conventus Proteſtantiû Hailbronnæ agitur, in quo fœdus Suecicum confirmatur. Ludovicus Galliæ Rex, Germanico item bello intentus, ut Ducem Lotharingiæ à partibus Cæſaris abſtraheret, multa ejus oppida occupat, & Nancejum robuſtiſſimum provinciæ propugnaculum poſt longam obſidionem deditione capit.

Annus Chriſti 1634.

Conſpiratio inprimis metuenda Wallenſteinij Archiſtrategi Cæſaris, detegitur, atque ipſe cum conjuratis repente opprimitur, & mactatur. Armis induitur Ferdinandus III. Rex Ungariæ, feliciſſimus & inſuperabilis viſus, dum ipſe rebus adeſſet, qui hoc anno Ratiſponam expugnans, varia deinceps loca potenter recuperat, Nordlingamque obſidens auſum congredi hoſtem grandi omnino ſtrage, cæſis duodecim, captis Hornio Cratzio & ſex millibus, profligat. Relata trecenta utriuſque generis ſigna, octuaginta majoris machinæ tormenta curulia, impedimenta denique omnia, apparatuſque militaris univerſus. Ita rebus ex animi ſententia confectis, Ferdinandus Rex, rerum militarium cura deinceps Galaſſio commendata Viennam revertit, magna illic Patris Auguſti, Aulæ atque urbis gratulatione exceptus. Cæterum Saxo rem ſuam agens Budiſſino & Gorlitio, neque minus rerum ſatagens Georgius Dux Lunæburgius, Hildeſio & Minda potitur.

Egregio Strategemate Philippopolim validiſſimam ad Rhenû munitioné Gaſpar Bambergerus recipit quam añoſuperiore Galli magna auri vi à Suecis redemerant, Cæſariani deditione Auguſtam, & varias urbes occupant. Paciſcitur cum Saxone Cæſar

cuj

cui Paci variæ Imperij urbes accedunt, Norimberga primùm dein Ulma, Francofurtum, aliæque: sed & Elector Brandeburgius, Georgius Lunæburgius, Guilielmus Vinariensis plures alij Principes Comitesque, solo pene Wilhelmo Hassiæ Landgravio, arma adversus Cæsarem retinente & Bernardo Vinario Duci sociante, cæterum Sueci à communi Protestantium pacificatione exclusi, indictis Stockolmium Comitijs toti instaurandis armis incubuere; quo ipso anno Gallus bellum Cæsari palam denonciavit. Idem annus pestilenti lue gravis Germaniam pressit, & tantum non, quos arma reliquos mortalium fecerant, extinxit, cum rerum extrema penuria multi ad nefandos atque abominabiles prorsos cibos compellerentur.

Annus Christi 1636.

Saxonem Cæsari fidum omni conatu eversum Sueci volunt, totisque aggrediuntur viribus, quem apud Wittstokium gravi clade atterunt. Hassi Westphaliam, Galli Burgundiam, Cæsariani atque Hispani Galliam invadunt, hos in Belgium potenter rejicit Rex Ludovicus, illos fames, quam ipsi, omnia populando improvidi fecerant, reverti cogit, cum justo prælio majorem cladem accepissent. Comitia Ratisponam indicuntur, quibus Romanorum Rex eligitur Ferdinandus III. Leodium gravi seditione jactatur; sed & Transylvania Georgio Ragozio ejus Principe & Isthuano Bethlenio, Gaboris quondam fratre inter se graviter collisis, sat graviter periclitatur, donec Bethlenius, ope Turcarum, bello tunc Persico, destitutus, pacisci cogeretur.

Annus Christi 1637.

Mortalitatem exuit Ferdinandus Imperator inter sanctissimos Principes nemine secundus. successit Ferdinandus III. Princeps incomparabilis pietate. Bannerius Sueciæ militiæ supremus Præfectus oppressis aliquot, etsi media hyeme Saxonis legionibus, subita vi Torgam expugnat, imminensque similiter Lipsię, dum à Trandorffio ibidem fortiter excipitur & eluditur, à superveniente demum cum Cæsarianis Saxone Torgam repellitur. Mox inde quoque ejectus etsi Vrangelij auctus copijs, magna felicitate in Pomeraniam usque propellitur. Ehrenbreitsteinium castrum munitissimum Gallis eripit Heros Werdius, Bredam Hispanis Hollandus, frustra tentante liberationem Ferdinando Cardinale Belgij Gubernatore.

Annus Christi 1638

Felicius quam superiore anno tractant arma Sueci, Cæsarianosque Pomerania expellunt. Harzfeldius Carolum Ludovicum & Rupertum Palatinos fratres insigni profligat clade, intercepto etiam Ruperto, & ad Cæsarem misso, cum alter in fuga præcipiti vix evaderet, submerso per Visurgim curru auriga & equis, ipso pedes Mindam properante, & se recipiente Cæteri Cæsaris Duces longè infelicius rē gerunt, cæsis Vinariensi Bernardo, Verdano, Savellio, Sperreutero & Enckefordio, & quod ad cumulum luculentissimæ victoriæ, ijsdem Ducibus captis, solo Savellio per incuriam custodum paulo post elapso, cæteris in fabulam Parisios missis. Inde Vinarius Brisacum tentat, & obsidione cingit cujus liberationi dum intendit Joannes Görzius, apud Wittenweijerām acri congressus prælio Vinarius post quinque horarum ancipitem luctā victor evadit, Görziumq; præcipuis Cæsarianorum cæsis in Wirttenbergiam rejicit, currud annona onustorum ingenti numero (supra octingentos fuisse feruntur) Vinariensib' relicto. Sed & Carolo Lotharingo, Lamboio & Golrzio, liberandæ urbis consilium capientibus, tertiâ Vinarius brevi tempore victoriâ, de Lotharingis juxta Thannam triumphat. Nec multo pòst quartùm, cū Görzio acceptam nuper cladem ulturo, & Lamboio congressus, memorabili felicitate universos propulsat, coactamque desperatione urbem eousque visam inexpugnabilem redigit in potestatē. Hollandi Calloum occupant, paulo post ab Hispano exturbati.

Annus Christi 1639.

Vinarius Victoriarum satur ducto hybernatū in Burgundiam exercitu, postquam omnia militi licuissent, laboresque solatus rerum omnium copia esset, dum adulto vere, victorijs denuo inhiat, morte apud Neoburgum Alsatiæ interceptus, curam exercitus quatuor supremis tribunis, Erlachio, Nassovio, Rosæ & Oebmo reliquit. Hi auro deliniti Gallico, ad partes exteri Regis, dicto ei Sacramento certis conditionibus transeunt, clavemq; Regni Germanici Brisacum munitissimā urbem, eidem offerunt. Sueci Banerio Duce, confirmata cum Saxoniæ inferioris circulo neutralitate, in Saxoniam effusi ac Thuringiam mox in Franconiam, tùm in Marchiam Brandeburgicam, iterumque in Saxoniā & Misniam, dum hostiliter omnia populantur, multaq; loca occupant ad Fridbergam deniq; à Cæsarianis Saxonicisq; fortiter repelluntur. Verum non multo post repulsam ultus insigni victoria Bannerius, cæso Marzinij Cæsariani Ducis ad Chemnitium exercitu, signa equestria quadraginta, pedestria duodecim, tormenta curulia viginti retulit, captis impedimentis, apparatuque militari haud contemnendo. Inde in Bohemiam movens, cæsis octo, quæ transitum impedire conabantur, legionibus Brandisium occupat.

Cæterumne latius progrederetur, tentata jam ad terriculamentum Regni metropoli Praga imminens hyems, & objectis subinde legionibus Heros Mansfeldius, impedivit. Ipso anno, dum excusata valetudine Galassius missionem peteret, Cæsar exercitui fratrem præfecit, evocatumque è Belgio Picolomineum adjunxit, cujus consilio monitisque bellum administraret.

Annus Christi 1640.

Auctis undecunque viribus Cæsaris, Archiduce ducente exercitus Bohemiam purgat, & Bannerio imminet, quem pene oppressum multitudine à periculo eximunt, Dux Lunæburgius & Longovillanus. Neq; elici se passus est hostis ut cum tanto exercitu signa conferret, toto sic vere anno, absque magno fructu extracto, quam quod Cęsarianos in agro Brunsvicensi hyberna designantes, ipse collibus insessis non solū averteret, sed id maxime ageret, ut amicas provincias devorarent, suosq; quodammodo nervos ipsi inciderent. Porro inter flagrantium bellorum incendia non omissa hoc anno, uti alias sępè pacis consilia, Colonię inprimis atque Lubecę, quę cum minus succederent, Cęsar media ęstate, Comitia Ordinum Imperij Ratisponam edixit, eoque magno se Comitatu ipse contulit.

Annus Christi 1641.

Bannerius initio anni magnis itineribus per Thuringiam Misniamque in Palatinum superiorem

N 2 contendens

contendens, occupato Chamo, Glattavia Sulzbachio aliisque locis ad ipsa Ratisponæ mœnia promovet, Cæsarem procul dubio, congregatosque pacis studio proceres, simul omnes intercepturus, si omissis populationibus, integras exercitus vires, uni urbi impendisset, dato Cæsari spatio, communiendæ validiori præsidio Ratisponæ. Luit non multo post Schlangij apud Neoburgum intercepti, cum quatuor millibus è flore exercitus lugubri sorte demeritatem, ipse in extremas quoque redactus angustias, evertendus omnino atque extinguendus, si fortunæ suæ Cæsariani institissent. Mortem nihilominus ea fuga etsi præcipiti non effugit, morbo primum haud periculoso tentatus, quem cum bomo militaris parvi faceret, eo invalescente ad XIII. Cal. Jun. extinctus est. Ipso anno, haud magno operæ pretio, Comitia Ratisponæ finita sunt, cumque exigua spes pacis appareret, de continuando porro, promovendoq; bello actum est.

Annus Christi 1642.

Infaustus Cæsari & Catholicis Principibus annus atritis variis clade nostris, Lambojo suprimis in agro Rempensi à Vinariensibus Hassisque cæso, quà victoriâ hostes, signa militaria centum quadraginta sex, bellicique apparatus magnam vim retulêre, ipso Lombojo cum præcipuis Ducibus capto, & reliquijs etiam exercitus haud procul Juliaco, à Rosa interceptis ac profligatis. Inde Novesium victoribus manus dedit, urbs olim visa inexpugnabilis, sedes dein hostium facta, ex qua reliqua patria oppugnaretur. Nec minore felicitate Conigsmarchius, quatuor Cæsaris in Saxonia legiones in opinato adventu oppressit; Dorstensohnius autem decursa Saxonia in Lusatiam ac dein Silesiam perrumpens, capto incredibili celeritate ac fortitudine Gloggovium Cæsarianos apud Sueidnitiam fudit. Urbe dein occupata, mox Nissa subacta flexo in Moraviam itinere, multa minora oppida arcesque, & Olomucium denique metropolim expugnavit. Regressus in Saxoniam, dum Lipsiam obsider, occurrentem cum ingenti exercitu Archiducem & Piccolomineum omissa nonnihil obsidione magno animo excipit, memorabilique felicitate triumphat, verso in præcipitem fugam equitatu, peditatu ferè omni, cũ apparatu castrensi maximo, & tormentis curulibus duobus & quadraginta, in hostium pervenienie potestatem. Iterum tentata pacis consilia, præstante ea in re utilem operam Daniæ Rege, & compositionem urgente, conventumque de loco & modo, designatis ad hunc conventum Osnabruga & Monasterio Westphaliæ, die etiam præstitutâ 25. Martij præsentis anni, quæ ob brevitatem intervalli, in annum sequentem dilata est, & ulterius prorogata, & ad undecimum Julij dilata.

Annus Christi 1643.

Exercitum Saxonicis hybernis recreatum, in Silesiam atque Moraviam movet Dorsteusohnius, cujus statim adventu depulsi Olomucio Cæsariani, per cujus absentiam relictus in Saxonia Königsmarchius Halberstadium aliqua loca pulsis Cæsarianis & Saxonicis occupat, transmissoque Albi Gracoviam Generalem vigiliarum præfectum collaris contra castris profligatum Pomerania ejicit, Camino alijsque locis quamprimum recuperatis. Cæsarianis Bavaricisque fortuna hoc anno apud Dutlingam favit, ausis à Gebriani Ducis obitu dispersos destitutosque collectis clam viribus, repentino aggredi, quorum plerosque apud Duttlingam oppressere, ægre evadente qui legiones aliquot collegerat Rosa supremo Equitum Præfecto, reliquis sine ullo fere sanguine in potestatem victorum venientibus. Cæterum hanc victoriam duæ in Belgio clades hoc eodem anno excepêre, Francisco Melo ad Rottoam cum Hispanis, à Lud. Duce Anguiensi, grandi strage profligato; nec multo post Theodonis villa munitissimo Lucelburgij Principatus oppido, ad deditionem coacto, & maximo provinciæ damno occupato & Gallicis præsidijs munito.

Annus Christi 1644.

Sueci nil minus expectantibus Danis, neque denunciato antea bello, Daniam summa vi invadunt omnesque ferè vires eo conferunt, quam nacti occasionem Cæsariani, quæ per Silesiam Moraviamq; nuper occupaverant hostes pleraque facile recipiunt; Bavarici Uberlingam, Friburgumque, quos Anguiensis stupenda pugnandi alacritate pertinaciaq; in ipsis castris aggreditur, donec commeatus inopia pellerentur; inde ille magno Rheni tractu, Aureliancensis autem Grevelinga potitur, validissima Flandriæ urbe, postquam trimestri obsidione graviter pressisset & fatigasset. Cæterùm Cæsarem neutiquam in unam rem vires conferret, Ragozius distraxit, Transylvaniæ Princeps, qui haud dubia à Suecis in Dania impeditis concitatus, nescio quas causas præferens libertatis Ungaricæ violatæ, cum septuaginta millium exercitu Regnum illud invasit, cujus impetum Comes Puchemius etsi numero militum longe inferior egregiè sustinuit. Dorstensohnius autem necdum compositis in Dania rebus, Germaniæ intentus, improviso erumpens, Galassium, qui in confinibus Holsatiæ castra fixerat invadit ejicitque, quem Magdeburgum usque fugientem insequitur, omni ferè obtrito peditatu, & maxima parte capta impedimentorum, quem & illic aliquandiu circumsessum arctè habuit, donec cum eo qui superaret peditatu, ægre admodum in Bohemiâ se reciperet.

Annus Christi 1645.

Compulsus ad pacem à Puchemio Ragozius, tanto facilius impetrat, quanto majore curâ viribusque bello Suecico Cæsar totus incumbere statuerat. Quo ipso anno Danus quoque cum Suecis rem composuit, qui ut toti in Germania essent, negotium haud leviter maturârunt Dorstensohnius, ut rursum in Silesiam Moraviamque, ac si liceret, etiam in Austriam penetraret, omnes eo vires intendit, quod animadvertens Imperator, dum Olomucio liberando invigilat hostis, ut propior exercitibus esset, Pragam cum Archiduce advolat, convocatis in Bohemiam copijs universis, quibus Hazfeldium præfecerat, accedentibus insuper cum Legionibus aliquot Bavaricis Reuschenbergero & Werdio, quos omnes pugnæ avidos Dorstensohnius etiam lecto affixus & lectica circumvectus morari noluit quo minus confligerent, fortiter congressus, cadente prima in acie Generali Götzio, reliquis nihilominus strenue pugnantibus, donec inclinante post meridiem sole, fervor quoque nostrorum

strorum defervesceret atque inclinaret. Fusi fugatique nostri, ipso Hazfeldio cum præcipuis tribunorum capto, Verdano & Reuschenbergio, re desperata cum majore equitum parte, fuga sese eripientibus. Nec segniter usus victoria hostis, transcursa raptim Moravia, Iglaviam primo, mox Cremsium ac Steinam in potestatem redigit, diuque obsessum à Wallensteinio Olomucium, solâ adventus sui fama liberat. Felicius Bavari rem gessere apud Morgentheimium Mercio Duce, qui ancipiti diu pugna cum Turenio congressus, superveniente demum Verdano & Kolbio victor extitit; quam tamen non multo post victoriam, gravi clade insigniter ultus est Dux Anguiensis apud Altersheimium, quo gravissimo prælio ipse Bavaricorum Dux Mercius in acie occubuit, Comes Gelehnius cum præcipuis tribunorum captus est.

Annus Christi 1646.

Ferdinandus IV. solemnissimo ritu Rex Bohemiæ inauguratur, & Pragæ Nonis Sextilibus præsente patre Cæsare coronatur. Ipso anno Dorstensohnius gestis feliciter rebus gloriosus, excusata valetudine, suprema militiæ præfectura se abdicat, cui suffectus est Gustavus Carolus Vrangelius, qui specimen generositatis suæ editurus, initio statim veris cum omnibus copiis Visurgim versus iter instituit, ubi Hœxtera primo impetu capta, mox trans Visurgim Padebornam, Lemgoviam, Statbergam, munitissimum locum repente intercipit. Archidux cũ Hazfeldio, Reüschenbergio, Verdano, omnique Cæsariano Bavaricoque exercitu adjuncto etiam Melandro, castra apud Ilmenstadium posuit. quo comperto Sueci quoque motis castris prope Kirchaimium Hassiæ consedere. Sed cum utrosque Provincia sufficienter sustentando non esset, hostes, simulata in agrum Moguntinum irruptione subito in Franconiam, mox in Sueviam movêre, Nordlinga primùm, mox Donaverda alijsque Danubij locis interceptis. Augustæ cum imminerent à superveniente Cæs. exercitu aversi sunt. Nec porro in tantorum contuitu exercituum, singulare quid accidit, sive gestum est.

Felicior Dux Anguiensis Dunquercham, munitissimum Flandriæ portum, etsi quatuor millium præsidio custoditum, abstulit, quo ipso tempore, Cortracum quoque, Winoxberga & Mardiccum Hispanis erepta sunt, & Galliæ signa latius promota.

Annus Christi 1647.

Vrangelius occasionem nactus in superas Alemanniæ partes impunè grassatur, ad lacum usque Potamicum sive Acronium promovens, ubi Brigantio munitissimo natura oppido, non sine maxima omnium admiratione, ingentique ibidem omnium ferè Sueviæ procerum thesauro potitur, ipse suam miratus felicitatem. Nec multo post Mainaugiam quoque Insulam, pessimè custoditam, occupat. Lindavium vero tentans, impingit graviter, propugnantè generosissime Sacri Rom. Imp. Dapifero Comite de Wolffeck, qui Constantium olim non minus constanter defenderat. Solvere proin coactus pactis cum Bavaro inducijs in Bohemiam movet Egramque expugnat. Cæterum iniquiora postulantibus Suecis, ac nisi annueret Bavarus arma minantibus & jam Electorem Coloniensem prementibus, ille missis litteris Vrangelio inducias renunciat, quas solo pacis felicius conficiendæ studio inierat, moxq; Memmingam obsidens post hebdomades aliquot expugnat, Nordlingâ similiter alijsque locis ejecto Suevico præsidio receptis Vrangelius autem qui adversum Cæsarianos in Bohemia consederat, ne à duobus paulo post exercitibus opprimeretur, evocato ad se Konigsmarchio Bohemia excessit, quem Melander, nuper à morte Gallassij renunciatus Generalis insecutus in Hassiam irrupit, Marpurgumque expugnavit, haud majore fructu quam dispendio, ubi supremum vitæ discrimen ipse adierit, plurimosque suorum fame consumptos & ex arce fulminatos amiserit, coactus inde discedere, & vires militiæ exhaustas hybernis per Franconiam reficere. Ipso anno Rex Ungariæ salutatus est mense Junio Ferdinandus IV. sequenti tamen anno coronatus.

Annus Christi 1648.

Maturius, suo more, prorumpens ex hybernis hostis, Cæsarianos repentinus opprimit, cæso in acie Melandro, reliquis fugientibus, sicut quam facillimè aditu Bavariæ potiretur, plerisque intra Oenum civitatibus occupatis. Melandro Cæsar Octavium Piccolomineum Ducem Amalphitanum suffecit, qui cum auxilijs Bohemicis & Joanne Verdano in Bavariam progressus, hostilem licentiam sua virtute & vigilantia brevi compescuit; quorum absentia usus benè Konigsmarchius, in vicinam è Palatinatu superiore excurrens Bohemiam, Glattaviam & Falckenaviam in potestatem redegit, quin & capiendæ Metropoleos Pragæ, spem concipiens, mox animum adjecit, modica manu rem maximam ausus, quæ & feliciter successit, capta ad diem 26. Julij Pragâ quam Minorem vocant, simulque arce regia, ubi multis sæculis congregati à diversis Cæsaribus & Regibus thesauri, audaciæ præmium fuêre extractis inde hostili manu, quæ rariora Germaniæ erant, & solis digna oculis Augustorum. Interim Lamboius copiarum circuli Westphalici Dux apud Geiseam Westphaliæ Ernestum Hassiæ Landgravium commisso modico prælio capit cæditque, ipse non multo post 14. mensis Junij ab Hassis apud Erftam amnem triumphatus, magna peditatus parte concisâ, reliquis ægrè effugientibus. Cæterum plausibile inprimis hoc anno visum, Pacem denique tot omnium Germanorum votis expeditam, Monasterij Westphalorum conclusam, mense Octobri, die 24. subscriptam, & postridie per omnes vicos solemni pompa publicatam, quæ utinam ad magnam Dei cedat gloriam, firmam animorum concordiâ, Germanæ synceritatis restaurationem, & patriæ longævam felicitatem.

Annus Christi 1649.

Dum Pax toto Imperio promulgatur, & festivis celebratur gaudijs; Leodium graviter tumultuando, extremum planè discrimen adijt, non urbe solum, sed vicinis quoq; pagis arma corripientibus. Invaserat sine ulla Principis reverentia consularia Comitia plebs rebellis subito & refractaria, eoque demum per licentiam atque audaciam prorupit, ut excussa omni erga Principem obedientia, sese in libertatem asserere contenderent. Quorum conatibus dum occurrere Princeps vellet, suaque præsentia

animos delinire, tantum aberat ut admitterent, ut etiam ipsi & Aulæ toti exitium minarentur, si appropinquaret. Tentavit nihilominus omnia remedia Elector, quæ cum nihil proficerent, verum temeritate efferatos, in spem majorem libertatis accederent, habitò consilio cum Capitulo Cathedrali & Ordinibus Patriæ, de cogendis vi rebellibus, conclusum est; paucique primum cum copijs tribuni Cratzius, Vossius & Schrotzius, qui veniam supplicibus offerrent, sive pertinacibus indicerent, submissi sunt. Verùm multitudine paucos contemnente, tribuni proximas circum undique arces occupârunt; mox superveniente cum circuli Westphalici copijs Otthone Christophoro Spartio, in rebelles primum pagos arma illata, & Fletonius quidem, cū caduceatorem malè excepisset, vi subactus atque etiam in terrorem aliorum exustus est. Inde Jupiliam castra mota sunt, quò auxilia Leodienses sub Consule Jacobo Hennet submiserant, quo etiam subacto pago profligatisque auxiliarijs ipsoque occiso Consule, tertiu pagi reliqui manus dedere, ut jam urbi ipsi Spartius immineret. Nec prius tamen se submisit civium contumacia, quam occupata jam aliquot suburbia essent, & S. Laurentij Monasterium diu à rebellibus fortiter defensum, expugnatum. Ita denique coacti veniam rogarunt, impetraruntque à clementissimo Principe, tribus solummodo personis ab universali venia exclusis, qui præcipui authores fuissent seditionis in quos pro meritis animadversum est, ut civitas pulcherrima sibi ac Principi suo restituta.

Annus Christi 1650.

Norimbergæ omnibus quæ ad pacificationis Germaniæ consummationem pertinebant peractis, conventus Ordinum solutus est, celebrato prius exquisitissimis epulis, & non usitato aliàs triumphalium ignium apparatu, exitu Pacificationis. Ipso anno compositum grave Electorem inter Trevetensem ejusque Cathedrale Collegium, dissidium, quod ne in majus erumperet incendium, placuit Cæsari & conventui Norimbergensi ut res sine tumultu & turbis, arbitrio Imperij decideretur. Datum proin negotium Electoribus Moguntino & Coloniensi, nec non Episcopo Bambergensi, qui re diligenter per legatos examinata, felicissimè demum 23. Augusti omnia composuerunt, confirmatâque inter Electorem, Canonicos atque ordines patriæ pace, Coadjutor pluralitate votorum designatus est Carolus Gaspar von der Leyen, qui se magnis animi donis visus est omnibus commendasse. Moritur eodem anno Ferdinandus Coloniensis Elector, cui successit in eodem honore Maximilianus ex fratre Alberto nepos jam pridem ejusdem designatus Coadjutor.

Annus Christi 1651.

Ferdinandus III. Augustus, tertiam ducit conjugem Eleonoram Mantuæ Ducissam, quam ex Italia adduxerat Maximilianus Comes Lambergius. Nuptiæ solemniter peractæ Neostadij, ubi consuetis Ecclesiæ cæremonijs ultima Aprilis ab Episcopo Viennensi conjuncti sunt, triduoque nuptialium hilaritatum exacto Cæsar cum nova conjuge Viennam reversus à præsentibus variorum Europæ Principum Oratoribus ac ordinibus provinciarum exceptus est. Iterum novi belli initium ab Electore Brandeburgio exortum, qui in Ducatum Montensem hostiliter ingressus, Neoburgium Ducem inde exterminatum volebat. Videbaturque novi bellorum incendij novus fomes, in haud modicum jam ignem gliscere, nisi Divi Ferdinandi Cæsaris prudentia atque Majestas malum tantum avertisset, remque eousque composuisset, donec causa partis utriusque cognosceretur, dissidiumque sententia solemni tolleretur.

Annus Christi 1652.

Fatigati tot belli cladibus & calamitatibus Germani in omnes se modos & vias vertunt, pacis solidè conciliandæ. Laborat præ omnibus, tanquam verus Patriæ Pater pro bono publico Augustissimus Imperator Ferdinandus III. Laborant Electores Serenissimi, diversisque celebratis conventibus origo & causæ dissensionum accuratius disquiruntur, exquiruntur remedia; fuitque admirationi exteris coronis tot eruditorum post tot annorum Musis non minus quam Legibus adversantia arma memorabilis omnino ac pene incredibilis confluxus, singulis toto animo adnitentibus, ut Germana synceritas & fides, diversis aliquandiu tantopere labefactata studijs, patriæ, imo patria sibi redderetur.

Annus Christi 1653.

Comitijs solemnissimis Ratisponam indictis, confluit Principum cùm Sacrorum tum Politicorum, Ordinum diversorum Imperij & Magnatum cæterorum ingens multitudò, in certam spem restaurandæ ex integro, concussæ tot belli motibus patriæ, pacis solidè confirmandæ & perpetuandæ. Occurrunt præ alijs Eminentissimi & Serenissimi S. R. J. Electores Octoviri, Moguntinus, Coloniensis Treverensis, Palatinus Heidelbergensis, cum Legatis absentium, qui Cæsari Regique synceritatem animi devotissima obsequij, & reverentiæ demonstratione contestantur. Fit solemne, etsi dilatum diutius memorabili exemplo, in gratiam impediti Electoris Brandeburgij Comitiorum initium: neque multo post, conventu Electorum Augustam Vindelicorum indicto, electio Regis Romanorum ibidem in Monasterio SS. Udalrici & Afræ, suscipitur, summâq; Electorum concordia, voto unanimi Ferdinandus IV. designatur & consalutatur; qui triumphali ingressu, Ratisponam cum patre Cæsare reversus, quinta Junij, magno plausu excipitur, ac dein decima octava mensis ejusdem mirifica omnium gratulatione, in Cathedrali Ecclesia ab Electore Moguntino coronatur.

Quarta Augusti coronata est Eleonora junior Augusta in eadem Ratisponensi Ecclesia, insigni omnium ordinum lætitia, ac deinceps in rebus arduis diversis consultationibus diu multumque ab Ordinibus laboratum, cum variæ perpetuo emergerent difficultates.

Annus Christi 1654.

Comitijs nunc denique finis, post acrem aliquamdiu disceptationem, protractasque in seram noctem, ac congeminatas, absque exemplo, diebus singulis, quin & festivis subinde, consultationes, feliciter præter omnium opinionem imponitur, simulque dies consequutorum post biennium, eadem numero, quæ solemni gratiarum actioni 17. Maij indicitur.

indicitur. Cæsar ipsa die in Cathedrali in maximo Principum occursu Sacris solemnissimis interest, quibus finitis ab Electoribus in aulam deducitur, & Recessus ut vocant, publicatur sequenti luce, sub vesperum Cæsar, Imperatrix, & Rex, Rom. conscensa navi Viennam solvunt cæteri mira celeritate ad sua quisque Ratispona diffluunt, maximis factis sumptibus tã diuturnæ consultationis protractione.

Cæterum Imperio longe lateque pacatissimo, sola Brema, nupertimè libera Imperij civitas, à Cæsare & congregatis statibus agnita & declarata, Suecorum armis premitur, haud inani proximè accolentium suspicione & metu, ne tam propinquo incendio, scintillæ latius evolent, majusque malum minitentur. Interea incredibili totius Christiani orbis luctu Ferdinandus IV. Romanorum, Germaniæ Ungariæ Bohemiæ; &c. Rex, Principum Imperij Amor, Cor Europæ, Sol Germaniæ, tot Regnorum expectatio, 7. Iduum Julij, terris abripitur, cælo novum sydus inseritur, ut inde Augusti mensis Eclypsi mederetur, in quo revera Germania Henricum Sanctum, Wenceslaum Bohemia, Ungaria Stephanũ simul perdidit & filium Casimirum.

GERMANIA SACRA

IN QUA

REGNI AMPLISSIMI ET POTENTISSIMI

SACRI PRINCIPES

ARCHIEPISCOPI, EPISCOPI, ABBATES, PRÆPOSITI, &c.

LEGITIMA SUCCESSIONE SACRIS IMPOSITI CATHEDRIS EX ORDINE DESCRIBUNtur eorumdemque subinde merita quam compendiosissimè designantur.

MONASTERIORUM ITEM PRÆCIPUORUM CATAlogus texitur eademque subinde elogiis ornantur.

Opera & studio

R.P.F. GABRIELIS BUCELINI, IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS ASCETÆ THEOLOGI.

Obedire oportet his, qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione, charisma Veritatis certum acceperunt. S Irenæus lib. 4. c. 42.

Cum Facultate & Privilegio Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM, Typis Joannis Prætorii, ANNO M. DC. LV.

LECTORI BENEVOLO S.

ERMANIAM Sacram damus, quo licuit narrationis Compendio, ita quidem, ut dum Ecclesiarum Germaniæ præcipuarum, & Pontificum, aliorumque Antistitum, suo Ordine designamus nomina, si quid juxta memoratu dignum videatur, Præsuli cuique adjungamus. Neque vero in Episcopatibus recensendis Ordinem servavimus; de industria nimirum, cum de juribus cujusq; ac primatu, nostrum non sit definire. Sequuti insuper in his recensendis majorem sumus, ne, dum per Compendii limites sententiam nostram docere & confirmare non licet, multis intenderemus lites, nec argumenta proderemus. Quod etiam in Chronologiâ servavimus, daturi suo tempore talem Historiam, quæ ex ejusque Ecclesiæ deprompta Archivis, èque visceribus producta Antiquitatis, nihil novi redoleat, à propria ratiocinatione nunc primum natum; etsi subinde sint, qui antiquissima quævis, sibi autem incognita, accusare non verentur novitatis, dum ipsi, etsi magni etiam ingenio toti orbi se procunt, sive non multæ lectionis, sive modicæ in eo quod carpunt studio praxens & exercitationis. Sunt autem apud multas Ecclesias, consignata quidem fideliter, & justâ atque ordinatâ serie pastorum nomina, quorum tamen successionis & cessionis sive obitus anni, cum desiderantur, tum dubia admodum fide referuntur; ut in eorum certa designanda ætate, frustra prorsus coneris è propriæ solum Ecclesiæ Archivis, editisque à quovis Diplomatibus, aliquid determinare; quando plerumque contigit à tot sæculis, monimenta plerâque, ut & Diplomata variis casibus, seu tota periisse, sive magnam partem neglecta esse, ut pro hoc ipso exquirenda omnino sint & discutienda plurimarum, ejusdem quidem Diœceseos plerumque, sed diversarum prorsus documenta Ecclesiarum; ut taceam tot instructissimas plurimorum Cœnobiorum Bibliothecas, è quibus nunquam non Synchronorum testium dictata reperias, qui summa fide & industria ea consignarint & posteris tradiderint, quæ sua ætate, & multa etiam in oculis eorumdem contigere. Ut Hæreticorum planè sint æmuli, qui de illis adeo temerè detrahant, & credulitati potius ac simplicitati priscæ Monachorum, nequid deterius dicam, affingant, quidquid conceptui illorum & votis non arrideat, cum manifestissimum sit Orbi Christiano, quantum tot millia Bibliothecarum Monastiearum, tot centena millia Mss. codicum, innumeri occupatissimi dies noctesque scribendo & describendo in quiete cellularum suarum Ascetæ, prius quam typi fusilis ulla uspiam sese inventio proderet, quantum inquam, toti orbi & posteritati, thesaurum recondiderint, ut qui ejusmodi calumniari audeat, juratus sanè Antiquitatis hostis, ipsarumq; quas tanti facit Ecclesia, Traditionum videatur: Cum sanè nisi toties sacræ divinæ legis volumina, Pontificum Romanorum & cujusque Ecclesiæ dictata, Sanctorum Patrum monimenta, Monachorum sedulitas imenso labore collegisset, transcripsisset, & nobis transmisisset, paucos fortasse ex prophanis reperisses, qui in id muneris tantum laboris sive etiam sumptuû expendissent ut vel tota Biblia suâmet manu describerent, nedum tantos Dionysii, Chrysostomi, Gregorii, Ambrosii, Augustini tomos, in corticibus exararent, pergameno redhiberent. Ut taceam de fida, adeo fideliter à Monachis reddita, ut si vel mille conferas volumina, nihil in illis advertas de industria immutatum, sed prototypo consona omnia, cum quæ prophani hodie solent etiam typo vulgare, videas tantum à se diversa esse, quantum capita & sententiæ hominum, eorum inprimis, qui adeo promptè simplicitatem antiquitatis accusant, quam tamen solidè Christiani, Christo dictante, habent pro nota prædestinationis & beatitatis. Major proin merito fides illis, quam ejusmodi censoribus adhibenda, qui fidam suam & candorem tantis monimentis probaverint; quam sibi ipsis detrahunt, qui sive odio, sive invidia, sive etiam judicii temeritate atque imprudentia, cavillationibus ejusmodi, nemini non argumento sunt, procul hæc à candore animi aliena, vel si hujus consona dictatis sint à fundo effundi depravato atque dementato; cum, si quid veterum scripta subinde errati habeant, humano potius errore evenerit, quam destinato scelere, à quo illi minimè absunt, qui dum ambitioni consulunt suæ, candorem priscum, nulla Antiquitatis & majorum reverentia, adeo obfuscant ut non satis ipsis sit errorem proclamare, quem Christiana charitate cooperire debuerant, sed volupè habeant, ac decorum fidem publicè per omnia detrahere & somnia,

O 2 imo

imo mendacia dicere, quæ sunt candidissima continuatæ tot sæculis, Historiæ cùm sacræ; tum prophanæ monimenta. Sed de his prolixius suo loco, dum vindicandæ de novis erroribus Antiquitati operam pro virili dabimus; sufficiat nunc præmonuisse, in edenda modo diversa Episcoporum per Germanias successione, multa nos ex instituti brevitate prætermittere, annos ex communi multorum calculo reddere, donec, suo tempore, depromptam ex diversis Ecclesiarum Archivis, confirmatamque æqualium tempore scriptorum, atque ipsorummet plerumq; de quibus agitur Episcoporum assertione, Historiam Germaniæ Ecclesiasticam, bono publico, nec Patriæ solum sed orbis Christiani universi, evulgemus.

ARCHIEPISCOPATVS MOGVNTINVS.

Longè amplissimus & potentissimus, Episcopatus olim sub se habuit longè etiam florentissimos quatuordecim: Herbipolensem, sive Wirzburgensem, Wormatiensem, Spirensem, Argentinensem, Eichstetensem, Pragensem, Olomucensem, Constantiensem, Curiensem, Werdensem, Augustanum, Hildesheimensem, Paderbornensem, & Halberstadensem. E quibus Pragensis postea & Olomucensis in unum conflati, in Archiepiscopatum Pragensem coaluêre. Officiales Hæreditarios habuit: Archimariscallum Landgravium Hassiæ, Vice-Mariscallos, Equites ab Heussenstein; Archidapiferum Comitem Veldenzium, Dapiferum ex familia Equitum Bromserorum à Rudesheim; Archipincernam è sanguine Comitum Spanheimiorum, uti ominamur, pincernam Equitem à Cronberg; Archi-Camerarium Comitem à Stollberg, Camerarium ex Equitibus familiæ Ruedi à Colenberg. Ut memorabilem omnino Nobilitatis cæteræ & Equitum atque Illustrium multitudinem sileamus, qui Sanctæ & vetustissimæ (fundatæ à Divo Petro, initiatæque à Divi Pauli discipulo S. Crescente) Ecclesiæ hujus Vasalli extiterunt.

ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI.

1. S. Crescens discipulus S. Pauli Apost. de quo in 2. Timoth. 4. fit primus Episcopus Mogunt. A.C. 80. Sedit annis 22.
2. S. Marinus annis 6. 3. S. Crescentius an. 18.
4. S. Cyriacus an 14. 5. S. Hilarius an. 20.
6. S. Martinus an. 14. 7. S. Celsus annis 22.
8. S. Lucius an. 10. 9 S. Gothardus an. 15.
10. S. Sophronius an. 8. 11. S. Herigerus an. 8.
12. S. Rutterus an 20. 13. S. Avitus an. 22.
14. S. Ignatius an. 13. 15. S. Dionysius an. 26.
16. S Ruthbertus an. 12. 17. S. Adelardus an. 10.
18. S. Lucius II. annis 18. 19. S. Maximus an. 24.
20. Sidonius annis 19. 21. Sigismundus an 6.
22. Lupoldus an. 17. 23. Nicetius annis 8.
24. Marianus an. 10. 25. S. Aureus Mart. an. 16.
26. S. Eutropius an. 23. 27. Adelbertus.
28. Ratherius, 29. Adelbaldus.
30. Landfridus, 31. Rirardus.
32. Sidonius II. 33. Vilbertus.
34. Lantegastus, 35. Ruthelmus.
36. Rutualdus, 37. Leovaldus.
38. Richbertus, 39. Geroldus.
40. Gervilio seu Gebiliebus Episcoporum ultimus.
41. S. Bonifacius ex Monacho Excestriensi Magnus Germanorum Apostolus, primus Moguntiæ Archiepiscopus ex Regum Angliæ sanguine oriundus, Martyrio coronatur, 754.
42. S. Lullus S. Bonifacii discipulus, obiit 787.
43. Ricolphus cui scribens Alcuinus cognominat, Damiatam.
44. Aichstulphus ex Monacho Archiep. obiit 826.
45. Ottgarius ex Monacho Fuldensi Archiepiscopus baptizat Harioldum Daniæ Regem, mor. 847
46. S. Rhabanus Magnentius Maurus ex Abbate Fuldensi Doctoris miraculũ Archiepiscopus sanctissimus, obiit 856.
47. Carolus Dux Aquitaniæ ex Monacho Corbeiæ Archiepiscopus: obiit A. C. 865.
48. Ludbertus sive Lindbertus in Concil. Suess 866 obiit 889.
49. B. Sunderoldus ex Monacho Fuldensi, occisus à Norm. 891.
50. Hatto ex Monacho Augiens. Archiep. Regii generis, obiit 913.
51. Herigerus sive Rogerus resignat A. C. 924.
52. Hildepertus è Ducibus Franconiæ Mon. Fuld. obiit 939.
53. Fridericus è Ducibus Lotharing. Monach. Fuld. obiit 954.
54. Wilhelmus Otthonis I. Imp. filius ob. A. C. 968
55. Hattho II. ex Abbate Fuldensi, Arch. ob. 969.
56. Rupertus decessit A. C. 977.
57. Willigisus patre, ut volunt, carpentario natus, unde rotam pro insigni elegit, & posteris reliquit, Elector I. obiit 1001.
58 Erckenboldus II. ex Abbate Fuldensi cl. 1014.
59. Erbo sive Arbo Palatinus Rheni, obiit 1031. vir doctus.
60. S. Bardo Abbas Hersfeld, alter Chrysostomus appellatus, perficit Basilicam Metropol. ab Erbone cœptum, obiit 1050.
61. Luitpoldus ex Mon. Fuldensi, fundat S. Jacobi Mogunt. obiit 1059.
62. Sigefridus Baro ab Eppstein, Abbas Fuldensis Fundator Hassungens. Cœnobii, moritur A. C. 1084.
63. Wezilo Hæresiarcha in Synodo Quintolingeburgensi vocatus pœnitens moritur A. C. 1089.
64. Ruthardus ex Abbate S. Petri Herfordiæ Fundator Monasterii & Præposituræ Bischoffsberg. ob. A. C. 1109.
65. Adalbertus Dux Lotharing. obiit 1137.
66. Adalbertus II. Princeps Saræpontanus superioris ex sorore nepos obiit 1140. Augusti 17.

67. Mar-

67. Marcolphus obiit 1142. Nonis Septemb.
68. Henricus cogn. Felix, cujus insigne dictum: Fui dives Canonicus, pauper præpositus, mendicus Episcopus, moritur 1153.
69. Arnoldus à Salenhofen à civibus nequiter occiditur, 1160.
70. Conradus Comes à Witelspach, dein Archiep. Salisburg. & Cardin.
71. Christianus à Cæsare intrusus contra Conradū.
72. Sigefridus fit Cardinalis, ob. 1225. annis 30.
73. Sigefridus III. quem valde affligit Hass. Landgravius, obiit 1249.
74. Christianus II. ejicitur, quod Cæsaris aulam sequi nollet, 1251.
75. Gerardus Waldt sive Wildgravius, homo militaris sed infelix, obiit 1260.
76. Wernherus Comes à Falcknstein obiit 1282. Vacat triennium.
77. Henricus Franciscan⁹ Pistoris filius, obiit 1288.
78. Gerardus ex Archidiacono Treverensi, ob. 1304
79. Petrus Treverensis ab Achzpelt, obiit 1320.
80. Matthias Comes à Bucheck, Monachus Murbacensis vir præstantissimus, obiit 1328.
81. Henricus II. Comes de Virnaberg, obiit 1353.
82. Gerlacus Comes de Nassaw obiit 1371.
83. Joannes Luxenburg. Comes S. Pauli obiit 1373
84. Adolphus Comes de Nassaw felix contra Hassum, obiit 1388.
85. Conradus Comes de Weinsperg, morit. 1395.
86. Joan. Comes Nas. ob. A.C. 1419. festo S. Teclæ.
87. Conradus Comes Rheni, obiit 1434.
88. Theodoricus Pincerna Baro ab Erpach, sub cuj⁹ regimine Typographia Mog. inventa, ob. 14·9.
89. Dietherus Comes ab Isenburg, contra quem Pius II. sufficit Adolphum Nassovium.
90. Adolphus Nassovius Comes contra Dietherum à Papa designatus, moritur 1475. Inde Dietherus quietè præest
91. Albertus Saxoniæ Dux creatus post Dieth. obitū 1482. moritur eodem anno sumæ spei Princeps.
92. Bertholdus Comes ab Heñenberg Auctor præcipuus Cam. Imp. Spiræ instituendæ, ob. 1504. al. 5
93. Jacobus à Liebenstein dignus omnium amore, obiit 1508.
94. Uriel à Gemmingen vir nobilissimus, mor. 1514
95. Albertus II. Marchio Brandeburgius, idem & Magdeburg. Archiepisc. vir laudatissimus & optime meritus, obiit 1545.
96. Sebastianus ab Heussenstein, Princeps egregius, vita excessit anno 1555.
97. Daniel Brendel ab Homburg, obiit A. C. 1582.
98. Wolfgangus à Dalberg, moritur 1601.
99. Joannes Adamus à Bieken comendat. ob. 1604
100. Joan. Suicardus à Cronberg vir max. ob. 1626
101. Georgius Fridericus à Greiffenclaw, mor. 1629
102. Anselmus Casimirus Wambolt ab Umbstatt, obiit anno 1647.
103. Joannes Philippus à Schönborn, ex Episcopo Herbipolensi & Franconiæ Duce, electus Elector & Archiepiscopus Moguntinus.

EPISCOPI CURIENSES.

Est hic Episcopatus Episcopatuum Germaniæ situ altissimus, crediturque ab ipsomet Apostolorum Principe Petro fundatus, unde & oppidum Veldtkirchium, & adsita proximè regio Campus S. Petri appellatur. Cæterum primorum à Divi Petri ætate Episcoporum certa series non habetur, talis autem, qualem subjicimus compendio, Syllabus Abbatum texitur.

1. Lucius ex Rege Angliæ Episcopus ad Conversionem gentium ordinatus Martyrio coronatus sub A. C. 180. 3. Decemb.
2. S. Valentinus, Passaviensis etiam Pontifex obiit A. C. 340.
3. S. Gaudentius, cujus festum 3. Aug. celebratur.
4. S Asimo claruit A C. 452. obiit 19. Januarii.
5. Pruritius. 6. Claudianus. 7. Ursicinus.
8. Lidonius. 9. Eddo.
10. S. Valentianus Monasterii S. Lucii Ord. S.P Benedicti (hodie Præmonstratensium) Fundator.
11. Paulinus. 12. Theodorus. 13. Verendarius. 14. Constantius. 15. Ruthardus mortuus 13. Sept.
16. Badelbertus sive Adelbertus ex Abbate Fabariensi
17. Paschalis ex familiæ Comitum Rhætiæ.
18. Victor Paschalis nepos, an, ut nonnulli volunt, olim filius. Fundator Monasterii Cazes, obiit 760.
19. Vigilius ex eodem Comitum genere, electus A.C. 760.
20. B. Ursicinus Abbas Disertinensis sub A.C. 772.
21. Tello Comes Rhætiæ, Restaurator & Abbas Disertinensis, obiit 24. Septemb. A C. 784.
22. Constantinus sive Constantius, obiit A.C. 813.
23. Remigius sive Remedius, obiit A. 820. 7. Junii.
24. Victor Ludovico Pio imperante decessit, 7. Jan.
25. Verendarius obiit 844. 26. Hesso obiit 879.
27. Luitwardus, aliis Rutharius, mortuus A. C. 887.
28. Diotolphus, seu Dietolphus obiit A.C. 913.
29. Waldo sive Baldo, vita excedit A.C. 951.
30. Hartbertus mortalibus valedicit A. C. 976.
31. Hiltibaldus aliis Luitholphus Otthonis Imp. Cancellarius, obiit 995.
32. Waldo. 33. Henricus 34. Ropertus ob. 1004.
35. Udalricus Comes de Lenzburg, obiit A.C. 1024
36. Hartmannus de Plana terra, vulgo Plantayr; Monachus Einsidlensis, obiit A. C. 1039. 8. Apr.
37. Thiethmarus ex Montfortii Comitibus, ob. 1070
38. Henricus Comes à Montfort Monachus Divitis Augiæ, obiit 1078.
39. Nortpertus Comes de Hohenwart, Fundator Cœnobii Heppach prope Biberacum, obiit 1088. 26. Januar.
40. Heribertus Præpositus Argentin. obiit ante confirmationem.
41. Eberhardus ex Asceta Campidonensi Episcopus.
42. Udalricus Comes Montfortius, elect. A.C 1089.
43. Guido Canonicus Augustanus, moritur 1122.
44. Conradus Comes à Bibereck, Fundator Cœnobii Roggenburgensis, obiit 1150. 2. Martii aliis 1142.
45. Conradus II. incertum cujus familiæ, paucis hebdom. præfuit.

O 3 46. S. Adel-

46. S. Adelgottus, ex Asceta Cisterciensi Abbas Disertiuensis Restitutor Cœnobio rum S.Lucii, Mariæmontis, Kazensis & Schennisii, obiit A.C. 1160. 3. Octobris.

47. Egino Baro ab Ehrenfels, ob. 1174. 9. Augusti.

48. Berno, de quo dubium utrum non solum suffraganeus?

49. Udalricus Comes à Tegerfeld Abbas S. Galli, resignat 1182.

50. Bruno Baro de Ehrenfels, moritur 1181. 1. Feb.

51. Henricus Baro ab Arben Abbas Einsidl. & Fabariensis obiit 1201.

52. Reinherius sive Reinharius, exting. A.C. 1209.

53. Arnoldus Comes de Matsch, mortuus A.C. 1221

54. Heuricus Comes de Rhealta, moritur 1213.

55. Albertus Baro de Güttingeu contra Henricum electus uterque eodem anno 1123. obiit.

56. Rudolphus Baro de Güttingen ex Abbate S. Galli, obiit 1226.

57. Bertholdus Comes ab Helffenstein, interficitur prope pagum Rhuans 25. Augusti A. C. 1233.

58. Udalricus Comes à Kyburg Abbas Einsidlensis obiit 1237.

59. Gero à nonullis elect. cedere Wolcardo cogitur.

60. Wocardus ex familia Thummiorum de Newburg, obiit 1251.

61. Henricus Comes de Montfort, moritur 1272.

62. Conradus Baro de Bellmont, obiit A. C. 1282.

63. Fridericus Comes de Montfort, captus ab Hugone de Werdenberg dum effugere parat casu perit, 1290. 3. Junii.

64. Bertholdus Comes ab Heilgenberg, moritur A. C, 1298.

65. Hugo Comes de Montfort ipso anno Electionis obiit 1298.

66. Sigefridus de Geylenhausen, resignat successori, & Monasterio S. Lucii se includens moritur A.C. 1321. 19. Julii.

67. Rudolphus Comes de Moutfort, Episcopus Constantiensis Ludovico Bavaro adhærens in excommunicatione moritur 13 ·3.

68. Hermannus Baro ab Eschenbach Abbas Fabariensis, religiosissimus Pontifex, moritur A. C. 1325. aliis 1324. 5. Junii.

69. Joannes Pfefferhart Auditor Rotæ & Can. Curiens. obiit 1331.

70. Udalricus Comes de Leuzburg Ordinis S. Aug. obiit 1355.

71. Petrus Bohemus Caroli IV. Cancellarius, Resignat 1369.

72. Fridericus de Neuzengen Archiducis Leopoldi Cencellarius, resignat & fit Episcopus Brix. 1376.

73. Joannes ab Ehingeu Alberti Archiducis Cancel. obiit 1388.

74. Bartholomæus Canonicus Curieusis, à nonnullis electus Episcopus Hartmanno cedere cogitur.

75. Hartmannus Comes de Werdeuberg, Eques Ord. S. Joannis, moritur 1416. 6. Sept.

76. Joannes electus 1417. ipso anno in Concilio Constant. resignat & fit Archiepiscopus Rigensis.

77. Joannes Abundi, cognomento Naso, ex familia Comitum de Baden, sive, ut alii volunt, Baro de Münsingen, moritur 1440. 14. Januarii.

78. Conradus de Rechberg, resignat A.C. 1441.

79. Henricus Baro de Höwen, resignat A.C. 1452.

80. Leonardus Wissmayer Frid. III. Imp. Cancellarius, moritur A. C. 1458. 22. Junii.

81. Ortliebus Baro de Brandis, moritur A.C. 1491.

82. Henricus Baro ab Howen, resignat A.C. 1503.

83. Paulus Ziegler Baro de Barr, obiit A: C. 1451. 25. Augusti.

84. Lucius Yter ex Præposito Cathedrali ob. 1549.

85. Thomas de Planta, moritur A.C. 1565. 5. May.

86. Bartholomæus de Salis ab aliquibus electus, cedere Beato de Porta cogitur à Pio IV. Pont. Max.

87. Beatus de Porta, resignat A. C. 1581.

88. Petrus Rascher, vita excedit A. C. 1601.

89. Joannes Flugius ab Aspermout, electus 1601. 1. Febr. meritissimus & religiosissimus Pontifex mor. statim post resignationem A.C. 1627. 30. Aug.

90. Joseph Mohr electus 27. Aug. 1627. præfuit annis 8, obiit A. C. 1635. 6. Aug.

91. Joannes Flugins ab Aspermont, Joannis supradicti nepos Urbani VIII. Cubicularius honoris & Præpositus Curiensis electus 1. Febr. 1636. Restaurator Palatii Episcopalis quem DEUS Opt. Max. diutissimè servet incolumem.

Cæterum Episcopatus Officiales Hæreditarii fuêre: Mariscalli Equites de Marmels sive Marmore de Nigro-Marmore; Dapiferi Comites de Matsch; Pincernæ Comites Tirolis; Camerarii Barones de Bellmout.

EPISCOPI CONSTANTIENSES.

1. S. Beatus primus Coustantiensis, sive potius Vindonissensis (ante translationem ad Urbem Constantinam) Episcopus, à S. Petro Apostolo constitutus.

2. S. Paternus Martyr, aliis Paterius dictus, obiit prid. Id. Novemb.

3. S. Laudo, aliis Lindo, 10. Cal. Oct.

4. Bubulcus, Boulcus sive Bovicus, interfuit Concilio Epaunensi, ubi dicitur Episcopus Castri Vendonissensis.

5. Chromatius, sive Grammatius. Præfuit A. C. 540. interfuitq; eodem anno Concilio Epaunensi secundo, & A, C. 552. Aurelianensi quinto.

6. S. Maximinus, Maximus, se Maxentius, qui sedem Urbem Constantinam transtulit A. C. 570. alii volunt 695, quod nullo modo esse potest.

7. Rudelo sive Rudolphus.

8. Ursinus.

9. Marianus, Martinus seu Martianus.

10. Gaudentius, post quem electus S. Gallus Abbas Ketternaci Scotiæ Regis filius, quo renuente eligitur.

11. Joannes discipulus S. Galli Abbatis, vir meritissimus.

12. Obihardus, Obbaldus, sive Bosso.

13. Pictavius.

14. Se-

14. Severus, sive Severinus.
15. Astropius, Astrobius, seu Astrovius.
16. Joannes II. aliis Hanno, sive Hannus.
17. Busso, nonnullis Buso, & Ruffo Vir spectatus pietate,
18. Audoinus seu Ausonius obiit A. C. 730.
19. Aufridus Etenfridus seuEinfridusAbbasAugiæ Divitis.
20. Sidonius, sive Sidoinus Abbas Augiæ, Monachis S. Galli infestus, ruptis visceribus ante altare S Galli miserrimè periit, præfuit 740.
21. Joannes III. ex Abbate Augiæ, claruit 781.
22. Gengulphus,
23. Fidelis.
24. Theobaldus. nonnullis Theodorus tempore Caroli Magni cui carus erat.
25. Egino obiit A. C. 813.
26. Wolfoleos, Wolflon, Wolfoloo, Volferon Monachus S. Galli.
27. Salomon I. obiit A. C. 873.
28. Bathego, Batecho sive Pateon obiit A. C. 877.
29. S. Gebhardus I. aliis Gebaldus, ex illustri ut nonnulli volunt Habspurgensium Comitum sanguine, idem illustrissimus Christi Martyr A. C. 885. 27. Augusti.
30. Salomon II. obiit A. C. 891.
31. Salomon Comes de Ramswaag, familiæ olim Illustris, hodie nobilis, Monachus & Abbas S. Galli, obiit 919. 5. Januarii.
32. B. Notingus ex Monacho S. Galli Præpositus & Reformator Monasterii Cathedralis Constantiensis postea Episcopus, vir sanctus & meritissimus, obiit 915. Fuitque Comes Veringensis, non Moringensis quod nonnulli volebant.
33. S. Conradus Illustrissimum Guelphorum veterum, potentissimorum Germaniæ Principum decus, Rudolfi Comitis Altorff: Filius tres Basilicas Vrbis Constant. S. Joannis, S. Mauritii, & S. Pauli condidit. præfuit annis 42. ob. A. C. 974. aliis 976.
34. Gamenoldus sive Gamenolphus alius Ganinolphus. obiit 979 aliis 988.
35. S. Gebhardus Comes Brigantinus fundator Monasterii Petrusiani ob. 995. 6. Cal. Sept.
36. Lambertus Abbas Petrusianus vir dignissimus. ob. 1018. aliis 1019.
37. Rodhardus sive Richardus, obiit peste in Expeditione S. Henrici Imp. contra Saracenos. A. C. 1018. aliis 1012.
38. Heymo sive Aymo, vir dignus. ob. paralysi 1019.
39. Warmannus Comes Dilingensis Monachus Augiensis Vir præstantissimus. ob. 1034.
40. Eberhardus Warmanni frater Comes Dilingensis ob. A. C. 1046.
41. Theodoricus, Dedicavit Ecclesiam Augiensem A. C. 1048. ob. 1051.
42. Rumoldus, nonnullis etiam Grimoldus appellatus, vir toto Imperio spectatissimus, Cæsaribus charissimus, ob. 1069. Fuit Monachus Einsidlensis.
43. Carolus sive Carolomannus intrusus Landtgravius Thuringiæ, exauctoratur tertio Episcopatus anno.
44. Ottho de Gozlar, Baro de Lietheim, Henrici Cæsaris fautor, ideoque excomunicatus & depositus 1074. tertio exilii anno Basileæ moritur 1081
45. Rupertus à Cæsare intrusus ejusdem Sacellanus
46. Bertholdus Henrici V. item Sacellanus, ab eodem intrusus, sede dejectus, & à plerisque cum Antecessore in Syllabo Episcoporum prætermissus.
47. B. Gebhardus Zäringiæ Dux, Bertholdi Alemanniæ Ducis frater, Monachus Hirsangiensis invitus eligitur A. C. 1081. præsente Otthone Alban. Episcopo S. R. E. Card. ob. 1110. 12. Nov.
48. Arnoldus sive Arnolphus Comes de Heilgenberg Monachus S. Galli, à Cæsare contra Gebhardum intrusus, hoc pulso, aliquot annis per vim Pontificatu potitur. Verum Gebhardus summo Pontifice connitente restitutus, universam Germaniam & Ecclesiam Romanam immortalibus meritis demeretur, obiit 1116. aliis 1112. & 10. qui mortem ejus ad annum 1090. referunt, civiliter mortuum, sede scilicet exturbatum dixisse debuissent. 12. Novemb.
49. Udalricus Comes Kyburgensis, Monasterium Creützlingen fundat. ob. 1128. morbo Regis, quem S. Valentini vocant.
50. Udalricus Barn de Castello Monachus S. Blasii, vir sanctus, & eo forte nomine defluentibus in laxiora Canonicis invisus, ultro cedit A. C. 1138. scripsit Vitam S. Conradi Episcopi ad Calixtum II.
51. Hermannus Baro de Arbona, suscepit S. Bernardum Constantiæ, cui Gottfridus Bernardi vitam dicat. ob. 1166. aliis 65.
52. Otho Comes de Habspurg obiit 1169.
53. Bertholdus Baro de Busnang, aliis Kussnach. ob. 1179. May 10. quidam Ducem Zäringum volunt.
54. Hermannus nobilis de Fridingen. ob. 1191.
55. Diethelmus Baro de Weissenburg, & Krenchingen Abbas Augiæ Divitis. ob. 1205. alii 1206.
56. Wernherus Baro de Stauffen probatæ vitæ. ob. 1210.
57. Conradus Baro Tegerfeld, aliis Comes ab Andechs, Dominus in Tegerfeldt. ob. 1234.
58. Henricus nobilis de Thann sive Tanneck ope B. V. M. de Dynastis hostibus triumphat. obiit. 1248. Nonnulli Comitem de Thaon volunt.
59. Eberhardus Dapifer de Waldpurg. Castrum Gottlieben struxit, & multa redemit. ob. 1274.
60. Rudolphus Comes de Habspurg. ob. 1293. aliis 94.
61. Fridericus Comes de Zollern, contra quem electus Henricus de Klingenberg. cui post mensem Fridericus cessit. & obiit A. C. 1300.
62. Henricus Nobilis de Klingenberg, apud Principes & plebeios, imo omnes summo in honore. Norimbergæ in publicis Comitiis, proximus Regi, ante Colonensem assedit. Multa præclarissimè gessit, & beatè obiit 1306.
63. Gebhardus natione Gallus à summo Pont. Avenione creatus, dictus de Benar. vir nobilis, cæterum morum Germaniæ parum gnatus ob. 1318.
64. Rudolphus Comes de Montfort quod Ludovico Bavaro adhæreret excomunicatus est. Mortuus 1333. non nisi post 20. annos Catholicam sepulturam meruit.

65. Nicolaus nobilis de Keozingen, aliis de Krozingen, & Frawenfeldt, verè Pater pauperum, quorum manibus sepeliri voluit. obiit in Castro Castel. 1344.

66. Udalricus Pfefferhart patricius Constantiensis, vir otilis ob. 1351.

67. Joannes de Windeckh sive Windloow, à nobilibus quibusdam mensæ occumbens confoditur, miraculis à morte illustris. Complices sceleris, Conradus de Honburg patricida, Walther & Berthold de Stofflen, Udalricus de Roggweil, Bœmundus de Steckboren, Udalricus Goldast, &c. Occubuit 1356. 12. Cal. Februarij.

68. Udalricus de Fridingen, non multo post resignat vir dignissimus.

69. Henricus Baro de Brandis ex Abbate Einsidlensi, ob 1383. Collegit decimas Papales Anno 1374.

70. Mangoldus Baro de Brandis Abbas Augiæ Divitis obiit 1384.

71. Nicolaus de Riffenburg, fit Episcopus Olomucensis. 1387.

72. Burcardus Baro de Heuwen, ob. 1398.

73. Fridericus Comes de Nellenburg, summo consensu omnium electus, post dies decem resignat.

74. Marquardus de Randeckh, obiit A. C. 1400.

75. Albertus Blaier de Gitsperg ex Præposito Episcopus, quod bello Apencellensi sese immiscens plurimos manu propria profligasset, nec confirmatus neque consecratus est. Resignavit tertio Pontificatus anno Otthoni Marchioni, pensione sibi servata.

76. Ottho Marchio de Röttelen & Hohenberg, vir præstantissimus, sub quo celeberrimum orbe universo Concilium Constantiense celebratum est, & ibidem profligato pestilentissimo Schismate, Martinus V. Pont. Max. electus est. Resignavit demum Ottho A. C. 1433. cum incurabili Regii morbi violentia quateretur.

77. Fridericus Comes de Zollern, Hic convocatâ synodo, & numero inito Cœnobiorum parochiarum, & Sacerdotum propriæ Diœceseos A. C. 1435. Monasteria 350. Parochias seu curias 1760. Sacerdotes supra 17000. in sola Diœcesi sua Constantiensi deprehendit. obiit 1436.

78. Henricus Baro de Heuwen obiit A. C. 1462.

79. Burcardus de Randeckh obiit A. C. 1466.

80. Hermannus de Landenperg Vir Deo & hominibus acceptissimus. Senis autem cum gravis esset Coadiutorem assumpsit Ludovicum de Freyberg, obiit 1477. ex mœrore, ut nonnulli volunt, quod clandestinis molitionibus Ludovicus Romæ egisset, ut etiam invitis Canonicis succederet, metuente Hermanno, ne tam vafri contra libertatem Collegii Cathedralis consilii, author Ludovico fuisse videretur.

81. Ludovicus de Freyberg, homo, ut volunt, ambitiosus, at quanto Romæ gratior tanto Constantiæ abjectior, contra quem Canonici plores Otthonem Comitem de Sonnenberg elegêre, cui obniti se non posse cum Ludovicus conspiceret, Monasterium Weingartense nostrum uti paulo ante Elvacense versum erat, in Præposituram & Collegium Canonicorum verti ac sibi committi Romæ impetravit. Verum nostri apud Cæsarem ut obniteretur impetrârunt, obiit Romæ Lodovicus A. C. 1480.

82. Ottho Comes de Soonenberg. Vir laudabilis ob. 1491.

83. Thomas Ferlower de Cilia utriusque Iuris D. Frid. III. Imp. Orator, & præpositus Cathe[...] parcus & domesticus. ob. 1496.

84. Hugo de Hohenlandenberg obiit A. C. 15[...] cum biennio ante resignasset, & pro pe[...] oppidum Marckdorff reservasset.

85. Balthasar Merckle Vicecancellarius Imp[...] ob. 1532.

86. Hugo de Hoheolandenberg, quem super[...] resignasse diximus ad Cathedram revoca[...] undecimo resumpti regiminis mense defungi[...]

87. Joannes Comes de Lupfen 1536. resigna[...]

88. Joannes de Weza nobilis Inliacensi ex Ar[...] episcopo Lundensi & Episcopo Roschildensi [...] movente Carolo V. ejusque nomine Gerw[...] Abbate Weingartensi eligitur Episcopus C[...] stantiensis, Hic Augiam Divitem sitiens, [...] siti magis accensus, quo plus liberat, cum Ab[...] tiam Waldsassensem contentus non esset, Epi[...] patui incorporari impetravit, De ejus morte [...] rie scribitur in Comitiis Augustanis oppre[...] 1547.

89. Christophorus Mezlerus ab Andelberg, vir [...] signis & Religiosus, qui Augiæ Divitiæ redit[...] manus se minime inquinanturum asseruit, e[...] ab iisdem prorsus abstinuit ob. 1561.

90. Marcus Sitticus Comes de Altenemps S. R. [...] Cardinalis Pii IV. ex sorore nepos. Resignat C[...] dinali Austriaco 1589.

91. Andreas Ferdinandi Archiducis ex Philipp[...] Welsera filius, obiit Romæ A. C. 1600.

92. Joann. Georg. de Halweil, Sanctioris vit[...] piscopus & B. M. V. studiosissimus, S[...] Episcoporum postremæ ætatis futurus, longi[...] vita dignus obiit, 1603.

93. Jacobus Fuggerus Baro de Kirchberg & W[...] senhorn obiit 1626.

94. Sixtus Werohernus de Prasperg, morte repe[...] tina extinctus A. C. 1627.

95. Joannes Comes & Dapifer Waldpurgius, o[...] A. C. 1644.

96. Joannes Franciscus de Prasperg cognome[...] Vogt de Summerauw, Sixti Wernheri ex fra[...] Nepos, ex suffraganeo electus.

EPISCOPI ARGENTINA[...]

Potentissimus omnino Episcopatus cujus C[...] nonici à multis sæculis, non nisi è summa Nobi[...] tate adlecti, comprobata plurimis Maioribus &[...] vis generis dignitate, ex Imperii Comitibus Libe[...] Baronibus multi item ex Principum maximo[...] familiis, exsplenduêre.

Officia[...]

Officiales Hæreditarii fuere: Mariſcalli Comites Wirtenbergii, Dapiferi Landgravii inferioris Alſatiæ, Pincernæ Landgravii Superioris Alſatiæ, Camerarii Duces Sueviæ.

1. S. Amandus Sereni Aquitaniæ Ducis filius, Monachus Benedictinus plurimarum gentium Apoſtolus A. C. 658. Trajecto evocatus.
2. S. Arbogaſtus Monachus item Benedictus. Sigebertum Dagoberti Regis filium à mortuis ſuſcitavit obiit 658.
3. S. Florentius Monachus S. Hidulphi diſcipulus Rathildim Dagoberti filiam cæcam & mutam prodigioſe reſtituit. obiit 676.
4. Anſoaldus obiit A. C. 680. ex Mon: Vallis Greg.
5. S. Juſtus obiit 681. Ex Monacho Vallis Gregorianæ qui ſcripſit in Cant. Cant.
6. S. Maximus obiit A. C. 686.
7. S. Valentinus obiit A. C. 689.
8. S. Solatius obiit A. C. 692.
9. Giulphus, Biulphus, ſive Biolphus obiit A. C. 700.
10. Magnus nobiliſſimi generis obiit A. C. 706.
11. Aldus obiit 714.
12. Baroinus, Garoinus ſive Garinus ob. 721. ſub quo conditum Cœnobium Swarzach.
13. Rotharius qui dicitur multa prælia geſſiſſe, præfuit annis quinque.
14 Landebertus, ſub plurima Ord. noſtri Cœnobia condita ſunt ob. 727.
15. Rodobaldus obiit 730.
16. Magnibertus ſive Magnebartus & Magnobertus præfuit annis quinque, obiit 735.
17. Ubelinus, Lablinus, Ubiolus Labiolus, ſive Laiboltus, tam variè legitur obiit 741.
18. Gundwaldus obiit 746. dictus aliis Sunderoldus.
19. Gando ſive Gaudo & Gado obiit 748.
20. Otho ſive Utho, filius Luthardi Comitis de Habſpurg & Berthæ Lotaring. alii Etichonis Alſatiæ Ducis filium aſſerunt. Abbas Vallis S. Gregorii. Sed puto confundi ipſum cum Ethone 23. Epiſcopo obiit 756.
21. Wiggerus fundator Monaſterij Cellæ Monachorum ad Rhenum, quod ſucceſſor ampliavit. obiit. 761.
22. Wandelfridus obiit 765.
23. Etho, aliis Otho Babonis Alſatiæ Landtgravii germanus. Monachus Augiæ Divitis, reſtituit Cellam Monachorum, à ſe deinceps Ethonis dictam, & plura Cænobia dotat. obiit 773.
24. Adulphus, Arnolphi Palatini Treuer, filius, obiit 783.
25. S. Remigius, Romedius ſeu Benignus Abbas Vallis S. Gregorii è Principibus Alſatiæ oriundus Hugonis Comitis affinis, fundator Monaſterij Virginum Eſchouw obiit A. C. 803.
26. Ratto ſive Recho Abbas Vallis S. Gregorii ob. A. C 811.
27. Utho Argentinenſis patria genere nobilis, & inſignis obiit 821.
28. Herlewardus, Urlevaldus. & Urlenhardus, utiliter præfuit ob. 828.
29 Adelhous, Adelochus vulgo Adelhoch Monaſterium Scotorum Ord. noſtri S. Thomæ dictum locupletat. obiit 840.
30. Bernoldus vir ſanctus, ob. 857.
31. Utho III,
32. Ratholdus utiliſſimus Eccleſiæ ob. 875.
33. Grimoldus, Brimoldus ſive Brunoldus ob. 883.
34. Ratholdus, ſive Radoldus II.
35. Regenhardus optimè meritus ſub quo B. Richardus Imp. Andlow fundavit. Ipſe obiit 895.
36. Waldramus ſive Baldramus Bavarus ob. 906.
37. Ottobertus, Argentinenſes moleſtos, & hoſtes habuit quorum odia cum declinaret, in arce Rotenburg immiſſis clam ſicariis trucidatus eſt A. C. 913. Aug. 30.
38. Godefridus Caroli Craſſi á ſorore nepos, præfuit duobus ſolum menſibus.
39. Richwinus Reineri Lotharingiæ Ducis frater Princeps doctus & religioſus, dotavit Collegium S. Thomæ ob. 928.
40. Ruthardus è Ducibus Alemanniæ oriundus, conjurationis in Cæſ. reus depoſitus, & annis undecim Corbeienſi Cœnobio incluſus, demum ad ſedem reverſus A. C. 950. moritur.
41. Utho Comes Francicus, ſeu ut alii volunt Lenthardi Alſatiæ Landgr. filius, Bibliothecam inſignem inſtruxit, ob. 965.
42. Erckenbaldus cognomento Altricus, humilibus at optimis parentibus natus, eruditione præſtans anteceſſorum geſta metro deſcripſit præfuit anno 853.
43. Baldus à pietatis & Religionis ſtudio commendatus obiit A. C. 979.
44. Wideroldus ſive Widerolphus è Ducibus Saxoniæ oriundus, quem vulgo circumferunt à muribus abſumptum, eo quod in S. Stephani Cœnobium injurius fuiſſet. Verum Monachorum adeo amantem fuiſſe deprehendimus, ut etiam liberaliſſimus Cœnobii, Eberheimenſis Dotator deprædicetur, obiit in Italia A. C. 1000. inde in Ebersheimmünſter translatus.
45. Alwicus Comes de Sulz Abbas Augiæ Divitis, vir præſtantiſſimus, in cujus gratiam ampliſſimè à Cæſ. Argentinenſis Eccleſia dodata eſt. ob. vir magnus A. C. 1006.
46. Wernharius è Ducibus Lotharingiæ, Conſtantinopolim ab Imp. Legatus ibidem moritur 1028. Idem ligneam à Clodoveo Rege conſtructam Baſilicam, deſtruens lapideam moliri auſus eſt.
47. Wilhelmus Otthonis Bavariæ Ducis filius, Gregorii V. frater, Eſchawenſis Cœnobii dotator. Templum Cathedrale ingenti mole strui cœptum, promovere prout licuit contendit ob. 1047. 7. Id. May.
48. Hetzelo Comes de Dagſperg ob. 1065.
49. Werhharius II. Comes de Altenburg Landgr. Alſat. obiit 1065. Quem aiunt eſſe ipſum illum qui Hirſaugienſi Cœnobio extrema minatus, cum eo properaturus equum conſcenderet, repente mortuus memoratur. Chron. Hirſ. Templum ut hodie viſitur ſtruxit.
50. Theobaldus obiit. 1084.
51. Otho Comes de Hohenſtauffen, ſeu potius Baro Friderici Weiblingenſis filius, obiit 1100.
52, Baldvinus vix duobus menſibus præfuit.

53. Chu-

53. Chuno præstanti genere natus obiit. 1123.

54. Bruno depositus A. C. 1131. quem tamen non nulli restitutum, volunt, reconciliatum Imperatori.

55. Eberhardus prælium gessit contra Frid· Suev. Ducem ob. 1141. aliis Gebhardus dicitur.

56. Burcardus ob. 1161. cum optime præfuisset.

57. Rudolphus Simoniacus deponitur ab Alaxandro III. 1179.

58. Conradus Comes de Geroltseck obiit 1180.

59. Henricus Baro de Hasenburg, alias Altenberg ob. 1190. 25. Martii, in quem tunc (NB.) festum Resurrectionis & Annunciationis Domini incidebat.

60. Conradus de Hunnenberg sive Hunnenburg Alsata captus à Nobilibus Argentinensibus qui Imperatori Philippo se se oppoluisset, vir religiosus ob. 1123. aliis 1227.

61. Henricus Comes Veringensis Cleri defensor obiit 1223. Castrum Dalgenstein, Dagoberti olim sedem restauravit.

62. Bertholdus Dux Teccensis, Pacis amantissimus Henrico tamen Friderici II. filio Ecclesiam vastanti occurrens eum profligavit 1228. obiit 1244.

63. Henricus Comes de Staheleck. ob. 1260.

64. Waltherus Dynasta de Hohen. Gerolzechk, prælia multa cum Argentinens. gessit, ob. 1263.

65. Henricus Baro de Gerolzeck in Wasichin, vir pacis studiosus ob. 1202.

66. Conradus III. Baro de Liechtenberg, pace bonus & bello strenuus, ob. 1299. 9. Cal. Aug. Eum Ms. & ea bis, Stumpfius, Bruschius, Herzog aliique in oppugnatione Fryburgi à lanione transfossum asserunt, cujus tamen rei in ejus Epitaphio nulla prorsus mentio habetur in quo vir incomparabilis celebratur.

67. Fridericus Baro à Liechtenberg Concubinariorum Sacerdotum profligator, sub quo per Argentinenses mira illa turris obsolvitur obiit A. C. 1306.

68. Joannes nobilis à Dirppheim, fundator Xenodochii Molsheimensis ubi sepelitur 1328. Oeconomus insignis, pagos multos muris cinxit.

69. Bertholdus Comes à Bucheck. Pacis amans coactus tamen subinde arma capere. Episcopus laudatissimus ob. 1353.

70. Joan. Baro de Liechtenberg. Nihil Suffraganeis commisit, sed quod Episcopi & boni pastoris erat, ipse perfecit. Pauperum Pater, longe utilissimus Episcopatui. obiit 1363. Langraviatum Alsatiæ emit & Ecclesiæ dedit.

71. Joan. III. Comes S. Pauli Caroli IV. Imp. nepos, cultu & apparatu mollior. ob. 1371.

72. Lambertus de Buren Abbas Gengenbacensis Canonicis diu dissidentibus electus, ob ingenii & genii miram industriam ad diversas Cathedras evectus 1398. resignato honore ad Monasterii quietem reversus

73. Fridericus II. Comes de Blanckenheim, durus in Clerum & populum exactor. Pulmonitus cognominatus, quod novo & impio more per DEI pulmonem juraret. Bellum cum Argentinensibus gessit, quibus cum invisus esset, consensu Rom. Pont. cum Ultraiectensi sedem permutavit 1396.

74. Burcardus II. Comes de Lützelstein à Canonicis electus, qui quod diffideret contra Wilhelmum Ultraiectensem Episcopum à Rom. Pont. permutatione facta, honorem suum tueri, sponte cedens, pensionem retinuit 1398.

75. Guilelmus Comes de Diest ex Episcopo Ultrajectino Argentinensis, præfuit 44. annis obiit 1439. Clero illatas iniurias negligendo. Præliatus cum urbe.

76. Conradus Baro de Busnang à maiore parte Capituli electus, cum minor Pars Joannem Baronem de Ochsenstein obtruderet, pacis amantior ipse libere se abdicavit, ea lege ut Ruperto Rheni Palatino Canonico præsenti honorem resignaret, Rufachio sibi retento. Ita factum.

77. Rupertus Comes Pal. Rheni Utilissimus, obiit 1478.

78. Albertus Otthonis Bavar. Ducis filius concubinariorum scor. ob. 1506.

79. Guilhelm. Comes de Honstein, solitus dicere, se malle uno servo contentum esse, quam propter collectas concubinatum Cleri tolerare. sub hoc Argentinenses Cathol. Relig. deseruêre. ob. 1519.

80. Erasmus Pincerna Baro semper liber de Limporg. Malebat subditos, quam se ipsum, opulentos ob. 1568.

81. Joan. Comes à Manderscheid. ob. A. C. 1592.

82. Carolus Dux Lotharing. S.R.E. Cardin. elect. 1592. obiit Nancey Anno 1607.

83. Leopold. Archidux. Austriæ, Ferdin. II. Imp. frater Germanus. Is postea resignato Episcopatu duxit Claudiam Hetruriæ Ducissam.

84. Leopold. Wilhelm. Archid. Austriæ Ferdin. III. Imp. frater German. Gubernator Belgii, bello clarissimus, ingenio maximus idem Princeps Religiosissimus & fortunatissimus.

EPISCOPI SPIRENSES.

1. Jessius, Iasimus, sive Iesus Nemetum primus Episcopus Arianam perfidiam strenuè profligasse scribitur sub A. C. 348. Post quem ad usque tempora Dagoberti Regis, uti & ante Iessium nullius Episcopi mentio in Veterum huius loci monimentis reperitur.

2. Athanasius è Monacho ut videtur secundus Episcopus Spirensis, creatur, Dagoberto Rege de propaganda apud Spirenses Religione solicito, & hunc secum pastorem adducente. Sub hoc Episcopo idem Rex A. C. 623. celeberrimum Ord. S. P. N. Benedictini Weissenburgense Cœnobium condidit, princeps Ecclesiæ Spirensis fundamentum & fulcrum, ejusdemque Episcoporum promptuarium. Obiit Athanasius vir sanctus A. C.

ctus A. C. 651. cum sedi suæ utilissime, annis 40. præstitisset.

3. Principius è lectissimo Sanctorum Collegio, Weissenburgensi Cœnobio extractus, Episcopus longè dignissimus, & Sigeberto Regi gratissimus, in cujus gratiam Rex Sigebertus Episcopatum Regia munificentia dotavit, & alia inter, Principio Decimas omnium Victualium in agro Spirensi amplissimo provenientium donavit. ob. Principius A. C. 676.

4. Tragebodo ex Abbate item Weissenburgensi Episcopus Spiræ, vir insignis, obiit 686.

5. Basinus præfuit annis septem. Desunt aliqui.

6. Lato sive Jatto obiit 767.

7. David ex Abbate Weissenburgensi, vir sapientiæ & pietatis laudibus Jllustrissimus ob. 775.

8. Sigewinus alias Wigewinus ob. 801.

9. Atto sive Otrho obiit A. C. 810.

10. Freydo, sive Prraydo, ex Monacho, ut plerique Episcopi fuisse videntur, Weissenburgensi, Episcopus Spirensis, Carolo Magno inprimis charus, insignia adeptus & privilegia, obiit 814.

11. Benedictus interfuit Concilio Aquisgran. 810. obiitque A. C. 822.

12. Bertinus ob. 841.

13. Gebhardus sive Eberhardus illustri genere natus, captus. oculis occiditur à Comitibus quibusdam hæreditatem sibi velut præreptam, & Spirensi Ecclesiæ legatam dolentibus 848.

14. Godelancus, ut antecessores omnes Monachus cum Ecclesiæ Spirensis Canonici, Monachi etiamnum essent. obiit 884.

15. Aynardus ob. 890.

16. Amelricus ex Monacho Weisenburgensi genere & eruditione perillustris, relictis ingenii pulcherrimi monimentis, immortalis obiit 895.

17. Everhardus, Bernardus sive Gebardus, Monachus item Weissenburgensis, occisus à Bernardo & Conrado Comitibus A. C. 913.
Arbitramur autem hujus gesta & mortem cum 13. Episcopo confundi.

18. Amelricus II. aliis Almericus Conrado Salico, Henrico Aucupi, & Ottboni magno charissimus obiit. 945.

19. B. Reginobaldus Monachus Hirsaugiensis, Sanctitate, genere & eruditione illustrissimus, sub quo Ecclesia liberalissime decimis, reditibus, vectigalibus, facultate cudendæ monetæ, & amplissimis juribus donata est obiit 13. Oct. 958.

20. Godefridus Monachus Weissenburg doctissimus religiosissimus, & utilissimus, obiit comunì omnium comploratione A. C. 959.

21. Odogarius sive Ottgerus Monachus Hornbacensis, Imperio Romano utilissimus, sapientia & dexteritate rerum gerendarum mirandus, cujus opera Ottho Magnus Imperator in maximis Imperii negotiis utebatur, in eiusque gratiam Cathedram Spirensem plurimum extollebat, omnemque iurisdictionem Urbis Nemetum illie ac successoribus plenissime possidendam, A. C. 969. tradebat, obiit eodem anno Episcopus summo omnium luctu.

22. Werimbaldus Monachus Hirsaugiensis, vir doctissimus & Religiosissimus mortuo Otgario electus Pontificatum summa contentione à sese amoliens alterius eligendi auctor fuit.

23. Baldericus, cujus tempore tam Spirenses quam Moguntini & Wormatienses Canonici cucullum abjecere. obiit Baldericus A. C. 987.

24. Rupertus ex Monacho Weissenburgensi majorum imaginibus & propria virtute clarus, varia insuper doctrina conspicuus, Cæsari Otthoni III. charissimus, qui ipsum & Successores pago Lindesheim cum Jurisdictione & aliis donavit, obiit Rupertus A. C. Millesimo, aliis Millesimo quinto.

25. Waltherus seu Waltherius, sub quo Ecclesia Cathedralis condite à Gisela Imp. ob. 1031.

26. Sigefridus, ante confirmationem decessit 1031.

27. Regingerus.

28. B. Reginobaldus Abbas S. Udalrici Augustæ. meritissimus & à morte miris illustris ob. 1039.

29. Sigebato sive Sibicho ob. 1054.

30. Arnoldus sive Arnolphus ob. 1056.

31. Conradus obiit A. C. 1057.

32. Einardus Comes de Catzenelenbogen Abbas Limburgensis, scripsit insigne volumen de ceremoniis Ecclesiæ. Quia consilio & prudentia plurimum juvit Henricum Imp. ac ipso Creuzenacensi villa cum omni jure & proprietate donatus est. ob. 1067.

33. Henricus nobilissimo genere natus, vita ignobilie dissipavit bona Ecclesiæ, repente & misere periit 1075.

34. Ruckerus, Urbem ampliavit, & à fluviolo proximo Spiram appellari voluit ob. 1084.

35. Joan. Comes Creichgoviæ amplissimum patrimonium Ecclesiæ reliquit ob. 1104.

36. Gebhardus Comes ab Aurach, Abbas Hirsangiensis, vir Deo charus, sed calamitatibus afflictissimus ob. 1110. sepultus Hirsangiæ.

37. Bruno Monachus Limburgensis vir Sapientissimus, cujus & Cæsaris Henrici beneficio maximis gravaminibus Urbs Spirensis liberatur obiit 1113. Limburgi Sepultus.

38. Stephanus Abbas Corbeiensis in Saxonià aliis Arnolphus dictus, mira prudentia præditus Henrico V. unice dilectus ob. 1127.

39. Sigefridus Comes de Leiningen, sub quo Basilica Spirensis incensa restauratur, ob. 1141.

40. Guntherus Comes de Leiningen, Fundator Monasterii Maulbrunnensis ob. 17. Sept. 1156. Sepultus Maulbr.

41. Udalricus à Durmonz ob. 1168.

42. Godefridus ob. 1178.

43. Conradus ob. 1184.

44. Rascato vel Radbodus obiit A. C. 1188.

45. Udalricus à Rechberg condidit Bruxell. arcem obiit 1192.

46. Ottho Com. Hennenberg ob. 1202.

47. Conradus à Scharpfeneck Imp. Cancellarius & Episcopus Metensis ob. 1224.

48. Beringerus Baro de Entringen, aliis Ebringen vir optimus ob. 1232.

49. Conradus nobilis de Tbann, alii Waldpurgium Baronem contendunt ob. 1237.

50. Conradus V. Comes de Eperstein, cognomento Pacificus ob. 1245.

51. Hen-

51. Henricus Comes à Leyningen, seditiosorum oppressor ob. 1272.
52. Fridericus Baro à Bolanden obiit 1302.
53. Sibotho Baro à Liechtenberg, Spiram seditione liberavit obiit 1314.
54. Emicho Comes à Leyningen, sub quo ab Austriis Spirensis ager vastatus, quod Episcopus Ludovico Bavaro faveret. Cæterum utilis fuit & obiit 1318.
55. Bertholdus Comes à Bucheck resignat 1329.
56. Waldramus Comes à Veldenz resignat 1336, eodem anno mortuus.
57. Balduinus Comes à Luxemburg Henrici VII. Imp. frater Archiepiscopus Trever. exoratus acceptat onus Episcopale, & post quam præclare consuluisset resignat A. C 1337.
58. Gerardus ab Ehrenberg utilissimus, ob. 1363.
59. Lambertus à Buren, Abbas Gengebacensis & Episcopus Brixiensis, fit Episcopus Argentinensis A. C. 1372. & resignat Spiræ.
60. Adolphus Comes Nassovius, Spiram rebellem initio Pontificatus edomuit. Moguntinus Archiepiscopus electus, Spiram non deseruit, ob. 1388.
61. Nicolaus humili natus genere ab Urbano VI. commendatus, utilitet præfuit alter Episcopatus Restaurator, obiit 1396.
62. Rhabanus ab Helmstadt Cancellarius Wencеslai Imp. duobus mensibus Spiram obsedit. Donec res componeretur. Cæterum utiliter præfuit A. C. 1430. electus est Archiepiscopus Trever. retenta sede Spirensi donec A. C. 1439. utrumq; Pontificatum resignaret, obiit 14. Novemb. eodem anno.
63. Reinhardus ab Helmstadt Præpositus Cathedr. superioris ea fratre nepos, vir præstans, ob. 1456.
64. Sigefridus à Fenningen, Wersovinm castrum oppignoratum redemit ob. 1459.
65. Joannes ab Enzenberg cognomento Nix, vir egregiè doctus & nobilis, jussus ab Imp. & summo Pont. Adolpho Nassovio Archiepiscopo Mogunt. contra Isenburgium suppetias ferre, à Palatino hujus fautore gravissima damna pertulit Resignavit 1462. reservata sibi arce Grunbacensi.
66. Matthias à Rammingen, struxit Mariætraut arcem insignem ob. 1478.
67. Ludovicus ab Helmstadt, vir meritissimus, oemini in omni Virtutum genere secundus, conspirationem contra se & Magistratum plectit obiit 1491.
68. Philippus à Rosenberg Ludovici è sorore nepos, sedetuit à Palatino oppidum & Castrum Rotenburg, obiit Udenheimy A. C. 1513.
69. Georgius Comes Palat. Rheni Philippi Electoris filius, Præpositus Mogunt. Emit Castrum Madenburg cum territorio adiacente ab Ulrico Duce Wirttenberg obiit Anglico sudore per Germanism grassante correptus 1529.
70. Philippus à Flerschyni electus A. C. 1530. Præpositurâm Weissenburgensem Episcopatui incorporavit, A. C. 1546. Paulo III. & Carolo V. Imp. consentientibus.
17. Rudolphus à Franckenstein, 1552. ✠ 1560. Marquart ab Hatstein 1560. ob. 1581.
72. Eberhardus à Dienheim ex Iudice Cameræ Imperialis Episcopus ob. 1610.
73. Philippus Christophorus Præpositus Treverensis, à Sottern, nobilis imprimis familia, vir summæ eruditionis.
74. Lotharius Fridericus à Metternich, in quo cum exemplar habeas Nobilitatis absolutissimum, nescias tamen quas in ipso præ cæteris Virtutes admireris.

EPISCOPI WORMATIENSES.

1. Victor, interfuit Concilio Coloniensi A. C. 349. atque una aliis totius Europæ Episcopis, Euphratem Archiepiscopum Coloniensem Arrianum exauctoravit. Ab hoc ingens lacuna seu defectus Successionis.
2. Amandus præsul meritissimus.
3. Carolus.
4. Nomen ignoratur.
5. Sed & huius incognitum nomen.
6. S. Crotoldus sive Crotaldus claruit sub A. C. 503. quo tempore vix ruinæ Urbis tempore Attilæ superetant.
7. Ignoratur.
8. S. Ropertus Monachus Benedictinus, è Regibus Angliæ, seu ut nonnulli volunt, Franciæ oriundus, Meritissimus de provincia Waogionum, Beringeio Comiti præfecto tegio invisus, virgis cæsus sede deiicitur, & Bavarorum sit Apostolus ac primus postea Episcopus Salisburgensis.
9. Nonus Archiepiscopus Wormatiensis incognitus.
10. S. Amandus Monachus Benedictinus, è Ducibus Aquitaniæ oriundus, Princeps Episcopatus bujus gloris, & multarum gentium Apostolus, in cujus gratiam Dagobertus Rex in Wormatiensem Ecclesiam liberalissimus, alter ejus Fundator celebrari meruit, & Amandus conditi sub ejus honore & nomine Basilica parochiali, Patronus adoptari.
11. Quis Amando successerit incompertum.
12. Gertoldus tempore Carolomanni & Pipini fratrum, Occubuit in prælio Pipini contra Thuringos.
13. Gervilio ultimus Archiepiscopus, Geroldi filius legitimus eum qui pattem occiderat, simulatâ amicitia evocans, ipse contrucidavit, in cujus sceleris detestationem, Wormatiensis Ecclesiæ Archiepiscopali honore exuta, quæ Moguntiæ & 15. insuper Episcopatuum Domina erat, Moguntinæ parere jussa est, sub A. C. 729. Gervilione in Cœnobium detruso.
14. Wernharius primus Episcopus Wormatiensis, à Pi-

fis à Pipino Rege constitutus, præfuit annnis 25.

15. Folcwicus tempore Caroli Magni.

16. Erenbertus sive Erenbrandus, claruit A C.798.

17. Samuel Abbas Laurissensis Benedictinus A.C. 838. Pontifex eximiè doct. vir merit. ob. A.C. 856.

18. Gunczo sanctissimæ vitæ Pontifex, ob. 872.

19. Adilhelmus vir nobilissimus, obiit 873.

20 Dietlacus, præfuit 41. annis, Imperatoribus charissimus, obiit 914.

21. Richovicus, Rigouvo sive Rigonno, præfuit utilissimè annis 36. ob. 950.

22. B. Anno extractus è Cœnobio Bergensi prope Magdeburgum, cujus Abbas erat, vir eximiè Sanctus, obiit 24. Dec. 874. in cujus gratiam Ottho Magnus Episcopatum plurimum ditavit.

23. B. Hildeboldus germanus frater Annonis, Otthonis II. Cancellarius, vir meritissimus. ob. 996.

24. Erpho, triduum ab electione supervixit.

25. Razo vir nobilis, Imperatorem in Italiâ sequutus, ab eodem Romæ Episcopus nominatus, dum Wormatiam contendit in itinere moritur.

26. S. Burcardus Annonis & Hilddeboldi Episcoporum frater, quem rogatus à Cæsare Hildeboldus, solum dignissimum olim successorem fore dixerat, Monachus Labacensis, vir sanctissimus alter Wormatiæ conditor, urbem pene collapsam restituit, muris cinxit, fossis turribus & propugnaculis muniit; S. Pauli Canon. Collegium condidit, plura alia Collegia dotavit, Decretorum denique volumen æternâ cum Ordinis sui gloria composuit, moritur 20. Aug. 1025.

27. Hazego seu Azecho Comes à Nassauw, ob. 1044

28. Adelgerus nobilis genere & virtute Cancellarius Henrici III. præfuitquinq; mensibus, ob. 1044 Sub quo Canonici cucullum Wormatiæ abjecêre.

29. Arnoldus obiit 1065.

30. Adelbero Comes Rheinfeld. Rudolphi Cæsaris frater, Monachus S. Galli vir Sanctus, cæterũ obeso admodum corpore, & ut quidam volunt, monstro pene mole corporis similis, ob. 6. Aug. 1070.

31. Adelbertus, seu Adelbrandus è Ducibus Saxoniæ, quod Pontifici Rom. & Rudolpho Cæs. faveret ab Henrico IV. sede pulsus, sed à filio ejusdem restitutus, obiit 1108.

32. Diethmarus, obiit 1109.

33. Ebbo Monachus Laurissensis dein Canonicus Goslariensis, vir meritissimus, ob. 1115.

34. Buggo nobilis ab Achorn, contra quem Henricus V. Arnoldum quendam fovit, Arnoldus tamen, exuli Buggoni A. C. 1131. libere cessit, ob. Buggo 5. Dec. 1151. Restitutor Monasteriorum.

35. Conradus de Steinach, utilis Pontifex, ob. 1163.

36. Conradus II. Prælia gessit cum Henrico Guelphone & Conrado Palatino. ob. 1187.

37. Henricus I. obiit 1196.

38. Leopoldus, anno 1217. obiit Tertio Gubernationis anno à majore parte Canon. electus Archiepiscopus Moguntinus, contra Sigefridum competitorem acriter dimicavit & utroque Pontificatu ad usque mortem Philippi Regis potitus, licet excommunicatus, postea utroque dejectus, supplex summo Pontifici A. C. 1209. Wormatiensem denuo impetravit, & benè præfuit.

39. Henricus Comes Sarburgensis, seditiosam urbẽ compescuit. Fundavit Kirsgarten Virg. Cist. Cœnobium, ob. 12. Sept. 1234.

40. Landolphus ab Hoheneck, Fridericum II. Imp. adversarium, & Sigefridum Archiepiscopum Moguntinum habuit, ob. 1247.

41. Conradus è Turckheim, obiit ipso electionis anno 1247.

42. Richardus nobilis de Thaun electus in Schismate à minore quidem parte, sed cum competitore conveniens, ob. 1277.

43. Eberhardus Hirsutus Comes de Bajenburg seu Bomenburg, à majore parte jam mortuo Conrado electus, ob. 1277.

44. Fridericus Hirsutus Comes à Bajenburg Eberhardi germanus, ob. 1283.

45. Simon de Schöneck, vulgo religiosorum omnium speculum appellatus, vir utilis moritur, 1291.

46. Eberhardus II. à Stralenberg, contra quem electus Gerhardus Comes Hirsutus superiorum frater, ex quo metus belli gravis, sed re composita non multo post uterque mortuus, A. C. 1293.

47. Emicho Comes Hirsutus de Bajenburg, vir longè religiosissimus, pauperum pater, obiit in Vig. S. Jacobi Apostoli, 1299. & in cucullo sepeliri voluit

48. Eberwinus nobilis à Kronenberg, vir insignis obiit 1303. Dotator Cœnobii Liebenauw Monialium, 20. May.

49. Emericus de Schöneck Simonis Episcopi germanus, post vacationem sedis quinquennalem ob discordiam Canonicorum, à Rom. Pont. præfectus, præfuit prudentissimè & obiit 1318.

50. Henricus à Thaun, obiit 1319.

51. Cuno à Schöneck, Simonis & Emerici nepos, ob. 1329.

52. Gerlacus Pincerna Baro de Erbach, honori se ipsum ingessit contra postulatum Balduinum Archiepiscopum Treverensem, obiit 1332.

53. Salomannus Waldboto, familiæ Moguntinæ sine Canonicorum consensu à Rom. Pont. præfectus contra quem Canonici Stephanum quendam elegêre. Inde gravia mala donec res A. C. 1342. componeretur, & Stephanus cedere cogeretur, obiit Salomannus 1349.

54. Theodoricus nobilis à Boppatden Bavarus Princeps optimus. Resignavit 1366. contra hunc bis seditionem movit Wormatia.

55. Joannes Schadlandt Ord. Prædic. ob. 1373.

56. Eckardus à Dersch, post vacationem 4. annorum electus, pacis amantissimus, rebelles perpetuo Wormatienses sensit, ob. 1405.

57. Matthæus Polonus Rector Parisiensis & Pragensis Ruperti Imp. precibus fit Episcopus, sub quo res cum civibus compositæ, Clero post triennii exilium reducto A. C. 1407. obiit 1410.

58. Joannes à Fleckenstein, sub hoc A.C. 1423. rursus seditiosa Wormatia, sequenti componitur ob Joan. 1426.

59. Fridericus à Domneck, restaurator Cœnobii Kirsgarten Cist. quod Canonicis S. Aug. dedit, monialibus omnibus peste absumptis. ob. 1445. sub quo A. C. 1440. ingens seditio agri Worm.

60. Ludovicus ab Ast resignavit post 6. Hebdom.

61. Reinhardus à Sickingen, ob. 1483.

62. Joan. à Dalburg sub quo in clerum seditiosissima Wormatia, obiit vir eruditissimus 1503.

63. Reinhartus nobilis à Riepur, sub quo ager Wor-

mat. à variis Principibus post bellum Bavaricum, resignavit & paulo post obiit A. C. 1533.

64. Henricus Comes Palat. Rheni, ob. 1552.

65. Theodoricus à Pettendorff, obiit 1580.

66. Georg de Schomberg, Joan. Archiep. Tr. frater.

67. Philippus à Rottenstein, variarum linguarum cognitione præstans.

68. Dietbelmus ab Effreo, sive Effero, nobilissimæ familiæ, obiit 1616.

69. Georgius Fridericus Greiffenclau de Vollrath, mortuus A. C. 1629. 6. Julii.

70. Georgius Antonius, de Rottenstein.

EPISCOPI AVGVSTANI.

S. Dionysius A. 296. uno anno prædicat August.

1. S. Sosymus Martyr sub A. C. 300.

2. Wernolphus sive Berwelphus post longam sedis vacationē Episcopus est constitutus, incertum quo anno, quinquenniū tamen præfuisse memoratur.

3. Tageobertus sive Dagobertus, insignis Christianæ fidei præco, præfuit annis 16.

4. Manno, Suevus præfuit annis 19. electus 665.

5. Wicbo, præfuit annis novendecim, 686.

6. Perichus sive Brico, Comes ut volunt, Brigantinus præfuit annis 20. Arrianorum profligator.

7. Zayso tempore Justiniani II. præfuit annis 21.

8. Marcomannus post vacationem multorum annorum præfuisse Vindelicis annis 29. memoratur.

9. S. Wicterbus, sive Victerpus, primus ferè continuatæ serici Episcopus Augustanus, Abbas Elvacensis, vir sanctissimus, Christianum pietatem latissimè propagavit, in cujus gratiam Pipinus haud levia Ecclesiæ Augustanæ contulit, ut præcipuum fere ejusdem conditorem arbitremur.

10. S. Thosso precibus S. Magni à Pipino Rege Episcopus designatus obiit A. C. 765. 16. Jan.

11. S. Symbertus è Ducibus Lotharingiæ oriundus Abbas Murbacensis, post vacationem aliquot annorū Episcopus constitutus, primus post restauratam per Carolum Magnum Augustam, qui in gratiam Symberti nepotis sui Episcopatum plurimum auxit & locupletavit. Præfuit mirâ cum Subditorum felicitate ab A. C. 779. usque 809.

12. Hanto sive Hanto Comes ab Andechs, vir maxime insignis & Ecclesiæ dotator, claruit æternum A.C. 840.

13. Waltherus præfuit annis decem.

14. Adelgerus præfuit annis 16. obiitq; A. C. 864.

15. B. Neodegarius Abbas Uttenburanus vir sanctissimus, ob. 17. Cal. Maji A. C. 869.

16. aliis 17. Lanibo, Laocko sive Dancko, elect. A. C. 870. insignis Dotator Cœnobii Faucensis. ob. 877

17. Udelmannus genere nobilissimo, ob. 888.

18. Widgarius sive Widogerus Abbas Uttenburanus relicto Episcopatu factus Helvetiorum Apostolus. vir sanctus A. C. 898. ob. 902. Cui tamen non videtur alius subrogatus quoad de morte ejus constaret.

19. S. Adalberus Comes de Dilingen Monachus Elvacensis, Abbas ibidem & Episcopus August. vir sanctus, Arnulpho Imp. charissimus, ob. 922.

20. Hildinus vir eximius, obiit 923. cum superstite Adalberto quinquennium coadjutor, annum postea Episcopus præfuisset.

21. S. Udalricus Comes Diling. vir sanctissimus præcipuus Augustanorū Tutelaris. Cucullum in Concilio Ingelhelmensi in oculis omnium patrum induit & Episcopatum resignavit, quem tamen retinere coactus est: asserens, etiamsi Episcopus esse cogeretur quin, Monachus tamen esset prohiberi non posse. Idem Augustanæ urbis amplitator & alter quasi conditor, innumeris beneficiis urbem obstrinxit, obiit 973.

22. Henricus Comes à Geysenhausen, universum Comitatum Ecclesiæ legavit, occubuit contra Saracenos A. 982.

23. Adalgerus hic immiscetur.

24. Ethico Comes Altorffensis, è potentissima Guelphorum familia, obiit 988.

25. Luitolphus sive Luitholdus, obiit 996. sub quo cum Cathedr. Ecclesia corruisset, eam ope Adelheidis Imp. restauravit. 26. Waltherus.

27. Gebhardus S. Udalrici Sacellanus & Præpositus Cathedralis, Elvacensis postea Monachus & Abbas, inde ad Pontificatum extractus est. ob. 1002.

28. Sigefridus parum laudatus, obiit 1009.

29. Bruno Henrici II. Imp. germanus S. Afræ Ecclesiam Benedictinis reddidit, & S. Mauritii templū condidit. Eum A. C. 1026. Guelpho bello appetiit, & Augustam expugnavit. Verum postea sub mortem satisfecit, obiit Bruno A. C. 1031. 8. May.

30. Eberhardus, Eppo, seu Gebhardus insignis Benefactor Monasterii S. Udalrici, obiit in vigilia Ascensionis A. C. 1048.

31. Henricus II. Henrici III. Imp. Cancellarius, ob. A. C. 1063. construxit arcem Fluchenstein.

32. Emicho, sive Embricus Comes de Leiningen ampliavit Cœnobium S. Udalrici, verè pauperum Pater, omnium discordiarum Germaniæ compositor, ob. 3. Aug. 1077.

33. Sigefridus Comes de Dornberg, aliis Mariscallus de Dorosperg, contra quem per 7. annos se opponit Wigoldus quidam, quadriennio post captus Sigefridus in urbe Augustana & tres alii Episcopi subrogati sunt paulo post mortuus. Redditus tandem Ecclesiæ, obiit A. C. 1096.

34. Hermannus Comes à Witelsbach symoniacus, ob. 1133.

35. Waltherus Comes Pal. Tubing. Fundator Cœnobii Brenz-Anhusani, una cum fratre suo. Idem Monasterium S. Georgii in urbe condidit, resignavit A. 1150. reliquum vitæ in Monasterio Selgenstad piè transigens, post cujus discessum magna pars urbis incendio periit, obiit 1153. 9. Sept.

36. Conradus Comes à Lüzelstein, cum 4. annis in Palatio Episcopali egisset, reliquum vitæ in Cœnobio S. Udalr. religiosissimè transegit idem Episcopus & Monachus felicissimus, ob 1167.

37. Hardovicus de Lierheim, Mon. & Prior S. Udalrici. Hic cum Frid. Barbarossam & filios Sueviæ

Duces

Duces Advocatos Episcopatus eligeret, plurima à Guelphis perpessus est, obiit A. C. 1184.
38. Udalscalcus Comes à Thennenloe, aliis Eschenlohe, hujus ope restauratũ & reædificatum S. Udalrici Cœnobium, obiit 1194. Idem S. Crucis Aug. fundasse dicitur.
39. Hardovicus II. obiit 1208.
40. Sigefridus à Rechberg, ob. 1227.
41. Sybotho Baro de Gundelfingen, Schönfeldensis Cœnobii Restaurator, Resignavit 1252. & Monachum Cæsareæ professus obiit 1262.
42. Hartmannus Comes à Kyburg & Dilingen, ultimus familiæ, Dilingam & Comitatum Witilingensem Episcopatui obtulit, fundavit item Xenodochia S. Episcopatus Augustanum, & Diliganum Cœnubium item S. Catharinæ Aug. obiit ipsa S. Ulrici 1286.
43. Sigefridus ab Flrichshausen, emit castrũ Pferaheim & optimè præfuit, ob. 1288.
44. Wolradus sive Wolhardus à Rudt, nobilis Suevus, opulentus cum esset, Restitutioni Episcopatus omnia impendit, multas arces in Marchionatu Burgoviensi Ecclesiæ obtulit, multas emit. ob. A. C. 1300.
45. Degenhardus Baro ab Helffenstein, Hartmanni Diling. Com. Episcopi è sorore nepos, ob. 1307.
45. Fridericus Speet de Faymingen, utilissimus, Augustam ampliavit. Fundavit Cœnobium Dilingense minus. ob. 1330.
47. Ulricus de Schönick, vendidit quædam castra, & pagos Lud. Imp. qui ea Cœnobio Benedictino Ethal recens à se condito donavit, ob. A.C. 1336.
48. Henricus à Schöneck, germanus Ulrici e auctoratus à summo Pont. quod Lud. Bavaro adhæreret, A C. 1349. competitori Pontificio resignat, servata pensione.
49. Marquardus de Randeck, à Rom. Pont. contra Henricum Episcopus designatus, A. C. 1368. resignat, creatus Patriarcha Aquileiensis.
50. Waltherus de Hohenschlitz Marquardi ex sorore nepos, occubuit in oppugnatione arcis Mindelheim, quod per vim Teccenses, familiæ Randeciæ eripuerant, 1369. sub hoc tribus, seu plebs Augustæ dominari cœpit.
51. Joannes Schadlandt Ord. Præd. resignat 1372.
52. Burcardus ab Ellerbach, gravissimas contentiones cum urbe August. habuit. optimè præfuit ob. 1397
53. Eberhard Com. à Kirchberg parũ utilis, ob. 1411
54. Anselmus de Nennigen, contra quem Sigismundus Imp. precibus populi Aug. Fridericum à Graveneck Abbatẽ Ungarum obtrusit, quos inter nummario toto disceptatum, donec Petrus eligeretur
55. Petrus à Schawenburg elect. 1420. post S.R.E. Card. Elvacense Cœnobium *Reformari*, Monachi nimium cuculluum ut projicerent, effecit. Obiit tremenda morte *S. Benedictum* inclamans, 12. Ap. A. C. 1469.
56. Joan. Comes à Werdenberg, obiit 1486.
57. Fridericus Comes à Zullern, ob. 1505.
58. Henricus à Lieehtenaw, præfuit summa cum laude annis 12. absolvit arcem Dilingensem ob. 1517.
59. Christoph, à Stadion, virtute eruditione & genere nobilissimus, V. J. D. Pauperũ pater, discordiarum conciliator, fundavit Xenodochium Zusmerhausan. obiit 1543.
60. Otho Dapifer Waldpurgius, post S. R. E. Cardinalis Restaurator Academiæ Diling. ob. 1572. 2. Apr. epulus Romæ in Collegio Germ.
61. Joan. Egolphus à Knöringen, ob. A. C. 1575.
62. Marquardus à Berg, sepultus in arcis Diling. sacello, A. C. 1591.
63. Joan. Otho à Gemmingen, obiit A.C. 1598.
64. Henricus à Knöringen, pietate incomparabilis, obiit A. C. 1646.
65. Sigismundus Francisc. Archid. Austriæ.
Habuit hic Episcopatus Officiales Palatinos Hæreditarios, Mariscallos quidem, eodẽ nomine dictos seu cognominatos *Mariscallos* de Oberndorff, hisque extinctis Dynastas de Paumgartten, Dapiferos Equites de Kulleuraal, è familia Mariscallorum de Dornsperg, & post horum obitum, Equites de Stadion, Pincernas, Equites, de Waul, & his mortuis, Nobiles de Welden; Camerarios olim Nobiles de Wellenburg, postea de Hoheneck qui usq; hodie eo munere funguntur.

EPISCOPI HERBIPOLENSES.

Mariscallus Major.

Landgravius de Leuchtenberg.

Minor.

Eques de Pibra, postea Echter de Mespelbronn.

Pincerna Major.

Comes de Castell.

Minor.

Eques de Grumbach.

Dapifer Major.

Comes ab Isenburg.

Minor.

Eques de Thüngen.

Camerarius Major.

Comes de Stolberg.

Minor.

Zobel de Gibelstatt.

1. Burcardus primus Herbipol. Episcopus consanguineus S. Bonifacii Germanorum Apostoli, Monachus Benedictinus & ejusdem Ordinis multorum Cœnobiorum Fundator, alter Episcopatus Fundator, & à morte singularis patronus, ob. 791.
2. Maingudus sive Megingaudus Monachus Benedictinus Fridislariensis, ab ipsoS. Burcardo evocatus præfuit sanctè triennium, & designato pro se Bernolpho, Neostadiensis primus Abbas effectus, ibidem sacrarum & aliarum litterarũ studia cum instituisset, æternis meritis dives in cælum evolavit A.C. 795. cujus corpus Herbipolim revectum fuit, & prope Sepulchrum S. Burcardi conditum,
3. Bernwolphus sive Bernolphus Mayngudo dissimilis Monachos omnes ex Ecclesia Herbipolensi ejecit, qui Neostadium ad Magistrum suum Megingaudum secessêre, obiit 800.

4. Luderichs obiit A. C. 804.
5. Aygelwardus obiit 810.
6. Wolfgerus, optime præfuit obiit 831.
7. Humbertus sive Hubertus, ob. 841.
8. Godeboldus vulgo Gotowaldt Abbas Altaichii inferioris, obiit 852.
9. S. Arno Imperatoribus charissimus, occubuit inter Missarum solemnia, cum multis millibus Arnolphum Cæsarem sequutus, contra Normannos moveretur A. C. 891.
10. Rudolphus seu Radulphus Thuringiæ Landgravius, multorum bellorum concitator, quibus sedes ejus valde concussa est. obiit cum plausu publico A. C. 908.
11. Theodo sive Diecho Monachus Neostadiensis, sub eo Basilica Cath. conflagravit, quam præclarè restituit, obiit 932. 15. Novemb.
12. Postericius, incertum quamdiu præfuerit.
13. Burcardus Abbas Herefeldensis, prudenter & utilissimè præfuit, Henrico Aucupi & Otthoni filio Imp. charissimus. Cathedralē Basilicam absolvit & præclarè exornavit, ob. 25. Mart. A. C. 941.
14. Poppo Burggravius Herbipolensis Otthonis Magni cognatus, obiit 961. magnis Privilegiis ab Otthone Imp. impetratis.
15. Poppo II. Popponis I. patruus, præfuit utiliter obiitque A. C. 984.
16. Hugo Otthonis II. Imp. Cancellarius Restaurator Cœnobii nostri S. Andreæ, à S. Burcardo conditi; in quo corpus ejusdem Sancti collocavit, & ab ipso cognominavit, quem canonizari à Benedicto VI. Pont. Max. impetravit. obiit 29. Augusti 989. vir laudatissimus.
17. Bernwardus Comes à Rotenburg, Monachus Hirsauglensis, dein S. Burcardi, inde ad Cathedrā Herbipolensem extrahitur, Princeps religiosissimus, ejus ex fratre nepos Burcardus Camburg prope Halam Sueviæ, Benedictinum Cœnobium condidit. obiit Bernwardus 20. Sept. 995.
18. Henricus sive Hezelinus Comes à Rotenburg, fundator magnifici Cœnobii nostri S. Gumberti Onoltsbacensis (hodie Collegiata est Ecclesia) sed & conditor Ecclesiarum Colleg. S. Stephani, & S. Joannis in suburbio Herbipol. idem ope S. Henrici Imp. ex castro Lauffen ad Neccarum celebre Cœnobium struxit, cujus ejusdem Episcopi consensu & subsidiis Episcopatum Bambergensē condidit, obiit A. C. 1018. festo S. Cæciliæ.
19. Meginhardus, præsul utilis, obiit 1033.
20. S. Bruno Conradi Carinthiæ Ducis filius vir doctus scripsit Cōmentarium in Psalmos. Omne Patrimonium in exornandas Ecclesias expendit. obiit ex casu solarii cujusdam Imperatorem in Pannoniae sequutus, cum 7. dies supervixisset, A. C. 1045. 17. Maij.
21. Adelbero Comes à Leimbach & Scherdingen, cujus parentes Monasterii Lambacensis conditores erant, præfuit annis 40. utilissimè. Ex Collegio Canonicorū S Stephani, illustre Ord. nostri Cœnobiū condidit, Swarzachense item restauravit, ejectus ab Henrico IV. Imp. Pont. Rom. hoste, restitutus iterumq; pulsus, mortuo post trienniū, Meginardo intruso, revocatus noluit, sed in Lambacensi Cœnobio religiosissimè vitam exegit, A. 1090. Sexta Octob.
22. Meginardus II. ejecto Adalberone ab Henrico IV. obtrusus, ob. 1088.
23. Aynhardus Comes Rotenburg, ad Tubarum, utilissimus Ecclesiæ turbatis temporibus, ob. 1104
24. Rupertus ab Henrico V. & toto Clero electus, præfuit 2. annis, bis ab Henrico IV. ejectus, totiesque à filio Henrico V. restitutus, ob. 1106.
25. Ehrlingus sive Erlongus Comes à Kalw, ab Henrico V. sæpe ejectus à quarto restitutus, illi postea reconciliatus, demum ejusdū hostis factus Ducatum suū contra ipsum strenuè defendit, & primus evaginatum gladium præferri voluit, & gladium insignibus addidit, ob. 25. Dec. 1121.
26. Rugkerus Comes à Vayngen Suevus contra quē Henricus V. Gebhardum Hennenbergium constituit; qui tamen post paucos menses cessit. Verum A. C. 1125. ope Henrici V. denuo intrusus est. & Rugkerus S. Warchacensi Cœnobio se includens, religiosissimè finem vitæ imposuit 1130.
27. Gebhardus Comes Heñenbergius ab Henrico V. intrusus, à morte tamen Rugkeri, ut volunt nonnulli ab Canonicis confirmatus, quem alii mox resignasse, alii summo omnium plausu mortuum affirmant.
28. Hezelinus Comes à Leyningen præfuit annis 14 obiit 1131.
29. Embrico Comes Leyningensis, huic Lotharius Imperator Franconiæ Ducatum ab Henrico V. præreptum restituit. Embrico meritissimus, A. C. 1147. cum S. Jacobi Scotorum Cœnobium condidisset, Eū Conradus Imp. in litteris ad Emanuelē orient. Imp. *Cor suum & animam suam* appellav.
30. Sigefridus, liberalissimus Dotator Cœnobii Eboracensis, ubi cor suum sepeliri voluit, inde natam consuetudinē ferunt, ut Episcopis deinceps exenteratis, viscera in Deiparæ templo, corpus in Cathedrali sepelirentur, cor vero plumbeæ urnæ inclusum currui impositum, 4. caballis vectum una cum curru & equis Eboracensibus cederet Ministro ex emeritis addito, qui deinceps ibidem ad usque mortem aleretur, ob. 1153.
31. Gebhardus Comes de Hennenberg, quem nonnulli eundē, de quo superius in Rugkero, esse volunt, & postea revocatum optimè præfuisse. Benefactor singularis Cœnobii Bildenhausani ob. 1161
32. Henricus II. laude dignus, obiit 1165.
33. Heroldus sapiens & utilis, sub hoc jussu Imp. A. 1166. castra aliquot nobilium grassatorum in Franconia, capta & diruta, ob. 1172.
34. Reinhardus sive Regenhardus, ob. 1182.
35. Godefridus nobilis à Bisemberg eximiæ virtutis, Basilicæ Cathedr. conditor, obiit 1186. in expeditione contra Sultanum.
36. Henricus à Bibelriedt & Babenburck Fridericū Imp. in Asiā sequutus, eo submerso revers. ob. 1193
37. Godefr. Comes de Altaflamis, vulgo Hohenloe, religiosorum omniū pater cognominat. ob. 1198.
38. Conradus de Rabenspurg, aliis de Reinstein nobilis genere eruditione & virtute. occisus à Pothone de Reinstein & Henrico Hundt à Falckenberg, quod ob facinus quoddam eos gravius objurgasset, festo S. Barbaræ 1203.
39. Henricus IV. è nobili genere apud Ostofrancos editus, cognomento caseus, construxit Cœnobium Vegelsdorff, obiit 1206.

40. Ot-

40. Ottho Baro de Lodenburg, utilis præf. ob. 1223.
41. Theodoricus de Hohenburg, obiit 1224.
42. Hermannus Baro de Lodenburg, Otthonis nepos contra hunc & nobiles seditiosi Herbipolenses ipsum ceperunt, qui mirè à a. nobilibus ereptus, insigniter in cives animadvertit, ob. 1250.
43. Eringus nobilis heros Rhenensis Saxi (Rheioberg) in cives seditiosos rigidus. Duodecim nobiles de Altenstein, post firmaram Amnistiam contra jus hospitalitaris decollari præcepit, cum singulos in conclave evocaret, postremus rem subodoratos, sese defendens, Episcopum graviter vulneravit, & nasum præscidit. Mortem tamen minimè effugit, obiit Eringus 1266.
44. Conradus Comes à Trymberg, ob. 1268.
45. Bertholdus Dominus à Sternberg eximiè virtutis, Herbipolenses edomuit, quorum exercitum cæsis civium quingentis prope Kirziogen profligavit. Idem Rotenborgenses rebelles edomuit, sub eodem Comites Castellenses Episcopatum A. C. 1283. vastàrunt, ob. 1287.
46. Mangoldus Archi de Newenburg, Virdignus, obiit 1302.
47. Andreas Baro à Gundelfingen, Imperatoribus præcipuè charus, ob. 1315.
48. Godfrid Comes de Hohenlöe prudentissimus, ob. 1322.
49. Wolframmus à Grumbach, rebelles cives expertus sub Ludovici Bavari Imp. moribus, ob. 1333.
50 Hermannus Baro à Liechtenberg, electus à Ludovico Bavaro, ab aliis electus Ottho Wolfskeelius, cui post biennium Hermannus cessit.
51. Ottho Wolfskeelius à majori Capituli parte electus & à summo Pont. confirmatus. Seditiosos cives Rotenburgum oppugnantes fudit, 1338. Plura oppida Franciæ Orient. emit cum omni ditione, obiit 1345.
52. Albertus Comes ab Hohenberg, à Clemente VI. constitutus, Herbipolim veniens electum à Canonicis Albertum reperit, cui moderate cessit, & postea Pontificatum Frisingensem meruit.
53. Albertus Comes de Hohenloe, vir præstantissimus, qui tamen ante annum quietam possessionem propter competitorem non habuit. A. C. 1359. Bellum contra Comitem Hennenberg, injuriam feliciter gessit, similiter aliquot dimicationibus cives compescuit, ob. 1372.
54. Gerardus Comes de Schwarzenburg ab Imp. & summo Pont. constitutus. Cui Albertus ab Hesberg à Canonicis electus, cum resistere non posset, venienti quiete cessit, Rebelles cives, numero longè inferior graviter lacessitus insigni prælio vicit, cæsis mille trecentis, captis bis mille; & vario suppliciorum genere auctoribus sublatis, ob. 1403. Princeps cæteroqnin optimus.
55. Joan. ab Eglofffstein, Prioris coadjutor, postea Episcopus, contra quem à parte Canonicorum Eberhardus Comes à Werdtheym electus est, verū lisia gravia bella exarsura composita est à Roperto Cæsare, & Joannes quiete dein ac utiliter præfuit, obiit subiro non sine veneni suspicione A. C. 1412.
56. Joañes à Brunn Rebellem urbem frustra oppugnavit, verum extra urbem egressos insigni prælio prope cellam Monasterium vicit A. C. 1435. Resignavit Sigismundo coadjutori 1441.
57. Sigismundus Dux Saxon. March. Misn. præfuit admodum, ut inquit auctor, pueriliter, & A. C. 1444. Resignavit retenta pensione annua.
58. Godefridus Pincerna Baro de Limburg. Princeps dignissimus, severus justitiæ cultor, primus in titulo Franconiæ Ducis titulum usurpans, quod Albertus Brandeburgius ob possessionem oppidorū quorundam eo titulo uti conaretur, ob. 1455.
59. Joanoes à Grumbach, utilissimus & humanissimus Pontifex, ob. 1466.
60. Rodolphus à Scherenberg ultimus nobilis familiæ, alter Episcopatus Fundator, obiit A. C. 1495. ætatis centesimo ut quidam volunt; alii 93.
61. Laurentius à Bibra; insigniter & ipse Ecclesiæ consuluit, ob. 1519.
62. Conradus à Thungen, dignissimus Præsul, obsidetur à suis in gravi illa rusticorum seditione, qua præcipua Cœnobia & arces direpta seu incensa vidit, obiit 1540.
63. Conradus à Bibra, præfuit laudabiliter ob. 1544
64. Melchior Zobell, vir præstantissimus.
65. Fridericus à Wirsberg conditor Gymnasii Herbipolensis, moritur 1573.
66. Julius Echter à Mespelbruon, electus 1. Decemb. 1573. præfuit an. 44. obiitq; A. C. 1617. 3. Sept.
67. JoanoesGod fridus ab Aschausen, Princeps quē colat æternitas, faciatq oe etiam à morte immortalem, obiit A. C. 1622. 29. Dec.
68. Philippus Adolphus ab Ebrnberg, obiit 1631.
69. Franciscus ab Hatzfeldt, ob A. C. 1642. 30. Jul.
70. Joannes Philippus dè Schönborn, idem postea S. R. I. Elector & Archipræsul Moguntinus.

EPISCOPI EYSTETTENSES.

Mariscalli Hæreditarii.

Olim Equites de Kuttenheim, Equites postea Durneri.

Camerarii.

Equites ab Oetting, dein de Schaumberg.

Dapiferi.

Equites de Mor, & post hos Leonrodii.

Pincernæ.

Nobiles ab Arberg, postea Equites ab Eyb.

1. S. Wilibaldus Richardi Angliæ Regis filius, Magni Bonifacii Germanorum Apostoli ex Bonna sorore nepos Monachus Benedictinus, primus Eystettensis Monasterii, & mox civitatis conditor, & circumjacentis provinciæ Apostolus, primusq; Episcopus, auctoritate Apostolica, & Bonifacii institutus, ob. 7. Julii 781.

2. Gerochus nobili genere editus S. Willibaldi discipulus, obiit A. C. 802. Febr. 2.
3. Aganus sive Aganaus præfuit an. 18. ob. 6. Nov.
4. Adelungus elect. 819. præfuit annis 22.
5. Attinus sive Altunus, electus 841. præfuit 17.
6. Otkerus sive Otkarius, obiit 881. aliis 880. fundatos S. Walpurgis Aichstadii, quod Cœnobium postea Leodegarius Comes dotavit.
7. Godescalcus, obiit 882. 12. Novemb.
8. Erchembaldus, ex posteris Caroli Magni summo loco natus, ob. 902. Hasenrietani Cœnobii ad Canonicos seu Clericos translator.
9. Udalfridus seu Ulfridus obiit 933. Multa Privilegia ab Impp. impetravit.
10. Srarchandus S. Udalrico Episcopo longe charissimus, ab infidelibus Hunnis, cum Otthoni Magno Lycum pugnanti adesset captus & umine mersus, 955. Febr. 11.
11. Reginoldus, obiit 989.
12. Megengosus, Meingosus, sive Megingandus Comes de Lechsgmündt, Henrici II. Imp. cognatus, ob. 1014. 22. Apr.
13. Gunzo sive Gundackarus patre æedituo Bambergensi natus, venationibus deditus, ob. 1019.
14. Waltherus, obiit in itinere pro negotiis Romam contendens A. C. 1021.
15. Heribertus genere & virtute nobilis, alter quasi fundator Monasterii S. Walpurgis. Idem Monasterium alterum condidit in monte Episcopi ubi hodie palatium visitur. Fuit Conrado II. Imp. charissimus, qui Episcopatum Norimbergam ad S. Ægidii transferre statuit. Quod postea, cum mutatâ mente, nollet Imp. Heribertus pro hoc ipso Romam contendens, & revocatus adeo doluit, ut Frisingam delatus ibidem mœrore decederet 1042. 9. Cal. Aug.
16. Gottsmannus germanus frater Heriberti præfuit 2. solum mensibus, obiit 17. Oct.
17. Gebhardus Comes à Calw, alii volunt Comitem fuisse de Tollnstein & Hirsperg, obiit 1057. 28. Julii.
18. Gundeckarus II. ob. 1075. 2. Aug. Vir insignis turres Basilicæ struxit miris illustris à morte.
19. Udalricus I. ob. 1099. 15. Cal. Decemb.
20. Eberhardus Marchio à Schweinfurt, ob. 111. 8. Id. Januarii, cum Greg. VII. adhæreret & Romam pergeret ab Henricianis captus, à Guelphone autem armatâ manu ereptus est.
21. Udalricus II. Peste obiit 11 5. 3. Non. Sept.
22. Gebhardus II. Comes Hirspergensis, hic ex Præpositura Heydenheimensi denuo Ord. nostri Monasterium condidit, ob. 1 49. 16. Cal. Apr.
23. Burrcardus Monachos è Heydenheim denuo exturbavit. Episcopus maximè ignavus & inutilis ob. exauctoratus eb Eugenio III. cessit autẽ A. 1153.
24. Conradus de Morsperg, aliis Morspach, ex Abbare Wildsbergensi Episcopus electus. Sapientissimus & eximie doctus celebratur. Fundavit Cœnobium Rebdorffeuse Canonicorum Regul. Idem Monachos Heydenheimenses restituit obiit meritis locuples 1171. Idibus Januarii.
25. Egilolphus vir optimus sponte resignat A. 1182 propter amissam loquendi facultatem & manus dextræ paralysim.
26. Otthio religiosissimus, primus & ultim. in choro, obiit 1196.
27. Herdovicus Comes à Sulzbach, aliis de Hirsperg, virtutis laude eximius, ob. 1223.
28. Fridericus I. de Hauwenstart, ob. 1226.
29. Henricus I. de Zippliogen Suevus, nobilis Oeconomus insignis, ob. 1229.
30. Henricus II. nobilis de Tischingen, incomparabilis Præsul, ob. 1234. XI. Cal. Julii.
31. Henricus III. nobilis à Ravensperg ob. A. 1237.
32. Fridericus à Parsberg, eruditionis & Prudentiæ laude illustris, obiit 1246.
33. Henricus IV. Comes Wirttenbergensis optimè præfuit, ob. 1259.
34. Engelhardus, aliis Eckhardus, religiosissimè præfuit. Restituit Cath. Basilicam, obiir 1261.
35. Hilrbrandus à Mern, chorum S. Wilibaldi absolvir, ob. 1279.
36. Reinbotto de Mullnhart, sive Mulenhart, heroica statura, & virtutum flore insignis, oppidum Spalrense, & Arces Werenfels & Abenberg emit obiit 1297.
37. Conradus II. de Pfeffenhausen meritissimus de Episcopatu quem uti antecessores castris & villis auxit, inque bis etiam Comitatu Hirsbergensi donatione Gebhardi ultimi Comitis, ob. 1305.
38. Joannes à Dierpheim, biennium pro Comitatu Hirsberg cum Ducibus Bavariæ feliciter contendit, Fuit vir longe præstantissimus, lugentibus universis. A.C. 1307. ad Cathedram Argentinensem ab Aureatensi vocatus.
39. Philippus à Rathsäausen Alsata, Abbas Perisiensis Cisterciensium nostrorum instituti; prædicator eximius. Emit Arces Wartberg, & Gredingen, ob. 1322. 21. Febr.
40. Marquardus ab Haglen, sive de Hagel, obiit 1324. Laudatissimus.
41. Gebhardus Comes à Graispach, sequutus Ludovicum Bavarum, in obsidione Pisarum peste decessit, 1327.
42. Fridericus III. Landgravius Leuchtenberg Abbas Lanckhaimensis & Eboracensis, à Joanne XXII. designatus, verum non admissus à Canonicis Ludovico Bavaro faventibus, & Fridericum Burggravium Norimberg. eligentibus, seu potius Administratorem eum creantibus. obiit Fridericus Episcopus Pontificius 1329.
43. Henricus Pincerna à Rheineck, à Rom. Pont. constitutus, quenquennium utilissimè præfuit, donec revertente in Germaniam Lud. Imp. pelleretur, & Norimbergam secedens, ibi nono exilii anno moreretur. Reichenaw Arcem comparavit. Herrieden mœnibus cinxit, &c. obiit 1343. Tempore autem exilii duo Canonici Episcopatum curare jussi.
44. Albertus de Hohenfels, Administrator Henrico pulso. postea electus Episc. 1044. Eum Clemens VI. exauctoravit, quod sui esse diceret Episcopos creare, & Bertholdum sublegit, qui tamen Albertum secum præesse voluit, donec A. C. 1355.
45. Bertholdus Burggravius Norimbergensis, construxit magnificum castrum Epalem, ob. 1365.
46. Rabanus à Wilburgstetten Dapifer præfuit utiliter, & obiit 1383.

47. Frid-

47. Fridericus IV. Comes Oettingensis emit castra Danhausen & Branneck, construxit arcem Herrieden, Richenoviana arce deiecta, hostis latronum & seditiosorum maximus. Pauperum amator ob. 1415.

48. Joannes Baro ab Heydeckh, Vtilis, ob. 1429.

49. Albertus II. de Reehberg vir humanissimus emit castrum & oppidum Dollenstein ob. 1445.

50. Joannes III. ab Aych. Aurea corporis Ecclesiæ columna post mortem à Pio II. Pont. Max. appellatus ob. 1464. Xenodochii Aistett. conditor.

51. Gnilhelmus nobilis à Reichenauw, emit oppida, arces, & pagos plurimos, Messingen, Amsberg. Hoffstetten, Rentenbuch, &c. vir verè magnus ob. 1496.

52. Gabriel ab Eyb, Præsul egregiè doctus, Patriæ pater, Institiæ cultor diligentissimus, Pontifex vigilantissimus, Oeconomus strenuus, obiit felicissime 1535. prid. Cal. Decemb. ætatis 80. Episcopatus 39.

53. Christophorus Mariscallus de Pappenheim nobilitatis præstantissimæ, patre natus Wilhelmo, Matre Magdalena à Rechberg, non monitionibus solum, sed exemplo disciplinam Ecclesiasticam restituit, & cultum Divinum promovit, ob. 1539. 19. Iunii.

4. Mauritius de Hutten, eximia pietate, multiplici doctrina, incomparabili morum suavitate, ac variarum linguarum cognitione ornatissimus ob. 1552.

55. Eberhardus ab Hirnheim, ob. 1560.

56. Martinus de Schaumberg, vir longè præstantissimus, cujus egregias laudes diligentissimè Robertus Turnerus descripsit obiit 1590.

57 Mortuo Martino creatus Ioannes Ottho à Gemmingen Cathedr. Eccl. August. Decanus, & Canonicus Eystettensis, cum nullis precibus ut consentiret adduci posset, electus est Gaspar Seckendorff, & ipse invitus quod onus humeris suis impar fateretur. Dans proin ei coadiutor anno 93. Ioan. Conradus à Gemmingen, postea successor, obiit Gaspar A. C. 1595. Princeps DEI paræ Virginis amantissimus.

58. Joannes Conradus de Gemmigen grandi ære alieno dissoluto, ditione prolatâ, arcis Wilibaldinæ ædificio magno impensa inchoato, meritissimus obiit A. C. 1612. 7. id. Novemb.

59. Joannes Christophorus à Westerstetten ex Præposito Elvacensi Episcopus Eystettensis, vir religiosus.

60. Marquardus Schench à Castell, Equestri perveteri atque inprimis Nobili familia, ipse Nobilitatis solidioris mirificum exemplar, è cujus aulæ disciplina atque splendore haud aliter atque Sabæa illa Princeps & Regina Sapientissimi Principum ingenio omineris, DEUS hunc totius Equestris Ordinis ornamento æterno, quam diutissimè incolumem servet ac fortunatum.

Fuit autem Episcopatus hic semper inter potentissimos habitus, cujus apud me extat Catalogus clientum vel vasallorum nobilium, anno 1479. sub Wilhelmo de Reichenauw viventium, quem pro demonstranda unius solummodo Episcopi Germanici gloria & potentia, unde de tot aliis omineris, proferendum censuimus; Fuere autem Vasalli & ministri prædicti Episcopi, ex Equestri nobilitate sequentes.

Stanff	Weichs	Schaffhausen	Leimingen.
Schaumberg	Morsberg	Huttingen	Bibra.
Seckendorff	Hessberg	Braitenstein	Riedheim.
Kemnaten	Hirschberg	Tandlin.	Schüttehofer.
Klacker	Absperg	Birckenfels.	Hoffstetten.
Utelzhofer	Zobel	Heiden	Tandorff.
Ratzen	Marschalck	ab Eibwang.	Alberstorff.
Seeremer	Wolmersha.	Walraben	Pilsach.
Wolfstein	Gundelheim	Forstmeister.	Ostheim.
Reicharter	Lichauw	wurmrausch.	Muggentaal
Murach	wirsperg	Scharffenb.	Senfft à Saulb.
Grumbach	Erlungshof.	Stetzmann	Dürner
wielandt	Parsperg	Weischenfel.	Heldritt
M. Pappenh.	Bairsdorff.	Westerstetté	Pollingen
Egloffstein	Flickenhofer	Zantt.	Mendorff
Lantersheim	Stuoler	Mülbeck	Schenick à G. Hausner

Schletzen	Fridwizhofen	Ottingen C.
Forster	Reichenauw	Wallenrodt
Lauffenboltz	Wirnt	Eberstein
Mistelberk	Schmollen	Auw
Krailsheim	Iarsdorff	Wildenstein
Leonrodt	Eichofer	Ponlanden
Reischach.	Regelsdorff	Erlacher
Henenberg C.	Kressen	Rauscher
Sterner	Zoller	Nennegg
Demarstetten	Eyb	Eckmanshofen
Hildbrandt	Grossen &c.	Wilhelmsdorff
Lidwacher	Haidegg	Waiblinger
Northaffien	Wertheim CC.	Karger
Mornsheim	Brunegg	Holzingen
Ebrichshausen	Stainlinger	Gosheim
Knochen	Ehenheim	Augspurg
Cronheim	Binzwangen	Burckh
Wenckhaim	Kanzenhofen	Hemberger
Baieron	Protzer.	Wernaw
Bachenstein	Rindthül	Penningen
Schencken	Giesser	Brodenwinder
Wolfskeel	Truckfessen	Hucusq; Eistet. vasol.
Haslang	Braitenstein	
Gumperg	Walter	
Ebron	Thann	

EPISCOPI HILDESIANI SIVE HILDESHEIMENSES.

1. Guntharius sive Gunther primus Episcopus Hildesheimensis à Ludovico Pio Imp. A. C. 814. quo ipso anno obiit Carolus Magnus Episcopatus Fundator, condidit templum S. Cæciliæ obiitque A. C. 835.

2. Frembertus aliis Remibertus præfuit paucis mensibus.

3. Ebo sive Ebbo Gallus, Archiepiscopus Remensis à S. Ansgario Archiepiscopo huic Ecclesiæ præfectus A. C. 835. postquam in conversione Danorum Ansgario se strenuè probasset ob. 847.

4. S. Alfridus sive Alefridus ord S Benedicti Monachus Corbeiensis in Saxonià, Sapientià, eruditione & Sanctitate celeberrimus. Construxit sumptu mole, opere magnificam Basilicam Cathedralem in Dei & Deiparæ V, honorem, quam 26. annorum spatio absolvit, cui Cœnobium adjungens: ut canonici omnes sub Regula ac professione Benedictina viventes, DEO acerrimo studio servirent, instituit. Condidit plura Cœnobia Essense Virginum nobilium potentissimum, Selgenstadense, Aluedense, &c. Donavit etiam liberalissime Gandershcimense, &c. obiit A. C. 877. in Afuedensi Cœnobio sepultus.

5. Leutolphus Corbeiensis item Monachus, è Cœnobio ad hanc evocatus Cathedram, priusquam confirmationem acciperet, è vivis excessit.

6. Marquardus dignus immortalitate vir, præfuit tribus annis religiose & utiliter, trucidatusque est à Danis Saxoniam vastantibus A. C. 880.

7. Wigebertus medicus in insignis, plures de remedica libros scripsit, præsul utilis, absolvit Gendersheimensis Cœnobii basilicam, obiitque A. C. 884.

8. Waldopertus, Waldebertus sive Walpertus ex Monacho Corbeiensi Hildesheimensis Episcopus, propagandæ Religionis Christianæ studio laudatissimus præfuit annis 19. obiitque A. C. 903.

9. Gebhardus aliis Sighardus, qui Suggestum templi argenteis laminis exornavit, vir laude dignissimus, obiit A C. 928.

10. Dietbardus ex Monacho Hiersaugiensi, Abbas Hirsfeldensis, inde ad hanc cathedram evocatus præfuit prudentissime ac utilissime, & Gandersheimense templum denuo à fundamentis exstruxit obiit 956.

11. Oehwinus, ex Abbate Bergensi prope Magdeburgum ord. S. Benedicti, Episcopus Hildesh. S. Epiphanii corpus ex Ticinensi urbe attulit obiit 986.

12. Osdachus ex Monacho Divitis Augiæ Episcopus ob. A. C. 990.

13. Gerardus, aliis Gardachus & Gerlachus obiit 993.

14. S. Bernwardus Comes à Summersenburg, in vità & à morte miraculis illustrissimus, construxit & dotavit celeberrimum Benedictinorum S. Michaelis Hildesheimii Cœnobium, obiit A. C. 1024.

15. S. Gothardus Comes à Scheyren, Monachus Altahensis, & Abbas ibidem, S. Henrici Imp. cognatus, construxit Cœnobia S. Mauritii in urbe, & Haldhusense, Xenodochium item atque alia præclare instituit obiit. A C. 1038.

16. Diethmarus natione Sacellanus Conradi Sali qui Imp. sub hoc Cathedrale Monasterium ex ustum & per hanc occasionem Canonici Benedictini dum seorsim habitarent, interpolare, ob. Diethmar, A. C. 1044.

17. Aselinus sive Aselmus Henrici III. Sacellanus, quo connivente canonici cucullum abjêcere. Ecclesiam cathedralem dum molitur, infeliciter laborans, dum unam struxit partem, altera corruit, obiit A. C. 1054. cum decenniem præfuisset.

18. Hezilo Ekhardi Misniæ Marchionis cognatus cathedralem Ecclesiam reædificat atque ornat. & S. Mauritii Virginum Cœnobium condit, quod dein alio translatis Virginibus canonicis concedit, obiit 1079.

19. Udo Comes de Alweslewen. sive Alvenslewen, omnibus Germaniæ Principibus invisus, Henrico IV. Imp. promotori suo addictissimus, Idcirco Marchio Misnensis, Brunswicensis & Saxon Dux Eckenbertus eum oppugnat, Episcopatum & Hildesheimensem urbem occupat, Præfuit annis 35. obiit 1114.

20. Bruningus Goslariensis Decanus; resignat A. C. 1114. cum unum tantummodo mensem præfuisset.

21. Bertholdus ex Præposito Cathedr. Episcopus, egregius Monasteriùm reformator obiit 1130. Pacis studiosus.

22. Bernhardus Comes à Rottenburg ad Tubarum, præpositus cathedr. condidit magnificum S. Gotthardi ord. S. P. BENEDICTI Cœnobium, quem miraculis illustrem in SS. numerum referri impetravit obiit A. C. 1153.

23. Bruno Decanus Cathedr. restaurator paladii Episcopalis ob. A. C. 1160.

24. Hermannus. Friderico I. Imp. charus quem omnium ordinum nomine ad Comitia Goslariensia venientem excepit. Profectus in Palestinam naufragium passus arrepto assere nudus & solus quidem evadens, stipem Hierosolymam usque flagitare cogitur. Moritur in reditu cum Italiam attigisset A. C. 1174.

25. Adalogus, præpositus Goslariensis, electus 1175. emit Comitatum Homburgensem obiit 1190.

26. Berno Decanus Cathedr, impetrat Canonizationem S. Bernwardi obiit 1198.

27. Conradus de Rabenspurg, Philippi Regis Rom. Cancellarius, de hinc Lubecensis, demum Hildeheimensis Episcopus, vir in Imperio spectatissimus, post annum resignans, fit Episcopus Herbipolensis & Franconiæ Dux.

28. Harbordus sive Heribertus, fundavit collegiatam S. Joannis & obiit A. C. 1208.

29, Sigefridus Monachus Fuldensis Ecclesiæ utilissimus, præfuit annis 12. obiitque 1221.

30. Conradus à Reysenberg ex Wederovia, Decanus Spirensis, & Canonicus Moguntinus, plurimis exstructis Cœnobiis & Clero maximè reformato meritissimus. Resignavit A. C. 1245. in gravissimo illo Ecclesiæ Schismate, & vitæ reliquum, primum apud PP. Prædicatores, demum in Cœnobio Schonoviensi exegit.

31. Henricus præpositus Heilgenstadensis à majori parte electus A. C. 1245. contra quem Hermannus S. Cyriaci Brunswicensis præpositus favore quorundam urbem & Episcopatum occupat; qui tamen demum Henrico cedere cogitur, obiit Henricus A. C. 1275.

32. Ioannes præpositus S. Mauritii, vir eruditus, obiit ipso anno 1261. quo bellum ipsi denunciarunt Brunsuicenses Duces Ioannes & Albertus, ratione Comitatus Paynensi ab Episcopo empti.

33. Ottho Dux Brunswicensis dictorum Ioannis & Alberti frater, vir dignissimus, sed fratres atrocissimos hostes expertus, obiit mœrore 1279. cui hostis frater sex tantum hebdomadibus superstes fuit.

34. Sigefridus II. à Querfurdt Decanus Magdeburgensis, vir meritissimus verum bello à Brunsuicensibus item appetitus, quorum vicissim ipse Dominis vastavit, utilissimus Ecclesiæ, multa oppida & arces emit, præfuit annis 30. mensibus 10. & obiit A. C. 1310.

35. Henricus Comes à Woldenburg Decano Cathedr. Urbem suam rebellem, castro Sturegwaldensi eidem imposito cogit, & Supplicem in gratiam recipit, contendit levibus præliis cum Otthone Duce Brunswicensi vasallo suo, donec per Principes alios res composita, Accusatus apud Rom. Pont. ab æmulis, dum Avenionem se purgaturus contendit moritur A. C. 1318.

36. Ottho II. Comes à Woldenburg Præpositus S. Mauritii, devicit primis mensibus seditiosos quosdam nobiles, cæsis plerisque ac captis, multoque auro redimere se coactis, quo ille multa oppida & castra emit, & Ecclesias exornavit. Idem cum Ducibus Brunsuic. fœdus iniit obiit 1334.

37. Henricus III. Dux Brunsuicensis, unanimi consensu electus, contra quem excommunicatum, obtrudit Rom. Pontifex Ericum Comitem à Schawenburg, qui à civibus receptus cum Henrico de oppidis reliquis multis annis fœdissimè digladiatur, donec Ericus A. C. 1348. morte absumitur, & Henricus urbe in gratiam receptâ rerum quietè potitur obiit vir laudatissimus A. C. 1362. relictis Ecclesiæ decem instructissimis arcibus.

38. Joannes Schadland Theologus Ord. Prædicat, à Greg. XI. sine consensu capituli creatus, cum Bibliothecam Hildesheimensem intueri peteret, ad armamentarium ductus, eiusmodi codices evolvendos didicit, mox variorum armis appetitus, resignavit, cum annis duobus præfuisset.

39. Gerardus Baro de Monte, Decanus Cathedr. & Episcopus Verdensis, demum A. C. 1364. Hildesheimensis, Profligavit primo anno 60. Equites Westphalos, postea, non sine Deiparæ ope Duces Brunsuicenses, compositis demum rebus, eosdem denuo hostes superavit ob. 1398.

40. Joannes Comes ab Hoya Gerandi coadiutor, antea Paderbornensis Episcopus. Inutilis; bis ingenti prælio victus, ad Ostervicum, & Grandenium. ob. 1424.

41. Magnus Inferioris Saxoniæ Dux, Episcopus Caminensis, pacis & belli artibus instructus, præfuit utilissime annis 28. confœderatus cum Otthone Duce Brunsuicensi ob. 1452.

42. Bernardus Dux Brunsuicensis & Luneburgensis Friderici Ducis filius, Ecclesiasticæ disciplinæ negligens, Resignat A. C. 1459. & uxorem duxit Mechtildem Com. Schauwenburgiam, non multo post morte sublatam, Mechtilde postea Wilhelmo Luneburgensi nuptâ ob salinas Luneburgenses conflixerat.

43. Ernestus Comes à Schauwenburg venator potius quam Episcopus, infeliciter pugnans contra Duces Brunsuicenses mœrore consumitur A. C. 1471.

44. Henningus de Domo (von Hausen) ab minore parte Canonicorum electus contra Hermannum Hassiæ Landtgravium à maiori electum, Romam contendens confirmator. Hermannus pacis amans ultro cedit, proin reliqui Canonici Balthasarem Ducem Megalopyrgensem eligunt, sed à civibus armata repulsus, Schismate per triennium fere durante tandem quietè potitus rerum Henningus resignat cognato suo Bertholdo 1481.

45. Bertholdus Baro de Landsberg Episcopus Verdensis præest utrique Episcopatui annis 22. bellum gessit sub initia per biennium cum Hildesianis postea felix, plura Cœnobia restauravit obiit 1503.

46. Encus Inferioris Saxoniæ Dux, Canonicus Coloniensis. resignat post annum fratri suo Ioanni.

47. Joannes Saxoniæ Inferioris Dux, incidit in turbulentissima tempora, resignat A. C. 1527. Balthasari.

48. Balthasar Merckhlin vicecancellarius Caroli V. Imp. eligitur sequenti anno Episcopus constantiensis, non tamen diu Superstes moritur 1531.

49. Ottho III. Comes de Schauwenberg iuvenis 17. annorum petente Carolo V. electus. Exauctoratus à Paulo III. propter transgressum neglectæ confirmationis terminum A. C. 1537.

50. Valentinus à Theutleuven vir nobilis & eruditus Præpositus S. Barthol. Francofurt Canonicus Mogunt. Magdeburg. & Hildesheim Sacræ paginæ & Legum Doctor Moritur A. C. 1551.

51. Fridericus Dux Holsatiæ corpus exuitur A. C. 1556.

52. Burcardus ab Oberg extinguitur A. C. 1573.

53. Ernestus Comes Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux moritur A. C. 1611.

54. Ferdinandus Comes Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux mortuus A. C. 1650.

55. Maximilianus Henricus Comes Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux.

EPISCOPI PADERBORNENSES.

Episcopatus huius Officiales Hæreditarii sunt: Camerarii, Equites Schilder, Mariscalli Spiegelii de Peckelsen, Dapiferi Equites Sepel, Pincernæ Spiegelii à Dessenburg.

1. S. Ha-

2. Frembertus aliis Remibertus præfuit paucis mensibus.

3. Ebo sive Ebbo Gallus, Archiepiscopus Remensis à S. Ansgario Archiepiscopo huic Ecclesiæ præfectus A. C. 835. postquam in conversione Danorum Ansgario se strenuè probasset ob. 847.

4. S. Alfridus sive Alefridus ord S. Benedict Monachus Corbeiensis in Saxoniâ, Sapientiâ, eruditione & Sanctitate celeberrimus. Construxit sumptu mole, opere magnificam Basilicam Cathedralem in Dei & Deiparæ V. honorem, quam 26. annorum spatio absolvit, cui Cœnobium adjungens: ut canonici omnes sub Regula ac professione Benedictina viventes, DEO acerrimo studio servirent, instituit. Condidit plura Cœnobia Essense Virginum nobilium potentissimum, Selgenstadense, Aluedense, &c. Donavit etiam liberalissime Gandersheimense, &c. obiit A. C. 877. in Asuedensi Cœnobio sepultus.

5. Leutolphus Corbeiensis item Monachus, è Cœnobio ad hanc evocatus Cathedram, priusquam confirmationem acciperet, è vivis excessit.

6. Marquardus dignus immortalitate vir, præfuit tribus annis religiose & utiliter, trucidatusque est à Danis Saxoniam vastantibus A. C. 880.

7. Wigebertus medicus insignis, plures de remedica libros scripsit, præsul utilis, absolvit Gendersheimensis Cœnobii basilicam, obiitque A. C. 884.

8. Waldopertus, Waldebertus sive Walpertus ex Monacho Corbeiensi Hildesheimensis Episcopus, propagandæ Religionis Christianæ studio laudatissimus præfuit annis 19. obiitque A. C. 905.

9. Gebhardus aliis Sighardus, qui Suggestum templi argenteis laminis exornavit, vir laude dignissimus, obiit A C. 928.

10. Diethardus ex Monacho Hiersaugiensi, Abbas Hirsfeldensis, inde ad hanc cathedram evocatus præfuit prudentissime ac utilissime, & Gandersheimense templum denuo à fundamentis exstruxit obiit 956.

11. Ochwinus, ex Abbate Bergensi prope Magdeburgum ord. S. Benedicti, Episcopus Hildesh. S. Epiphanii corpus ex Ticinensi urbe attulit obiit 986.

12. Osdachus ex Monacho Divitis Augiæ Episcopus ob. A. C. 990.

13. Gerardus, alus Gardachus & Gerlachus obiit 995.

14. S. Bernwardus Comes à Sommersenburg, in vitâ & à morte miraculis illustrissimus, construxit & dotavit celeberrimum Benedictinorum S. Michaelis Hildesheimii Cœnobium, obiit A. C. 1024.

15. S. Gothardus Comes à Scheyren, Monachus Altahensis, & Abbas ibidem, S. Henrici Imp. cognatus, construxit Cœnobia S. Mauritii in urbe, & Haldhusense, Xenodochium item atque alia præclare instituit obiit. A C. 1038.

16. Diethmarus natione Sacellanus Conradi Sall qui Imp. sub hoc Cathedrale Monasterium exustum & per hanc occasionem Canonici Benedictini dum seorsim habitarent, intepuêre, ob. Diethmar, A, C, 1044.

17. Aselinus sive Aselmus Henrici III. Sacellanus, quo connivente canonici cucullum abjêcere. Ecclesiam cathedralem dum molitur, infeliciter laborans, dum unam struxit partem, altera corruit, obiit A. C. 1054. cum decenniem præfuisset.

18. Hezilo Ekhardi Misniæ Marchionis cognatus cathedralem Ecclesiam reædificat atque ornat. & S. Mauritii Virginum Cœnobium condit, quod dein alio translatis Virginibus canonicis concedit, obiit 1079.

19. Udo Comes de Alweslewen. sive Alvensleuven, omnibus Germaniæ Principibus invisus, Henrico IV. Imp. promotori suo addictissimus, Idcirco Marchio Misnensis, Brunswicensis & Saxon Dux Eckenbertus eum oppugnat, Episcopatum & Hildesheimensem urbem occupat, Præfuit annis 35. obiit 1114.

20. Bruningus Goslariensis Decanus; resignat A. C. 1114. cum unum tantummodo mensem præfuisset.

21. Bertholdus ex Præposito Cathedr. Episcopus, egregius Monasteriûm reformator obiit 1130. Pacis studiosus.

22. Bernhardus Comes à Rottenburg ad Tubarum, præpositus cathedr. condidit magnificum S. Gotthardi ord. S. P. BENEDICTI Cœnobium, quem miraculis illustrem in SS. numerum referri impetravit obiit A. C. 1153.

23. Bruno Decanus Cathedr. restaurator palatii Episcopalis ob. A. C. 1160.

24. Hermannus. Friderico I. Imp. charus quem omnium ordinum nomine ad Comitia Goslariensia venientem excepit. Profectus in Palestinam naufragium passus arrepto assere nudus & solus quidem evadens, stipem Hierosolymam usque flagitare cogitur. Moritur in reditu cum Italiam attigisset A. C. 1174.

25. Adalogus, præpositus Goslariensis, electus 1175. emit Comitatum Homburgensem obiit 1190.

26. Berno Decanus Cathedr. impetrat Canonizationem S. Bernwardi obiit 1198.

27. Conradus de Rabenspurg, Philippi Regis Rom. Cancellarius, de hinc Lubecensis, demum Hildeheimensis Episcopus, vir in Imperio spectatissimus, post annum resignans, fit Episcopus Herbipolensis & Franconiæ Dux.

28. Harbordus sive Heribertus, fundavit collegiatam S. Joannis & obiit A. C. 1208.

29. Sigefridus Monachus Fuldensis Ecclesiæ utilissimus, præfuit annis 11. obiitque 1221.

30. Conradus à Reysenberg ex Wederovia, Decanus Spirensis, & Canonicus Moguntinus, plurimis exstructis Cœnobiis & Clero maximè reformato meritissimus. Resignavit A. C. 1245. in gravissimo illo Ecclesiæ Schismate, & vitæ reliquum, primum apud PP. Prædicatores, demum in Cœnobio Schonoviensi exegit.

31. Henricus præpositus Heilgenstadensis à majori parte electus A. C. 1245. contra quem Hermannus S. Cyriaci Brunswicensis præpositus favore quorundam urbem & Episcopatum occupat, qui tamen demum Henrico cedere cogitur, obiit Henricus A. C. 1275.

32. Ioannes præpositus S. Mauritii, vir eruditus, obiit ipso anno 1261. quo bellum ipsi denunciarunt Brunsuicensses Duces Ioannes & Albertus, ratione Comitatus Paynensi ab Episcopo empti.

33. Ottho Dux Brunswicensis dictorum Ioannis & Alberti frater, vir dignissimus, sed fratres atrocissimos hostes expertus, obiit mœrore 1279. cui hostis frater sex tantum hebdomadibus superstes fuit.

34. Sigefridus II. à Querfurdt Decanus Magdeburgensis, vir meritissimus verum bello à Brunsuicensibus item appetitus, quorum vicissim ipsa Dominis vastavit, utilissimus Ecclesiæ, multa oppida & arces emit, præfuit annis 30. mensibus 10. & obiit A. C. 1310.

35. Henricus Comes à Woldenburg Decano Cathedr. Urbem suam rebellem, castro Sturegwaldensi eidem imposito cogit, & Supplicem in gratiam recipit; contendit levibus præliis cum Otthooe Duce Brunswicensi vasallo suo, donec per Principes alios res composita, Accusatus apud Rom. Pont. ab æmulis, dum Avenionem se purgaturus contendit moritur, A. C. 1318.

36. Ottbo II. Comes à Woldenburg Præpositus S. Mauritii, devicit primis mensibus seditiosos quosdam nobiles, cæsis plerisque ac captis, multoque auro redimere se coactis, quo ille multa oppida & castra emit, & Ecclesias exornavit. Idem cum Ducibus Brunsuic. fœdus iniit obiit 1334.

37. Henricus III. Dux Brunsuicensis, unanimi consensu electus, contra quem excommunicatum, obtrudit Rom. Pontifex Ericum Comitem à Schawenburg, qui à civibus receptus cum Henrico de oppidis reliquis multis annis fœdissimè digladiatur, donec Ericus A. C. 1348, morte absumitur, & Henricus urbe in gratiam receptâ rerum quietè potitur obiit vir laudatissimus A. C. 1362. relictis Ecclesiæ decem instructissimis arcibus.

38. Joannes Schadland Theologus Ord. Prædicat, à Greg. XI. sine consensu capituli creatus, cum Bibliothecam Hildesheimensem intueri peteret, ad armamentarium ductus, eiusmodi codices svoluendos didicit, mox variorum armis appetitus, resignavit, cum annis duobus præfuisset.

39. Gerardus Baro de Monte, Decanus Cathedr. & Episcopus Verdensis, demum A. C. 1364. Hildesheimensis, Profligavit primo anno 60. Equites Westphalos, postea, non sine Deiparæ ope Duces Brunsuicenses, compositis demum rebus, eosdem denuo hostes superavit ob. 1348.

40. Joannes Comes ab Hoya Gerandi coadiutor, antea Paderbornensis Episcopus, Inutilis, bis Ingenti prælio victus, ad Ostervicum, & Grandenium. ob. 1424.

41. Magnus Inferioris Saxoniæ Dux, Episcopus Caminensis, pacis & belli artibus instructus, præfuit utilissime annis 28. confœderatus cum Otthone Duce Brunsuicensi ob. 1452.

42. Bernardus Dux Brunsuicensis & Lunæburgensis Friderici Ducis filius, Ecclesiasticæ disciplinæ negligens, Resignat A. C. 1459. & uxorem ducit Mechtildem Com. Schauwenburgiam, non multo post morte sublatam, Mechtilde postea Wilhelmo Lunæburgensi nuptâ ob salinas Lunæburgenses conflixerat.

43. Ernestus Comes à Schauwenburg venator potius quam Episcopus, infeliciter pugnans contra Duces Brunsuicenses mœrore consumitur A. C. 1471.

44. Henningus de Domo (von Hausen) ab minore parte Canonicorum electus contra Hermannum Hassiæ Landtgravium à majori electum, Romam contendens confirmator. Hermannus pacis amans ultro cedit, proin reliqui Canonici Balthasarem Ducem Megalopyrgensem eligunt, sed à civibus armata repulsus, Schismate per triennium fere durante tandem quietè potitus rerum Henningus resignat cognato suo Bertholdo 1481.

45. Bertholdus Baro de Landsberg Episcopus Verdensis præest utrique Episcopatui annis 22. bellum gessit sub initia per biennium cum Hildesianis postea felix, plura Cœnobia restauravit obiit 1503.

46. Ericus Inferioris Saxoniæ Dux, Canonicus Coloniensis. resignat post annum fratri suo Ioanni.

47. Joannes Saxoniæ Inferioris Dux, incidit in turbulentissima tempora, resignat A. C. 1517. Balthasari.

48. Balthasar Merckhlin vicecancellarius Caroli V. Imp. eligitur sequenti anno Episcopus constantiensis, non tamen diu Superstes moritur 1531.

49. Ottho III. Comes de Schauwenberg iuvenis 17. annorum petente Carolo V. electus. Exauctoratur à Paulo III. propter transgressum neglectæ confirmationis terminum A. C. 1537.

50. Valentinus à Theutleoven vir nobilis & eruditus Præpositus S. Barthol. Francofurt Canonicus Mogunt. Magdeburg. & Hildesheim Sacræ paginæ & Legum Doctor Moritur A. C. 1551.

51. Fridericus Dux Holsatiæ corpus axvitur A. C. 1556.

52. Burcardus ab Oberg extinguitur A. C. 1573.

53. Ernestus Comes Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux moritur A. C. 1612.

54. Ferdinandus Comes Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux mortuus A. C. 1650.

55. Maximilianus Henricus Comes Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux.

EPISCOPI PADERBORNENSES.

Episcopatus huius Officiales Hæreditarii sunt: Camerarii, Equites Schilder, Mariscalli Spiegelii de Peckelsen, Dapiferi Equites Sepel, Pincernæ Spiegelii à Dessenburg.

1. S. Ha-

1. S. Hadumarius primus Episcopus Paderbornensis, aliis dictus Herimarus S. Burcardi primi Herbipolensis Episcopi discipulus, ab eodem & Carolo Magno fundatore huic Cathedræ præfectus A.C.795. Reædificavit cathedrale templum, quod vix conditum seditiosi Saxones destruxêre, obiit A. C. 804.
2. Baduradus S. Burcardi item discipulus Canonicus, sive Cathedralis Monachus Herbipolensis, Bodickheymense celebre Virginum Monasterium in Saxonia inferiori fundat, & moritur A. C.852.
3. Luthardus sive Luitharius nobilis genere & virtute, trucidatus cum aliis 6. Episcopus, Ducibus 3. Comitibus 13. à Nortmannis & Wandalis A C 877.
4. Biso præfuit annis 25. utilissimè Fundator Herwerdensis virg. nob. Cænobii obiit A.C. 902.
5. Theodoricus præest annis 9. cum laude ob. 911.
6. Uniwanus præest 19. obiit 930.
7. Dudo præest annis 25. prudenter & obiit A. C. 955.
8. Volckmarus vir Deo & Pontificio honore dignissimus, cujus tempore Ecclesiæ Paderbornensi Ottho III. Imperator donat crucem auream valoris sexaginta millium aureorum, ex præstantissimo auro Ungarico, ante chorum olim pendentem, obiit Volckmarus A. C. 981.
9. Retharius præfuit sapientissimè annis 28. sub cujus gubernatione maior pars Paderbornæ cum Ecclesia cathedr. & libris ac diplomatibus universis incendio periit. Retharius autem Beneficio Otthonis III. & S. Henrici Imp. Ecclesiam reædificavit obiitque A. C. 1009.
10. S. Meynwercus Comes Gelrius à Desterbunt, S. Henrici Imp. cognatus, templum nova mole denuo è fundamentis exstruit, urbemque restaurans mœnibus includit, obiit A. C. 1036.
11. Rudolphus, aliis Rothardus sive Rotho Monachus & Abbas Hersfeldensis, vir ex virtute & eruditione compositus obiit A. C. 1052.
12. Imadus, sub quo urbs denuo eremata cum Cœnobio Abdinckhovensi & templo, quod eleganter instaurat & moritur 1077.
13. Poppo ab H. ldt præpositus, Bambergensis restaurator nobilis Cœnobii Abdinckhofensis obiit A. 1084.
14. Henricus Comes de Werle, secundum alios C. de Waldeckh ab Henrico IV. Imp. constitutus, contra quem à Canonicis electus, & ab Hermanno Lucelburgio Ante-Imperatore defensus Henricus Comes de Aslauw. Inde bella continua, usque dum Aslovianus Archiepiscopus Magdeburgensis effectus, pugnare desiit obiit Werlanus 1126
15. Bernardus à Dysede, fuit Romæ cum Lothario Imp. ibique usum Rationalis, solis Archiepiscopis concessum impetravit, reversus videre coactus est, fædum denuo urbis & templi cathedr. incendium, quod intra decennium longe elegantius restituit, & Heerdhausense, nec non Getdense Cœnobia Cist. ædificavit obiit A. C. 1149. Vicit prælio Henricum Com. de Arnsperg sæpe iniurium.
16. Evergisus sub quo denuo urbis magna pars cum Cœnobio Abdinkoven igne, quod ipse restaurat, ob. A. D. 1176.
17. Sigefridus præpositus Cathedr. Vir prudens ob. A. C. 1186.
18. Bernardus II. ab Osyde, aliis Dysede obiit 1203.
19. Bernardus III. obiit A. C. 1221.
20. Olivarus vir doctissimus, qui A. C. Romam vocatus constitutus est S. R. E. Cardinalis.
21. Willibrandus Comes ab Oldenburg electus unanimiter A. C. 1223. Resignat 1225. ac Cathedram Ultrajectensem evocatus, ubi magnificum S. Servatii Monasterium condidit, obiit 1233.
22. Bernardus IV. electus 1235. Pontifex laudatissimus, nisi quod passus Canonicos regulari disciplinâ rejectâ, sæculares, ut vocant, fieri, obiit 1254.
23. Simon Comes à Schwalenberg, aliis Comes à Lippia, obiit 1274.
24. Ottho Comes de Reibergk, bella plura feliciter gessit, contra civitatem Paderbornensem ob. 1304. Vacat Sedes per biennium.
25. Guntherus Comes à Schwalenberg, qui ad Magdeburgensem Cathedram maximis bellis implicatam vocatus renuerat, verum contra hunc, ab aliquibus Theodoricus Baro Yteranus eliginr. Post disceptationem quadriennii, pacis amans Guntherus cedit acceptâ pensione A. C. 1308.
26. Theodoricus Baro Yteranus contra Guntherum olim electus, utilissimus ob. A. C. 1320.
27. Bernardus V. Comes à Lippia Princeps & victoriosus, seditiosam urbem expugnans, & grandem mulctam imperans, tandem gratissimus universis, mœrore moritur, ob fædum urbis incendium Anno 1340.
28. Balduinus Comes à Steinford, ob. 1306. utilis.
29. Henricus Spiegel, alias Spegel à Dessenberg Monachus & Abbas Corbeiæ Saxonum, vir ut pacis amans sic hostibus formidandus obiit 1378.
30. Simon II. Comes à Sternberg Decanus Cathedr. qui A. C. 1389. cingens obsidione castrum Brobegeense sagitta in inguine vulneratus, post dies 20. obiit.
31. Rupertus Gulielmi Ducis Montensis filius, antea Episcopus Pataviensis Princeps optimus, obiit 1394. confectus lue pestilenti cum obsidione cingeret arcem Patberg.
32. Joannes Comes ab Hoya, expugnat Patberg, & nobiles prædones Ecclesiæ suæ hostes capit, Resignat A. C. 1399. postulatus Administrator Ecclesiæ Hildesheymensis.
33. Gulielmus Dux Montensis Ruperti nuper Episcopi frater, electus anno ætatis 18. contra quem Pontifex Rom. Bertrandum Canonicum Ravennatem nominat, sed is veniens, linguæ Saxonicæ ignarus, dono acceptis equis duobus in Italiam revertitur. Tandem A. C. 1415. Gulielmus resignans Theodorico Archiepiscopo Coloniensi neptem è sorore ejusdem ducit Comitissam Teckhelnburgensem
34. Theodoricus II. Comes à Morsen, Archiepiscopus Coloniensis, & Episcopus juxta Halberstattensis, obiit A. C. 1463. ante cujus mortem, tanta vis tempestatatis urbem & vicina concussit, ut pessum iturâ omnia viderentur.
35. Simon III. Comes à Lippia, præfuit annis 25. turbu-

turbulentissimis temporibus. Resignat A. 1489.

36. Hermannus Landgravius Hassiæ, dictus Pacificus Archiepiscopus Coloniensis Simonis Administrator, obiit A. C. 1508.

37. Ericus Dux Brunsuicensis, & Grubenhagius, Princeps pacis & Iustitiæ Zelo nulli secundus, Episcopus etiam Osnaburgensis, obiit 1532. multis cum lachrymis deploratus.

38. Hermannus II. Comes à Wida Archiepiscopus Coloniensis, exauctoratus est, A. C. 1549. ob. Apostasiam.

39. Joannes Comes ab Hoia, idem tiam Episcopus Osnaburg. & Monasteriensis, moritur anno 1574.

40. Salentinus Comes ab Isenburg. Resignat A. C. 1577.

41. Henricus Dux Saxoniæ, Lavenburgi, &c. Vita excessit anno 1585.

42. Theodoricus de Fürstenberg diutius præfuit.

43. Ferdinandus Comes Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux mortuus anno 1650.

44. Theodoricus Adolphus Baro de Reckh, Nobilitare generis, singulari eruditione, auctoritare, rerum gerundarum dexteritate, & ante omnia eximia omnium virtutum laude celebratissimus.

EPISCOPI HALBERSTATTENSES.

1. S. Hildegrinus ex Cataloniensi Episcopo primus Ecclesiæ Salingestadiensis dein Halberstadensis Pontifex A. C. 780. condidit Monasterium Werdense ad Ruram, ibidem post mortem A. 827. conditus obiit 19. Iunii.

2. S. Thiagrinus, Nagrius sive Dietgrinus Hildegrini ex fratre nepos Monachus Corbeiæ Saxoniæ & Abbas obiit A. C. 841.

3. Beatus Haymo, Monachus Fuldensis, Abbas Hersfeldensis, eruditione, sanctitate & meritis gravissimis celeberrimus, æternum Ecclesiæ Halberstadensis & Germaniæ suæ ornamentum, ob. A. C. 853.

4. Hildegrinus II primi ex sorore nepos præfuit annis 34. obiit A. C. 887.

5. Evilpus sive Ewilpus præfuit annis 9. obiit 896.

6. Sigismundus Monachus Hiersfugiensis obiit 926.

7. Bernardus Burggravius Magdeburgensis præfuit 48. Fundavit de propriis Monasterium Hadmersheimense ubi Sororem Abbatissam præfecit, obiit 974

8. Hildewardus Comes Warlovianus præpositus Cathedralis obiit A. C. 996.

9. Arnoldus obiit A. C. 1023.

10. Brandagus sive Brando Monachus & Abbas Fuldensis obiit A. C. 1036.

11. Burcardus Comes à Vohburg obiit 1059.

12. Bernardus Bucko Præpositus Goslariensis, Fundator Monasterii Jlsenburgensis, obiit XI. Apr. A. C. 1088. in seditione inter cives suborta, sagitta vulneratus, sepultus in suo quod condiderat Cœnobio.

13. Diethmarus electus per discordiam, præfuit diebus solum sedecim Anno 1088. sublatus, ut purant, veneno.

14. Herrandus, Harrandus, qui & Stephanus Monachus & Abbas Jlsenburgensis, primum Monachus Reinhsrtsbornensis obiit A. C. 1101. Vacavit sedes postea annis sex tum ob tumultus Saxoniæ, tum ob discordiam Canonicorum.

15. Reinhardus electus A. C. 1107. Pugnavit anno 1115 contra Henricum V. Imp. ad Welponis sylvam, & Cæsareum exercitum fudit ac profligavit obiit 1122.

16. Ottho electus Anno 1123. exauctoratur tanquam Simoniacus ab Honorio II. 1129. sed sequente anno restituitur ab Innocentio II. sed sb hoc anno 1133. rursus dejicitur.

17. Rodolphus eligitur 1133. obiit 1149.

18. Udalricus Præpositus Colleg. B. M. V. præfuit turbulentissimis temporibus, gessit bellum calamitosissimum, cum Henrico Leone Duce Brunsuicensi, quo victus & captus est, & Vrbs Halberstadensis cum summa Basilica eoque confugientibus clero & populo igne conflagravit, obiit Episcopus animi mœrore A. 1182.

19. Theodoricus, templum mediocriter restituens ob. 1195.

20. Gardolphus, sive Bartholdus Decanus Cathedr. obiit in Kaldenbornensi Cœnobio 1202.

21. Conradus, resignat A. C. 1209. & vitæ reliquum in Monasterio Sittichenbacensi exigit.

22. Fridericus Burggravius Kirchbergensis Thuringus obiit 1231. multis cum lachrymis omnium sepultus.

23. Ludolphus Comes à Schladem obiit 1245.

24. Meinhardus, aliis Maynerus Kransfeldius ob. 1259.

25. Ludolphus Comes à Schladem resignat post biennium.

26. Volradus Kransfelderus præfuit annis 9. obiit 1270.

27. Hermannus Comes de Blankenberg ob. 1281.

28. Albertus ex Comitibus Anhaldinis præfuit 14. ob. 1326.

29. Albertus Dux Brunsuicensis præfuit laboriosissimè in summis difficultatibus annis 30. ob. A. 1358.

30. Ludovicus Landgravius Thuringiæ Marchio Misniæ, præfuit annis 8. postulatus Bambergam 1366.

31. Albertus patre rustico natus Doctor Parisiensis, præfuit annis 24. pugnat infeliciter contra Episcopum Hildesheimensem obiit 1390.

32. Ernestus Comes ab Hornstein, præfuit annis decem. gessit bellum perpetuum contra Fridericum Ducem Brunsuicensem, Exauctoratur A. C. 1399.

1399. & sequente anno mortuus septem annis jacuit insepultus.

33. Rudolphus Comes Anhaldinus electus 1399. Extinctus animi mœrore ob rem Ecclesiæ afflictam 1406.

34. Henricus Baro seu Comes de Werberge obiit A. C. 1411.

35. Albertus Comes de Werningenrode ob. A. C. 1418.

36. Ioannes nobilis ab Hoyn obiit A. C. 1435.

37. Burcardus Baro au Comes de Werberge, ob. 1458.

38. Gebhardus nobilis de Hoym obiit laudatissimus A. C. 1479.

39. Ernestus Saxoniæ Dux, Archiepiscopus Magdeburgensis, postulatur Administrator Halberstadensis 1479. administravit annis 34 & obiit 1513.

40. Albertus Marchio Brandeburgensis, Archiepiscopus Magdeburgensis & Moguntinus, S. R. E. Cardinalis, postulatus Administrator Halberstadensis 1513. præfuit annis 32. obiit 1545. Post cujus mortem vacavit Ecclesia Halberstad. annis tribus.

41. Joannes Albertus Marchio Brandeburgensis, Archiepiscopus Magdeburgensis, electus Episcopus Halberstadensis A. C. 1548.

- - - - - - - - -

- - - - - - - - -

Henricus Julius Dux Brunsuicensis &c. electus Episcopus Halberstad. A. C. 1579.

Henricus Carolus, Henrici Julii filius, Dux Brunsuicensis, &c. obiit 1615. 12. Iunii.

Rudolphus Dux Brunsuicensis, Antecessoris frater, mortuus anno salutis 1616. 13. Junii Tubingæ.

Christianus Rudolphi iam dicti frater mortuus 1626.

Leopoldus Wilhelmus Archidux Austriæ, Ferd. III. Augusti germanus frater.

EPISCOPI VERDENSES.

1. S. Suibertus primus Episcopus Verdensis divinitus & à Pipino Ecclesiæ præfectus, apud Bardovicum qua dein pulsus apud Werdam consedit, & vitæ reliquum ibidem exigens, novi Episcopatus admirabili vitæ sanctitate fundamenta jecit ob. A. C. 717.

2. S. Patto ex Monacho & Abbate Amarbaricensi ejusdem loci Episcopus, vir Apostolicus.

3. S. Tanco Monachus & ipse Abbas Amarbaricensis, fidei propugnator strenuus, pro qua plurima perferens, à furente demum saxonum populo, in quorum vitia invehebantur truculentissimè mactatus Martyr in cælum evolavit sub A. C. 800.

4. Nortila 4. Episcopus.

5. Cevilo sive Sevilo solo nomine notus, quod omnem memoriam temporum injuria devoravit.

6. S. Kortilla aliis Nottyla sive Rortilas, Abbas Amarbaricensis, Episcopus electus sub A. C. 820. non multo post sceleres Saxonum interfectus Martyr in Cælum evolavit.

7. Jsingerus Scotus Abbas item Amarbaricanus sanctitate præcipuus, qui tamen quo mortis genere decesserit est incompertum.

8. S. Harrucus ex Abbate Amarbaricensi Episcopus post multos pro Ecclesia Dei exantlatos labores agrum Dominicum suo sanguine impinguavit, A. C. 831. cujus tempore SS. Patto & Tanco à Rom. Pont. in numerum SS. relati sunt.

9. Helingandus præfuit A. C. 835.

10. B, Erlulphus in Eppeckstorff trucidatur à Danis, quo dein loco virginum Cœnobium est conditum, claruit A. C. 876.

11. Waltherus Saxo, cum reliqui omnes Scoti vel Angli fuissent, & plerique, an omnes Monachi.

12. Wigbertus ex genere Magni Sax. Ducis Widekindi, omne Patrimonium Ecclesiæ suæ donat, pagos nempe Westphalicos, Wineswaldt, Ballam, Muthuriam, Genethum, Herbrunnen, &c. A. C. 890.

13. Bernharius vir dignissimus, præfuit sub Lodovico III. Conrado I. & Henrico I. Imp. iis omnibus eximiè charus.

14. S. Adelwardus ab Henrico Aucupe constitutus illustri genere ortus, eo honore dignissimus.

15. Aelungus filius Hermanni Biliogii (alii fratrem volunt fuisse) Episcopus ab Othone Magno constitutus.

16. Bruno, Saxoniæ & Sueviæ Dux, postea Gregorius Papa V. ex Monacho Benedictino. Fuit hic meritissimus de Ecclesia Verdensi, ad quam patrimonium suum contulit, & Monasterium Virginum Vlsinense construxit. obiit Romæ 17. May A. C. 996. cum Papa electus esset 994.

17. Herpo electus A. C. 994. vir eruditissimus, cui Otho III. Imp. facultatem cudendæ monetæ dedit.

18. Bernharius obiit A, C. 1015.

19. Wiggerus, ampliavit Basilicam Cathedr. obiit 1038.

20. Dietmarus non diu præfuit.

21. Bruno II. sub quo irruptio Wandalica in Saxoniam Orientalem, etiam Werdensem Ecclesiam involuit.

22. Sigebertus Henrico IV. Imp. charus, ejusque matri Agneti à quibus arcem Hermenburg consequutus est, obiit A. C. 1060.

23. Richebertus Ducali natus stemmate, & electi fuit sub Regula Sanctissimi Benedicti eiamnum militantis amantissimus. Præfuit sub Henrico V. Imp.

24. Hardevigus, obiit imperante Lothario II.

25. Mazo sive Maso Canonicus Goslariensis obiit eodem Imperante.

26. Tiethmarus I. electus A. C. 1128. obiit 1168.

27. Hermannus Friderico Imp. charissimus, à quo liberaliter donatus fuit.

28. Hugo obiit A. C. 1189. quo anno Bardevicum

cum urbs vetustissima & celeberrima ab Henrico Leone capta funditus eversa est Festo SS. Simonis & Judæ, è cujus ruinis nata est urbs Lunæburgensis.

29. Tammo sive Tanno electus A. C. 1189. Acquisivit arcem Vallent - Lovensem cum suo territorio. Dedit Ecclesiæ imaginem B. M. V. auro solida A. C. & ob. 1197.

30. Rodolphus conditor arcis Rodenburg, ob. 1208

31. Iso Comes de Welpa, obiit A. C. 1234. fundator Ecclesiæ Collegii S. Andreæ.

32. Luderus, præfuit annis 9. fundavit Monasterium Scherobecense, sub hoc capta Verdensis civitas à Comite de Welpa. obiit autem A. C. 1254.

33. Gerardus Comes de Hoya, sub quo Ecclesia Cathedralis cum Monasterio igne periit, cucullis pari infortunio pessumdatis, & Regulæ districtione in licentiam versâ. Obiit 1270.

34. Conradus Dux Brunsuicensis præfuit utiliter annis 31, obiit 15. Octob. 1303

35. Fridericus ab Hornstetten, obiit 1314.

36. Nicolaus, muniit insigniter castrum Rotenburgum, obiit 1334.

37. Joannes Medicus Romanus à Benedicto XII. commendatus. Resignat A. C. 1337. factus postea Episcopus Frysingensis in Bavaria.

38. Daniel Carmelita Doct. Theol. Pont. Rom. promotus, sub initiâ regiminis gratus, postea invisus, ad supplicium quæsitus vix effugit, A. C. 1336. non multo post exul Coloniæ mortuus.

39. Rodolphus, Caroli IV. Imp. Cancellarius, vir sapientissimus, universis acceptissimus non diu præfuit.

40. Gerhardus Baro Montensis, resignat A. C. 1364. factus Episcopus Hildesheimensis.

41. Henricus à Langen, Lunæburgensis ex Præposito Monialium Lunensium Episcopus Verdensis creatus A. C. 1364. à singulari pietate & humanitate laudatus, obiit 1380.

42. Joannes de Sesterfliet Decanus Cathedr. frequens fuit in Cœnobio Scherabecensi à se liberaliter dotato, in quo etiam obiit 13. Januar. 1388.

43. Ottho Dux Brunsuicensis & Lunæburg, electus 1388. Ecclesiam cathedr. absolvit & dedicavit, A. C. 1390. paulo post electus Archiepiscopus Bremensis.

44. Theodoricus de Niem à Bonifacio IX. Otthoni substitutus cū hoc frustra & diu contendit de arce Rottenburg ab illo detentâ, Rediit post annos paucos Romā, creaturq; Episcopus Camericensis.

45. Carolus de Vechta à Bonifacio IX. substitutus paulo post resignato Episcopatu contentionum tædio Archiepiscopus Pragensis renunciatur.

46. Conradus à Sultow Lunæburgensis sacræ Paginæ D. tertius à Bonifacio IX. destinatus, utilissimè præfuit, arcemque Rotenburg A. C. 1395. recepit, Scripsit librum de S S. Trinitate. Hæreseos accusatus longâ Oratione se Romæ purgavit, ob. A. C. 1407.

47. Henricus Comes de Hoya à Canonicis, contra quem Udalricus Albanensis à Greg. XII. electus, uterq; per annum digladiatur, jussus tandem cedere Udalricus ab Alexandro V. Henricus autem parum laudatus renunciat denique A. C. 1426.

48. Joannes de Asel Hildesianus Decretorum D. à Mart. V. PP. Episcopus constitutus, sapientiæ laudis & pacis studio celebratus, cæterum armis sæpè appetitus præfuit annis 43. Resignavit A. 1470. ætatis 90.

49. Bertholdus Baro de Landsberg Decanus Cathedr. Decretorum Licentiatus, Doctorum hominumMæcenas præcipuus; Pacisq; colendæ studiosissimus. Cathedralem Basilicam splendidissimis ædificiis exornavit, insignemque Bibliothecam in templo Mauritiano collegit. Rotteubergense oppidum firmius muniit & suburbium fossis ac mœnibus cluxit. Designatus A. C. 1481. Episcopus etiam Hildesianus, obiit A. C. 1503.

50. Christophorus Dux Brunsuicensis unanimi consensu totius Canonicorum senatus electus anno ætatis 17, obiit A. C. 1558.

51. Georgius Dux Brunsuicensis & Lunæborgensis, frater Christophori prædicti, mortuus A. C. 1567.

52. Eberhard. ab Holle, valedicit mortal. A. C. 1586

53. Philippus Sigismundus Dux Brunsuicensis & Lunæburgensis, Julii Ducis filius, præesse cepit, A. C. 1586. obiit 1623.

54. Fridericus Dux Slesvicensis & Holsatiæ, hodie Rex Daniæ.

55. Franciscus Wilhelmus Comes Warttenbergius.

56. Fridericus Dux Holsatiæ, Archiepiscopus Bremensis nunc vero incorporatus est hic Episcopatus Coronæ Suecicæ.

EPISCOPI BAMBERGENSES.

1. Eberhardus I. Episcopus Bambergensis constitutus à S. Henrico Imp. A. C. 1007. præfuit laudatissimè annis 35. obiitque 1042.

2. Suidigerus, sive Suiggerus S. Henrici Imp. Cancellarius elect. A. 1041. quadriennio post ad summum Pontificatum evectus appellatusq; Clemens II. ob. 1048. revectus Bambergā ac ibidem tumul.

3. Hardovicus sive Hezelinus Henrici III. Cancellarius, obiit 1054.

4. Adelbero Comes de Pogen, Conradi II. Imp. nepos, vir dignus, obiit 1060.

5. Guntherus vir doctus, obiit in reditu ex Palesthina A. C. 1066.

6. Hermannus sive Ricimannus exauctoratus à S. Gregorio VII. ob Simoniā, A. C. 1075. Erexit ac liberalissimè dotavit S. Jacobi Collegiatam in urbe Eccesiam, Ingressus demum Monasterium Schwarzach ibidem mortuus & conditus est.

7. Rupertus sive Robertus præsul optimus, sub quo Ecclesia Cath. igne periit, obiit 1102.

8. S. Ottho Comes ab Andechs, multorum Cœnobiorum fundator, voto Monachus, & Pomeranorum meritissimus Apostolus, obiit A. C. 1139. Sepultus in suo Monte Monachorum.

9. Egilbertus, obiit A. C 1146.

10. Eberhardus Dux Bavariæ. Mort. est A. C. 1172.

11. Hermannus Marchio Misnensis, aliis Marquardus quorum opinione Fuldensis Abbas fuit, obiit A. C. 1177. Sepultus in Cœnobio S. Theodoræ, quod soror ejus Gertrudis Com. Pal. fundaverat.
12. Potto sive Poppo cognom. Largus, Dux Meraviæ Comes Andegsius, ob. 1192.
13. Thimo, obiit A. C. 1202.
14. Conradus electus 1202. sequenti statim ab electione die moritur.
15. Eckenbertus, sive Erimbertus Stephani Ungarorum Regis frater filius Bertholdi Meraviæ Ducis præfuit laudabiliter 32. annis. Bellum gessit contra Bernardum Carinthiæ Ducem, cujus ditiones vastans captus est, certis autem pacis conditionibus dimissus, ob. 1235.
16. Poppo Meroviæ Dux exauctoratur ab Imp. Friderico II. A. C. 1242.
17. Henricus de Catalonia Notarius Imperatorius à Rom. Pont. Episcopus constitutus, ob. 1257.
18. Leopoldus Comes à Leyningen, obiit 1285.
19. Arnoldus Comes à Solms ob. 1295.
20. Leopoldus Comes à Grundlach, obiit A.C. 1304
21. Wulfigus Baro à Stubenberg, Dominicanus, ob. A. C. 1319.
22. Joannes, obiit post biennium 1321.
23. Henricus Ord. Prædic. Decr. Doctor, ob. 1329.
24. Werntho Pincerna à Richeneck, obiit 1333.
25. Leopoldus ab Egloffstein, obiit A. C. 1341.
26. Fridericus Comes de Hohenlohe frater Alberti Episcopi Herbipol. obiit 1351.
27. Ludovicus à Bebenburg, obiit 1363.
28. Fridericus Baro à Druchedingeu, obiit 1366.
29. Ludovicus Marchio Misnens. Landgrav. Thuring. constitutus A. C. 1374. Archiepiscopus Moguntinus non rogato consensu Canonicorum contra Canonicè electum Adolphum, sed non admissus, obiit 1176.
30. Lambertus à Büren Wilhelmi Equitis aurati filius eximiè doctus ex Monacho New-wilerano, Abbas Gengenbacensis, ex Ab. S. R. Imp. aulæ Cancellarius, exinde Brixinensis, tum Spirensis, mox Argentinensis, demum Bambergensis Episcopus, Resignavit A. C. 1398. & in suum secedens Gengenbacense Cœnobium, diem extremum in quiete clausit.
31. Albertus Comes à Wertheim electus 1399. obiit 1421.
32. Fridericus ab Aufsess, vir utilis, obiit 1440.
33. Antonius de Rotenhan, obiit 1459.
34. Georgius Comes de Schaumburg, obiit 1475.
35. Philippus Comes ab Hennenberg, laudatissimus, obiit 1487.
36. Henricus Grofs à Drockauw, obiit 1501.
37. Vitus Dapifer à Pommersfelden, obiit 1503.
38. Georgius Mariscallus ab Ebnut, obiit 1505.
39. Georg. Pincerna L. Baro de Lymburg. ob. 1522.
40. Wigandus à Redwitz.
41. Georgius IV. Fuchs à Rügheim mort. A. 1556.
42. Vitus à Wirzburg.
43. Joannes Georgius Zobel vir spectatissimus.
44. Martinus ab Eyb.
45. Ernestus à Mengersdorff.
46. Neithardus à Thüngen. Mortalitatem exuit A. C. 1598.
47. Joannes Philippus à Gebsattel.
48. Joannes Godefridus ab Aschausen vir incomparabilis ad immortalitatem felicem vocatur A. C. 1622.
49. Joannes Georgius Fuchs à Dornheim, mortuus in Austria superiori juxta Spittal am Pirn A. 1642.
50. Franciscus ab Hatzfeld; virtute non minus quã genere spectatissimus - mortuus 1642.
51. Melchior Ottho Voit de Salzburg vetustissimæ Nobilitatis Princeps, multo nomine de patria meritus, maximis animi & corporis talentis præditus, quem præsens annus 1653. Comitiis Ratisponensibus præripuit, asseruit æternitati, multorum Votis desideratum, lachrymis deploratum.

Cæterum Episcopatus potentissimi Officiales seu Ministeriales præcipui fuerunt.

Mariscallus Major.	Dapifer Major.
Elector Saxoniæ.	Comes Palat. Elector.
Minor.	Minor.
Equites ab Ebnet.	Dapifer à Pomersfelden.
Pincerna Major.	Camerarius.
Rex Bohemiæ.	Elector Brandeburg.
Minor.	Minor.
Eques ab Auffses.	Eques de Rottenhan.

EPISCOPI COLONIENSES.

1. S. Maternus S. Petri Apostolorum Principis discipulus, cum SS. Euchario & Valerio in Germanias destitutus, in itinere morbo correptus ac vita functus, jussu S. Petri, baculi ejus impositione, à Divo Euchario excitatus; primus Coloniensium Episcopus constituitur circa annû Christi 67. Plurimisq; annis in conversione infidelium dasudans, denuo mortuus, ad æternæ vitæ præmia emigravit post annum Christi centesimum. Eum S. Petri baculum cum nec Colonienses, nec Treverenses postea (singulari utique Numinis voluntate, neque abque Mysterio) servare potuissent, inter utramq; tandem divisus Ecclesiam, pars spectatissima, utq; videtur suprema, Monasterio Sueviæ Weingartensi cedens, ibidem religiosissime asservatur, ferturque, ait Cratepolius, eam ob causam summus Pontifex, in Officio suo baculi usû prætermittere. Successêre Materno pastores diversi, sed quorum ferè memoria prorsus exciderit, nec labori fruct⁹ responderit, Coloniensibus penè universis metu persecutionum, in errores pristinos relapsis.

Euphrata Photinianus Hæreticus ab Hunnis constitutus circa A. C. 378. viginti ferè annis præfuit, sed qui nullo loco merito habeatur, sitq; auctoritate Julii I. Pont. Max. ab Episcopis Galli in Concilio Coloniensi A. C. 398. publicè deturbatur ac proscriptus.

2. S. Se-

8. S. Severinus, secundus à plerisq; post Maternum, interrupta licet serie, Episcopus Coloniensis censetur. Vir miraculorum & meritorum gloria illustrissimus, præfuit annis 40. obiitque 23. Octob. Claruit tempore S. Martini Episcopi Turonensis, cujus animum ab Angelis in cælum deduci est intuitus.

9. S. Evergislus, puer etiamnum à S. Severino adductus, Diaconus postea, ac demum à morte Magistri A. C. 418. Episcopus constitutus.

4. S. Aquilinus, aliis Solinus, qui S. Ursulam sociasque Martyres suis ipse manibus sepulturæ tradidit. Electus fuit A.C. 463. præfuitque annis 10.

5. Simoneus quintus eorū de quibus constat Colon. Episcopus. Electus sub A.C. 511. utilissimus.

6. Carentinus, à Fortunato Episcopus Pictaviensi laudatus claruit, sub Justino Imp.

7. Remidius præesse cepit A. 614.

8. S. Cunibertus invitus eligitur circa A.C. 622. oppidum Zuzatum Ecclesiæ jungit. Fuitque illustris miraculis.

9. Bocaldus electus anno 655. Religiosissimus.

10. Stephanus electus circa anno 660. Pastor sedulus.

11. Abelwinus fit Episcopus anno C. 690. Pacificus.

12. Giso vir pius præesse cœpit, A. C. 694.

13. Anno I. vir dignus.

14. Pharamundus Pontifex renunciatur anno C. 713.

15. S. Agilolphus ex Monacho Malmundariensi electus Archiepiscopus A. C. 718. Justitiæ defensor acerrimus pro ea Martyr occumbit.

16. Rangefridus, aliis Albericus anno C. 746. Episcopus creatur.

17. S. Hildebertus ex Cancellario Regis Gal. Pontifex renunciatur A. C. 778. obiit 804.

18. Bertholinus canonicè electus, præfuit decem.

19. Ricolphus præfuit laudabiliter annis 22.

20. Hildeboldus, vir utilissimus, Ludovicum Pium Imp. Aquisgrani coronavit, Divi Petri Monasterium (ubi hodie templum Metropolitanum visitur) construxit, ubi omnes ferè deinceps Archiepiscopi sepulti.

21. Hattebaldus sive Hagebaldus præfuit laudabiliter annis 22. obiitq; A. C. 890.

22. Guntharius sive Guntberus vir nobilis & eruditus, cujus sororem Lotharius Dux Austrasiæ, repudiatâ legitimâ conjuge, Episcopo approbante cum duxisset, Guntharius ab Nicolao I. excommunicatus est, verum contemnens, cum sacrum postea facere conaretur, sacris, ut fertur vestibus ab angelo exutus, non multo post mortuus est.

23. S. Willibertus præfuit annis 20. & obiit anno C. 889. Ecclesiæ S. Cæciliæ Collegium Virginum Deo sacratarum adjecit.

24. Hermannus cognomento Pius, electus anno C. 890. præfuit annis 20.

25. Wittfridus electus anno C. 925. obiit 953.

26. S. Bruno, eruditione, sanctitate, meritis illustrissimus, S. Panthaleonis Cœnobium condidit, Coloniam à tributis liberam reddidit, obiit 954.

27. Folckmarus sapientissimus obiit A. C. 959.

28. Gero Marchio Lusatiæ, Canonicè electus, quem cum Ottho II. investire nollet, ab angelo monitus præcipuo deinceps in honore Geronem habuit. Fundavit Gero Monasterium Benedictinum in Glaidpach, ubi S. Laurentii caput dono Caroli M. asservatur, quod frustra Philippus II. immenso oblato pretio, exambiit.

29. Warinus sive Walramus Restaurator Monasterii S. Martini Coloniensis in Insulis Rheni, in quo Cœnobio S. Eliphii Martyris reliquiæ asservantur, obiit Walramus A. C. 975.

30. Evergerus ob insignem pietatem electus, præfuit annis 15. obiitque A. C. 990.

31. S. Heribertus Comes à Rotenburg ad Tubarum, quem tamen alii Comitem de Leyningen fuisse contendunt, Indicio B. M. V. Tuitiense Cœnobium condidit, obiit A. C. 1021. 17. Cal. Apr. Tuitii conditus.

32. Pilligrinus præstitit annis 15. prudentissimè.

33. Hermannus II. Comes Palat. Rheni pace & bello gloriosus.

34. S. Anno eruditissimus & Sanctissimus, Monachorum pater & Patronus præcipuus, Monasterium Sigebergense condidit, ubi sæpius commoratus, Regulæ P. N. BENEDICTI statuta strictim etiam in Pontificatu observavit. In pauperes munificus, de omnibus bene meritus, miraculorum gloria à DEO honoratus. Obiit A. C. 1064. prid. Non. Decemb.

35. Hildolphus Henrici IV. Imp. Sacellanus, præfuit utilissimè; obiitque A. C. 1084. vel 1079.

36. Sigewinus ex Decano Cathedr. utiliter præfuit sub Henrico IV.

37. Hermannus cognomento Dives, filius Comitis Northeimii, cujus soror Riza nupta Lothario Imp.

38. Fridericus I. Marchio Forolivienfis electus anno 1112. hic Lotharium Imp. Coloniæ unxit. Suevos & Bavaros se impetentes prope Andernacum vincit, & locum postea muro cingit. Monasterium Virginum S. P. N. BENEDICTI in Insula Rulandi construxit, item Monasterium Veteris Campi Congr. Cist.

39. Bruno II. filius Adolphi II. Com. de Altene & Monten, electus 1132.

40. Hugo Comes Sponheimensis electus 1138. impetrata Romæ consecratione in reditu mortuus.

41. Arnoldus Comes Geldriæ, electus 1160. suspensus ob suspicionem Symoniæ. Præest variè annis 10.

42. Arnoldus II. Comes de Altenae vir religiosus & fundator Monasterii nobilium Rindorp. præest 5.

43. Fridericus de Dassele nob. sub Frid. I. Imp. confirmatus ab Adriano IV. obiit Papiæ 1169. Castrum Randerot propter latrocinia destruxit.

44. Reinoldus Comes à Dassele Cancellarius Frid. Imp. ut eruditione sic armis clarus, apud Tusculanum 40000. Rom. parva manu fudit, cui dein oranti, 3. SS. Regum & SS. Naboris & Felicis corpora Fridericus I. dono dedit. Per ejus

absentiam Ludolphus Landgravius Conradus Palat &c. Coloniensem ditionem invadentes ab ejus Administratore pulsi sunt. Præfuit annis 22. obiitque 1181.

45. Philippus Comes de Heynsberg ex præposito, Cathedr. Coloniam munit, duosque Ducatus Westphaliæ & Angriæ sedi suæ comparat concessione Cæsaris, Henrico Leone proscripto. Conditor fuit Cœnobii Heisterbacensis Cist. obiit 1210.

46. Bruno Comes de Altenae ex præposito, vir Religiosus, resignat post triennium Adolpho fratri, & cucullum amplectitur in Monasterio veteris montis Cist. quod condidit Adolphus primus Com. Altenae & in quo conditi Duces Montenses. Fuit familiaris S. Bernardo.

47. Adolphus Comes Altenae, Otthonem IV. coronavit, ab Innocentio III. deponitur 1215.

48. Bruno IV. Comes de Seyna, ex Præposito Bonensi, sub eo gravia bella inter Philippum & Otthonem Reges exarsêre: Coloniâ & Westphaliæ parte Otthoni adhærente, Adolphus autem partibus Otthonis primum favens, Wilhelmo Comite Juliacensi persuadente, Philippum postea sequutus eum etiam Regem coronavit, proter quod invisus suis accusatus postea, depositusque & hic Bruno subrogatus est, præfuit autem solum triennium & obiit A. C. 1208.

49. Theodoricus Comes de Monte, præfuit annis 6. invisus ob vectigalia majora imposita, & depositus ab Rom. Pont. quod excomunicato Otthoni adhæreret 300. marcas quotannis pro sustentatione accepit 1224.

50. S. Engelbertus ex Comitibus de Monte, vitâ & conversatione verè Monachus, Monachorumque omnium pater & patronus, de Ecclesia suâ longè meritissimus, indignissimè à cognato Comite, cui pro Essendiensi Cœnobio se opposuerat trucidatus cum decennium præfuisset 1225.

51. Henricus de Mœllenarcken ex Præposito Bonensi, vir dignus.

52. Conradus ab Hoisteden Præpositus Cathedr. electus 1232. Comitatum suum Hoistedeo cum plurimis aliis Ecclesiæ legavit. Jus coronandi Imperatorem, dubiom aliquamdiu perpetuum sibi successoribus obtinuit, Eum bello appetens cepit Wilhelmus Comes Juliacensis, & per 9. menses arcte habuit. Construxit templum Cathedrale & obiit 1262.

53. Engelbertus de Valckenburg, varie præfuit bello appetitus à Wilh. Com. Juliac. captus in prælio prope Tulpetum per 3. an. sex menses indignè detinetur, similiter in aula postea sua à propriis civibus capitur, ex quo per sexennium Colonia interdicto subjacuit. Sub eo à cognatis ipsius & fratre germano Comite de Falckenburg, inultionem capti Engelberti proditione & armata manu occupata Colonia A. C. 1268. Verum victores jam hostes urbe ejecti sunt, cæso Falckenburgio, civibus tamen postea cum Engelberto reconciliatis, obiit Engelbertus A. C. 1275.

54. Syfridus de Westerburg, gestis bellis gloriosissimus hostium Ecclesiæ suæ Triumphator, cum Wilhelmo Com. Jul. bellum feliciter gessit, qui non multo post cum filio Aquisgrani interemptus pœnas scelerum dedit, ejusque provinciam Archiepiscopus, pro illatis damnis facilè cepit, & Juliacum evertit, Eum postea Comes Montensis, A. C. 1288. intercipiens septennium detinuit, multaque extorsit; quem liberatus Archiepiscopus incautiorem & ipse cepit & in carcere mori coëgit. Præfuit Syfridus annis 23. obiitque A. C. 1298.

55. Wichboldus Baro ab Holte, Coloniam ob rebellionem suo Pontifici, per octennium excommunicatam absolvi curat. Sacra diligentissimè curat Comitem de Marca infestissimum Ecclesiæ hostem debellat. obiit A. C. 1305.

56. Henricus Com. de Virnenburg, electus in Schismate, contra quem Wilhelmus Comes Juliacensis, & Reinhardus Westerburgius partes suas agebât, Confirmatus à Romano Pontifice, & præest varie, digne tamen & utiliter Multis bellis victor, obiit 1331.

57. Walramus Gerardi Comitis Juliacensis filius, præfuit annis 18. felicissimè res componens, postea tamen à Ludovico Bavaro appetitus, ex mœrore contractu morbo decessit A. C. 1349.

58. Wilhelmus de Genepe invitus creatur Archiepiscopus & præest utilissimè, ingenti pecuniarum vi comparata, quam posteri strenuè decoxêre. obiit 1362.

59. Joannes à Virnenburg, laicis conclamantibus electus, à Canonicis aliquibos rejectus, Romæ similiter repulsam patitur, unde reversus Episcopatui malè consulit, bonaque distrahit.

60. Adolphus II. Comes de Marca ab Urbano V. contra Joannem Coloniensibus comendatur; ideoque invisus menses cum 11. præfuisset, resignato honore, ac ducta uxore Comes Clivensis salutatus est

61. Engelbertus III. Comes de Marca, Episcopus Leodiensis, ad Colon. Eccl. per Rom. Pont. promotus, obiit 1368.

62. Cono à Falckenstein utilissimus, æs alienum dissolvit. Sub hoc contra clerum Colonia insurrexit, & interdicto subjacuit. Compescuit Cono rebelles Andernacenses, præfuit annos 3. obiitque 1370.

63. Fridericus Comes Sarwerdensis ad instantiam Cononis antecessoris avunculi electus à Canonicis. Tres Imp. Wenceslaum, Rupertum, & Sigismundum coronavit.

64. Theodoricus Comes de Morsa, Albertum & Fridericum III. Imp. coronavit, obiit 1450.

65. Rupertus Dux Bavariæ, cui multa lis cum Canonicis intercessit, obiit 1480.

66. Hermannus Landgravius Hassiæ, vir laudatissimus, Maximilianū I. consecrat Aquisgrani, mortuus cum incomparabili omnium luctu. A. C. 1508.

67. Philippus de Dhyn, Comes ab Oberstein, vir industrius, cum in eum nobiles quidam conspirassent, Convivio eosdem excipiens, sciscitatus: *Quotnam Christus proditores habuisset?* Respondentibus: *unum. At ego*, inquit *Vos omnes proditores habeo.* Quo dicto prudenter omne illorum consilium dissipavit, eosque sibi conciliavit.

avit. Decessit optimus Pontifex, A. C. 1515.

68. Hermannus Comes de Weda ex Comitibus de Morsa, coronavit Carolum V. & Ferd. I. Imper. excommunicatus tandem & pulsus ob Hæresim Lutheranam à Paulo III. Papa, cum tentasset Ecclesiam suam per Bucerum deformare.

69. Adolphus Comes Schawenburgius bene meritus ob. A. C. 1556.

70. Antonius Comes de Schawenburg Adolphi frater, obiit 1558.

71. Joan. Gebhardus Comes Mansfeldius, ob. A. C. 1562.

72. Fridericus Comes de Weda, innocentiæ & prudentiæ laude illustris, abdicavit sponte A. C. 1567. Eodem anno est mortuus.

73. Salentinus Comes Isenburgius, præfuit aliquandiu utilissimè, verum postea abdicato Pontificatu uxorem duxit A. C. 1577.

74. Gebhardus Dapifer à Waldpurg, exauctoratus postea cum Agnetis Mansfeldiæ Comitissæ & Monialis amore captus eam 4. Januarii A. C. 1583. conjugem duxisset.

75. Ernestus Dux Bavariæ, ex Episcopo Leodiensi Archiepiscopus Colon. electus A. C. 1583. moritur, A. C. 1612. 7. Febr.

76. Ferdinandus Comes Palat. Rheni, utriusque Bavariæ Dux, &c.

77. Maximilianus Henricus Alberti Ducis Bavariæ filius ex Coadjutore, Archiepiscopus & Elector, Princeps summis animi & corporis dotibus præditus.

EPISCOPI MONASTERIENSES OLIM MIMIGARDEVORDENSIS.

1. Primus Mimigrodensis, seu Mimigardevordensis Ecclesiæ, quæ hodie Monasteriensis appellatur, Episcopus, S. Ludgerus, insignis Saxonum Apostolus, Monachus Wardensis, ob. A. C. 809.
2. S. Gerfridus S. Ludgeri nepos claruit A. C. 812.
3. Alfridus, claruit A. C. 835.
4. Lubertus non diu præfuit.
5. B. Bertholdus electus sub A. C. 895.
6. Wilhelmus, claruit A. C. 920.
7. Richardus vir genere & virtute nobilis, Regali Angliæ Regum genere natus, præf. sub Otthone I.
8. Rainoldus verè pauperum pater.
9. Hildebaldus benè meritus de Canonicis suis tunc Monachis.
10. Dodo vir laudatissimus.
11. S. Suederus tempore Otthonis II. Catalogo Sanctorum ob merita adscriptus.
12. Theodoricus insigni probitate Pontifex.
13. Sigefridus ex Monasterio Corbeiensi postulatus, claruit sub Henrico II. Imp.
14. Hermannus insigni vitæ integritate præstans qui Monasterium in honorem B. M. V. trans aquas condidit, à quo deinceps mutuato & mutato nomine Episcopatus Monasteriensis est appellatus, obiit A. C. 1050.
15. Robertus, vir laudat. sub Henrico III. Imp. præf.
16. Fridericus Marchio Misnensis, claruit A. C. 1070
17. Erpo Friderici nepos, vir dignissimus, obiit A. C. 1099.
18. Theodoricus de Winzenberg Comes, Eum Henricus Imp. cum ejecisset, à Ludgero Sax Duce restitutus, feliciter præfuit, obiitque A. C. 1127.
19. Henricus, quem nonnulli prætereunt.
20. Egbertus Lothario Cæsari charus.
21. Wernerus multis virtutibus conspicuus, Præmonstratensis Ordinis initiis plurimum favens.
22. Henricus II eligitur A. C. 1184.
23. Ludovicus Comes de Teckelnberg de Ecclesia sua meritissimus, claruit A. C. 1190.
24. Godescalcus Saxo, humili genere natus, sed virtutibus Illustr. obiit A. C. 1200.
25. Hermannus II. Com. de Catzenelenbogen, vulgo ter, ob insignem in omnes benevolentiam appellatus. Imperatorem in Italiam sequutus, rirulum Principis & potestatem gladii sæcularis primus meruit, obiit A. C. 1246.
26. Ottho Comes de Bentheim, Interfuit Asiaticæ expeditioni & multa præclare gessit.
27. Theodoricus Comes de Isenberg, frater Friderici Comitis qui S. Engelbertum Archiep. Colon. interfecit, ob quam causam Theodoricus tanquam conscius, exauctoratus, postea tamen restitutus est.
28. Ludolphus ab Holdte nobilis, feliciter cum grassatoribus congressus, sub Rudolp. Imp. clar.
29. Ottho II. Comes de Lippia, claruit A. C. 1266. & Vechtam ditionem Ecclesiæ adjecit.
30. Wilhelmus II. Baro de Holdt.
31. Gerardus Comes de Marca, vir dignissimus.
32. Everhardus de Deest, variam fortunam præliando expertus.
33. Ottho III. Comes de Ritberge, contra hunc cum Conradus præpositus Coloniensis litem de Pontificatu moveret, maluit potentiori cedere, quam privato bello multis incommodare.
34. Conradus quorundā factione creatus Episcopus, præfuit annis 5. varia fortuna præliatus.
35. Ludovicus ex Landgraviis Hass. ob. A. C. 1365.
36. Adolphus Comes de Marca, quem Urbanus V. ad cathedram Coloniensem transtulit.
37. Joannes de Virneberch, sive Werneborgk, vix annum præfuit & Trajectum auctoritate summi Pont. transfertur.
38. Florentinus de Wevelskofen, ab Urbano V. Ultrajectum translatus.
39. Pat Bohemus, negligi se videns fit Pontif. Suerinensis.
40. Heidenricus sive Henricus Wulf, aliis Wolff, prudentissimè præfuit.
41. Ottho Comes ab Hoya, hostes Ecclesiæ bello opprimit.
42. Henricus Comes de Morse elect. 1415. Princeps laudatissimus.
43. Walramus Comes de Morse, legitimè electus, contra

contra quem nonnulli Ericum Ofnaburgensem sua sede pulsum intrusère. Inde gravia prælia.
44. Joannes Dux Bavariæ postea Magdeburgensium Archiepiscopus.
45. Henricus Archiepiscopus Bremensis, Monasteriensem Cathedram in commendam accepit, eiq; præclarè hostibus oppressis consuluit, ob. 1470.
46. Conradus Comes de Rietperg ex Episcopo Osnabruggensi.
47. Ericus Saxoniæ Dux, electus A. C. 1508. obiit 1522.
48. Fridericus Comes de Weda resignat A. C. 1532.
49. Ericus de Grubenhagen, vix 6. hebdomadibus præfuit & obiit.
50. Franciscus Comes à Waldeck electus 1532. Vir insignis, sed qui in misera Anabaptistarum tempora incidit, à quibus fœdè exagitatus tandem A. C. 1553. obiit.
51. Wilhelmus Ketteler vir nobilis, resignat A. C. 1557.
52. Bernardus à Rasfeldt, resignat A. C. 1566.
53. Joannes Comes de Hoya, insigni virtutum ornatu cultissimus, obiit A. C. 1574.
54. Joan. Wilhelmus Dux Juliacensis & Clivensis, qui postea resignavit.
55. Ernestus Com. Palat. Rheni utriusque Bavariæ Dux vita excessit, A. C. 1612.
56. Ferdinandus Comes Palat. Rheni utriusq; Bavariæ Dux, mortuus anno 1650. 13. Sept.
57. Christophorus Bernardus de Gaalen. - - - - - Princeps verè illustrissimus, prudentiæ laude maximus, morum non minùs majestate quam humanitate etiam magnis venerandus, Nobilissimi Generis totiusque patriæ Nobilitatis decus incomparabile & sempiternum.

EPISCOPI TUNGRENSES SIVE TRAJECTENSES ET LEODIENSES.

1. S. Maternus Tungrorum Apostolus, baculo S. Petri Apostoli ad vitam revocatus.
2. S. Avitus, aliis Nanitus seu Navitus, obiit 12. Cal. Octob. 190.
3. S. Marcellus, obiit 7. Cal. Octob 228.
4. Metropolus, ob. 3. Cal. Octob. 239. filius Ducis Lotharingiæ.
5. Severinus, ob. 11. Cal. Novemb. 259. Fuit filius Comitis Lovaniensis.
6. S. Florentius Prædicator insignis, ob. 266.
7. S. Martinus filius Comitis Namurcensis Hasbanorum Apostolus, obiit A. C. 276.
8. Maximinus pagani cujusdem ex Christianâ muliere filius, strenuus Prædicator, obiit 289.
9. S. Valentinus, admirandæ auctoritatis, qui illum aræ imponens adjuravit nequis contrectare præsumeret, nisi à Deo vocatus successor.
10. S. Servatius, post deletos à Barbaris Tungros primus Trajecti ad Mosam (Maestrich) sedem figens, cum Pontificatus septennium vacasset ab Angelo denunciatus, præfuit ab A. C. circiter 314 usque 383. longævus admodum, quem nonnulli annos 373. vixisse scribunt, & ætatis anno 298. ab Angelo ex Armenia adductum baculum à S. Valentino antecessore in ara repositum accepisse memorant annisq; 76. Ecclesiæ Trajectensi præfuisse.
11. S. Agricolaus filius Comitis Flandriæ, ob. 503.
12. Ursicinus ex Patricio Episcopus, obiit A. C. 505.
13. Designatus, Dalensis (incertum quid nominis seu provinciæ) Ducis filius, obiit A. C. 508. quamvis nonnulli usque A. C. 526. vitam producant.
14. Resignatus, quem tamen nonnulli eumdem cũ superiore (neque vero absimile) credunt, & Neustriæ Regis filium asserunt, obiit A. C. 511. sive ut malunt alii 526.
15. Sulpitius Principe apud Gallos loco natus, obiit A. C. 519. aliis 531.
16. S. Quirillus cujusdam Comitis filius Decanus Trajectensis, obiit 521. aliis 535.
17. Eucherius illustri item loco natus, insignis prædicator, obiit 529. aliis 543.
18. Falco frater Eucherii, obiit A. C. 532. alii aliter.
19. Eucherius II. obiit 538. aliis 546.
20. S. Domitianus hæreticorum malleus, loco illustri genitus, in concilio Arvernensi A. C. 541. & Aurelianensi V. 552. obiit 570.
21. S. Monulphus, obiit 17. Cal. Aug. A. C. 609.
22. S. Gandolphus Ducis Austrasii filius, hic cum Tungrensem Ecclesiam restaurare pararet Divinitus prohibitus est, & Trajecti se continuit.
23. Perpetuus Ducis cujusdam filius electus 617. obiit A. C. 630.
24. Evergisus seu Ebregisus nobilissimus genere & virtutibus illustris.
25. Joannes cognomento Agnus ob mansuetudinem ab Angelo ad Pontificatum vocatus, ob. A. C. 637.
26. S. Amandus Sereni Aquitani Ducis filius Monachus Benedictinus Ogyæ, magnus Brabantiæ, Flandriæ, Tungrorum, Alsatarum, &c. Apostolus, resignavit seu cessit, 649.
27. S. Remaclus ex Abbate Solemniacensi, revertitur ad Cœnobium 652. aliis 658.
28. S. Theodardus Monachus Stabulensis, qui pretiosissimo sanguine suo libertatem Ecclesiæ consignavit, occubuit martyr A. C. 959.
29. S. Lambertus Apri Loffensis Comitis filius ultimus Trajecti superioris Episcopus, præcipuus Leodiensium Patronus, Monachus Stabuleti Martyrio coronatur, A. C. 696.
30. S. Humbertus seu Hubertus Princeps Aquitaniæ, primus Leodiensis Episcopus ob. A. C. 727.
31. S. Floribertus S. Huberti Aquitaniæ Ducis filius, Monachus & Abbas Stabulensis, secundus Leodiensium Episcopus obiit 26. Apr. A. C. 746. de Ecclesia sua meritissimus S. Remacli discipulus.

32. Ful-

32. Fulcarius filius Comitis Lovaniensis ex Præposito cathedr. obiit A. C. 761.
33. Agilfridus Burguodiæ Ducis filius obiit 784.
34. Gelboidus è Ducibus Baioariæ obiit A.C. 809.
35. Valcandus five WaliandusComesArduennæ (alii Ardenniæ) Fundator Monasterii nostri Hupertini in Ardennia obiit 832. 6. Idus Aprilis.
36. Pirardus Comitis cujusdam filius, obiit A. C. 841.
37. Hircatius Comitis item filius, vir religiosus, obiit 851.
38. Franco Comes Hanoniæ Monachus Laubiensis eruditione & Religione illustris sub quo insignires dotata Ecclesia, Idem Mechliviam cum attinentibus ab Imp. impetravit obiit 903.
39. Stephanus ex Canonico Metensi, & Comite Sabinensi, obiit A. C. 920.
40. Richarius ex Abbate Stabulensi, & Comita Hannoniæ Episcopus obiit A. C. 945. 10. Cal. August.
41. Hugo five Ogo ex Abbate S. Maximini. Præfuit singulari dexteritate obiit 947. 3. Id. Apr.
42. Farobertus ex Comitibus S. Pauli Abbas Prumiensis. Ornavit Leodium obiit A. C. 953. 6. Cal. Nov.
43. S. Racherius five Ratherius ex Episcopi Veronensi & Monacho Laubiensi, Berengariaoæ Hereseos profligator, obiit 954.
44. Baldricus filius Comitis Mootensis Doctor insignis obiit 959. quamvis nimis à nonnullis memoretur in annis diversitas.
45. Episcopus Heraclius fundator S. Martini & Laureorii.
46. V. Notkerus ex Monacho Episcopus, Leodium muris cinxit & mirè ornavit, obiit 4. Id. Apr. A. C. 1007.
47. Baldricus II. Lodovici Lossensis Comitis filius in Monachos propensissimus fundator Monasterii S. Iacobi ord. nostri ob. A. C. 1017. 4. Cal. Aug.
48. S. Wolbodo Ducis seu Comitis Muntensis ac Bergensis filius, Monachus Stabuleosis, Pacis conciliator, vir planè admirandus obiit A. C. 1020. 11. Cal. May.
49. Durandus Henrici II. Imp. Cancellarius bumili loco natus, obiit 1021.
50. Reginardus five Reginaldus præclari generis ob. A. C 1038.
51. Richardus, Nithardus, seu Nichardus nepos Reginaldi, Ragneri Comitis Haoonniæ filius, obiit A. C. 1042.
52. Wazu, Comes Iuliacensis ex Scholastico cathedr. obiit A. C. 1048.
53. Theodwinus aliis Theodoricus Henrici III. cognatus è Ducibus Boiia oriundus, Hannoniensem Comitatum dono Richildis ejusque filii Baldvini Ecclesiæ adjecit, obiit A.C. 1075.
54. Henricus filius Friderici Ducis Lotharingii, dictus Pacificus, obiit A. C. 1091.
55. Othbertus Marchio Brandeburgius, paravis DocatumBullioocnsem 1300. marcis à Godefrido Lotharingio, alii contendunt per 1400. marcis argenti & libra 1. auri, obiit 1119.
56. Fridericus, paulo post venenoperiit A. C. 1121.
57. Albeto seu Albertus Comes Lovaniensis obiit A. C. 1128.
58. Alexander Comitis Iuliacensis filius (alii SimonisLotharingi filium conteodunt) cujus tempore erant ex Canonicis 9. filii Regum 14. Ducum 29. Comitum, 7. Baronum, depositus Alexander ab Innocentio P. M. paulo post mœrore decessit.
59. Albero ex prosapia Namurcensi filius Comitis Geldriæ, armorum amantior, sub quo licentia crevit, obiit peste anno regiminis 15.
60. Henricus II. Comes Lymburgensis electus 1146. auxit Episcopatum & aliquot castra condidit, Pontificatumque Maximum ab Henrico Imp. oblatum recusavit, obiit Papiæ prid. Non. Sept. 1164.
61. Alexander II. Præfuit laudabiliter, obiit peste 1167.
61. Rodulphus Dux Lotharingiæ, obiit in reditu Hierosolymis 1191.
63. S. Albertus, Henrici Magni Brabantiæ Ducis filius indignè, ut ajunt Cæsare conscio, trucidatus A. C. 1192. & à morte miraculis clarus.
64. Albertus II. de Cuyckh obiit A. C. 1200.
65. Hugo de Petraponte Præpositus Cathedr. sub quo A.C. 1212. Henricus Seoior Dux Brabantiæ Leodium cepit, obiit Hugo A. C. 1229.
66. Joaones de Eppa avunculo successit, ob. 1238.
67. Guilhelmus Comitis Flandriæ & Sabaudiæ frater, obiit Viterbii Romà reversus post confirmationem A. C. 1239.
68. Robertus de Torota ex Episcopo Lingonensi Leodieosis, obiit A. C. 1246. 17. Cal. Novemb. Fundator Vallis Scholarium.
69. Henricus Comes Geldriæ depositus in Concilio Lugdunensi anno C. 1274. Abbas Stabulensis indignus.
70. Joannes de Enghien Regis Galliæ nepos Monachus & Abbas Stabulensis pacis amantissimus, sed ab Antecessore captus, & ut nonnulli volunt occisus A. C. 1281. 14. Aug.
71. Joannes V. Guidonis Comitis Flandriæ filius Decret. Doctor. ex Episcopo Metensi electus, ob. A. C. 1292. post quem sedes vacavit annis 4. Gulielmo & Guidone de Episcopatu contendentib.
72. Hugo de Cabilone, Ducis Burgundiæ consanguineus, parum laudatus. Fit demum Archiepiscopus Bisontinus, A. C. 1301.
73. Adolphus Comes de Veldeckb, Pacis amans quam inter Leodienses composuit, cæterum vantri deditus, obiit 1302. Veneno ut aiunt extinctus.
74. Theobaldus Comes Barrensis, res Episcopatus feliciter composuit, Henricum VII. Romam sequutus sagitta incaute jacta transfixus, summo omnium dolore periit. A. C. 1312. 13. May.
75. Adolphus Comes à Marca, Decrevit, A C. 1334. ut annus inciperet à Natali Domini, cum antea à Paschate inchoaretur, obiit A. C. 1344. Idem invitus licet prælia gessit, & Leodienses rebelles devincens cæsis triginta duobus millibus compescuit. Idem Mechliniam consentiente capitulo Ludovico Fland. Com. vendidit. Eidem Dionantenses bellum intolerunt, cum 4. è familiaribus

liaribus interfecissent, Episcopus mœrore non multo post decessit.

76. Engelbertus Comes à Marca Adolphi nepos & ipse coactus bello Hasbanos & vicinos compescuit. Fit Archiepiscopus Coloniensis, 1365.

77. Joannes ab Arckel ex Episcopo Vltrajectino, bella composuit, Castrum Rumines cepit & subruit ob. benè meritus A. C. 1378.

78. Arnoldus Comes Hornensis, Episcopus Vltrajectensis, habuit adversarium Ioannem Rodemacum quem Leodiensium ope oppresset, obiit 1389.

79. Joannes, Alberti Bavar. Ducis & Holandiæ Comitis filius, obsessus ob odium à Leodiensibus in oppido Trajectensi, sed à suis liberatus, Dispensante Pontifice uxorem ducit Luxemburgensem Principem, & Episcopatum resignat A. C. 1418. obiit repentina morte 1428.

80. Joannes de Waldenrode I.V. Doctor instituitur à Martino V. Papa, decimo mense post veneno sublatus 1419.

81. Joannes Comes de Heynsberg, & Lowenborch, vir magnificus. Resignat demum Ludovico Duci Borbonio A. C. 1455.

82. Ludovicus Borbonius, Caroli Borbonii Ducis filius, Locrari animos frustra conatus, profugere demum ad affinem Carolum Burgundiæ Ducem cogitur. Inde fœdissimum bellum Leodiense A. C. 1474. Ludovicus autem in prælio contra Arembergium interficitur, 10. Aug. 1482.

83. Joannes Comes Hornensis variis præliis ab Arembergio aliisque & civium seditione exercitus, obiit 1505.

84. Erardus Comes à Marca, vir eruditus, pacis amantissimus, ad summa natus, authoritatis maximæ, quo majorem postrema ætate Principem Leodium non habuit. Decessit meritissimus A. C. 1538.

85. Cornelius de Sevenbergen, obiit 1543.

86. Georgius de Austria. Maximiliani Imp. filius naturalis obiit 4. May 1557. Princeps pacis amans.

87. Robertus Bergensis, Literatorum patronus Galliarum Rege Leodiensium fines invadente rem componit, obiit meritus apud suos Bergis sepultus, A. C. 1565.

88. Gerardus nobilis à Groisbeck Abbas Stabulensis & S. R. E. Card. obiit 1580.

89. Ernestus Com. Palat. Rheni Dux Bavar. obiit A. C. 1612. 17. Febr.

90. Ferdinandus Bavarus Ernesti ex fratre nepos, inauguratus 27. Ianuarii A. C. 1613. Factus etiam Archiepiscopus Coloniensis.

91. Maximil: Henricus Ferdinandi ex fratre nepos Archiep: Coloniens.

EPISCOPI CATHEDRALIS ECCLESIÆ MINDENSIS.

1. S. Erkanbertus, aliis Herimbertus Miraculorum virtute illustris, vir Apostolicus à Carolo Magno Imp. institutus.
2. Hatwardus vir Deo dilectus obiit Idibus Apr.
3. S. Theodoricus fundator Monasterii SS. Cosmæ & Damiani in Wunsterpe. Occubuit Martyr, cum multis aliis Principibus sacris à Nortmannis occisus festo Purificationis DEI parentis, annus autem non memoratur.
4. Wulfarius Saxo vir sanctus obiit prima Iunii.
5. Drogo præesse cœpit, sub A. C. 660.
6. Adelbertus præfuit adhuc A. C. 908.
7. Bernhardus seu Bernharius vir sanctus obiit in festo S. Magni.
8. Lidarius sub Imp. Conrado rexit Ecclesiam.
9. Ebergisus obiit in festo S. Lucæ vixit sub Othone I.
10. S. Helinwardus Monachus Benedictinus, obiit A. C. 958. festo S. Valentini Mart.
11. Lantwargus obiit A. C. 974.
12. Milo Fundator Monasterii Virginum nostrasum in monte Wedegonis, ubi prius S. Thetwioff inclusa juxta Regulam S. P. N. BENEDICTI Sanctissimè vixit, obiit Milo A. C. 996. in festo S. Eleutherii Episcopi.
13. Ramwardus Monasterium à Milone conditum ad Urbem Mindensem transtulit, & liberaliter condens dotavit A. C. 1004. obiit autem ipse in Vigilia S. Dionysii Mart. Episcopi.
14. Theodoricus II. obiit A. C. 1022.
15. Sigibertus, fundavit Ecclesiam S. Martini & bene meritus obiit 1036.
16. Bruno ex Monasterio Magdeburgensi assumptus, fundator Monasterii S. Mauritii extra muros, eo Monachos Magdeburgenses nostros evocans, obiit 10. Feb. 1055.
17. Engelbertus sive Egilbertus ex Canonico Bambergensi, sub eo Ecclesia Cathedralis cum omnibus ornamentis periit, quam tamen ipse restituit & dedicavit, obiit A. C. 1080.
18. Raymundus sive Reinhardus, obiit 1089.
19. Volmarus seu Folmarus Symoniacus miserè periit, cum S. Gorgonius (aliis Gregorius) custodibus Ecclesiæ apparens, signum pro mortuo Episcopo dare præciperet, cruentamque pallam Altaris ostenderet, in qua gladium occisionis absterserat, quæ diu postea servata est, occubuit miser 1094. in festo decollationis S. Ioan. Bapt.
20. Udalricus seu Olricus præfuit A. C. 1096. obiitque 6. Id. Decemb. festo S. Eutichiani Mart.
21. Gottscalkus, præfuit jam A. C. 1112. eodemque obiit.
22. Witelo vir sanctus, obiit A. C. 1120. Dec. 28.
23. Sigewardus, qui centum mansis Ecclesiam dotavit sub hoc datum initium Comitatui Markensi per 2. fratres Adolphum & Ioannem qui ex Italiâ venerunt, obiit Episcopus 1140.
24. Henricus Monachus Bursfeldensis deio Abbas in Insula

in Insula S. Mauritii Ord. S. P. Benedictini, demum Episcopus Mindensis, sub eo 2. Cœnobia ordinis nostri in Diœcesi condita, alterum Schynnense nigrorum per Comites de Halremunt, alterum in Lucca Cisterciensium per eosdem, obiit Henricus A. C. 1156.

25. Wernerus ex Præposito Episcopus, Fuit cognatus Wilhelmi Imp. obiit A. C. 1160.

26. Anno Comes de Blanckenburg vir Deo dilectus & sanctus, reliquiarum conquisitor sedulus ob. 1175.

27. S. Diethmarus miraculis illustris, sub hoc repertæ argentifodinæ, quarum parte Diethmarus ab Imperatore Henrico VI. donatus est, sub hoc Monasterium ord. nostri Neudorpe ab avunculo S. Diethmari Simone Præposito conditum est, sub eodem circa A. C. 1206. Comitatus Hoyensis initium habuit, obiit Diethmar. A. C. 1206.

28. Henricus II. Episcopus obiit A. C. 1209. festo S. Praxedis.

29. Conradus de Dephalt, castrum Reinberg condidit, sub A. C. 1230. Translatum Monasterium Virginum nostrarum ex Biscoppenhagen in Rintelen, cujus moniales propter visionem quandam abjecto nigro habitu, candidum induerunt sub Regula S. P. N. BENEDICTI, ob. Conradus A. C. 1236.

30. Wilhelmus castrum Nienhaus condidit, obiit 1244.

31. Joannes Com. de Diepholt qui 3. turres in novo castro condidit, & Reinenberg construxit, obiit 1252.

32. Wedekindus Comes de Hoya, Ducem Luneburgensem & Comitem de Wunstorpe prælio vicit, obiit A. C. 1261.

33. Cono, Com. à Diepholt. obiit 1265.

34. Otho ordinis Prædicatorum, Ecclesiæ suæ jura strenuè defendidit, castrum Reinenberg à Domino de Diepholte occupatum recepit, obiit A. C. 1275.

35. Volquinus, villam, Lubbecke oppidum condidit. cæcus cum esset à B Burcardo Dominicano curatus est, obiit 1282.

36. Conradus II. obiit 1295.

37. Rudolphus de Rostorpe, castrum Steigerberg condidit, sub eo sub urbium igne periit, Hostes suos feliciter obtrivit, obiit A. C. 1324. cujus sacrosancta memorie.

38. Godefridus Comes de Waldeck, Arcem Petershagen condidit, deque omnibus bene mereri studuit, obiit A. C. 1324.

39. Ludovicus Dux Lunæburgius Othonis D. filius conditor Cœnobii Walsrode ubi sepultus est, sub eo ab Comitibus de Hoya castrum Nienhaus captum & deletum est, 1346. obiit A. C. 1346

40. Gerardus Com. de Schauwenburg sive Schomburg castrum Roden comparavit, ob. Cal. Ian. 1353.

41. Theodoricus cognomento Cagelmind, genere illustris, eruditione insignis, Monachus Cisterciensis, primum Episcopus Ebranensis, dein Schleswicensis, postea Mindensis, demum A. C. 1361, Archiepiscopus Magdeburgensis.

42. Gerardus II. Comes de Schauwenburg sive Schomburg, condidit oppidum Petershagen, obiit in peregrinatione ad terram sanctam A. C. 1366.

43. Ottho de Wettin non multo post obiit quo mortuo cives castra Vlotow & Varenholte ceperunt & diruerunt.

44. Wedekindus II. Com. de Monte, optimè præfuit, conflixit feliciter cum Duce Brunsuicensi, ob. A. C. 1383.

45. Ottho III. Com. de Monte, Wedekindi frater Præpositus S. Mauritii extra muros, castrum montis Ecclesiæ tradidit, obiit A. C. 1397.

46. Wilckinus seu Wilhelmus à Busche præfuit 3. annos & dimidium.

47. Marquardus de Randeck à Papa commendatus, postea 1398. ad Constantiensem Cathedram evectus est.

48. Ottho IV. Ritburg Comes invitis Canonicis promotus & Veneno sublatus.

49. Willebrandus Com. de Harlemunt Monachus & Abbas Corbeiensis vir bene meritus, cum Ecclesiæ hostes emollire non posset armis coëgit, & arcem Wedeckhausen è manibus Comitis Lippiæ, Reinenberg è Comitis Teckenburgii, Rodende è Bockij vendicavit, obiit A. C. 1437.

50. Albertus Comes de Hoya, antecessori dissimillimus, homo negligens, gulæ deditus, similis, sub quo vixit, Imperatoris Wenceslai, obiit A. C. 1478

51. Henricus Comes de Schauwenburg Princeps dignissimus, Pauperum Pater, electus 1478.

52. Franciscus Dux Brunsuicensis Henrici senioris filius, fax belli contra Episcopum Hildesiensem 1519. obiit in arce Guelphorum A. C. 1529.

53. Franciscus Comes de Waldeck vir laudatissimus mente & corpore Heros, obiit A. C. 1553. quem tamen nonnulli favisse Hæreticis volunt.

54. Georgius Dux Brunsuicensis ex Præposito Coloniensi, factus demum Archiepiscopus Bremensis, vir Catholicus genere & eruditione Princeps, obiit A. C. 1562. aliis 1566.

55. Hermannus Comes de Schauwenburg, Resignat A. C. 1581.

56. Henricus Iulius Dux Brunsuicensis & Luneb.

57. Antonius Comes Schomburgensis.

58. Christianus Wilhelmi Ducis Brunsuicensis filius, inauguratus A. C. 1599. præfuit annis multis decessitque A. C. 1633. 27. Novembr.

59. Franciscus Wilhelmus Comes de Wartenberg Mindam ingressus A. C. 1626. Homagium à subditis accepit A. C. 1632. hodie Episcopatus paret Electori Brandeburgensi.

EPIS-

EPISCOPI OSNABURGENSES.

1. S. Witho ex diſcipulis S. Bonifacii noſtri Germanorum Apoſtoli primus Epiſcopus Osnabruggenſis ſive Oſſenburgenſis, obiit A.C. 804.
2. Meingerus vir ſanctus & bene meritus, Deceſſit ſub A. C. 833.
3. Goswinus conſpirationis cum filiis in patrem Ludovicum inſimulatus.
4. S. Gosbertus Magni Aquilonarium Regnorum Apoſtoli S. Ansgarii noſtri Bremenſis Archiepiſcopi diſcipulus, vir Apoſtolicus, cum turbatis Eccleſiæ rebus ad Magiſtrum ſe reciperet & in Dania fidem diſſeminaret. Martyr occumbit ſub A. C. 874.
5. Egbertus ſeu Eggehardus Normannorum inundatione ceſſante fit Epiſcopus, obiit 884.
6. Egelmarus vir dignus & doctus, ſummæ auctoritatis apud Arnulphum Imp. cujus ope inſigniter auctus eſt Epiſcopatus.
7. Dodo Otthoni I. Imp. Commendatiſſimus.
8. Drogo Eccleſiæ plurimum conſuluit.
9. Ludolphus genere illuſtris Otthonis II. Imp. conſanguineus, qui Eccleſiam plurimum ornavit.
10. Dodo II. claruit ſub Otthone III. Imp.
11. Guntradus plerumque valetudinarius.
12. Wacholphus ſive Watnodus.
13. Thietmarus vir utilis.
14. Moncherus præfuit annis 4, & obiit 1018.
15. Gosmarus laudatæ vitæ Epiſcopus. ob. 1052.
16. Alvericus ſive Elvericus obiit A. C. 1068.
17. Wernicherus præſul optimus claruit 1070.
18. B. Bernardus Goslarienſis Monaſterii Scholaſticus, glires prodigioſa expulit è provincia, ob. A. C. 1088.
19. Marquardus Monachus & Abbas S. Viti Corbeienſis in Saxonia Monaſterii, Cæſari, ut nonnulli ominantur, quod ipſe Pontifici Rom. faveret inviſus, ac proin ſexto anno Pontificatu pulſus A. C. 1093. in Cœnobio ſuo vitam in pace finiit.
20. Wido, ſub quo Cathedralis Baſilica cum ſacris reliquiis incendio periit, obiit 1101.
21. Joannes cognomento Widonis, præfuit annis novem.
22. Deipholtus obiit A. C. 1119, ſepultus Iburgi.
23. Diethardus, plurimos in Pontificatu hoſtes expertus.
24. Udo, cujus vix nomen ſupereſt.
25. Philippus Comes de Catzenelenbogen, hoſtes Eccleſiæ. eosque Dynaſtas ab Holt armis compeſcuit & eorum arcem evertit, obiit Philippus A. C. 1164. cum 32. annis digniſſimè præfuiſſet.
26. Arnoldus Præpoſitus, & Canonicus Colonienſis, obiit A. C. 1186.
27. Gerardus Comes de Lippia, Bellum cum ſtertingis Chriſtiani nominis hoſtibus geſſit tempore Friderici Imp.
28. S. Adolphus Pauperum pater, mire à DEO commendatus, præfuit annis 31.
29. Bruno Comes de Iſenburg, Pacis amantiſſimus, & admodum Religioſus, præfuit annis 8.
30. Windekindus Comes de Waldeck, vir præſtantiſſimus, & utiliſſimus, obiit A. C. 1161.
31. Balduinus de Ruſsle (aliis Kuſsle) Præſul dignus.
32. Conradus Comes de Retberg præfuit utiliter annis 28.
33. Ludovicus Comes de Ravenſperg. Hoſtes Eccleſiæ feliciſſimis præliis attrivit, à famulo forte incante vulneratus 53. regiminis anno deceſſit.
34. Engelbertus de Wepe, Witlage arcem contra hoſtes condidit, præfuit annis 10.
35. Gotfridus Comes de Arnsberge, pacis amantiſſimus, ſed præliari coactus contra Comitem de Marca. Fit demum Archiepiſcopus Bremenſis.
36. Joannes Hoed Decret. Doctor à Rom. Pont. promotus, adeoque ſuis inviſus, præfuit varia fortuna annos 16.
37. Melchior Brunſuicenſis. Fit Epiſcopus Suerinenſis, A. C. 1376.
38. Theodoricus Comes de Marca, Præpoſitus Colonienſis, ſatis indignus, depoſitus.
39. Theodoricus de Horne vir dignus, Comitem de Teckelnberg hoſtem experitur.
40. Conradus Dynaſta de Depholt, ſeu Delpholt, labaſcentem Eccleſiæ ſtatum prudentia & armis reſtituit.
41. Otho Comes de Hoya, vir utilis.
42. Joannes Comes de Diepholte vir inſignis & ſtrennus.
43. Ericus Comes de Hoya, Pontificatu pulſus.
44. Henricus Comes Morſenſis Epiſcopus Monaſterienſis & Adminiſtrator Oſnaburgenſis qui optime & ſumma cum laude præfuit.
45. Albertus Comes de Hoya Epiſcopus Mindenſis, ſub hoc perniciosiſſimo incendio Oſnaburgum exarſit.
46. Rudolphus Comes de Deipholte, ſeu Delpholte Epiſcopus Vltrajectenſis & Oſnsburgenſis, Princeps bellicoſus.
47. Conradus IV. Comes de Delpholte, pacis & quietis ſtudioſus.
48. Conradus V. Comes de Retberga Epiſcopus Monaſterienſis, à Capitulo poſtulatus. Fuit cum ab induſtria tum perhumano ingenio commendatiſſimus, obiitque A. D. 1505. Octavo Febr.
49. Ericus Dux Brunſuicenſis, de Grubenhagen, filius Alberti Ducis, præfuit annis 25. cumque ad Monaſterienſem etiam electus eſſet Pontificatum, mortuus eſt Anno Chriſti 1531.
50. Franciſcus Comes de Waldeck Monaſterienſis etiam Epiſcopus, ideo poſtulatus, quo potentiorem ſibi aſciſcerent Oſnaburgenſes protectorem. Huic multum negotii Anabaptiſtæ procrearunt, quos tandem magnis ſumptibus, & diverſorum Principum auxilio feliciter expugnavit. Mortuus eſt optimus & Pacificus Princeps A. C. 1553.
51. Joannes Comes de Hoya Cameræ Imperialis Iudex Princeps doctus, ac paci dediſiſſimus, nec non variarum linguarum gnarus, obiit A.C. 1574.
52. Henricus Dux Saxon. Canonicus Colonienſis, Archiepiſcopus Bremenſis, obiit A. C. 1585.
53. Wilhelmus Schencking, moritur anno Chr. 1585.
54. Bernardus Comes à Waldeck, mortuus A. C. 1591.

55. Phi-

55. Philippus Sigismandus Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis Episcopatu potitur A. C. 1591. mortuus anno 1623.
56. Eitel.Fridericus Comes à Zollern S. R. E. Cardinalis, Præpositus Cathedralis Coloniensis Magdeburg. & Hildesheimensis.
57. Franciscus Wilhelmus Comes de Wertenberg electus A. C. 1625.

EPISCOPI MISNENSES.

1. Burcardus sub Orthone I. Imp. præfuit ann. 20.
2. Volcoldus anno 23.
3. Aico seu Eido, anno 995.
4. Ervardus.
5. Wipertus electus, 1024.
6. Theodoricus,
7. Reinerus 1046.
8. Thesauris suis incubans fracta cervice reperitur.
9. Menwardus vita decessit A. C. 1066.
10. S Benno Sclavorm Apostolus.
11. Henricus obiit 1118.
12. Gramborus obiit 1129.
13. Godebaldus obiit 1140.
14. Richardus.
15. Bertholdus.
16. Bruno I. Electus 1219.
17. Gerungus.
18. Martinus.
19. Theodoricus
20. Bruno II.
21. Henricus
22. Conradus
23. Albertus Baro à Morzschen.
24. Wirigo Baro de Camens.
25. Bernardus Baro à Camenz Dresdam vendidit Marchioni Misniæ.
26. Albertus Comes Leisnicensis.
27. Wirigo II. ob. 1347.
28. Joan.ab Isenb.ob. 1370
29. Theodoricus de Goch
30. Conradus de Walhausé.
31. Joan. à Genzenstein.
32. Nicolaus obiit 1385.
33. Joan. Baro de Kitliz
34. Timo Baro de Coldiz.
35. Rudolphus de Plauniz.
36. Joan.Hoffman.ob. 1451
37. Gaspar à Schönberg.
38. Theodoricus frat.Gasp.
39. Joan. de Wissenbach.
40. Joan. de Salhausen.
41. Jannes VII. à Schleiniz, electus 1518.
42. Joan. VIII. da Maltiz ob. 1549.
43. Nicolaus de Carlovitz electus anno 1550.
44. Joan. ab Haubitz.
45. Augustus Dux Saxon.
46. Christianus Dux Saxoniæ anno 1586.
47. Christianus Elector Saxoniæ A. C. 1591.

ARCHIEPISCOPI TREVIRENSES.

1. S. Encharius missus à S. Petro cum duobus sequentibus, obiit 8. Decemb. A. C. circiter 66.
2. Valerianus, obiit 29. Ianuarii, A. C. 96.
3. Maternus, obiit Coloniæ,
4. S. Auspicius, obiit 8. Iulii.
5. S. Cellsus; obiit 23. Februarii.
6. S. Felix, 26. May, quem tamen diem nonnulli Felici II. assignant.
7. Mansuetus, præfuit sub A. C. 160.
8. Clemens, præstitit sub A. C. 175.
9. Moyses Episcopatum gessit tempore Eleutherii Papæ.
10. S. Martinus, illustris Christi Martyr obiit 19. Iulii.
11. Anastasius, sub A. C. 226.
12. Andreas.
13. S. Rusticus I. vir Sanctissimus.
14. Auctor sive Actor, obiit 20. Augusti.
15. Fabricius, nonnullis Fortunatus, nisi duo fuerint
16. Cassianus,
17. Marcus, de quibus plerisque præter nomen vix quidquam est reperire.
18. S. Avitus siva Nanitus, ultimi, Tungrorum Regis filius, vir Apostolicus, obiit nonis Iulii.
19. S. Marcellus sive Marcellinus, cujus prædicatione S. Lucius Rex Britanniæ conversus est, obiit 4. Sept.
20. Metrapolus, vir Apostolicus obiit 8. Octobris.
21. S. Severinus, 21. Decemb. claruit sub Gordiano Imp.
22. S. Florentius seu Florentinus, 16. Oct. sub Gallo & Volusiano Imp.
23. S. Martinus II: Hasbaniæ Apostolus 29. May.
24. S. Maximinus I. 20. Iunii sub Probo Imp.
25. S. Valentinus, 16. Iulii. obiit A. C. 316. Post cujus mortem sedes Tungrensis ab hac separata est.
26. Mauritius.
27. S. Agritius se Agripinus 13. Ianuarii, Græcus, secundus Trevirorum Apostolus, & primus eorumdem Archiepiscopus, totiusque Germaniæ ac Galliæ Primas, sub eo profugus in S. Maximini Cœnobio delituit, Magnus Athanasius (quod alii sub ipso Maximino factum contendunt)

tendunt) & ditari sunt Treveri Tunica Christi inconsutili, clavo &c. quæ munera Agritio contulerunt SS. Sylvester Papa, & Helena Augusta.

28. S. Maximinus à quo postea Cœnobium cognominatum, qui S. Athanasium honorifice (ut plures sentiunt) excepit A. C. 346. vixit etiamnum A. C. 349.

29. S. Paulinus prid. Cal. sept. A. C. 363. Martyrio coronatus procul in Phrigia, quo exulatum missus fuerat, cujus sacrum corpus postea Treverim relatum est.

30. Bonosus obiit A. C. 365.

31. S. Bricto seu Broilo Damaso Papæ charus obiit A. C. 380.

32. S. Felix II. obiit 392.

33. Mauritius II. obiit circiter, A. C. 404.

34. S. Leguntius seu Leontius sepultus in S. MARIÆ ad Martyres 19. Febr.

35. S. Auctor II. sepultus in S. Maximini cum 13. sept. postea in S. Aegidii Brunsvicense Cœnobium translatus, præcipuus Urbis Defensor & Patronus.

36. S. Severus vir sanctissimus, obiit 420. 15. Oct. cujus tempore Hunni Germaniam vastarunt, & Treverim incenderunt.

37. S. Cyrillus, eversum S. Matthiæ Cœnobium restituit, ibidem conditus,

38. Jammerius vel Himerius.

39. Emerus seu Eremerus, Pelagianorum oppressor.

40. Marcus II. restaurator S. Paulini Cl. 442.

41. Volusianus, obiit A. C. 468.

42. Meletius seu Miletus, obiit 472.

43. S. Modestus 24. Ianuarii 486.

44. S. Maximianus tempore Anastasii Imp.

45. S. Fibicius 5. Novemb. A. C. 500.

46. S. Aprunculus 22. Aprilis, conditus in Monasterio Springenburgensi, eo translatus ex Basilica S. Paulini 525. ob.

47. Rusticus II. qui tamen videtur Nicetio postponendus 14. Oct.

48. Aprunculus II. ab aliis omissus, tanquam idem cum primo.

49. S. Nicetius ex Monacho & Abbate Archiepiscopus, vir per omnia magnus & admirandus 5. Decemb.

50. S. Magnericus 25. IuliiS. Nicetii discipulus conditus in suo S. Martini Cœnobio, cl. 585.

51. S. Gangericus S. Magnerici discipulus Episcopus Cameracensis primum, dein Treuer. ob. 653.

52. Sabaudus, vir sanctus.

53. S. Severinus II. sancti Amandi nostri in Apostolico labore socius, vir perfectus.

54. S. Modoaldus è Ducibus Aquitaniæ vir sanctissimus,

55. S. Clodulphus Regii generis ex Monacho Metensis primum Episcopus, dein Treverensis, obiit centenarius A. C. 700. 8. Iunii.

56. S. Numerianus obiit A. C. 715. 5. Iulii.

57. S. Basinus ex Abbate S. Maximini & Illustrissimo Austrasiæ Ducum genere oriundus, verè Basis suæ Ecclesiæ, obiit 4. Martii.

58. S. Lutwinus, S. Basini ex sorore nepos Galliæ Belgicæ Dux, mortua conjuge Mediolacensis à se conditi Cœnobii Monachus demum Archiepiscopus Trever. obiit A. C. 721. 29. sept.

59. S. Hidulphus ex Monacho Episcopus & rursum ex Archiepiscopo Monachus S. Maximini, vir sanctissimus & illustri genere natus, obiit A. C. 754. 11. Iulii.

60. Vermadus seu Veomadus Abbas S. Maximini, ob. 6. Id. Novemb. 776.

61. Richboldus ex Abbate Mediolacensi, vir religiosus, obiit A. C. 784.

62. Watzo vel Wasso ex Abbate Mediolacensi, vir timens DEUM obiit 804.

63. B. Hamularius Fortunatus Monachus Luxviensis, demum S. R. E. Cardinalis, officii Defunctorum compositor, moritur 822.

64. Hettho Abbas Epternacensis, adfuit Ludovico Pio morienti, obiit ipse A. C. 838.

65. Thiergandus Abbas Epternacensis, obiit A. C. 867. alii 870. à S. Gregorio percussus, quod diversorium à Papa in suo S. Andreæ Cœnobio impetrasset.

66. Bertholdus seu Berthulfus Abbas Mediolacensis, nepos S. Adventii Episcopi Metensis, sub quo Nortmanni Treverim occuparunt, obiit A. C. 883. 4. Id. sept.

67. Rathbodus Abbas Epternacensis, vir eruditione & prudentia clarus, qui Ecclesiæ bona plurimum auxit, Formoso Papæ familiaris, obiit A. C. 902.

69. Rutgerius vir eruditus, obiit 934.

69. Rupertus è Saxoniæ Ducibus, vastatum S. Maximini Cœnobium restituit. Præfuit optimè annis 22. obiit 956.

70. Henricus ex Episcopo Ratisponensi Archiepiscopus Monasterium prope summum templum condidit, Monachosq; ad amussim Regulæ vivere instituit, obiit A.C. 964.

71. Theodoricus, sub quo disciplina ut sub antecessore refloruit, sic modo exaruit, & licentia crevit, obiit A. C. 970.

72. S. Eckbertus Theodorici Hollandiæ Comitis filius, vir sanctissimus, qui multa oppida à Barbaris vastata restituit, obiit 989

73. Ludolphus è Saxoniæ Ducibus, primus è Treverensibus S R. I. Elector, obiit 999.

74. Albero Comes Lucelburgius, paulo post alio ab Imp. substituto cedens invitus.

75. Minguardus seu Megingaudus plurima ab Adelberone perpessus præfuit annis 12.

76. S. Poppo Leopoldi Austriæ Ducis filius bene meritus obiit A. C. 1037.

77. Eberhardus Hezelinei Comitis Palatini filius obiit A. C. 1067.

78. S. Chono sivè Conradus, à S. Annone Episcopus ordinatus, à subditis ex editissimo monte terrio præcipitatus & illæsus gladiis denique trucidatus miraculis à morte illustris fuit, conditus in Monast. Theolegiensi, A. C. 1068.

79. Udo Comes Nellenburgius Pontifex dignissimus & S. Gregorio VII. familiaris obiit A. C. 1077.

80. Ado, quam nonnulli Martyrologii auctorem volunt alii eundem esse cum priore.

81. Egilbertus Bavarus electus A. C. 1079. obiit 1101. Pauperum Pater.

82. Bruno

82. Bruno Francus, vir eruditus & eloquens, Fundator Monasterii S. Florini Ord. nostri Confluentiæ, obiit 1123.

83. Godefridus vir religiosus cum triennium præfuisset sese abdicat, ob dissolutam Clericorum vitam.

84. Meginherus, Reformationi Cleri intentus, quâ ipsam ob causam cum Romam contenderet, à quodam interceptus & exoculatus dolore obiit sepultus Parmæ, A. C. 1130.

85. Adelbertus seu Adelbero, Monachis satis iniquus, obiit A. C. 1152.

86. Hilinus seu Hilius, vir litteratus & prudens, arcem Erenbreitstein propugnaculum universæ provinciæ, obiit 1154.

87. Aroldus sive Arnoldus, Monasterii Virginum nost. Boppardensium Dotator. Obiit 1188, felix contra hostes.

88. Joannes Princeps Religiosissimus, urbem muris & turribus cinxit, obiit meritissimus, 1213. & apud Cist. nost. in Himelrodt sepeliri voluit.

89. Theodoricus Comes de Weda, Castra Kellenberg & montis Thabor condidit 1242.

90. Arnoldus Comes Iseuburgius, Confluentiam muris cinxit, cum Rudolpho competitore diu conflixit, arcem Thuronensem obsedit. Treverim propugnaculis munivit, obiit 1259.

91. Henricus de Vinstingen ex Decano Metensi, in Schismate, rejectis contendentibus à Rom. Pont. designatus, vir insignis, Confluentinos rebelles compescuit, arcem ibidem condidit, ob. 1286.

92. Boemundus de Wansberg, aliis Vosberg castra plura nobilium latronum evertit, sepelitur in Himelrodt, Cist. 1299.

93. Dietherus Com. Nassovius Adolphi Imp. frater, Ord. Prædic. Confluentinos rebelles habuit, ingratus Canonicis, obiit 1307.

94. Balduinus Comes Lucemburgius Henrici VII. Imp. frater, Justitiæ observantissimus, Pontem lapideum contra Mosellam prope Confluentiam condidit. Ecclesiam ære alieno gravatissimam liberavit, oppignorata oppida, arces, &c. redemit. Hostes Ecclesiæ armis compescuit, insigniter meritus, obiit 1354.

95. Boemundus II. Comes de Sarbruck, vir præclarus. Hic cum bellis appeteretur senio gravis Coadjutorem Conradum de Falckenstein elegit, qui rebellium & hostium conatus strenuè elisit. ob. Boem. 1368.

96. Conradus de Falckenstein & Munzenberg, Treverenses subducere se parantes edomuit. Bopardiam, Wesaliam & medietatem Sterbergii ditioni adjecit. Engers oppidum effecit, Andernacum compescuit, obiit 1388.

97. Wernerus à Konigstein, Princeps clarissimus, ob. A. C. 1418.

98. Ottho Comes à Zigenheim seu Zegenheim, Princeps dignissimus. Hæreticis & Hostibus metuendus. Clerum reformare conatus multorum odium indignè incurrit, constantissimè tamen quæ DEI sunt promovens, obiit pater pauperum 1430.

99. Rhabanus de Helmstatt vir insignis, à competitoribus tamen multum vexatus, Resignat 1430.

100. Jacobus Baro à Sitck (aliis Sirch) vir præstans eruditione & industria, ob. 1456.

101. Joannes Marchio Badensis, diutissimè præfuit. Inutilis primùm juvenili ætate, longo dein usu versatissimus, & toto Imperio spectatissimus, obiit 1505. decrepitus.

102. Jacobus Marchio Badensis, omnibus charus, per cujus absentiam D. Thomas Abbas S. Maximini Principatum administrabat, obiit 1511.

103. Richardus Greiffenclaw à Wolffrats, talis Princeps, qualem multis sæculis Germania non vidit. DEI ac Deiparæ cultor insignis. Hæreticorum fulmen, à quibus dum vixit provinciam immunem servavit. Eum Franciscus à Seckingen Lutheri fautor præcipuus bello appetiit, invasor tamen ab Archiepiscopo obsessus in arce sua periit, obiit magnus Princeps, non sine veneni suspicione 1531.

104. Joan. de Mezenhausen, vir dignus & omnibus gratus, insignis Oeconomus, obiit 1540.

105. Joan. Ludovicus ab Hagen, vir spectatus & gratiosus, obiit 1556.

106. Joannes Comes Isenburgius, plurima ab Lutheranis perpessus ac demum ab Alberto Marchione Brandeburgio sede sua deturbatus, & fugere compulsus. obiit 1556.

107. Joannes de Petra (vulgo Fels) Restitutor Academiæ Treverensis, Confluentinos rebelles armis compescuit, sub eodem Treverenses tumultuati, libertatem prætendere & Episcopum primùm in jus vocare cœpere. Obiit 1567.

108. Jacobus de Eltz electus 1567. ex Decano. Interfuit electioni Rudolphi II. Imp. Aug. 1576, ob. A. C. 1581.

109. Joannes à Schomberg ætate & prudentia venerandus, & mirandus, obiit A. C. 1599.

110. Lotharius à Metternich, vita excessit 1623.

111. Philippus Christophorus à Sotern, electus 1623.

112. Carol. Caspar von der Leyen, perveteri generis Nobilitate celeber.

EPISCOPI METENSES.

1. S. Clemens S. Petri discipulus, S. Clementis Papæ patruus, cognomento Flavius primum Metensium Pontifex, sedit annis 25. mens. 3.
2. S. Cælestinus, aliis Cælestius an. 15. obiit 3. Id. Octobr.
3. S. Felix, 21. Febr. præfuit annis 42.
4. S. Patiens sive Patientius 8. Januar. præfuit annis 14.
5. Victor, annis novem.
6. Victor II. annis tribus.

7. Simeon annis triginta, 26. Febr.
8. Sambatius annis octodecim, de quorum gestis pauca admodum memorantur.
9. S. Ruffus, Ruffellus & corruptè Rucellus an. 29.
10. S. Adelphius 29. Aug. præfuit annis 17.
11. Fronimus vel Phronymus Græcus annis 8.
12. Leguntius annis triginta quatuor.
13. S. Auctor vel Actor 10. Aug. annis 49. Interfuit Concilio Agripinensi, circa A. C. 349.
14. Expletius annis 16.
15. Urbicius annis viginti novem.
16. Bonolus vel Rinolus annis 3. obiit 8. Id. Aug.
17. Terentius annis 20. obiit 28. Sept.
18. S. Hesperius, aliis Sperius annis 17. obiit 10. Cal. Sept.
19. Romanus annis 38.
20. S. Firminus annis 45. obiit 18. Aug. claruit 506.
21. Grammaticus an. 25. claruit A. C. 541.
22. Agathobius an. 22. obiit 6. Cal. May.
23. Goselinus an. 18. obiit prid. Cal. Aug.
24. Villicus, aliis Marius, an. 25. menses 2. obiit Cal. May.
25. Petrus an. 10. obiit 27. Sept.
26. Aigulphus ex progenie Clodovæi Regis an. 12.
27. S. Arnulphus I. superioris nepos, obiit 7. Id. Octobr.
28. Papulus alii Papo annis 24.
29. S. Arnulphus II. Clotharii II. nepos, Monahus Lirinensis, mirabilis in Episcopatu nominatus, vir sanctissimus, præfuit annis 18. & obiit A. C. 641.
30. S. Goericus annis 18. obiit 667. 19. Sept.
31. Dodo vel Godo annis 10. 8. Id. May.
32. S. Clodulphus Austrasiæ Dux, S. Arnulphi filius ex Monacho Episcopus Metensis, demum Archiepiscopus Trever. 8. Junii.
33. Abbo vel Albo annis 10. 17. Cal. May.
34 Aptadius annis 13. obiit 12. Cal. Febr.
35. Felix II. mensibus novem.
36. Sigibaldus an. 25. Fundator Claustriaci & Novivallarensis Cœnobiorum A. C. 714. obiit 7. Cal. Novemb.
37. S. Godegrandus scriptor Regulæ Canonicorum Pipini Regis ex sorore nepos, 6. Martii.
38. Angelrannus, obiit 8. Cal. Januarii A. C. 800. Fundator Monasterii Novæ-cellæ, ubi conditur.
39. Gundulphus an. 6. 7. Id. Sept.
40. Drogo Caroli Magni filius naturalis Monahus Luxoviensis, vir longè meritissimus miro omnium consensu electus, obiit A. C. 844. Baronio tamen A. C. 855. rectius, cum in Ms. teste Claud. Rob. dicatur præfuisse annis 32. mense 5. diebus 7. 6. Id. Nov.
41. S. Adventitius ex Abbate S. Arnulphi. Unxit Carolum Calvum in Regem Lotharingiæ A. C. 869.
42. Valla interfectus pugnando contra Nortmannos A. C. 883.
43. Robertus sive Rupertus an. 33. mens. 8. obiit 916.
44. S. Theogerus ex Abbate S. Georgii in sylvâ nigra. Moritur Cluniaci, cujus vita extat apud me Ms. & plura habemus tomis 2. de SS. Ord. & Constantiæ Bened. t. 2.
45. Benno, qui à Benedictus à Metensibus excæcatus, vir sanctus, & Monachus perfectissimus.
46. Adelbero I. filius Richimeri Lotharingiæ Ducis, præfuit an. 32. obiit 964.
47. Theodoricus filius Frid. I. Mosellaniæ Ducis, obiit A. C. 984.
48. Adelbero II. filius Friderici Ducis, ob. 18. Cal. Januar.
49. Theodoricus Divæ Cunegundis Imp. frater, ob. A. C. 1047.
50. Adelbero III. vir sanctus, obiit A. C. 1072.
51. Hermannus præpositus Leodiensis, ab Henrico IV. quod S. Gregorio VII. faveret bis pulsus obiit 1090.
52. Popo, contra quem Henricus IV. alium per aliquot annos intrusit.
53. S. Theogerus, quem cum superiore confundunt, alii Folmari III. Metensis Comitis fratrem volunt.
54. Stephanus Comes Barri S. R. E. Cardin. obiit 3. Cal. Jan. 1165.
55. Theodoricus II. filius Reginaldi de Mousson obiit circa A. C. 1172.
56. Federicus seu ferreus de Pluyoso, ob. 1175.
57. Theodoricus Matthæi Ducis Lotharingiæ filius obiit A. C. 1181.
58. Bertrannus Saxo, obiit A. C. 1212.
59. Conradus Baro de Scharpffeneck, an. 12. ob. A.C. 1224. 12. Dec.
60. Joannes de Aspremont, cujus mitis vita, manus larga pudica caro, præfuit an. 15. ob. 1240.
61. Joannes, aliis Jacobi Theodorici Ducis Lotharingii filius, obiit 1260. præfuit 22.
62. Philippus de Florenges, è Ducibus Austrasiæ, sponte abdicavit 1265.
63. Guilhelmus de Treignel, obiit 1271.
64. Laurentius an. 10. obiit Romæ A. C. 1281.
65. Joannes Comes Flandriæ, Guidonis filius Canonum scientia clarus, Leodiensis electus 1282.
66. Buochardus de Avennes, obiit 1296.
67. Gerardus de Relanges, obiit 1301.
68. Reginaldus de Bar, prælia gessit pro juribus Episcopatum contra Lotharingam. Obiit 1316. Veneno sublatus filius Theobaldi Comitis Barri.
69. Henricus de Tarri post vacationem sedis 3. annorum ob Electorum dissidia, obiit 1425.
70. Ludovicus de Pictavia, obiit 1328.
71. Ademarus de Montil nepos Ludovici, obiit 1361.
72. Joannes de Vienna, præfuit an. 4.
73. Theodorus Beyer de Boppard, ex Episcopo Wormatiensi, obiit 1383. 1. Febr.
74. B. Petrus de Luxemburg Guidonis Comitis Saupauliani filius, Cardinalis, obiit 1387. 2. Julii quiescit apud cælestinos nostros Villænovæ.
75. Radulphus de Coucy. an. 28. postea Noviomensis.
76. Conradus II. Beyer 1416. sedit annis 42. obiit 1459. 21. Apr.
77. Georgius Marchio Badensis, obiit 1485.
78. Henricus à Lotharingia Antonii Vaudemontii filius.

79. Joan-

79. Joannes Dux Lotharingius Renati filius, quadrimus fit Episcopus Metensis A. C. 1502. inde Tullensis 1517. Morinensis 1518. eodemque anno fit Cardinalis. Narbonensis 1520. Virdunensis 1523. Lucioneusis 1524. Valentinensis, & Rhemensis 1533. Lugdunensis,& Albiensis 1536. è quibus tamen tantum retinuit: Tullensem Albiensem & Narbonensem. Fuit etiam Abbas majoris Monasterii, Gorziensis, Fiscanensis & Cluniacensis. (Eheu tot Ecclesias, velut aleâ trahi) obiit A. C. 1550.

80. Nicolaus Antonii Lotharing. filius, omittitur à nonnullis, utpote non consecratus.

81. Robertus de Lenoocour ex Cathalaunensi, sub eo Franci potiti sunt urbe Metensi A. C 1552. Robertus postea Cardinalis obiit A. C. 1561.

82. Carolus Dux Lohtaringiæ postea Archiepiscopus Remensis & S. R. E. Cardinalis.

83. Franciscus Belcarius, Dominus de la Creste, &c. cessit A. C. 1568. Ludovico à Lotharingia.

84. Ludovicus Dux Lotharingius Cardinalis Guisianus, obiit A. C. 1578.

85. Carolus Dux Lotharingius, Cardinalis obiit A. C. 1607. 24. Novemb. sepultus Nanceji, in Ecclesia Primatiali.

86. Annas filius Jacobi de Escars & Francisce de Long-vic, Monachus Benignianus Divionensis Ord. S. P. N. BENEDICTI, & ibidem postea Abbas, demum S. R. E. Card. Vir verè Religiosus nunquam satis commendandus. Obiit 9. Apr. 1612.

87. Henricus Borbonius Henrici IV. Regis ex Henrieta de Balsac Domina de Vernevil filius naturalis. Idem (eheu) Abbas Boniportus Vadlis Sarnensis,Tyronii, & S. Germani Parisiensis, Tales, & sæpe pueros,& adulterio natus, dolemus Galliam,olim Religione nobilem,Præsules habere, & eheu habere meruisse.

EPISCOPI TULLENSES.

1. S. Mansuetus missus à S.Petro Apostolo, obiit 3. Sept. cujus sacræ Reliquiæ; ni fallor asservantur, in ejusdem nominis Cœnobio nostro ibidem.
2. Amon.
3. Alchas sive Altha.
4. Celsinus.
5. Auspicius, aliis Aspicius, ei scripsit Sidonius.
6. Ursus.
7. S. Aper 15. Sept. Cujus honori binæ Abbatiæ altera virorum Ord. nostri altera Cister. Virg. dicatæ sunt. Ei scribit Paulinus Epist. 29. & seq.
8. Albuinus, Albaudus sive Albinus, quiescit in Monasterio S. Apri.
9. Triforicus.
10. Dulcitius.
11. Premon.
12. S. Aurimundus, quo defuncto successio desideratur.
13. Eculanus.
14. Eudolus.
15. Teufredus sive Tepectus sub A. C. 640.
16. Leubinus sive Leudinus.
17. Eborinus, Eburnus seu Eborachius.
18. Adeodatus Leucorum Episcopus sub A. C. 680. in Concilio Trullano subscribit.
19. Ermentheus sive Ermetheus.
20. Magnaldus sive Magoldos.
21. Dodo.
22. Godo tempore Pipini; nisi idem qui supra.
23. S. Boso conditor Monasterii in saltu Vogasi, ob. 11. Sept. vide Molanum,&c.
24. Garibaldus seu Gribaldus, idem forte,qui Hilduardus apud Molanum & Miræum 29. Dec. claruit 671.
25. Jacobus, contemptu honorum insignis, relicto Episcopatu Monachus Benignianus Divionensis, cum prius Prioratum sub honore ejusdem Sancti condidisset.
26. Bovo, Borno, seu Bono.
27. Unanimicus.
28. Frutarius ex Abbate S. Apri, Vide Rosiers.
29. Arnolphus in Concilio ad Saponarias 859. 18. Cal. Julii interfuit.
30. Arnaldus superioris nepos 869. obiit 894.
31. Lugdelinus sive Ludolinus ex Monacho S. Martini Trever. claruit 905. & Reginoni obiit eodem anno.
32. Drogo, obiit 922. Caroli simplicis consanguineus.
33. B. Gauselinus seu Goslinus. Electus 922. præfuit etiamnum 948.
34. S Gerardos, Coloniæ Agrippinæ natus, ob. 23. Aprilis, præfuit 968.
35. Stephanus.
36. Robertus ex Monacho Metelochensi, vix annum præfuit. Rosiers.
37. Bertholdus vir insignis & de re litteraria benè meritus, claruit 1007.
38. Hermannus obiit 1016.
39. S. Bruno, postea Leo IX. Papa, à S. P. N. juvenili ætate à morte prodigiosè liberatus & curatus, obiit 19. Aprilis 1054.
40. Udo vel Odo à Leone IX. designatus, ob. 1070.
41. Bibo vel Bipo, aliis Popo, miro cuculli amore, abdicato Pontificatu illud denuo in Cœnobio Divionensi amplexus, inde petente Clero, jubente Romano Punt. denuo extractus religiosissimè præfuit. Obiit 1107. Vide Greg. VII. Ep. l. 1. ep. 81.
42. Rigninus, obiit 1124. Scripsit ad eum S. Bern.
43. Henricus Dux Lotharing. ob. 1165.
44. Hugo Gerardi Alsatici ex Havide filius.
45. Petrus de Brixeio; obiit 1191.
46. Ottho de Sorcey, fundator SS. Gengulphi & Amandi Basilicarum in urbe Tullensi, obiit 1197.
47. Matthæus, Matthæi Ducis Lotharingiæ filius electus,

absentiam Ludolphus Landgravius Conradus Palat &c. Coloniensem ditionem invadentes ab ejus Administratore pulsi sunt. Præfuit annis 21. obiitque 1181.

45. Philippus Comes de Heynsberg ex præposito, Cathedr. Coloniam munit, duosque Ducatus Westphaliæ & Angriæ sedi suæ comparat concessione Cæsaris, Henrico Leone proscripto. Conditor fuit Cœnobii Heisterbacensis Cist. obiit 1210.

46. Bruno Comes de Altenae ex præposito, vir Religiosus, resignat post triennium Adolpho fratri, & cucullum amplectitur in Monasterio veteris montis Cist. quod condidit Adolphus primus Com. Altenae & in quo conditi Duces Montenses. Fuit familiaris S. Betoardo.

47. Adolphus Comes Altenae, Otthonem IV. coronavit, ab Innocentio III. deponitur 1215.

48. Bruno IV. Comes de Seyna, ex Præposito Bonensi, sub eo gravia bella inter Philippum & Otthonem Reges exarsere: Colonia & Westphaliæ parte Otthoni adhærente, Adolphus autem partibus Otthonis primum favens, Wilhelmo Comite Juliacensi persuadente, Philippum postea sequutus eum etiam Regem coronavit, prorer quod invisus suis accusatus postea, depositusque & hic Bruno subrogatus est, præfuit autem solum triennium & obiit A. C. 1208.

49. Theodoricus Comes de Monte, præfuit annis 6. invisus ob vectigalia majora imposita, & depositus ab Rom. Pont. quod excommunicato Otthoni adhæreret 300. marcas quotannis pro sustentatione accepit 1214.

50. S. Engelbertus ex Comitibus de Monte, vitâ & conversatione verè Monachus, Monachorumque omnium pater & patronus, de Ecclesia suâ longè meritissimus, indignissimè à cognato Comite, cui pro Essendiensi Cœnobio se opposuerat trucidatus cum decennium præfuisset 1225.

51. Henricus de Mœllenarcken ex Præposito Bonensi, vir dignus.

52. Conradus ab Hoisteden Præpositus Cathedr. electus 1232. Comitatum suum Hoisteden cum plurimis aliis Ecclesiæ legavit. Jus coronandi Imperatorem, dubium aliquamdiu perpetuum sibi successoribus obtinuit, Eum bello appetens cepit Wilhelmus Comes Juliacensis, & per 9. menses arcte habuit. Construxit templum Cathedrale & obiit 1262.

53. Engelbertus de Valckenburg, varie præfuit bello appetitus à Wilh. Com. Juliac. captus in prælio prope Tulpetum per 3. an. sex menses indignè detinetur, similiter in aula postea sua à propriis civibus capitur, ex quo per sexennium Colonia interdicto subjacuit. Sub eo à cognatis ipsius & fratre germano Comite de Falckenburg, inultionem capti Engelberti proditione & armata manu occupata Colonia A. C. 1268. Verum victores jam hostes urbe ejecti sunt, cæso Falckenburgio, civibus tamen postea cum Engelberto reconciliatis, obiit Engelbertus A. C. 1275.

54. Syfridus de Westerburg, gestis bellis gloriosissimus hostium Ecclesiæ suæ Triumphator, cum Wilhelmo Com. Jul. bellum feliciter gessit, qui non multo post cum filio Aquisgrani interemptus pœnas scelerum dedit, ejusque provinciam Archiepiscopus, pro illatis damnis facilè cepit, & Juliacum evertit, Eum postea Comes Monteosis, A. C. 1288. intercipiens septennium detinuit, multaque extorsit; quem liberatus Archiepiscopus incautiorem & ipse cepit & in carcere mori coëgit. Præfuit Syfridus annis 23. obiitque A. C. 1298.

55. Wichboldus Baro ab Holte, Coloniam ob rebellionem suo Pontifici, per octennium excommunicatam absolvi curat. Sacra diligentissimè curat Comitem de Marca infestissimum Ecclesiæ hostem debellat. obiit A. C. 1305.

56. Henricus Com. de Virnenburg, electus in Schismate, contra quem Wilhelmus Comes Juliacensis, & Reinhardus Westerburgius partes suas agebat, Confirmatus à Romano Pontifice, & præest varie, digne tamen & utiliter. Multis bellis victor, obiit 1331.

57. Walramus Gerardi Comitis Juliacensis filius, præfuit annis 18. felicissimè res componens, postea tamen à Ludovico Bavaro appetitus, ex mœrore contractu morbo decessit A. C. 1349.

58. Wilhelmus de Genepe invitus creatur Archiepiscopus & præest utilissimè, ingenti pecuniarum vi comparata, quam posteri strenuè decoxère, obiit 1362.

59. Joannes à Virneburg, laicis conclamantibus electus, à Canonicis aliquibus rejectus, Romæ similiter repulsam patitur, unde reversus Episcopatui malè consulit, bonaque distrahit.

60. Adolphus II. Comes de Marca ab Urbano V. contra JoanemColoniensibus comendatur; ideoque invisus menses cum 11. præfuisset, resignato honore, ac ducta uxore Comes Clivensis salutatus est

61. Engelbertus III. Comes de Marca, Episcopus Leodiensis, ad Colon. Eccl. per Rom. Pont. promotus, obiit 1368.

62. Cono à Falckenstein utilissimus, æs alienum dissolvit. Sub hoc contra clerum Colonia insurrexit, & interdicto subjacuit. Compescuit Cono rebelles Andernacenses, præfuit annos 3. obiitque 1370.

63. Fridericus Comes Sarwerdensis ad instantiam Cononis antecessoris avunculi electus à Canonicis. Tres Imp. Wenceslaum, Rupertum, & Sigismundum coronavit.

64. Theodoricus Comes de Morsa, Albertum & Fridericum III. Imp. coronavit, obiit 1450.

65. Rupertus Dux Bavariæ, cui multa lis cum Canonicis intercessit, obiit 1480.

66. Hermannus Landgravius Hassiæ, vir laudatissimus, Maximilianū I. consecrat Aquisgrani, mortuus cum incompatabili omnium luctu. A. C. 1508.

67. Philippus de Dhyn, Comes ab Oberstein, vir industrius, cum in eum nobiles quidam conspirassent, Convivio eosdem excipiens, sciscitatus: *Quotnam Christus proditores habuisset?* Respondentibus: *unum*. *At ego*, inquit *Vos omnes proditores habeo.* Quo dicto prudenter omne illorum consilium dissipavit, eosque sibi conciliavit,

avit. Decessit optimus Pontifex, A. C. 1515.
68. Hermannus Comes de Weda ex Comitibus de Morsa, coronavit Carolum V. & Ferd. I. Imper. excommunicatus tandem & pulsus ob Hæresim Lutheranam à Paulo III. Papa, cum tentasset Ecclesiam suam per Bucerum deformare.
69. Adolphus Comes Schawenburgius bene meritus ob. A. C. 1556.
70. Antonius Comes de Schawenburg Adolphi frater, obiit 1558.
71. Joan. Gebhardus Comes Mansfeldius, ob. A. C. 1562.
72. Fridericus Comes de Weda, innocentiæ & prudentiæ laode illustris, abdicavit sponte A. C. 1567. Eodem anno est mortuus.
73. Salentinus Comes Isenburgius, præfuit aliquandiu utilissimè, verum postea abdicato Pontificatu uxorem duxit A. C. 1577.
74. Gebhardus Dapifer à Waldpurg, exauctoratus postea cum Agnetis Mansfeldiæ Comitissæ & Monialis amore captus eam 4. Januarii A. C. 1583. coujugem duxisset.
75. Ernestus Dux Bavariæ, ex Episcopo Lendiensi Archiepiscopus Colon. electus A. C. 1583. moritur, A. C. 1612. 7. Febr.
76. Ferdinandus Comes Palat. Rheni, utriusque Bavariæ Dux, &c.
77. Maximilianus Henricus Alberti Ducis Bavariæ filius ex Coadjutore, Archiepiscopus & Elector, Princeps summis animi & corporis dotibus præditus.

EPISCOPI MONASTERIENSES OLIM MIMIGARDEVORDENSIS.

1. Primus Mimigrodensis, seu Mimigardevordensis Ecclesiæ, quæ hodie Monasteriensis appellatur, Episcopus, S. Ludgerus, insignis Saxonum Apostolus, Monachus Werdensis, ob. A. C. 809.
2. S. Gerfridus S. Ludgeri nepos claruit A. C. 812.
3. Alfridus, claruit A. C. 835.
4. Lubertus non diu præfuit.
5. B. Bertholdus electus sub A. C. 895.
6. Wilhelmus, claruit A. C. 920.
7. Richardus vir genere & virtute oobilis, Regali Angliæ Regum genere natus, præf. sub Otthone I.
8. Rainoldus verè pauperum pater.
9. Hildebaldus benè meritus de Canooicis suis tunc Monachis.
10. Dodo vir laodatissimus.
11. S. Suederus tempore Otthonis II. Catalogo Sanctorum ob merita adscriptus.
12. Theodoricus insigni probitate Pontifex.
13. Sigefridus ex Monasterio Corbeiensi postulatus, claruit sub Henrico II. Imp.
14. Hermannus insigni vitæ integritate præstans qui Monasterium in hnoorem B. M. V. trans aquas condidit, à quo deinceps mutuato & mutato nomine Episcopatus Monasteriensis est appellatus, obiit A. C. 1050.
15. Robertus, vir laudat. sub Henrico III. Imp. præf.
16. Fridericus Marchio Misnensis, claruit A. C. 1070
17. Erpo Friderici nepos, vir dignissimus, obiit A. C. 1099.
18. Theodoricus de Wınzenberg Comes, Eum Henricus Imp. cum ejecisset, à Ludgero Sax Duce restitutus, feliciter præfuit, obiitque A. C. 1127.
19. Henricus, quem nonnulli prætereunt.
20. Egbertus Lothario Cæsari charus.
21. Wernerus multis virtutibus conspicuus, Præmonstratensis Ordinis initiis plurimum favens.
22. Henricus II eligitur A. C. 1184.
23. Ludovicus Comes de Teckelnberg de Ecclesia sua meritissimus, claruit A. C. 1190.
24. Gndescalcus Saxo, humili genere uatus, sed virtutibus Jllustr. obiit A. C. 1200.
25. Hermannus II. Com. de Catzenelenbogen, vulgo ter, ob insignem in omnes beoevolentiam appellatus. Imperatorem in Italiam sequutus, titulum Principis & potestatem gladii sæcularis primus meruit, obiit A. C. 1246.
26. Ottho Comes de Bentheim, Interfuit Asiaticæ expeditioni & multa præclare gessit.
27. Theodoricus Comes de Isenberg, frater Friderici Comitis qui S. Engelbertum Archiep. Colon. interfecit, ob quam causam Theodoricus tanquam conscius, exauctoratus, postea tamen restitutus est.
28. Ludolphus ab Holdte nobilis, feliciter cum grassatoribus congressus, sub Rudolp. Imp. clar.
29 Ottho II. Comes de Lippia, claruit A. C. 1266. & Vechtam ditionem Ecclesiæ adjecit.
30. Wilhelmus II. Baro de Holdt.
31. Gerardus Comes de Marca, vir dignissimus.
32. Everhardus de Deest, variam fortunam prælia ndn expertus.
33. Ottho III. Comes de Ritberge, contra hooc cum Conradus præpositus Coloniensis litem de Pontificatu moveret, maluit potentiori cedere, quam privato bello multis incommodare.
34. Conradus quorundã factione creatus Episcopus, præfuit annis 5. varia fortuna præliatus.
35. Ludovicus ex Landgraviis Has. ob. A. C. 1365.
36. Adnlphus Comes de Marca, quem Urbanus V. ad cathedram Coloniensem transtulit.
37. Joannes de Virneberch, sive Werneborgk, vix anunm præfuit & Trajectum auctoritate summi Pont. transfertur.
38. Florentinus de Wevelskofen, ab Urbano V. Ultrajectum translatus.
39. Pat Bohemus, negligi se videns fit Pontif. Suerinensis.
40. Heidenricus sive Henricus Wulf, aliis Wolff, prudentissimè præfuit.
41. Ottho Comes ab Hoya, hostes Ecclesiæ bello opprimit.
37. Rancelinus sive Reinelmus.
38. Hedilo transtulit S. Eligium in Oratorium S. Benedicti ubi nunc Sacellum domus Episcopalis A. C. 881.
39. Rambertus, aliis Raubatus. 903.
40. Amardus.
41. Gualbertus Monachus Corbejæ.
42. Transmarus ex Monacho S. Vedasti, obiit 946.
43. Rodulphus ex Archidiacono obiit anno 954.
44. Fulcharus ex Monacho S. Medardi, obiit 957.
45. Radulphus. 46. Londulphus.
47. Radbodus. 48. Harduinus.
49. Hugo 1030. 50. Balduinus.
51. Ratboldus consecratur A. C. 1068. obiit 1098.

52. Baldri-

52. Baldricus, obiit 1112.
53. Lambertus obiit 1121.
54. SimonHugonisMagni ex Aleyda filius ob. 1148
55. Balduinus electus anno 1148.
56. Balduinus III. claret 1165.
57. Reynardus.
58. Stephanus 1188.
59. Gerardus de Basochiis claret 1223.
60. Nicolaus de Roya, obiit anno 1239.
61. Petrus Caslotti filius naturalis Philippi Augusti
62. Varmundus de Boisseria, obiit 1272.
63. Guido de Pratis.
64. Simon de Nigella.
65. Petrus de Ferrays.
66. Andreas de Creseiaco.
67. Florentinus de Boisseria.
68. Fulcaudus.
69. Guilhelmus Bertrandi.
70. Stephanus Alberti.
71. Petrus Andreæ.
72. Bernardus Brion.
73. Guido de Combernio.
74. Firminus Coquerel.
75. Philippus ab Arbois.
76. Joannes de Melento.
77. Ægidius de Loris decessit A. C. 1388.
78. Philippus de Molinis, obiit anno 1405.
79. Petrus Fresnel.
80. Radulphus Coucii, obiit 1414.
81. Joannes de Maliaco.
82. Wilh. Marasin. obiit 1501.
83. Carolus ab Hangest obiit anno 1528.
84. Joannes ab Hangest, vir eruditus.
85. Claudius ab Angennes, Senator Parisiensis.
86. Gabriel de Genevois.
87. Nicolaus Munier moritur anno 1595.
88. Carolus de Balsac præfuit etiamnum anno Christi 1610.

50. Goselinus sive Goswinus, obiit anno 1218.
51. Waltherus de Maruis, obiit 1221. 10. Febr.
52. Waltherus à Maudra, obiit anno 1262.
53. Joannes de Buchel ex Decano, moritur 1266.
54. Joannes ab Englien postea Leodiensis.
55. Philippus Meuze, moritur 1293.
56. Michael Varenghen, decessit 1295. circ.
57. Joannes de Vassonia.
58. Guido de Bolonia, in Concilio Silvanect. 1317
59. Guilmus de Ventadour.
60. Andreas Ghini obiit 1343. Fundat. S. P. N. Flor.
61. Joannes de Pratis obiit 1349.
62. Petrus de Foresta demum Archiep. Rotomag.
63. Philippus d'Arbois, obiit 1378.
64. Petrus d' Auxi, obiit, obiit 1387.
65. Ludovicus de Trimollia, Decessit 1410.
66. Joannes de Toucy, mortuus anno 1433.
67. Joannes de Harcuria, dein Narbonensis Episc.
68. Joannes Cheurot, obiit 1460.
69. Guilelmus Fillatre ex mon. S. Petri Cabilonensis obiit anno 1473. 22. Aug.
70. Federicus sive Ferricus Cluniacensis, ob. 1483.
71. Joannes Monissart, obiit Romæ 1484.
72. Antonius Palavicinus Genuensis, 1484.
73. Ludovicus Pot Abbas S. Launamari Blesis, designatur Episcopus Tornacensis A. C. 1495. cedit successori.
74. Petrus Kuick ex Abbate S. Amandi ob. 1506.
75. Carolus de Haulbois, resignat successori 1513.
76. Ludovicus Guillard. 1513.
77. Carolus de Croy ex Abbate Affligemii. obiit 1564.
78. Guilbertus Dognies, vigilantissimus Pastor.
79. Petrus Pinraflour, Decessit 1580.
80. Maximilianus Morillon, obiit 1586
81. Joannes de Vendeville landatissimus ob. 1592.
82. Ludovicus de Barlaymont ex Archiepiscopo Cameracensi.
83. Michaël de Esne, obiit 1614.
84. Maximilianus de Gand superstes 1621.

TORNACENSES EPISCOPI.

1. S. Piato Martyr passus I. Octobr. A. C. 303.
2. Superior in Concilio Sardicensi A. C. 349.
3. Theodoricus claruit sub A. C. 480.
4. S. Eleutherius, obiit 529.
5. S. Medardus idem Noviomensis Episcopus post quem Tornacensis & Noviomensis Ecclesiæ eundem semper habuere Episcopum, usque ad Anselmum qui fuit in serie. 45.
45. Episcopus Tornacensis ex Abbate Laudunensi fit Episcopus Tornacensis solum A. C. 1146.
46. Girardus Abbas Montis S. Eligii, obiit 1166.
47. Galtherus ex Decano, moritur A. C. 1171.
48. Everardus.
49. Stephanus Abb. S. Genovefæ.

TEROANENSES MORINENSES SEU BONONIENSES EPISCOPI.

1. S. Antimundus sive Animundus missus à S. Remigio A. C. 551.
2. S. Atalbertus sive Albertus.
3. S. Audomarus Monachus Luxoviensis, clar. 661
4. Diantus seu Drantius.
5. S. Bainus Monachus Fontanellæ.
6. Ravangerus seu Ravegerus.
7. S. Erckenboltus ex Abbate B. Bertini obiit 742.
8. Adalgerus.

9. Gumbertus.
10. Etherius, 748.
11. Rodualdus.
12. Atalfus.
13. Vigbertus.
14. Theodoricus vixit sub A. C. 800.
15. Eremboldus.
16. S. Folquinus mon. Certinensis.
17. Hunfridus ex Abbate S. Bertini.
18. Achardus in Synodo Vermeriensi A. C. 870.
19. Adalbertus in Concilio Pontigonensi A. C. 876
20. Herelandus 894.
21. Stephanus 909.
22. Umbfridis sive Winfridus ex Monacho Episc. obiit 960.
23. Baoco qui & David ex Monacho Episc. obiit 964.
24. Framericus qui & Framerios obiit 999.
25. Balduinus obiit anno 1036.
26. Drogo in Concilio Remensi 1049, superstes 1066
27. Hubertus in Concilio Suession. 1078.
28. Gerardus cui scribit S. Anselmus, claruit 1084.
29. B. Joannes Atrebatensis, obiit sub A. C. 1127.
30. Milo ex Abbate S. Jodoci, obiit 1158.
31. Milo II. nepos primi, Abbas Russeavillanus, obiit 1169.
32. Desiderius, fundat Abbatiam S. Columbæ de Blandeek virg. Cist. 1186. prope Audomaropolim.
33. Lambertus aliis Kambinus, obiit A. C. 1207.
34. Joannes II. Lamperti nepos obiit 1213.
35. Adam, ex Episcopo demum Monachus claræ-vallis 1229.
36. Petrus de Doüy, Decessit A. C. 1250.
37. Radulphus de Cala, obiit 1264.
38. Henricus de Muris mortuus 1293.
39. Jacobus de Bolonia, interest consilio Regis 1296
40. Eugeranus de Crequy, in Concilio Silvanect. 1317.
41. Joannes de Vienna, postea Archiep. Remensis.
42. Raymundus Sacheti postea Archiep. Lugdun.
43. Ægidius Anselmi de Monte Acuto post Cardin.
44. Robertus de Geneva postea Clemens VII.
45. Gerardus de Dainvilla 1368.
46. Alderamus Roberti postea Archiep. Senonensis 1367.
47. Petrus de Hordeo-monte, postea Archiep. Paris.
48. Joannes Tabari, mortuus 1403.
49. Matthæus Bapalmensis, obiit 1414.
50. Lodovicus de Luxemburgo Comes S. Pauli post Card.
51. Joannes cogn. Iuvenis, obiit Cardinalis 1452.
52. David f. Philippi Boni Ducis Burg. nothus.
53. Henricus à Lotharingia 1457. post Metensis 1485.
54. Antonius de Croy obiit in Cypro. 1495.
55. Philippus de Luxemburgo, postea Cardinalis.
56. Franciscus de Melun claruit 1517.
57. Joannes à Lotharingia 1518.
58. Philippus de Camera ex Monacho & Abbate Corbiensi postea Cardinalis.
59. Franciscus de Crequy obiit anno 1552.
60. Antonius de Crequy Francisci frater postea Nannetensis & Ambianensis, demum Cardinalis.
61. Claudius Andreas Dormy in Comitiis Blesensibus A. C. 1588.
62. Claudius Dormy II. Superioris nepos Monachus Cluniacensis & S. Martini Parisiensis Prior.

GERMANIÆ SACRAE PARS ALTERA.

IN QUA

NOBILIVM ALIQVOT, EX INNVMERIS PENE, MONASTERIA, DIVERSORVM ORDINVM, ABBATIALI PLERAQVE TITVLO INSIGNIA, RECENSENTVR.

SIMVLQVE SVBINDE FVNDATORVM PRINCIPVM bonori consulitur, qui dum tanta profusione sumptuum, suum, in Ordinum Conditores & Patronos, amorem contestati sunt, sui simul nominis ut Religionis tanta condidere monimenta.

Opera & studio

R. P. F. GABRIELIS BVCELINI, IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS ASCETA.

Beatus Alexander Papa II. eo nomine, in Bulla quâdam Ecclesiæ Lucensi data.

Sacrorum Canonum Authoritate docemur: Omnia quæ DEO, vel ejus Ecclesiæ offeruntur, Sacra fieri ipsa oblatione. Nulla autem Sacra fieri possunt nisi Spiritu Sancto à quo omnis sanctificatio procedit. Nam sicut omnis, quælibet res, cum Imperatori defertur, Imperialis efficitur; sic cum ex Voto, DEO, vel Sanctis offertur, Divina ac per hoc sanctificata cognoscitur &c.

AUGUSTÆ VINDELICORUM, Typis Joannis Prætorij,
ANNO M. DC. LV.

S. ALTFRIDVS.

Hildesheimensis Episcopus in litteris fundationis Monasterij Essendiensis, præsentibus, eadem congeminantibus, & manu propria subscribentibus Archiepiscopis & Episcopis Moguntinensi, Colon. Trever. Virdunensi, Mimidonensi Werdensi, Halberstattensi, Trajectensi, Osnaburgensi alijsque.

Omnes unanimiter hujus(Fundationis) violatorem, in perpetui Anathematis foveam detrusimus, universis mecum uno ore clamantibus: Ex authoritate DEI omnipotentis Patris & Filij & Spiritus Sancti, & sanctorum Apostolorum, excommunicamus & Anathematizamus, omnes, qui sua præsumptione, vel malo aliquo ingenio, hanc constitutionem scienter violare præsumpserint, eos omnes, & eorum consentaneos, à consortio DEI sequestramus, ita ut non habeant partem cum eo, neq; cum Sanctis ejus; deleantur de libro DEI, & cum justis ejus non scribantur; obscurentur oculi eorum ne videant, aures eorum & nares sic obstruantur, ut non audiant neque olfaciant, gustus eorum & tactus inutiles fiant; destruat eos DEUS, & migrare faciat de tabernaculo eorum, & evellat radicem eorum de terra viventium; Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes Prævaleant super eos peccatores, & diabolus stet à dextris eorum, & oratio eorum fiat in peccatum; fiant dies illorum pauci, mendicent & ejiciantur de habitationibus suis, & diripiant alieni labores eorum Clament ad Dominum, & non misereatur eorum, sed potius disperdat de terra memoriam eorum Induantur perpetua confusione & reverentia, sint inter miseros miserrimi & inter perditos perditissimi. Induant hanc maledictionem sicut vestimentum, & intret sicut aqua in interiora eorum, & sicut oleum in ossibus eorum. Fiat eis sicut vestimentum quo operientur & sicut Zona qua præcingentur, & in die Judicij primi deputentur in ignem æternum, ubi vermis eorum non moriatur, & ignis eorum non extinguatur, sed cruententur cum diabolo & Angelis ejus sine fine; annuente Domino nostro JESU Christo qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Huc usque S. Altfridus.

PSALTES REGIVS ps. 82.

DEUS quis similis erit tibi, ne taceas neque compescaris DEUS, &c. Pone Principes eorum sicut Oreb & Zeb, Zebee & Salmana, omnes qui dixerunt: hæreditate possideamus Sanctuarium Dei; DEUS meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti; sicut ignis qui comburit sylvam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua & in ira tua turbabis eos, erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur & pereant, &c.

ABBATIARVM
ET DIVERSORVM MONASTERIORVM
GERMANIAE
NOMENCLATVRA
SERIE LITTERARVM ALPHABETICA
Opera & Studio
R.P.F. GABRIELIS BVCELINI ASCETÆ THEOLOGI IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS.

A.

Abdinckhofen.

Uit hoc celebre admodum Ord. S P. Benedicti Cænobium prope Paderbornam conditum & magnificè dotatum à primis Paderbornensiũ Pontificibus; S. Meinwerco præcipue Teufterbandiæ sive Teiftetbantij Comite. Incendio autem una cum urbe crematum sub Imado Episcopo, ab ejus successore Poppone ab Holdt præclare restauratum est A. C. 1080. Decessit S. Meinwercus A.C. 1036. Restaurator Poppo A.C. 1084.

Adelberg.

Situm hoc Monasterium est, in Ducatu Wirttenbergiæ, fundatumque legitur A. C. 1181. auspicijs Friderici I. Imp. à Volcknando Barone de Stauffen & Eberfperg: cujus posteri jus Advocatiæ certis conditionibus retinuerunt. Traditum primo est Fratribus Grifeis, mox ab ipsomet Fundatore Ordini Præmonstratensi assignatum, ad quodè Rothensi primùm, dein Roggenburgensi Cænobijs, colonia Religiosorum inducta est. Confirmata est Fundatio ab Alexandro III. Pont. Max. & Monasterium sub S. Petri & sedis Apostolicæ protectionem susceptum A.C. 1181. Fuisse ibidem etiam sacrarum Deo Virginum Collegium ex MS. quodam Wirttenbergensi pervetusto liquet, in quo memoratur A. C. 1477. Ulricus Comes Wirttenbergius, & Bertholdus Adelbergensis Abbas, Religiosas numero septendecim, omnes genere Nobiles, una cum Abbatissa Ulrici prædicti Comitis sorore germana in Monasterium zum Lauffen ad Neccarum transtulisse. Obijt prædicta Domina Abbatissa nomine Catharina A. C. 1497. cujus corpus ex Lauffen Adelbergam translatum est. Post extinctos Stauffenses Barones, advocati fuere Comites Wirttenbergenses, extantq; Eberhardi Comitis Reversales, quibus promittit defensionem Monasterij absque ulla exactione vel gravi servitiorum extorsione, fateturque pro se & successoribus nullum sibi competere in prædictam Ecclesiam Jus Advocatiæ seu Jurisdictionem. Litteris datis A. C. 1291. 14. Cal Sept.

Adelhausen.

Illustre Benedictini Ordinis Cænobiũ pro sacris Deo Virginibus conditum prope Fryburgũ Brisgoviæ

Admont.

Potentissimum splendidissimumq; in superiore Styria ad fluvium Anassum (vulgo Ens) Monasteriũ conditum est, & liberalissimè dotatum, à beatæ memoriæ Gebhardo Salisburgensi Archiepiscopo Comite ab Helffenstein, è vetustissima Agilolfingorũ Alemanniæ Ducum familia, quorum ipse insignia, non tam gentilitia, quam provincialia Ducatus Alemannici, trium cercopithecorum nigrorũ in umbone aureo, gessit, nec fine prodigio destinatum pridem condendi Cænobij opus, eodem, quo usq; hodie visitur loco, inter altissimos, amplissimam desinientes in formam Crucis planitiem, montes, suscepit, cum difficultatem rei perpendens ab amente & muto homine, hæc audiret: *Tu inchoabis DEUS consumabit.* Quæ primæ, quæ ultimæ, tunc hominis voces fuère, donec iterato miraculo, idê post obitum Gebhardi ad tumulum tanti fundatoris, & rationis linguæ usum integre mereretur. Jacta proin prima magnifici Cænobij fundamenta anno ChristiMLXXIV. eodemq; Ecclesia ab ipsomet Gebhardo virginũ virginis & S. Blasij Episcopi & Martyris honori cõsecrata, Decessit egregius Pô ifex in castrosuo munitissimo Werve, quod, ab impio Cæsare Henrico IV. pro fide erga S Petri sedem, velut alter Athanasius, totum novennium misere exegitatur munierat; inde ad suũ Cænobium translatus, illic ante aram Apostolorum magnifico Mausoleo conditur A. 1088. Abbatum series hæc est.

1. Isingrinus ab ipso fundatore è Monasterio S. Petri Salisburgensi postulatus A. C. 1075. Præfuit annis 16. sub quo Bertholdus pervasor sedis Salisburg. Monasterium etiam altera vice sacrilegè diripuit. Obijt ærumnis confectus & ætate A.C. 1090.

2. Gisilbertus à S. Thiemone Archiepiscopo Salisb. anno Christi 1091. Abbas instituitur; sub quo idem Pontifex Monasterium, in quo idem sæpius ac diutius latuerat, plurimum auxit atque exornavit. Profecti demum Hierosolymam uterq; pari Martyrij laureola donati sunt, à Saracenis apud Corozaim omnibus membris mutilati A. C. 1110. Kal. Octobr.

 3. Ber

3. Bezilo Abbas Lambacensis à Conrado Montium Administrator designatus. Obijt A.C. 1109.

4. Henricus ex Cremiphanensi Asceta, Montium Abbas, repentina amnis Weissenbach inundatione mersus perijt A. C. 1112.

5. Ottho ex Priore Monasterij sui Abbas; sub quo B. Conradus Archiep. Salisb. in speleo quodam montis proximi sex ferè menses, dein in crypta Monasterij subterranea hebdomades 16. delituit. Præfuit an. 4.

6. Wolffholdus è S. Georgij Hercinia postulatus, sanctissimè præfuit; eodemque loco Monasterium Virginum condidit. In testimonium suæ Virginitatis coram Fratribus massam ferri ignitam, è fornace ardente illæsus manibus extraxit. Sub eodem Conradus Archiep. Monasterium à fundamentis restauravit; Et Cillæ Comes Præposituram S. Martini prope Strasgans Cœnobio incorporavit. Obijt Wolfoldus A. 1137.

7. Godefridus ex Abbate Weingarttensi, Admontensis sub quo, teste pervetusto Vitæ B. Gebhardi Authore: *Quasi novum denuo initium accipiens locus, fama gloria, observantiæ rigore, oblationibus fidelium, nobilissima Monachorum atque sororum multitudine, nescio, an super omnia Germaniæ Monasteria non invaluerit, &c.* Ita cit. auth. Dedit tredecim Cœnobijs à se postulatos Abbates Godefridus, & ut B. Conrado Archiepisl. B. Gebhardus Biburg: Abbas succederet author fuit. Ipse autem obijt A C. 1165. 3 cal. Julij.

8. Leutboldus Baro, Godefridi lectissimus discipulus sub quo sæpius recollectioni studens B. Conradus II. Archiep. Salisb. S. Leopoldi Austriæ Marchionis filius, in eodem denique Cœnobio sanctè obijt, ibidem in Capitulo sepultus. Sequutus Leutholdus A. C. 1171. 4.

9. Henricus vir egregius, electus Abbas, nullis seu Episcoporum seu aliorum Principum precibus, annuit ut Abbas esset.

10. Rudolphus ex Priore S. Lamberti, post regimen hebdomadarũ duodecim, & ipse onus rejicit.

11. Irimbertus Godefridi discipulus, Abas S. Michaëlis Bambergæ, inde hoc revocatur. Reliquit libros doctissimos Coment. in Biblia &c. obijt 1176.

12. Anonymus Abbas, è S. Lamberti postulatus, quem tamen Alexander III. cui S. Lamberti immediatè subjacebat concedere noluit, dicens: Nolle se de spolijs S. Petri, altare S. Blasij vestire.

13. Rudolphus peregrini Cœnobij Monachus, unanimi consensu postulatur. Ab Adalberto Archiepisc. dejicitur.

14. Henricus Abbas Fridericum Imp. in Syriam sequutus in acie occumbit A. C. 1189.

15. Rudolphus immerito exauctoratus denuo concorditer eligitur, & sanctè præest.

16. Joannes I. ex Abbate Biburgensi Admontensis cum laude præstitit, mortuusque est A. C. 1204.

17. Rudigerus, & ipse laudatus dum lapicidis in proximo monte adest saxo ab alto præcipiti perit. 1205.

18. Wolframus ex Reinhartsbronn Thuringiæ postulatus, cum hospes olim hic, egregiè se probasset, strennè præest, demum ob paralysin resignat.

19. Godefridus II. Asceta Admontensis, Abbas Ossiacensis, huc revocatur. Sponte resignat, postquã suis annos 18. præfuisset. A. C. 1226.

20. Wichpotos annos 3. præstitit obijt 1229.

21. Jodocus, moritur A. C. 1231. præfuit m. 18.

22. Bertholdus ex Abbate Beurensi, postulatus ad S. Petri Salisburgense resignat A. C. 1232.

23. Conradus, utilissimè præest, sub quo Fridericus II. Imp. divertens 5. dies substitit.

24. Fridericus cum suis ad S. Petri Salisburgum concedere coactus est, ob nimiã provinciæ famem.

25. Ulricus, multa à suis passus ad Cœnobium Mulstadiense, secedit, ibidemque moritur 1252.

26. Albertus I. tres annos præsedit. obijt 1255.

27. Henricus II. alter sui Cœnobij Fundator arcem Gallenstein condidit, primus infulis insignitus, summa apud Principes auctoritate fuit; Albertum Rod. I. filium mirificè demeruit; Salinarum usum & commoda primum Styriæ invexit; multa prosperè pro Austrijs gessit, demùm incauto sagittæ jactu à proprio nepote trajectus in monte Dietmansperg occubuit A. C. 1297.

28. Beatæ memoriæ Engelbertus, è familia Dynastarum de Volckerstorff, eruditorum sui sæculi splendor, cultor Deiparæ singularis, reliquit multa manuum ingenij & summæ pietatis monimenta, quę inter Hymnus ille celeberrimus, & S. Casimiro Principi familiaris: Omni die dic MARIÆ mea laudes anima, &c. Decessit provectâ ætate A. C. 1331. 12. Maij cum annis 34. præfuisset.

29. Ekardus e Nobili familia de Lauterbach vulgo Lauterpeck vir observantissim' disciplinę ob. 1343

30. Udalricus II. familię nobilissimę de Welz, S. Wolfgangi cultor præcipuus. obijt 1363.

31. Leo, via añum cum dimidio præfuit ob. 1366.

32. Joannes II. paucis & ipse mensibus superfuit.

33. Albertus II. vir religiosus obijt 1384.

34. Wilhelmus vir pręstans moritur 1391.

35. Hartnidus Stemmate sublimis, sanctimonia magnus, prudentia maximus, Sigismundi Imp. filium è sacto fonte levavit. Fundavit Ecclesiam Montis in Culm sub tutela augustissimę Virg. MARIÆ. ad superos abijt A. C. 1411.

36. Georgius de Lueg è Monasterio Cremiphanensi acerbis morbis fractus resignat liberè 1421.

37. Andreas Stettbammer omni virtutum genere conspicuus, pręfuit annis 46. Decessit 1466.

38. Joannes III. è familia Dynastarum de Trautmanstorff magna cum gloria annos 17. pręfuit, mortuus A. C. 1483. 15. Kal. Octob.

39. Antonius cogn. Gratia Dei, patria Venetus Doctor Parisiensis, à Frid. Imp. cujus fuerat Preceptor, intrusus, Tyrannum potius, quam Abbatem egit, qui cum clam sublato thesauro fugam tentaret, in Carinthia circa Arlstein, in castro Gallenstein inclusus perijt. A. C. 1491.

40. Leonardus è familia nobili & perveteri Equitum de Steinach; reparavit non solum quæ deprędita erant sed & rem plurimum auxit religiosam disciplinam mirè restituit. obijt 1501.

41. Michaël Griessauer post longam discordiam electus, nec minore quiete pręfuit, secedensque ad S. Petri Salisburgense ibi ad mortem usq; substitit.

42. Christophorus Rauber, Labacensis Episcopus, comperta dissensione Abbatis & Conventus Commendator obtrusus, pro nomine se quidem suo, non pro munere gessit, & Cœnobium pene ad incitas redegit. Mortuus Oberburgi Archiepisc. A.C. 1536.

43. Amandus,

43. Amandus, unanimi consensu electus Antistes, magnam de se ipsem præbuit, paulo post ad mensam cujusdam creditoris invitatus & veneno sublatus.

44. Valentinus Abel, Matthiæ Illyrici Flacci virus imbibens, à fide apostata, sede dejectus miserè periit.

45. Laurentius Lombarda Cisterciensis Monachus postquam in restituenda re Catholica multum laborasset, undecimo Regiminis anno sponte resignavit 1579.

46. Polydorus de Montegnano Clericus sæcularis, magna iterum Monasterij jactura Administrator sufficitur. Veùm post triennium abjicitur.

47. Joannes Hoffmann, vir magnæ authoritatis & generositatis, præfuit annis 33. obijt A.C. 1614.

48. Matthias Preininger Bohemus è S. Lamberti omnium calculo designatus postulatur. Fuit magnæ prudentiæ atque authoritatis, disciplinæ & litterarum pro motor indefessus. obijt A. C. 1618.

49. *Urbanus Textor Cromaugensis Bohemus, vir ingenio & eruditione maximus, Cœnobij Illustrissimi Restitutor mirificus cujus dum merita ac laudes deprædicare prabibeor, has Echo resonans & conscia saxa loquuntur, nitore produnt Cœnobij claustra splendore augusta Basilica sacra, Collegium Ascetarum Nobilitate, eruditione religione, quæ altissimis contegi se montibus non patiuntur.*

Admont Virginum.

Celeberrimum olim, loco viris proximo, conditum Cœnobium, à sanctæ memoriæ Wolfoldo Abbate exstructum & fundatum sub A.C. 1120. in quo plurimæ summorum Natalium, & egregiæ sanctitatis Virgines, cælo educatæ, fama virtutis, velut fragrantia quadam mirifici odoris, non Styriam solùm sed Germaniam universam impleverunt, adeo ut in diversa & remotissima Cœnobia ejusmodi inde virtutum viva exemplaria peterentur. Talem coloniam ipse Imperator Rom. Fridericus Barbarossa, pro Monasterio Hohenburgensi inde impetravit, quod eo missa Beatæ memoriæ Agnes Comitissa de Wolffratshausen præclarè reformavit. Cæterum Sophia Belæ Ungarorum Regis filia Henrico Conradi Cæsaris filio desponsa, tam locum fecit, ut nullis nec promissis nec minis inde avelli pateretur; & professa Monasticem ibidem vitam sanctè concluderet. Uti & Agmunda Us. Andreæ I. Regia Ungar. alij Principes Illustris. Quo demum anno desierit sanctum hoc Monasterium, non ita constat, hodie pars aliqua ædificiorum cum templo cernitur, & est pauperum aliquot hospitale.

S. Ægidij Brunsvicense.

Ordinis Divi Benedicti splendidum olim Cænobium fundatum A.C. 1115. à Gertrude Marchionissa, Henrici Comitis de Northeim vidua, cum dono acceptum à Brunone Archiepiscopo Coloniensi corpus S. Auctoris, eo loco immobile constitisset. Absolvit ædificium Lotharius Saxoniæ Dux, qui filiam præfatæ Gertrudis conjugem habuit, & per Theodoricum ledis Apost. Legatum, & Rheinhardum Episcopum Halberstadensem consecrari impetravit A.C. 1115. quod etiam deinceps magnificè dotavit & magnis Privilegijs communivit.

S. Ægidij Leodiense.

De quo consulendum Chronicon Leodiense. Est autem Monasterium Ordinis S. Augustini primo lapide à Leodio situm, cujus etiam meminit Claudius Robertus in Catal. Epis. Leod.

S. Ægidij Norimbergense.

Magnificum olim S. Benedicti Monasterium, à Conrado III. Imperatore fundatum A. C. 1140. optimeque meritis de re Christiana per Germaniam Patribus Hybernis seu Scotis traditum ad annum usque 1418. donec bianumero & zelo Religionis deficientibus Germani substituerentur. Paret hodie Magistratui extinctis, post mutatam Religionem in Urbe, Monachis, celebraturque summopere amplissimæ Basilicæ Architectura, egregium prisci splendoris argumentum.

Ætl.

Situm in ripa Oeni supra Wasserburgium situ percommodo Monasterium; quod pro Monachis Benedictinis condidit primùm Arnolpus Comes de Diessen Henrici IV. Imp. amicissimus, ibidem cum conjuge Gisala sepultus, sub A.C. 1080.

Restituit ad extremam pene paupertatem & ruinam deductum Engelbertus Wasserburgius Comes, & insigniter locupleravit, adeo S. Benedicti & Monastici Ordinis studiosus, ut cum strepitus Aulæ propinquioris & occursum Aulicorum ac militum, quieti Ascetarum obesse cerneret. avitum ipse Palatium & castrum Limpurgense solo æquaret, & Wasserburgum cum toto famulitio migraret, sub A. C. 1160. Floret etiamnum viris Religiosis & doctis Cænobium, laboratque in primævo Ordinis & Fundationis fervore repræsentando.

Æverborbia.

Monasterium est Ordinis Patrum Prædicatorum in Archiepiscopatu Machliniensi in Brabantia vulgo Everbeur appellatum, de quo Claud. Robertus.

Afflígemium.

Ordinis Benedictini potens admodum Monasterium, in Cameracensi olim Diœcesi nunc Machliniensi situm, fundatum in honorem Apostolorum Principis Petri ab Henrico III. Lovanij Comite, A.C. 1086. Distat sex milliaribus à Bruxella, habetque Abbas ejus inter duodecim Brabantiæ Abbates locum primarium. Claruit Cænobium semper viris sanctitate & eruditione illustribus, de quo consulendi Aub. Miræus in Orig. Bened. & eodice Don. piarum, Vitriacus cap. 20. Hist. Occ. Cantipratensis l. 1. Apume. 4. Sigebertus. & de Francone Abbate Thrithemius de Script. Eccl. &c.

Agaunum.

Fundatum honori S. Mauritij & Sociorum Martyrum in Sedunensi Diœcesi amplissimum Cænobium ad radices Alpium Peninarum seu majoris Montis S. Bernardi in ditione Valesianorum. Ejus Abbas inter Principes Imperij enumeratur.

Hodie absolutè S. Mauritij appellatur, habuitque plures olim Ordinis S. P. Benedicti egregia sanctitate Antistites, quos inter S. Avitus, S. Ambrosius aliique mirificè exsplenduere, alij etiam, Alteus nimirum, & Adalougus ad Episcopales evecti cathedras sunt, donec cum tempore è Monasterio aliquamdiu fieret Collegium sæcularium 32. Canonicorum. Cessit postea Regularibus A. C. 1136. sub Priore degentibus, donec ab Eugenio Papa A. C. 1146. Abbatialis titulus Cænobio redderetur. *De hoc Cænobio consulendi Antonius de Iepes, Rimoinus, Greg. Turon. VVilh. Baldesinus Hist. Theb. Aubertus Miræus inOrig. Bened. Ioan. Stumpffius lib. 11. de Valesia. &c.*

Ager Clavium.

Monasterium Virginum sub Regula S. P. Benedicti & sacra Reformatione Cisterciensi, in quo plures eximia sanctitate Virgines gratissimas Numini victimas in summo vitæ rigore & perfecta mortificatione corporis obtulerunt, quas inter B. Anna Batonissa de Schlüsselberg maximis clara virtutibus, & prophetico illustrata spiritu plurimum celebratur.

S. Agnetis Schaffhusanum.

Et hoc Cænobium Benedictinarum Virginum, magnis splendoribus eniruit, fundatum sub A. C. 1060. ab Itha B. Eberhardi Comitis Nellenburgij lectissima conjuge, nata Comitissa Palatina de Tübingen, quæ marito Monasticem profitente, in condito à se omnium Sanctorum Cænobio, & ipsa, nequid conjugi cederet, S. Agnetis honori Monasterium condere aggressa, in eodem se conclusit, & plurimas deinceps suo exemplo Christo & S. Benedicto lucrata, plena bonorum operum ad Dominum migravit.

Ahusium.

Hodie corruptiore nomine Anhusium vocant, præclarum Ordinis Benedictini Cænobium, in valle Brentiana amœnissimo Sueviæ tractu, ad Brentium amnem, in Diœcesi Augustana situm; quod sub A. C. 1125. Mangoldus Comes Tubingensis cum consensu filiorum Waltheri Augustani Episcopi, Mangoli junioris Adalberti & Udalrici condidit, & liberaliter locupletavit. Exstructum primitus fuit in pago Langenaviensi, duobus lapidibus Ulma dissito, sed ob majorem opportunitatem in Vallem Brentianam translatum est à filijs Fundatoris, qui in illud haud minus patre optimè affecti, multa beneficia contulerunt. Præfuit huic, novissimo tempore post bonorum Ecclesiasticorum in Wirtenbergia per Ferd. II. Imper. Aug. restitutionem Rever. DD. Carolus Stengelius qui usq; hodie præclarè mereri de Ordine deque re litteraria non desinit, cujus plurima passim extant præclara cùm pietatis egregiæ, tum eruditionis variæ monimenta.

Ahusium Wernizense.

Hoc magis propriè, quam prius, Anhusium dicitur, Benedictini & ipsum instituti, in Rhætia Sueviæ, vulgo Im Rhies/ ad amnem Wernizium haud procul Wallertruhedinga in Diœcesi Aureatensi situm. Conditum A. C. 958. ab Ernesto Comite ab Alto-Truhedingen ejusque Sororio Hartmanno Barone de Lodenburg sub auspicijs Otthonis Magni Imp. fundationem illam promoventis. Addixit se nominis servitio multa in illo Monasterio sæculi Nobilitas, è quibus aliqui insigni nominis fama excelluere, de Lacu inprimis quorum è familia, raro sane exemplo, sex omnino in eodem Monasterio ad Abbatialem infulam promoti sunt. Abbatum, ante eversionem Cænobij, ultimus fuit Georgius Dapifer de Wezhausen; qui quod mutare Religionem nollet, cedere coactus A. C. 1530, apud Illustrissimum Principem Mauritium ab Hutten Aureatensem Episcopum cui eximiè charus erat, vitam exul transegit, postquam Cænobium suum inter metuendos fluctus uno & triginta annis strenuè gubernasset & exornasset.

Alba Dominorum.

Vulgo Herren Alb dicitur, potens & magnificum sub Regula S. Benedicti, sacræ familiæ Cisterciensis Monasterium, fundatum est A. C. 1148. à Bertholdo Comite ab Eberstein ejusque conjuge Uthâ, consentientibus filio ac Nepotibus, qui ipsam patris & avi fundationem confirmarunt. Situm est in Ducatu Wirttenbergico, & Diœcesi Spirensi, magnis deinceps proventibus auctum cùm piorum liberalitate, tùm Abbatum ac Religiosorum solerti Oeconomia, donec superiore sæculo cum mutatione Religionis, Religiosi etiam viri excluderentur.

Alba Dominarum.

Eundem omnino quem Alba Dominorum Fundatorum Bertholdum Comitum Ebersteinium habuit, at quia pro Sacris DEO Virginibus, cum illud pro viris ejusdem Ordinis, *Alba Dominarum*, vulgo Frawen Alb/ appellatum est. De occasione utriusq; tam virorum quam fœminarum primum structi fusius rem miram Martinus Crusius recenset, ex vetustis Monasterij utriusq; monimentis.

Alba Augia Suevorum.

Patria lingua Weissenaw appellamus! Abbatia Ord. Præmonstratensis percelebris, fundata à Gebizone Hachbergensi & Weissenburgensi Comite, è veteri familia Brisiacæ Landgraviorum & Habspurgi Comitum A. C. 1145 qui tamen priusquam nova structio absolveretur in tumultu quodam Ravenspurgi suborto occubuit, & in Cænobio Weingartensi, in ipso templi aditu juxta alios magnates sepultus est. Locupletavit Cænobium sub A. C. 1282. Rudolphus I. Imp. Aug. sed & præclare de eodem meruerunt Welpho VII, Spoleti Dux & Sardiniæ Princeps, nec non Henricus VI. & Philippus è Sueviæ Ducibus Reges Romanorum, Abbatum Catalogum Bruschius habet, hodie præest R.mus D. D. Christophorus ijs meritis & virtutibus Abbas, quem merito omnis sequutura posteritas, præcipuâ grati significatione animi sit veneratura.

Alba Augia Nariscorum.

Germania, Weissenaw im Nordgaw dicimus, Cænobium Ordinis S. P. Benedicti, situm ad Schwabachium amnem, in Diœcesi Bambergensi, quatuor

quatuor à Norimberga lapidibus, quod sub A. C. 1055. Gebhardus Comes de Kalw sive de Hirsberg Eichstettensis Episcopus, S. Leonis IX. cognatus & in Pontificatu Maximo successor, paulo antequam in sede Petri locaretur, & Victor II. salutarentur fūdavit, ac dein Pontificia suprema auctoritate confirmavit. Restituit de novo & quasi postlimio sub A.C. 1130. S. Ottho Bambergensis Ecclesiæ Episcopus, & liberaliter dotavit. Floruere illic multi egregia Nobilitate Abbates, quos inter Achatius ab Hirsheid superiore sæculo, singulariter eluxisse celebratur, & Nobilitati Franconicæ facem virtutis prætulisse.

S. Albani Moguntinum.

Frequentissimum olim magna Religiosissimorum & eruditissimorum virorum copia Monasterium, quodque multo tempore Academiæ celebris loco Moguotiæ fuit, & quaquaversum radios latè sparsit, Martini demum V. Pont. Max. concessu in Canonicorum sæcularium Collegium A. C. 1419. demigravit.

S Albani Basileense.

Hoc æque ac superum, magni Benedicti alumnos Religiosos diutissimè fovit, nec minus Basileæ, quam illud Moguntiæ profuit, conditum & monificè dotatum à Burcardo Barone de Hasenburg Basileensi Episcopo A. C. 1083. qood tamen superiore sæculo, Religionis mutatio ad alios usus convertit.

Alberspacum.

Volgo Alberspach sive Alpirspach Nobile Wirtenbergensis Ducatus Ord. S. P. Benedicti Monasterium, in Diœcesi Constantiensi situm, fundatum à Rotmanno ab Hausen, Adalberto de Zollern, & Alwico Comite de Sulz, A. C. 1095. consecratum in honorē SS. Crucis Beat. Virg. S. P. Benedicti & omniū Sanctorum à B. Gebhardo Constantiense Episcopo sedis Apostolicæ Legato. Fuit deinceps auctum multa fidelium largitione, & ante Lutheri tempora summo in flore fuit, postquam prænuncio futuri incendio A. C. 1513. combustum, à fundamentis restauratum fuisset.

Alciacum.

S. Silvini honoribus dicatum Benedictini Ordinis Asceterium prope Hesdinum Artesiæ oppidum.

Aldenburgum.

Ad honorem S. Petri in Flandria Sylva Cosfurt conditum, Benedictini Ordinis Cænobium egregia Flandriæ luminaria præbuit, è quibus Gervinus Abbas ejosdem loci Sanctissimus prophetico spiritu, & magna miraculorū gloria spectatissimus fuit. Eversum est ab Acatholicis anno 1578. Religiosis modo in urbe Brugensi habitantibus.

Aldenburgum.

Virginum Benedictini Instituti Monasterium prope Wetzlariam situm.

Alenspacum.

Hujus fundationem nuspiam reperio; proditur autem nomen, in tabulis publicis Ordinum Imperij inter Acta Imperialia relatis à Friderico III. Imp.

S. Alexandri.

Ordinis S. P. Benedicti Cænobium, vulgo Grafschafftense appellatum, situm in Diœcesi Coloniensi, de quo præter nomen nil reperi, & quod A. C. 1508. unierit se Congregationi Bursfeldensi.

Alderspacum.

Divi Benedicti Regulæ sub Reformatione amplissima Cisterciensi adstrictum, conditum pro sæcularibus primùm Presbyteris, quod precibus posteà Divi Bernardi concessum, insigni virtute Ascetas aluit. Fundatorum hæc sola nomina, absque ulla generis designatione, Bernardi cujusdam, cum filijs Ruperto & Calocho ab Hundio & Aventino memorantur. Celebrantur inter Benefactores Ludovicus Bavariæ Dux, & Ottho ejusdem filius; nec quidquam præterea de hoc Monasterio reperimus.

Aldovicense.

Monasterium Dominarum Ordinis Benedictini in Archidiœcesi Ultrajectensi fundatum A. 1135. à Mechtilde ejusque filio Otthone Burggravijs Ultrajecti, Miræus.

Alna.

Illustri prorsus sacræ familiæ Cisterciensis Cænobium, conditum ad Sabim fluvium ab Henrico sexagesimo Leodiensium Episcopo A.C. 1148 de quo consuleodus Aub. Miræus in Chron. Cist. pag. 136. & nos aliquot egregia sanctitate hujus Cænobij alumnos referimus cùm in Annal. tum Menologio Magno Benedictino.

Alpense Monast.

Sive Alpium Abbatia, sita est in monte Jutensi ab Alpibus dependente, condita pro familia S. P. N. Benedicti Cisterciensis ab Humberto Comite Sabaudiæ ad lacum Lomannum, A.C. 1136. in Diœcesi Geneven-si. Ejus meminit ipse Doctor Mellifluus, Epist. 28. 142. & 246.

Alta. comba.

Ejusdem ordinis Cænobium, in eadem Diœcesi ab eodemmet Comite Humberto fundatum ad lacum Burgeti A. C. 1135. De quo Alphonsus Dalbeneus de familiæ Cisterc. origine, & S. Bernardus Epist. 38.

Altaichium superius.

Ordinis Benedictini fūndatum ab Utilone Bavariæ Duce instinctu S. Pirminij Metensis Episcopi sub A. C. 739. ad ripam Danabij. Fuère Advocati Cænobij Comites à Toger, non pro Advocatis solum sed secundis Fundatoribus habiti, è quibus Asvinus & Fridericus, exustum, ab Ungaris A. C. 1102. ex integro restaurārunt.

Altaichium inferius.

Amplissimum spectatissimumque Benedictini similiter Ordinis Monasterium in Bavaria inferiore Danubio adsitum Fundatores eosdem quos superios, Utilonem Ducem & S. Pirminium babuit, utrumq; cognominatum à duabus quercubus vetustissimis & prodigiosæ magnitudinis, quo freqoens populus coiverat, & victimas sacrilego cultu Dijs immolaverat. Locupletarunt munificè admodum idem Cænobium

biem Tassilo Dux Utilonis filius & Carolus Magnus. Floruere in hoc Cœnobio multi egregia sanctitate viri, S. Guntherus Sancti Ungarorum Regis Stephani cognatus, S. Gothardus ex ejus loci Abbate Hildesianus Episcopus, S. Thiemo postea Salisburgensium Archiepiscopus, pluresque alij de quibus prolixios in Menologio nostro agimus, & in Annal. Benedict. De Altaichio consulendus Wig. Hundius in Metrop. Salisb. Aventinus, Carolus Steng. in Monast. &c.

Altenburgum Austriæ.

Celebre & situ inprimis commodo Cœnobium à priscis Austriæ Marchionibus magno in honore habitum, cui hodie præest Rever. D. Benedictus, Prior olim Mellicensis, vir cùm eruditione præstans, tum omni virtutum pollens genere, & mirâ juxta egregiam humanitatem urbanitate.

Altenburgum Sueviæ.

Virginum Cœnobium in Ducatu Wirttenbergiæ, haud procul oppido Calvensi situm, cum Religionis mutatione ad prophanos usus conversum.

Altenhochenau.

Egregium Virginum Dominicanarum Cœnobiū, fundatum A. C. 1235. à Conrado Wasserburgensi Comite ejusque conjuge Kunegunda. quam fundationem Gregorius IX. Pont. Max. & Fridericus II. Imp. confirmarunt.

Altimontense.

Benedictinæ professionis Cœnobium à S. Autberto conditum sub A. C. 650. vulgo *Haulmont* appellatum, distans milliari uno à Melbodio Hannoniæ oppido, frequens etiamnum viris Religiosis & eruditis.

Altenhohenauw.

Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti supra Wasserburgum.

Altmulmunster.

Celebris admodum Commendatura, ut vocant Ord. S. Joannis condita ad Altmilam fluvium ab Henrico atque Otthone fratribus Comitibus Rietenburgensibus, de quibus Aventinus lib. 7. Annal. fol. 654.

S. Altonis Monasterium

Fundatum ab ipso primum S. Altone Scotorum Regis filio, ordinato ad conversionem gentium Episcopo, sub A. C. 720. ac dein à Pipino Brabantiæ Duce, Majore domus Regiæ Alemanniæ Rectore, postea Galliarum Rege egregiè dotatum, nec non à Carolo Magno ejus filio munificè auctum seminarium aliquamdiu fuit virorum Apostolicorum, cujus Ecclesiam jussu Numinis S. Bonifacius magnus Germanorum Apostolus & primus Moguntinensium Archiepiscopus, consecravit. Quod cum postea ministri Advocatorum Principum totum penè devorarent & ad incitas redigerent, visus tertiùm Sanctus Fundator & primus olim loci Abbas Altocomminatus Principi interitum, ita permovit Guelphonem Ducem, ut pro ablatis egregie satisfaceret, fundatamque à majoribus Cellam seu Præposituram Ambergoviensem eo converteret, imò denique permutatione bonorum facta Monachus unà cum Abbate ad locum residentiæ suæ Altorffium in Sueviam transferret, tranlatis vicissim, quasi majores sui Altorffij posuerant, sacris Virginibus in relictas Monachorum sedes; Monachorum deinceps verus pater existens, quem pietate imitatus Welpho filius, cum Altorffense Cœnobium conflagrasset, in ipsam arcem suam Religiosos transtulit Cœnobioque Vinearum nomen indidit, quod circum domestici Sacelli S. Martino Sacri, aream plantata Vinea fuisset sive occurrentibus ex inferiore Suevia, primùm eo loci Vites plantarentur. Cæterum S. Altonis Monasterium Virginum factum, Divi Benedicti Regulam ad usque A. C. 1487. coluit, quo usque illud Georgius Bavariæ Dux OrdiniDivæ Brigittæ traderet, sub quo usque hodie sacer Virginum cœtus censetur.

Altorffium Sueviæ.

Fundatum olim ab Henrico & Hettha Principibus Alemanniæ, Altorffij Comitibus ex Illustrissima & potentissima Guelphorum familia, sub A. C. 910. & à S. Conrado eorumdem filio Constantiensium Pontifice liberaliter locupletum, in quo primum, uti supra diximus, Benedictinæ professionis Virgines sunt positæ; quibus dein in Altemunster una cum Abbatissa sua Hilirude translatis, vicissim inde Henricus Abbas & Monachi Altorffium successere, Henricum ibidem consequutus est in regimine Luitholdus, hunc Brandiline sive Branzo, istum Betingerus idem ultimus Altorffensis, primus Weingartensium Abbas cum post Cœnobij incendium Welpho Dux suum Abbati & Monachis palatium cessisset. Cæterum diu post Altorffense nomen Weingartensibus mansit, & cum à Romanis Pontificibus ævi vetustioris, quam Imperatore Friderico I. sic appellatum fuit, qui, cum matrem Guelpham habuisset, ad locum mirè affectus, illud multis privilegijs extulit, & Burcardum Abbatem Comitem de Matsch inter S. R. I. Principes adoptavit, quos inter Comitijs ad Roncalias A. C. 1158. proximus à Campidonensi, ante Eluacensem & Weissenburgensem consedisse memoratur. Sed de Altorffensium posteris Weingartensibus suo loco dicendum.

Altorffium Alsatiæ.

Fundatum à Comitibus Dagspergensibus Sancti Leonis IX. Pont. Max. majoribus, situm inter amnes Ergers & Breuschium, neque tamen quidquam aliis apud Historicos de eodem reperimus, quam quod bello Waltheri de Geroltseckh Argentinensis Archiepiscopi fuerit exustum, neque modo post restauratum.

S. Amandi Elnonense.

Alias Psbulense & Elnonense dicitur, estque Benedictini Ordinis spectatissimum Monasterium in Diœcesi Tornacensi ad fluvium Elnonem situm, fundatum circa A. C. 660. De quo consulendus Aub. Miræus in Orig. Bened. Molanus Wion. &c.

Amanium.

Insigne sub Regula Divi Benedicti Asceterium prope Huyum oppidum Leodiense.

Amar-

Amarbaricum.

Miræ celebritatis quondam Cænobium Benedictinum in Orientali Saxonia, à S. Suitpetto, ut credimus, conditum, ex quo magni omnino & latè meriti Germaniæ Apostoli, & egregij Pontifices, multi etiam Martyres inclyti prodiere, è quibus S. Patto proximus à S. Switperto Werdensium Pontifex fuit, cui eadem in sede, ex eodemmet Cænobio assumpti, succesfére SS. Tanco Kortilla, Ifingerus, & Harrucus, ijdem prius omnes Amabarici Abbas, quorum prior Tanco, & Harrucus Apostolicos labores suo etiam sanguinn consecrârunt.

Amorbacum.

S. Benedicti similiter Cænobium, in Franconia situm, cujus Fundatores reperire non potuimus; sed neque utrum hodie exter intelligimus, quod Trithemius memorat fuisse in Diœcesi Herbipolensi, eoque ex Hirsaugia postulatum Abbatem Conradum, *qui illud structuris & reditibus nobiliter ampliârit regularisque disciplinæ fervorem ibidem jam penè collapsum magnificè renovaverit*. Ita Trithemius.

Amesleben.

Ordinis similiter Benedictini Monasterium, situ in Diœcesi Magdeburgensi, aliàs SS. Petri & Pauli appellatum. Unitum fuit Congregationi Bursfeldensi A. C. 1468. De quo Catal. Monast. Bursfeld. collect. à R. P. Priore S. Jacob Mogunt.

Ammineberg.

Quo loco condita fuerit hæc Ordinis Benedicti in Abbatia planè ignoramus, extitisse tamen constat ex monimentis sanctissimi Hirsaugiensis Cænobij, ex quo illuc Abbas postulatus est Adelhelmus, quẽ pro egregia vitæ dignitate Mediolacenses etiam Monachi suo Cænobio præfecerunt.

Andainum.

Professionis Benedictinæ, situm in Arduenna sylva, structum à S. Beregiso Abbate, invantibus Pipino Duce ejusque conjuge Plectrude.

Andechs.

S. Benedicti alumnis frequens usque hodie Cænobium, alias ab ingenti Sacri Reliquiarum thesauri copiâ, *Sancti Montis* nomenclatura insignitum, vulgo **Heiligenberg** dictum, viros spectatæ religionis & eruditionis semper aluit, celebraturque hodie inter præcipua Bavariæ Monasteria, de cujus fundatione & Reliquijs singularis liber typo prodijt. Videatur etiam Vitus Arnpeckius, & Aventinus atque Hundius.

Andena.

Andennense Monasterium fundatum fuit pro sacris DEO Virginibus sub A. C 686. à S. Begga Illustrissima Principe S. Gertrudis sorore, quæ & ipsa demum se Numini consecravit. Situm est in Diœcesi Namurcensi: De quo consulendi Belgij scriptores, & nos in Menologio nostro atque Anal. Ben.

Andlavium.

Fundatum hoc est pro Virginibus à S. Richarda Augusta Caroli Crassi Imp. sanctissima conjuge, nata Scotiæ Regina, quæ & ipsa se Numini consecravit A. C. 887. Dedit autem Cænobio primam Antistitam Adelheidem quam deinceps tot sæculis, multæ summa generis Nobilitate & magna Virtute eodem in gradu honoris consequutæ sunt. De quibus Bernardus Herzog. in Chron. Alsat. fol. 18. & 19.

S. Andreæ.

Conditum magni hujus Apostoli honori Monasterium istud sub A.C. 1090. in Diœcesi Brugensi, sub Divi Benedicti disciplina plurimum viguit, cujus etiam Miræus meminit in Origin. Monasticis Benedict. & Catal. Monast. Bursfeld, cui Congregationi unitum fuit A.C. 1517.

S. Andreæ.

Propè Fuldam alterum ejus Nominis & Ordinis in Rotulis diversis visitationum invenitur, de quo consulendi Fuldensium Annales.

S. Andreæ.

Tornacense, idem ne erres, est quod Brugense, nimirum ita appellatum, quod in Tornacensi primũ Diœcesi exstructum esset, sed cum novi fundarentur in Belgio Episcopatus, Brugensi accensitum est.

S. Andreæ.

Benedictini Ordinis in Castello Cameracesij, quinto lapide à Cameraco dissitum, conditum A. C. 1011. & consecratum à Gerardo I. Cammeracensi Episcopo, quod deinceps Lietbertus ejus successor absolvit. Quiescunt ibidem corpora S. Maxellendis, Virg & Mart. itemque S. Sarij Presbyteri, quæ illuc transtulit Gerardus Fundator.

S. Apollinaris.

Juxta Reinmagen à Friderico Coloniensi Archiepiscopo fundatum pro Ordine Divi Benedicti, sub annum Christi 1099.

Aquiscinctum.

Vulgo *Anchin* magnificum omnino Ordinis Benedictini, ad Scarpam fluvium in Insula secundo à Duacena urbe milliario, Monasterium, fundatum sub A.C. 1079. à Galthero & Sigero viris Nobilibus apud Miræi capite 68. *Maximum & ditissimum* Thomas Cantipratensi lib. 1. apum, cap. 6. cujus & Sigebertus meminit, Fuit frequentissimum usque hodie viris sanctis & eruditis, cujus inter præstantissima sydera B. Alelmus, & S. Gosvinus uterque Abbas ibidem celebrantur.

Arnoldstein.

Elegans, atque inprimis loco commodo situm in Carinthia Ordinis Benedictini Cænobium, duobus à Villaco milliaribus, ex arce in domum DEI conversum per S. Otthonem Bambergensem Episcopum Pomeranorum Apostolum A. C. 1116. Ocius ibidem Abbates, cum alibi nuspiam extarent descripsimus:

Ingramus ab ipso S. Otthone designatus præfuit annos tres & quadraginta.

2. Cadelochus totidem annis præfedit.

3. Hildeprandus electus anno 1212. præfuit, annis

GERMANIÆ SACRAE PARS ALTERA.

IN QUA

NOBILIVM ALIQVOT, EX INNVMERIS PENE, MONASTERIA, DIVERSORVM ORDINVM, ABBATIALI PLERAQVE TITVLO INSIGNIA, RECENSENTVR.

SIMVLQVE SVBINDE FVNDATORVM PRINCIPVM honori consulitur, qui dum tanta profusione sumptuum, suum, in Ordinum Conditores & Patronos, amorem contestati sunt, sui simul nominis ut Religionis tanta condidere monimenta.

Opera & studio

R. P. F. GABRIELIS BVCELINI, IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS ASCETA.

Beatus Alexander Papa II. eo nomine, in Bulla quâdam Ecclesiæ Lucensi data.

Sacrorum Canonum Authoritate docemur: Omnia quæ DEO, vel ejus Ecclesiæ offeruntur, Sacra fieri ipsa oblatione. Nulla autem Sacra fieri possunt nisi Spiritu Sancto à quo omnis sanctificatio procedit. Nam sicut omnis, quælibet res, cum Imperatori defertur, Imperialis efficitur; sic cum ex Voto, DEO, vel Sanctis offertur, Divina ac per hoc sanctificata cognoscitur &c.

AUGUSTÆ VINDELICORUM, Typis Joannis Prætorij, ANNO M. DC. LV.

S. ALTFRIDVS.

Hildesheimensis Episcopus in litteris fundationis Monasterij Essendiensis, præsentibus, eadem congeminantibus, & manu propria subscribentibus Archiepiscopis & Episcopis Moguntinensi, Colon. Trever. Virdunensi, Mimidonensi Werdensi, Halberstattensi, Trajectensi, Osnaburgensi alijsque.

Omnes unanimiter hujus (Fundationis) violatorem, in perpetui Anathematis foveam detrusimus, universis mecum uno ore clamantibus: Ex authoritate DEI omnipotentis Patris & Filij & Spiritus Sancti, & sanctorum Apostolorum, excommunicamus & Anathematizamus, omnes, qui sua præsumptione, vel malo aliquo ingenio, hanc constitutionem scienter violare præsumpserint, eos omnes, & eorum consentaneos, à consortio DEI sequestramus, ita ut non habeant partem cum eo, neq; cum Sanctis ejus; deleantur de libro DEI, & cum justis ejus non scribantur; obscurentur oculi eorum ne videant, aures eorum & nares sic obstruantur, ut non audiant neque olfaciant, gustus eorum & tactus inutiles fiant; destruat eos DEUS, & migrare faciat de tabernaculo eorum, & evellat radicem eorum de terra viventium; Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes. Prævaleant super eos peccatores, & diabolus stet à dextris eorum, & oratio eorum fiat in peccatum; fiant dies illorum pauci, mendicent & ejiciantur de habitationibus suis, & diripiant alieni labores eorum. Clament ad Dominum, & non misereatur eorum, sed potius disperdat de terra memoriam eorum. Induantur perpetua confusione & reverentia, sint inter miseros miserrimi & inter perditos perditissimi. Induant hanc maledictionem sicut vestimentum, & intret sicut aqua in interiora eorum, & sicut oleum in ossibus eorum. Fiat eis sicut vestimentum quo operientur & sicut Zona qua præcingentur, & in die Judicij primi deputentur in ignem æternum, ubi vermis eorum non moriatur, & ignis eorum non extinguatur, sed crucientur cum diabolo & Angelis ejus sine fine; annuente Domino nostro JESU Christo qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Huc usque S. Altfridus.

PSALTES REGIVS ps. 82.

DEUS quis similis erit tibi, ne taceas neque compescaris DEUS, &c. Pone Principes eorum sicut Oreb & Zeb, Zebee & Talmana, omnes qui dixerunt: hæreditate possideamus Sanctuarium Dei; DEUS meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti; sicut ignis qui comburit sylvam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua & in ira tua turbabis eos, erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur & pereant, &c.

ABBATIARVM
ET DIVERSORVM MONASTERIORVM
GERMANIAE
NOMENCLATVRA
SERIE LITTERARVM ALPHABETICA

Opera & Studio

R.P.F. GABRIELIS BVCELINI ASCETÆ THEOLOGI IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTENSIS.

A.

Abdinckhofen.

Uit hoc celebre admodum Ord. S P. Benedicti Cœnobium prope Paderbornam conditum & magnificè dotatum à primis Paderbornensiū Pontificibus; S. Meinwerco præcipue Teufterbandiæ sive TeiftetbantijComite. Incendio autem una cum urbe crematum sub Imado Episcopo, ab ejus successore Poppone ab Holdr præclare restauratum est A. C. 1080. Decessit S. Meinwercus A.C. 1036. Restaurator Poppo A.C. 1084.

Adelberg.

Situm hoc Monasterium est, in Ducatu Wirtembergiæ, fundatumque legitur A. C. 1181. auspicijs Friderici I. Imp. à Volcknando Barone deStauffen & Eberfperg: eujus posteri jus Advocatiæ certis conditionibus retinuerunt. Traditum primo est Fratribus Griseis, moxab ipsomet Fundatore Ordini Præmonstratensi assignatum, ad quodè Rothensi primùm, dein Roggenburgensi Cœnobijs, colonia Religiosorum inducta est. Confirmata est Fundatio ab Alexandro III. Pont. Max. & Monasterium sub S.Petri & sedis Apostolicæ protectionem susceptum A.C. 1181. Fuisse ibidem etiam sacrarum Deo Virginum Collegium ex MS. quodam Wirttenbergensi pervetusto liquet, in quo memoratur A. C. 1477. Ulricus Comes Wirttenbergius, & Bertholdus Adelbergensis Abbas, Reliosas numero septendecim, omnes genere Nobiles, una cum Abbatissa Ulrici prædicti Comitis sorore germana in Monasterium zum Lauffen ad Neccarum transtulisse. Obijt prædicta Domina Abbatissa nomine Catharina A. C. 1497. eujus corpus ex Lauffen Adelbergam translatum est. Post extinctos Stauffenses Barones, advocati fuere Comites Wirttenbergenses,extantq; Eberhardi Comitis Reversales, quibus promittit defensionem Monasterij absque ulla exactione vel gravi serviriorum extorsione, faceturque pro se & successoribus nullum sibi competere in prædictam Ecclesiam Jus Advocatiæ seu Jurisdictionem. Litteris datis A. C. 1291. 14. Cal Sept.

Adelhausen.

Illustre Benedictini Ordinis Cœnobiū pro sacris Deo Virginibus conditum prope Fryburgū Brisgoviæ

Admont.

Potentissimum splendidissimumq; in superiore Styria ad fluvium Anassum (vulgo Ens) Monasteriū conditum est, & liberalissimè dotatum, à beatæ memoriæ Gebhardo Salisburgensi Archiepiscopo Comite ab Helffenstain, è vetustissima Agilolfingorū Alemanniæ Ducum familia, quorum ipse insignia, non tam gentilitia, quam provincialia Ducatus Alemanniel, trium cercopithecorum nigrorū in umbone aureo, gessit, nec sine prodigio destinatum pridem condendi Cœnobij opus, eodem, quo usq; hodie visitur loco, inter altissimos, amplissimam definientes in formam Crucis planitiem, montes, fuscepit, cum difficultatem rei perpendens ab amente & muto homine, hæc audiret: *Tu inchoabis DEVS consumabit.* Quæ primæ, quæ ultimæ, tunc hominis voces fuêre, donec iterato miraculo, idē post obitum Gebhardi ad tumulum tanti fundatoris, & rationis linguæ usum integre mereretur. Jacta proin prima munifici Cœnobij fundamenta anno Christi MLXXIV. eodemq; Ecclesia ab ipsomet Gebhardo virginū virginis & S. Blasij Episcopi & Martyris honori cōsecrata, Decessit egregius Pō ifex in castro suo munitissimo Werve, quod, ab impio Cæsare Henrico IV. pro fide erga S Petri sedem, velut alter Athanasius, totum novennium miserè exagitatus munierat; inde ad suū Cœnobium translatus, illic ante aram Apostolorum magnifico Mausoleo conditur A. 1088. Abbatum series hæc est.

1. Isingrinus ab ipso fundatore è Monasterio S. Petri Salisburgensi postulatus A. C. 1075. Præfuit annis 16. sub quo Bertholdus pervasor sedis Salisburg. Monasterium etiam altera vice sacrilegè diripuit. Obijt ærumnis confectus & ætate A.C. 1090.

2. Gisilbertus à S. Thiemone Archiepiscopo Salisb. anno Christi 1091. Abbas instituitur; sub quo idem Pontifex Monasterium, in quo idem sæpius ac diutius latuerat, plurimum auxit atque exornavit. Profecti demum Hierosolymam uterq; pari Martyrij laureola donati sunt, à Saracenis apud Corozaim omnibus membris mutilati A. C. 1110. Kal. Octobr.

3. Bezilo Abbas Lambacensis à Conrado Montium Administrator designatus. Obijt A.C. 1109.

4. Henricus ex Cremiphanensi Asceta, Montium Abbas, repentina amnis Weissenbach inundatione mersus perijt A. C. 1112.

5. Otto ex Priore Monasterij sui Abbas; sub quo B. Conradus Archiep. Salisb. in speleo quodam montis proximi sex ferè menses, dein in cryptâ Monasterij subterranea hebdomades 16. delituit. Præfuit an. 4.

6. Wolffholdus è S. Georgij Herciniæ postulatus, sanctissimè præfuit; eodemque loco Monasterium Virginum condidit. In testimonium suæ Virginitatis coram Fratribus massam ferri ignitam, è fornace ardente illæsus manibus extraxit. Sub eodem Conradus Archiep. Monasterium à fundamentis restauravit; Et Ciliæ Comes Præposituram S. Martini prope Strasgans Cænobio incorporavit. Obijt Wolfoldus A. 1137.

7. Godefridus ex Abbate Weingartensi, Admontensis sub quo, teste pervetusto Vitæ B. Gebhardi Authore: *Quasi novum denuo initium accipiens locus, fama gloria, observantia rigore, oblationibus fidelium, nobilissima Monachorum atque sororum multitudine, nescio, an super omnia Germaniæ Monasteria non invaluerit, &c.* Ita cit. auth. Dedit tredecim Cænobijs à se postulatos Abbates Godefridus, & ut B. Conrado Archiepisc. B. Gebhardus Biburgi Abbas succederet author fuit. Ipse autem obijt A. C. 1165. 3 cal. Julij.

8. Leutboldus Baro, Godefridi lectissimus discipulus sub quo sæpius recollectioni studens B. Conradus II. Archiep. Salisb. S. Leopoldi Austriæ Marchionis filius, in eodem denique Cænobio sanctè obijt, ibidem in Capitulo sepultus. Sequutus Leutholdus A. C. 1171. 4.

9. Henricus vir egregius, electus Abbas, nullis seu Episcoporum seu aliorum Principum precibus, annuit ut Abbas esset.

10. Rudolphus ex Priore S. Lamberti, post regimen hebdomadarũ duodecim, & ipse onus rejicit.

11. Irimbertus Godefridi discipulus, Abas S. Michaëlis Bambergæ, inde huc revocatur. Reliquit libros doctissimos Comẽnt. in Biblia &c. obijt 1176.

12. Anonymus Abbas, è S. Lamberti postulatus, quem tamen Alexander III. cui S. Lamberti immediatè subjacebat concedere noluit, dicens: Nolle se de spolijs S. Petri, altare S. Blasij vestire.

13. Rudolphus perigrini Cænobij Monachus, unanimi consensu postulatur. Ab Adalberto Archiepisc. dejicitur.

14. Isiuricus Abbas Fridericum Imp. in Syriam sequutus in acie occumbit A. C. 1189.

15. Rudolphus immerito exauctoratus denuo concorditer eligitur, & sanctè præest.

16. Joannes I. ex Abbate Biburgensi Admontensis cum laude præstitit, mortuusque est A. C. 1204.

17. Rudigerus, & ipse laudatus dum lapicidis in proximo monte adest saxo ab alto præcipiti perit. 1205.

18. Wolframus ex Reinhartsbronn Thuringiæ postulatus, cum hospes olim hîc, egregiè se probasset, strenuè præest, demum ob paralysin resignat.

19. Godefridus II. Asceta Admontensis, Abbas Ossiacensis, húc revocatur. Sponte resignat, postquã suis annos 18. præfuisset. A.C. 1226.

20. Wichpotus annos 3. præstitit obijt 1229.

21. Jodocus, moritur A. C. 1231. præfuit m. 18.

22. Bertholdus ex Abbate Beurensi, postulatus ad S. Petri Salisburgense resignat A. C. 1232.

23. Conradus, utilissimè præest, sub quo Fridericus II. Imp. divertens 5. dies substitit.

24. Fridericus cum suis ad S. Petri Salisburgum concedere coactus est, ob nimiã provinciæ famem.

25. Ulricus, multa à suis passus ad Cænobiũ Mulstadiense, secedit, ibidemque moritur 1252.

26. Albertus I. tres annos præsedit. obijt 1255.

27. Henricus II. alter sui Cænobij Fundator arcem Gallenstein condidit, primus infulis insignitus, summa apud Principes auctoritate fuit; Albertum Rud. I. filium mirificè demeruit; Salinarum usum & commoda primùm Styriæ invexit; multa prosperè pro Austrijs gessit, demùm iocauto sagittæ jactu à proprio nepote trajectus in monte Dietmansperg occubuit A. C. 1297.

28. Beatæ memoriæ Engelbertus, è familia Dynastarum de Volckerstorff, eruditorum sui sæculi splendor, cultor Deiparæ singularis, reliquit multa maximi ingenij & summæ pietatis monimenta, quę inter Hymnus ille celebertimus, & S. Casimiro Principi familiaris: Omni die dic MARIÆ mea laudes anima, &c. Decessit provectâ ętate A. C. 1331. 12. Maij cum annis 34. pręfuisset.

29. Ekardus e Nobili familia de Lauterbach vulgo Lauterpeck vir observantissim' disciplinę ob. 1345.

30. Udalricus II. familię nobilissimę de Welz, S. Wolfgangi cultor pręcipuus. obijt 1365.

31. Leo, via añum cum dimidio præfuit ob. 1366.

32. Joannes II. paucis & ipse mensibus superfuit.

33. Albertus II. vir religiosus obijt 1384.

34. Wilhelmus vir pręstans moritur 1391.

35. Hartnidus Stemmate sublimis, sanctimonia magnus, prudentia maximus, Sigismundi Imp. filium è sacro fonte levavit. Fundavit Ecclesiam Montis in Culm sub tutela augustissimę Virg. MARIÆ. ad superos abijt A. C. 1411.

36. Georgius de Lueg è Monasterio Cremiphanensi accitus morbis fractus resignat liberè 1421.

37. Andreas Steinbammer omni virtutum genere conspicuus, pręfuit annis 46. Decessit 1466.

38. Joannes III. è familia Dynastarum de Trautmanstorff magna cum gloria annos 17. pręfuit, mortuus A.C. 1483. 15. Kal. Octob.

39. Antonius cogn. Gratia Dei, patria Venetus Doctor Parisiensis, à Frid. Imp. cujus fuerat Pręceptor, intrusus, Tyrannum potius, quam Abbatem egit, qui cum clam sublato thesauro fugam tentaret, in Carinthia circa Arlstein, in castro Gallenstein inclusus perijt. A.C. 1491.

40. Leonardus è familia nobili & perveteri Equitum de Steinach; reparavit non solum quæ deprędata erant sed & rem plurimum auxit religiosam disciplinam mirè restituit. obijt 1501.

41. Michaël Griessaner post longam discordiam electus, nec minore quiete pręfuit, secedensque ad S. Petri Salisburgense ibi ad mortem usq; subsistit.

42. Christophorus Rauber, Labacensis Episcopus, comperta dissensione Abbatis & Conventus Commendator obtrusus, pro nomine se quidem suo, non pro munere gessit, & Cęnobium pene ad incitas redegit. Mortuus Oberburgi Archiepisc. A.C. 1536.

43. Amandus,

43. Amandus, unanimi consensu electus Antistes, magnam de se spem præbuit, paulo post ad mensam cujusdam creditoris invitatus & veneno sublatus.

44. Valentinus Abel, Matthiæ Illyrici Flacci virus imbibens, à fide apostota, sede dejectus miserè perijt.

45. Laurentius Lombarda Cisterciensis Monachus postquam in restituenda re Catholica multum laborasset, undecimo Regiminis anno sponte resignavit 1579.

46. Polydorus de Monteguano Clericus sæcularis, magna iterum Monasterij jactura Administrator sufficitur. Verùm post triennium abjicitur.

47. Joannes Hoffmann, vir magnæ authoritatis & generositatis, præfuit annis 33. obijt A.C. 1614.

48. Matthias Preininger Bohemus è S. Lamberti omnium calculo designatus postulatur. Fuit magnæ prudentiæ atque authoritatis, disciplinæ & litterarum promotor indefessus. obijt A. C. 1628.

49. *Urbanus Textor Cromaugiensis Bohemus, vir ingenio & eruditione maximus, Cœnobij Illustrissimi Restitutor mirificus cujus dum merita ac laudes depradicare prohibeor, has Echo resonans & conscia saxa loquuntur, nitore produnt Cœnobij claustra splendere augusto Basilica sacra, Collegium Ascetarum Nobilitate, eruditione religione, quæ altissimis contegi se montibus non patiuntur.*

Admont Virginum.

Celeberrimum olim, loco vitis proximo, coaditum Cœnobium, à sanctæ memoriæ Wolfoldo Abbate exstructum & fundatum sub A.C. 1120. in quo plurimæ summorum Natalium, & egregiæ sanctitatis Virgines, cælo educatæ, fama virtutis, velut fragrantia quadam mirifici odoris, non Styriam solùm sed Germaniam universam impleverunt, adeo ut in diversa & remotissima Cœnobia ejusmodi inde virtutum viva exemplaria peterentur. Talem coloniam ipse Imperator Rom. Fridericus Barbarossa, pro Monasterio Hohenburgensi inde impetravit, quod eo missa Beatæ memoriæ Agnes Comitissa de Wolffratshausen præclarè reformavit. Cæterum Sophia Belæ Ungarorum Regis filia Henrico Conradi Cæsaris filio desponsa, tantùm locum fecit, ut nullis nec promissis nec minis inde avelli pateretur; & professa Monasticem ibidam vitam sanctè concluderet. Uti & Agmunda Ux. Andreæ I. Regis Ungar. alij Principes Illustris. Quo demum anno defierit sanctum hoc Monasterium, non ita constat, hodie pars aliqua ædificiorum cum templo cernitur, & est pauperum aliquot hospitale.

S. Ægidij Brunsvicense.

Ordinis Divi Benedicti splendidum olim Cœnobium fundatum A.C. 1115. à Gertrude Marchionissa, Henrici Comitis de Northeim vidua, cum dono accepium à Brunone Archiepiscopo Coloniensi corpus S. Auctoris, eo loco immobile constitisset. Absolvit ædificium Lotharius Saxoniæ Dux, qui filiam præfatæ Gertrudis conjugem babuit, & per Theodoricum ledis Apost. Legatum, & Rheinhardum Episcopum Halberstadensem consecrari impetravit A.C. 1115. quod etiam deinceps magnificè dotavit & magnis Privilegijs communivit.

S. Ægidij Leodiense.

De quo consulendum Chronicon Leodiense. Est autem Monasterium Ordinis S. Augustini primo lapide à Leodio situm, cujus etiam meminit Claudius Robertus in Catal. Episc. Leod.

S. Ægidij Norimbergense.

Magnificum olim S. Benedicti Monasterium, à Conrado III. Imperatore fundatum A. C. 1140. optimeque meritis de re Christiana per Germaniam Patribus Hybernia seu Scotis traditum ad annum usque 1418. donec bis numero & zelo Religionis deficientibus Germani substituerentur. Pater hodie Magistratui extinctis, post mutatam Religionem in Urbe, Monachis. celebraturque summopere amplissimæ Basilicæ Architectura, egregium prisci splendoris argumentum.

Æd.

Situm in ripa Oeni supra Wasserburgum situ percommodo Monasterium; quod pro Monachis Benedictinis condidit primùm Arnolpus Comes de Diessen Henrici IV. Imp. amicissimus, ibidem cum conjuge Gisala sepultus, sub A.C. 1080.

Restituit ad extremam pene paupertatem & ruinam deductum Engelbertus Wasserburgius Comes, & insigniter locupletavit, adeo S. Benedicti & Monastici Ordinis studiosus, ut cum strepitus Aulæ propinquioris & occursum Aulicorum ac militum, quieti Ascetarum obesse cerneret. avitum ipse Palatium & castrum Limpurgense solo æquaret, & Wasserburgum cum toto famulitio migraret, sub A. C. 1160. Floret etiamnum vitis Religiosis & doctis Cœnobium, laboratque in primævo Ordinis & Fundationis fervore repræsentando.

Æverborbia.

Monasterium est Ordinis Patrum Prædicatorum in Archiepiscopatu Mächliniensi in Brabantia vulgo Everbeur appellatum, de quo Claud. Robertus.

Affligemium.

Ordinis Benedictini potens admodum Monasterium, in Cameracensi olim Diœcesi nunc Machliniensi situm, fundatum in honorem Apostolorum Principis Petri ab Henrico III. Lovanij Comite, A.C. 1086. Distat sex milliaribus à Bruxella, habetque Abbas ejus inter duodecim Brabantiæ Abbates locum primarium. Claruit Cœnobium semper viris sanctitate & eruditione illustribus, de quo consulendi Aub. Miræus in Orig. Bened. & codice Don. piarum, Vuriacus cap. 20. Hist. Occ. Cantipratensis l. 1. Apum c. 4. Sigebertus. & de Francone Abbate Thrithemius de Script. Eccl. &c.

Agaunum.

Fundatum honori S. Mauritij & Sociorum Martyrum in Sedunensi Diœcesi amplissimum Cœnobium ad radices Alpium Peninarum seu majoris Montis S. Bernardi in ditione Valesianorum. Ejus Abbas inter Principes Imperij enumeratur.

Hodie absolutè S. Mauritij appellatur, habuitque plures olim Ordinis S. P. Benedicti egregia sanctitate Autistites, quos inter S. Avitus, S. Ambrosius alijque mirificè exsplenduere, alij etiam, Alteus nimirum, & Adalongus ad Episcopales evecti cathedras sunt, donec cum tempore è Monasterio aliquamdiu fieret Collegium sæcularium 32. Canonicorum. Cessit postea Regularibus A. C. 1136. sub Priore degentibus, donea ab Eugenio Papa A. C. 1146. Abbatialis titulus Cænobio redderetur. *De hoc Cænobio consulendi Antonius de Iepes, Rimoinus, Greg. Turon. VVilh. Baldesinus Hist. Theb, Aubertus Miræus in Orig. Bened. Ioan. Stumpffius lib. 11. de Valesia. &c.*

Ager Clavium.

Monasterium Virginum sub Regula S. P. Benedicti & sacra Reformatione Cisterciensi, in quo plures eximia sanctitate Virgines gratissimas Numini victimas in summo vitæ rigore & perfecta mortificatione corporis obtulerunt, quas inter B. Anna Barouissa de Schlüsselberg maximis clara virtutibus, & prophetico illustrata spiritu plurimum celebratur.

S. Agnetis Schaffhusanum.

Et hoc Cænobium Benedictinarum Virginum, magnis splendoribus enituit, fundatum sub A. C. 1060. ab Itha B. Eberhardi Comitis Nellenburgij lectissima conjuge, nata Comitissa Palatina de Tübingen, quæ marito Monasticem profitente, in condito à se omnium Sanctorum Cænobio, & ipsa, nequid conjugi cederet, S. Agnetis honori Monasterium condere aggressa, in eodem se conclusit, & plurimas deinceps suo exemplo Christo & S. Benedicto lucrata, plena bonorum operum ad Dominum migravit.

Ahusium.

Hodie corruptiore nomine Anhusium vocant, præclarum Ordinis Benedictini Cænobium, in valle Brentiana amœnissimo Sueviæ tractu, ad Brentium amnem, in Diœcesi Augustana situm; quod sub A. C. 1125. Mangoldus Comes Tubingensis cum consensu filiorum Waltheri Augustani Episcopi, Mangoli junioris Adalberti & Udalrici condidit, & liberaliter locupletavit. Exstructum primitus fuit in pago Langenaviensi, duobus lapidibus Ulma dissito, sed ob majorem opportunitatem in Vallem Brentianam translatum est à filijs Fundatoris, qui in illud haud minus patre optimè affecti, multa beneficia contulerunt. Præfuit huic, novissimo tempore post bonorum Ecclesiasticorum in Wirttenbergia per Ferd. II. Imper. Aug. restitutionem Rever. DD. Carolus Stengelius qui usq; hodie præclarè mereri de Ordine deque re litteraria non desinit, cujus plurima passim extant præclara cùm pietatis egregiæ, tum eruditionis variæ monimenta.

Ahusium Wernizense.

Hoc magis propriè, quam prius, Auhusium dicitur, Benedictini & ipsum instituti, in Rhætia Sueviæ, vulgo **Im Rhies**/ ad amnem Wernizium haud procul Wallerstuhedinga in Diœcesi Aureatensi situm. Conditum A. C. 958. ab Ernesto Comite ab Alto-Truhedingen ejusque Sororio Hartmanno Barone de Lodenburg sub auspicijs Otthonis Magni Imp. fundationem illam promoventis. Addixit se nominis servitio multa in illo Monasterio sæculi Nobilitas, è quibus aliqui insigni nominis fama excelluere, de Lacu inprimis quorum è familia, rato sane exemplo, ser omnino in eodem Monasterio ad Abbatialem infulam promoti sunt. Abbatum, ante eversionem Cænobij, ultimus fuit Georgius Dapifer de Wezhausen; qui quod mutare Religionem nollet, cedere coactus A. C. 1530, apud Illustrissimum Principem Mauritium ab Hutten Aureatensem Episcopum cui eximiè charus erat, vitam exul transegit, postquam Cænobium suum inter metuendos fluctus uno & triginta annis strenuè gubernasset & exornasset.

Alba Dominorum.

Vulgo **Herren Alb** dicitur, potens & magnificum sub Regula S. Benedicti, sacræ familiæ Cisterciensis Monasterium, fundatum est A. C. 1148. à Bertholdo Comite ab Eberstein ejusque conjuge Uthâ, consentientibus filio ac Nepotibus, qui ipsam patris & avi fundationem confirmarunt. Situm est in Ducatu Wirttenbergico, & Diœcesi Spirensi, magnis deinceps proventibus auctum cùm piorum liberalitate, tùm Abbatum ac Religiosorum solerti Oeconomia, donec superiore sæculo cum mutatione Religionis, Religiosi etiam viri excluderentur.

Alba Dominarum.

Eundem omnino quem Alba Dominorum Fundatorum Bertholdum Comitum Ebersteinium habuit, at quia pro Sacris D E O Virginibus, cum illud pro viris eiusdem Ordinis, *Alba Dominarum*, vulgo **Frawen Alb**/ appellatum est. De occasione utriusq; tam virorum quam fœminarum primum structi fusius rem miram Martinus Crusius recenset, ex vetustis Monasterij utriusq; monimentis.

Alba Augia Suevorum.

Patria lingua **Weissenaw** appellamus! Abbatia Ord. Præmonstratensis percelebris, fundata à Gebizone Hachbergensi & Weissenburgensi Comite, è veteri familia Brisiacæ Landgraviorum & Habspurgi Comitum A. C. 1145 qui tamen priusquam nova structio absolveretur in tumultu quodam Ravenspurgi suborto occubuit, & in Cænobio Weingartensi, in ipso templi aditu juxta alios magnates sepultus est. Locupletavit Cænobium sub A. C. 1282 Rudolphus I. Imp. Aug. sed & præclare de eodem meruerunt Welpho VII. Spoleti Dux & Sardiniæ Princeps, nec non Henricus VI. & Philippus è Sueviæ Ducibus Reges Romanorum, Abbatum Catalogum Bruschius habet, hodie præest R.mus D. D. Christophorus ijs meritis & virtutibus Abbas, quem merito omnis sequutura posteritas, præcipuâ grati significatione animi sit veneratura.

Alba Augia Nariscorum.

Germania, **Weissenaw im Nordgaw** dicimus, Cænobium Ordinis S. P. Benedicti, situm ad Schwabachium amnem, in Diœcesi Bambergensi, quatuor

quatuor à Norimberga lapidibus, quod sub A. C. 1055. Gebhardus Comes de Kalw sive de Hirsberg Eichstettensis Episcopus, S. Leonis IX. cognatus & in Pontificatu Maximo successor, paulo antequam in sede Petri locaretur, & Victor II. salutaretur fūdavit, ac dein Pontificia suprema auctoritate confirmavit. Restituit de novo & quasi postlimio sub A. C. 1130. S. Ottho Bambergensis Ecclesiæ Episcopus, & liberaliter dotavit. Floruere illic multi egregia Nobilitate Abbates, quos inter Achatius ab Hirsheid superiore sæculo, singulariter eluxisse celebratur, & Nobilitati Franconicæ facem virtutis prætulisse.

S. Albani Moguntinum.

Frequentissimum olim magna Religiosissimorum & eruditissimorum virorum copia Monasterium, quodque multo tempore Academiæ celebris loco Moguntiæ fuit, & quaquaversum radios latè sparsit, Martini demum V. Pont. Max. concessu in Canonicorum sæcularium Collegium A. C. 1419. demigravit.

S Albani Basileense.

Hoc æque ac superum, magni Benedicti alumnos Religiosos diutissimè fovit, nec minus Basileæ, quam illud Moguntiæ profuit, conditum & munificè dotatum à Burcardo Barone de Hasenburg Basileensi Episcopo A. C. 1083. quod tamen superiore sæculo, Religionis mutatio ad alios usus convertit.

Alberspacum.

Volgo Alberspach sive Alpirspach Nobile Wirtenbergensis Ducatus Ord. S. P. Benedicti Monasterium, in Diœcesi Constantiensi situm, fundatum à Rotmanno ab Hausen, Adalberto de Zollern, & Alwico Comite de Sulz, A. C. 1095. consecratum in honorē SS. Crucis Beat. Virg. S. P. Benedicti & omniū Sanctorum à B. Gebhardo Constantiensē Episcopo sedis Apostolicæ Legato. Fuit deinceps auctum, multa fidelium largitione, & ante Lutheri tempora summo in flore fuit, postquam prænuncio futuri incendio A. C. 1513. combustum, à fundamentis restauratum fuisset.

Alciacum.

S. Silvini honoribus dicatum Benedictini Ordinis Ascetetium prope Hesdinum Artesiæ oppidum.

Aldenburgum.

Ad honorem S. Petri in Flandria Sylva Cosfurt conditum, Benedictini Ordinis Cœnobium egregia, Flandriæ luminaria præbuit, è quibus Gervinus Abbas ejusdem loci Sanctissimus prophetico spiritu, & magna miraculorū gloria spectatissimus fuit. Eversum est ab Acatholicis anno 1578. Religiosis modo in urbe Brugensi habitantibus.

Aldenburgum.

Virginum Benedictini Instituti Monasterium, prope Wetzlariam situm.

Alenspacum.

Hujus fundationem nuspiam reperio; proditur autem nomen, in tabulis publicis Ordinum Imperij inter Acta Imperialia relatis à Friderico III. Imp.

S. Alexandri.

Ordinis S. P. Benedicti Cœnobium, vulgo Grafschafftense appellatum, situm in Diœcesi Coloniensi, de quo præter nomen nil reperi, & quod A. C. 1508. unierit se Congregationi Bursfeldensi.

Aldersbacum.

Divi Benedicti Regulæ sub Reformatione amplissima Cisterciensi adstrictum, conditum pro sæcularibus primùm Presbyteris, quod precibus postea Divi Bernardi concessum, insigni virtute Ascetas aluit. Fundatorum hæc sola nomina, absque ulla generis designatione, Bernardi cujusdam, cum filijs Ruperto & Calocho ab Hundio & Aventino memorantur. Celebrantur inter Benefactores Ludovicus Bavariæ Dux, & Ottho ejusdem filius; nec quidquam præterea de hoc Monasterio reperimus.

Aldoviceense.

Monasterium Dominarum Ordinis Benedictini in Archidiœcesi Ultrajectensi fundatum A. 1135. à Mechtilde ejusque filio Otthone Burggravijs Ultrajecti. Miræus.

Alna.

Illustri prorsus sacræ familiæ Cisterciensis Cœnobium, conditum ad Sabim fluvium ab Henrico sexagesimo Leodiensium Episcopo A. C. 1148 de quo consulendus Aub. Miræus in Chron. Cist. pag. 136. & nos aliquot egregia sanctitate hujus Cœnobij alumnos referimus cùm in Annal. tum Menologio Magno Benedictino.

Alpense Monast.

Sive Alpium Abbatia, sita est in monte Jurensi ab Alpibus dependente, condita pro familia S. P. N. Benedicti Cisterciensis ab Humberto Comite Sabaudiæ ad lacum Lomannom, A. C. 1136. in Diœcesi Geneven-si. Ejus meminit ipse Doctor Mellifluus. Epist. 28. 142. & 246.

Alta. comba.

Ejusdem ordinis Cœnobium, in eadem Diœcesi ab eodemmet Comite Humberto fundatum ad lacum Burgeti A. C. 1135. De quo Alphonsus Dalbeneus de familiæ Cisterc. origine, & S. Bernardus Epist. 38.

Altaichium superius.

Ordinis Benedictini fūndatum ab Utilone Bavariæ Duce instinctu S. Pirminij Metensis Episcopi sub A. C. 739. ad ripam Danubij. Fuêre Advocati Cœnobij Comites à Toger, non pro Advocatis solum sed secundis Fundatoribus habiti, è quibus Asvinus & Fridericus, exustum, ab Ungaris A. C. 1102. ex integro restaurârunt.

Altaichium inferius.

Amplissimum spectatissimumque Benedictini similiter Ordinis Monasterium in Bavaria inferiore, Danubio adsitum Fundatores eosdem quos superius, Utilonem Ducem & S. Pirminium habuit, utrumq; cognominatum à duabus quercubus vetustissimis & prodigiosæ magnitudinis, quo frequens popolus coiverat, & victimas sacrilego cultu Dijs immolaverat. Locupletarunt munificè admodum idem Cœnobium

bium Tassilo Dux Utilonis filius & Carolus Magnus. Floruere in hoc Cænobio multi egregia sanctitate viri, S. Guntherus Sancti Ungarorum Regis Stephani cognatus, S. Gothardus ex ejus loci Abbate Hildesianus Episcopus, S. Thiemo postea Salisburgensium Archiepiscopus, pluresque alij de quibus prolixius in Menologio nostro agimus, & in Annal. Benedict. De Altaichio consulendus Wig. Hundius in Metrop. Salisb. Aventinus, Carolus Steng. in Monast. &c.

Altenburgum Austriæ.

Celebre & situ inprimis commodo Cænobium à priscis Austriæ Marchionibus magno in honore habitum, cui hodie præest Rever. D. Benedictus, Prior olim Mellicensis, vir cùm eruditione præstans, tum omni virtutum pollens genere, & mirâ juxta egregiam humanitatem urbanitate.

Altenburgum Sueviæ.

Virginum Cænobium in Ducatu Wirttenbergiæ, haud procul oppido Calvensi situm, cum Religionis mutatione ad prophanos usus conversum.

Altenhochenau.

Egregium Virginum Dominicanarum Cænobiũ, fundatum A. C. 1235. à Conrado Wasserburgensi Comite ejusque conjuge Kunegunda, quam fundationem Gregorius IX. Pont. Max. & Fridericus II. Imp. confirmarunt.

Altimontense.

Benedictinæ professionis Cænobium à S. Autberto conditum sub A. C. 650. vulgo *Haulmont* appellatum, distans milliari uno à Melbodio Hannoniæ oppido, frequens etiamnum viris Religiosis & eruditis,

Altenhohenauw.

Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti supra Wasserburgum.

Altmulmunster.

Celebris admodum Commendatura, ut vocant Ord. S. Joannis condita ad Altmilam fluvium ab Henrico atque Otthone fratribus Comitibus Rietenburgensibus, de quibus Aventinus lib. 7. Annal. fol. 654.

S Altonis Monasterium

Fundatum ab ipso primum S. Altone Scotorum Regis filio, ordinato ad conversionem gentium Episcopo, sub A. C. 720. ac dein à Pipino Brabantiæ Duce, Majore domus Regiæ Alemanniæ Rectore, postea Galliarum Rege egregiè dotatum, nec non à Carolo Magno ejus filio munificè auctum seminarium aliquamdiu fuit virorum Apostolicorum, cujus Ecclesiam jussu Numinis S. Bonifacius magnus Germanorum Apostolus & primus Moguntinensium Archiepiscopus, consecravit. Quod cum postea ministri Advocatorum Principum totum penè devorarent & ad incitas redigerent, visus tertiùm Sanctus Fundator & primus olim loci Abbas Alto comminatus Principi interitum, ita permovit Guelphonem Ducem, ut pro ablatis egregie satisfaceret, fundatamque à majoribus Cellam seu Præposituram Ambergoviensem eo converteret, imò denique permutatione bonorum facta Monachus una cum Abbate ad locum residentiæ suæ Altorffium in Sueviam transferret, tranlatis vicissim, quasi majores sui Altorffij posuerant, sacris Virginibus in relictas Monachorum sedas; Monachorum deinceps verus pater existens, quem pietate imitatus Welpho filius, cum Altorffense Cænobium conflagrasset, in ipsam arcem suam Religiosos transtulit Cænobioque Vinearum nomen indidit, quod circum domestici Sacelli S. Martino Sacri, aream plantata Vinea fuisset sive occurrentibus ex inferiore Suevia, primùm eo loci Vites plantarentur. Cæterum S. Altonis Monasterium Virginum factum, Divi Benedicti Regulam ad usque A. C. 1487. coluit, quo usque illud Georgius Bavariæ Dux Ordini Divæ Brigittæ traderet, sub quo usque hodie sacer Virginum cætus censetur.

Altorffium Sueviæ,

Fundatum olim ab Henrico & Hattha Principibus Alemanniæ, Altorffij Comitibus ex Illustrissima & potentissima Guelphorum familia, sub A. C. 910. & à S. Conrado eorumdem filio Constantiensium Pontifice liberaliter locupletum, in quo primum, uti supra diximus, Benedictinæ professionis Virgines sunt positæ; quibus dein in Altemünster una cum Abbatissa sua Hiltrude translatis, vicissim inde Henricus Abbas & Monachi Altorffium successere, Henricum ibidem consequutus est in regimine Luitholdus, hunc Brandiline sive Branzo, istum Beringerus idem ultimus Altorffensis, primus Weingartensium Abbas cum post Cænobij incendium Welpho Dux suum Abbati & Monachis palatium cessisset. Cæterum diu post Altorffense nomen Weingartensibus mansit, & cum à Romanis Pontificibus ævi vetustioris, quam Imperatore Friderico I. sic appellatum fuit, qui, cum matrem Guelpham habuisset, ad locum mirè affectus, illud multis privilegijs extulit, & Burcardum Abbatem Comitem de Matsch inter S. R. I. Principes adoptavit, quos inter Comitijs ad Roncalias A. C. 1158. proximus à Campidonensi, ante Eluacensem & Weissenburgensem consedisse memoratur. Sed de Altorffensium posteris Weingartensibus suo loco dicendum.

Altorffium Alsatiæ.

Fundatum à Comitibus Dagspergensibus Sancti Leonis IX. Pont. Max. majoribus, situm inter amnes Ergers & Breuschium, neque tamen quidquam aliàs apud Historicos de eodem reperimus, quam quod bello Waltheri de Geroltseckh Argentinensis Archiepiscopi fuerit exustum, neque multo post restauratum.

S. Amandi Elnonense.

Alias Pabulense & Elnonense dicitur, estque Benedictini Ordinis spectatissimum Monasterium in Diœcesi Tornacensi ad fluvium Elnonem situm, fundatum circa A. C. 660. De quo consulendus Aub. Miræus in Orig. Bened. Molanus Wion. &c.

Amanium.

Insigne sub Regula Divi Benedicti Ascetetium prope Huyum oppidum Leodiense.

Amar-

Amarbaricum.

Miræ celebritatis quondam Cænobium Benedictinum in Orientali Saxonia, à S. Suitperto, ut credimus, conditum, ex quo magni omnino & latè meriti Germaniæ Apostoli, & egregij Pontifices, multi etiam Martyres inclyti prodiere, è quibus S. Patto proximus à S. Switperto Werdensium Pontifex fuit, cui eadem in sede, ex eodemmet Cænobio assumpti, successère SS. Tanco Kottilla, Hingerus, & Harrucus, ijdem prius omnes Amabarici Abbas, quorum prior Tanco, & Harrucus Apostolicos labores suo etiam sanguinan consecrârunt.

Amorbacum.

S. Benedicti similiter Cænobium, in Franconiâ situm, cujus Fundatores reperire non potuimus; sed neque utrum hodie extet intelligimus, quod Trithemius memorat fuisse in Diœcesi Herbipolensi, eoque ex Hirsaugia postulatum Abbatem Conradum, *qui illud structuris & redditibus nobiliter ampliavit regularisque disciplinæ fervorem ibidem jam penè collapsum magnificè renovavit.* Ita Trithemius.

Amesleben.

Ordinis similiter Benedictini Monasterium, situ in Diœcesi Magdeburgensi, aliàs SS. Petri & Pauli appellatum. Unitum fuit Congregationi Bursfeldensi A. C. 1468. De quo Catal. Monast. Bursfeld. collect. à R. P. Priore S. Jacob Mogunt.

Ammineberg.

Quo loco condita fuerit hæc Ordinis Benedicti in Abbatia planè ignoramus, extitisse tamen constat ex monimentis sanctissimi Hirsaugiensis Cænobij, ex quo illuc Abbas postulatus est Adelhelmus, quē pro egregia vitæ dignitate Mediolacenses etiam Monachi suo Cænobio præfecerunt.

Andainum.

Professionis Benedictinæ, situm in Arduenna sylva, structum à S. Beregiso Abbate, invantibus Pipino Duce ejusque conjuge Plectrude.

Andechs.

S. Benedicti alumnis frequens usque hodie Cænobium, alias ab ingenti SacriReliquiarum thesauri copiâ, *Sancti Montis* nomenclatura insignitum, vulgo Heiligenberg dictum, viros spectatæ religionis & eruditionis semper aluit, celebraturque hodie inter præcipua Bavariæ Monasteria, de cujus fundatione & Reliquijs singularis liber typo prodijt. Videatur etiam Vitus Arnpeckius, & Aventinus atque Hundius.

Andena.

Andennense Monasterium fundatum fuit pro sacris DEO Virginibus sub A. C 686. à S. Begga Illustrissima Principe S. Gertrudis sorore, quæ & ipsa demum se Numini consecravit. Situm est in Diœcesi Namurcensi: De quo consulendi Belgij scriptores, & nos in Menologio nostro atque Anal. Ben.

Andlavium.

Fundatum hoc est pro Virginibus à S. Richarda Augusta Caroli Crassi Imp. sanctissima conjuge, nata Scotiæ Regina, quæ & ipso se Numini consecravit A. C. 887. Dedit autem Cænobio primam Antistitam Adelheidem quam deinceps tot sæculis, multæ summa generis Nobilitate & magna Virtute eodem in gradu honoris consequutæ sunt. De quibus Bernardus Herzog. in Chron. Alsat. fol. 18. & 19.

S. Andreæ.

Conditum magni hujus Apostoli honori Monasterium istud sub A. C. 1090. in Diœcesi Brugensi, sub Divi Benedicti disciplina plurimum viguit, cujus etiam Miræus meminit in Origin. Monasticis Benedict. & Catal. Monast. Bursfeld, cui Congregationi unitum fuit A. C. 1517.

S. Andreæ.

Propè Fuldam alterum ejus Nominis & Ordinis in Rotulis diversis visitationum invenitur, de quo consulendi Fuldensium Annales.

S. Andreæ.

Tornacense, idem ne erres, est quod Brugense, nimirum ita appellatum, quod in Tornacensi primū Diœcesi exstructum esset, sed cum novi fundarentur in Belgio Episcopatus, Brugensi accensum est.

S. Andreæ.

Benedictini Ordinis in Castello Cameracesij, quinto lapide à Cameraco distitum, conditum A. C. 1011. & consecratum à Gerardo I. Cammeracensi Episcopo, quod deinceps Lietberrus ejus successor absolvit. Quiescunt ibidem corpora S. Maxellendis, Virg & Mart. itemque S. Sarij Presbyteri, quæ illuc transtulit Gerardus Fundator.

S. Apollinaris.

Juxta Reinmagen à Friderico Coloniensi Archiepiscopo fundatum pro Ordine Divi Benedicti, sub annum Christi 1099.

Aquiscinctum.

Vulgo *Anchin* magnificum omnino Ordinis Benedictini, ad Scarpam fluvium in Insula secundo à Duacena urbe milliario, Monasterium, fundatum sub A. C. 1079. à Galthero & Sigero viris Nobilibus apud Miræi capite 68. *Maximum & ditissimum* Thomæ Cantipratensi lib. 1. apum, cap. 6. cujus & Sigebertus meminit. Fuit frequentissimum usque hodie viris sanctis & eruditis, cujus inter præstantissima sydera B. Alelmus, & S. Gosvinus uterque Abbas ibidem celebrantur.

Arnoldstein.

Elegans, atque inprimis loco commodo situm in Carinthia Ordinis Benedictini Cænobium, duobus à Villaco milliaribus, ex arce in domum DEI conversum per S. Otthonem Bambergensem Episcopum Pomeranorum Apostolum A. C. 1116. Ocius ibidem Abbates, cum alibi nusquam extarent descripsimus:

Ingramus ab ipso S. Otthone designatus præfuit annos tres & quadraginta.

2. Cadelochus totidem annis præsedit.
3. Hildeprandus electus anno 1212. præfuit. annis

annis 39. adeoq; hi tres primi Abbates soli præstitere Cœnobio annis 125.

4. Adoardus incertum quamdiu præsiderit
5. Conradus præfuit annis 28.
6. Bernardus annis uno & triginta.
7. Guotherus, ann. 14. 8. Ioannes ann. 6.
9. Bertholdus de Malenthein postulatus ex Milksted A. C. 1330. præfuit annis 22.
10. Floriamundus præfuit annis 18. sub cujus regimine casu quodam montis metuendo è regione Cœnobij etsi dissito loco multæ arces, pagi villæq; in momento sunt obruti.
11. Conradus II. de Melckingen præfuit annis 13
12. Henricus de Liechteneckh annis tribus,
13. Henricus eo nomine II. annis 17.
14. Johannes de Mitterburg annis 20.
15. Fridericus de Khieoburg annis septem.
16. Thomas Sterrberger, annis 41.
17. Christophorus Manfordin præfuit 17.
18. Ioannes Gruober annis octo,
19. Georgius Matschberger præfedit anno unico
20. Fridericus de Khienburg annis octo
21. Benedictus Taxer.
22. Franciscus Raloris.
23. Petrus Romer. præfuit annis 16.
24. Andreas Wippacher anno voo.
25. Ioannes Pünlein annis 18.
26. Emericus à Leonmylleo annis 31.
27. Daniel Heüfel annis 5.
28. Ioannes Ostermano annis quinq; agnoscit in sacris eticmnum, uti multa Carinthiæ loca Episcopum Bambergensem.

Arquense.

Conditum à B. Walberto Pootivensi & Arquensi Comite, dissitum milliari ferè vno ab Audomaropoli Artesiorum, estq; membrum hodie Abbatiæ S. Bertini.

Aspacum

Aspaceose Monasterium pro Ascetis Divi Benedicti conditum est, à Geroldo Comite, & Christiana ejus conjuge, etsi ab hac post mariti primum obitum ad perfectionem deduceretur. Consecratum est A. C. 1127. à S. Otthone Bambergensi Episcopo, situm est inter Rotam Fluvium & Oenum loco eleganti, in Diœcesi Passaviensi, varias olim per pessum calamitates, bello inprimis Ottocari Regis quod cum Ducibus Bavariæ gessit sub A. C. 1266. etsi præclarè semper restitutum. Vid. Wig. Hund. in Metrop. Salisburg.

Asvedense

Illustre Virginum Nobilium sub Regula S. P. Benedicti Monasterium, in quo olim, ante supremam temporum turbationem, multæ egregia sanctitate sponsæ, Virginum sponso junctæ sunt. Situm est in Diœcesi Hildesheimensi, fuitq; conditum à S. Altfrido Hildesiano Episcopo sub A. C. 860. Dequo in Vita ejus & Menologio nostro Benedict.

Avennense.

Sive Avesnense Monialium Benedictinarum in Artesia Cœnobium, exstructum sub A. C. 1128. à Clementia Callisti II. Pont. Max. Sorore, Roberti Hierosolymitani Flandriæ Comitis conjuge, quod postero tempore, metu bellorum Atrebatum, ac deinceps ad castrum Bello motum haud procul Atrebato translatum est.

Averbodium.

Ordinis Prædicatorum Cœnobium est, satis splendidum in Diœcesi Leodiensi, de cujus tamen Fundatoribus nihil reperimus.

AVGIA DIVES.

Ordinis Divi Benedicti longe potentissimum Illustrissimumque olim Cœnobium, situ ad miraculum eleganti, in Insula Rheni & lacus Veneti, omnibus naturæ gratijs exculta; Fundatum à S. Priminio, donante Insulam Carolo Martello, fundationemq; promoventibus Luitfrido Alemanniæ Duce, nec non Sindeslao Bertholdo ac Nebo, Turgoviæ Comitibus. Cujus loci Abbates subjicimus.

Augiæ Abbates & S. R. I. Principes.

1.

S. Pirminius Meldensis Episcopus, primus Augiæ Abbas à Carolo Martello institutus, qui Insulam prodigiosè purgavit, serpentibus alijsque venenatis mirâ verbi potestate ejectis, ex quo tempore ajunt, nullum serpentem, lacertum, bufonem, &c. in Insula reperiri, quin & importata ejusmodi animalia, paulo post extingui. Præfuit trieonium, ejectus à Theobaldo Alemanniæ Duce, cujus ipse vitia reprehenderat. Anno Christi 727. secessitque in Alsatiam, ubi plura Cœnobia exædificavit.

2.

Ethosive Ottho Comes Habspurgensis, à S. Pirminio ad Augiæ gubernationem ex Alsatiâ missus, habuit hic frequentissimam jam sanctis Monachis Insulam, ad quem missis Legatis Rhætiæ Principis, Bavariæ & Alsatiæ Duces Monachorum colonias petiêre, quibus satisfacieos quatuor ejusmodi missiones instruxit, quamque duodenario numero Apostolico insignem, cum Abbate lectissimo. Ipse demû ad Cathedram Argentinensem Augia extractus, ibidem Ponifex decessit.

3.

Kebo, dissimilis antecessoribus, haud ita laudatus Antistes fuit, immoderatè & tyrannice præfuisse, ab ipsis Augiensibus notatus, quibus tamen duos tantum annos præfuit & sub A. C. 737. subitaneâ morte decessit, sub quo, ob ingentem potentiam Augiæ primum DIVITIS nomen vulgo impositum fuit.

4.

Ehrnfridus, alijs Ehrenbertus, idem ad cathedram & Pontificatum Constantiensem evocatus. Fuit vir litteratus, prœfuitque Ecclesiæ utrique ad annum usque Christi 746. laudabiliter atque utiliter, simulque vita & munere eodem anno decessit.

5.

Sidonius, alijs Sinoous, & ipse ad cathedram Episcopalem Constantiam vocatus, ambitionis vitio turpissimè laboravit, & sacrâ æstuans siti, S. Galli Cœnobium invasit atque oppressit, S. Othmaro Abbate in Ordinem redacto, is denique coram altari S. Galli disenteriæ morbo oppressus, ejectis visceribus, fœtidissimo mortis genere in cloaca decessit. A. 760.

6. Joannes,

6.

Joannes, & ipse Constantiensis Episcopus renunciatus, verum se juxta Monachum exhibuit, & Abbatiam utramque Augiensem & S. Galli, ab omni jugo Episcopali, Adriano Papa & Carolo Magno faventibus exemit. obijt A. C. 781.

7.

Petrus ex Alemanniæ Ducibus oriundus, frater germanus S. Hildegardis Imperatricis, sanctè & laudabiliter præfuit. obijt A. C. 786. 9. Cal. Maij.

8.

Waldo ex Abbate S. Galli Abbas Augiæ, Caroli Magni Confessarius Episcopus Ticinensis seu Papiensis, demum Basileensis, quo etiam resignato honore factus est Abbas S. Dionysij Parisijs, dictus alias Waltherus sive Valto.

9.

Hetto, Heytto sive Hatto, opinione & eruditionis & sanctiatis celeber; Carolo Magno dilectissimus, factus est Episcopus Basileensis.

10.

Erleboldus è sanguine Comitum de Zollern cognatus S. Meinradi Monachi & Martyris. Obijt A. C. 838. præfuit annis 15. sub hoc à Ratolpho Episcopo allatæ sunt Reliquiæ S. Marci Evangelistæ & SS. Valentis Genesij & Theopompi.

11.

Ruthelinus, præfuit quadriennium, & sponte resignavit, ob turbas Imperij, filijs Ludovici pij Imp. de Regno pugnantibus.

12.

Walafridus Strabo, ob insignem eruditionem toto orbe notissimus obijt A. C. 849.

13.

Volcuinus præfuit annis novem & obijt. 858.

14.

Waltharius præfuit annis sex & obijt A.C. 864. sub cujus regimine occisus est à latronibus S. Meinradus Monachus Augiæ Bertholdi Comitis Sulgoviensis filius.

15.

Hatto II. præfuit annis septem, obijt 871.

16.

Rutho sive Rudilo Carolo Crasso Imperatori charissimus, qui in ejus gratiam Monasterio Augiensi dono dedit Monasterium & paguni Zurzachensem, qui & sepulchrum sibi in Augia elegit. Actum in arce Imperiali Potamo 14. Octob. A. 881. obijt Rutho 888.

17.

Hattho è Regibus Galliæ oriundus, vir magnæ prudentiæ & sapientiæ idem Abbas Elvacensis ac denique Archiepiscopus Moguntinus, compater Arnulphi Imp. de quo multa nonnulli fabulantur, obijt A. C. 913. 13. Martij.

18.

Hugo præfuit unum solummodo annum.

19.

Thiethingus electus A C 915. præfuit annis tribus.

20.

Heribertus electus A. C. 918. præfuit annis decem.

21.

Lindhardus sive Luithardus Princeps religiosus præfuit annis 5.

22.

Alawicus, Comes de Sulz uti ominamur. obijt A. C. 958.

23.

Eckenhardus, minus utiliter præfuit, ita quidem, ut, quod mireris tantæ opes Augiæ, brevi unius hominis dominatu, quasi evanescerent. Exauctoratur ab Otthone Imp. A.C. 971. circ.

24.

Rodemannus ab Otthone Magno constitutus, præfuit utilissimé & felicissimè, pristinæ gloriæ restitutor. Obijt sub A. C. 985.

25.

Witegovius, splendididissimam Augiam reddidit, cujus Elogium texens Burcardus Synchronos Monachus sic ait: *Dicitur Os Regis populorum lingua salubris inter Catholicas primas rutilando columnas. Regum Rectores. Comitum docet atque cohortes Rege jubente suis parent simul omnia dictis. Contra velle suum vertit se nemo retrorsum Esse manum Regis nam plebs huncpradicat omnis.* Fuit ferè in aula Cæsaris sive Romani Pontificis & obijt sub A.C 996.

26.

Alawicus II. Comes de Sulz, Otthoni III. charissimus, postea Episcopus Argentinensis.

27.

Werinhardus, Alewico ad Episcopatum evocato succedens, præfuit annis sex.

28.

Immo Monachus Gorziensis & Abbas Prumiensis, pessimè commendatus exauctoratur post biennium. 1008.

29.

Berno, alijs Bernardus Monachus Prumiensis, cujus laudibus resonat orbis universus, obijt A. C. 1048. cum Basilicam Augiensem construxisset.

30.

Udalricus ex Decano Abbas. Hujus tempore S. Leo IX. Pont. Max. in Augia dedicavit altare S. Alberti in die S. Clementis, obijt Udalricus 1069.

31.

Menradus sive Meginhardus, post vacationem fere anni Abbas Augiæ electus, ex Abbate Hildesiano, cum contemptum se cerneret post annum & aliquot menses resignat.

32.

Rupertus ex Abbate Bembergensi Abbas Augiæ, Simoniæ accusatus ab Alexandro Pont. Max. exauctoratus est.

33.

Eggenhardus II. Comes à Nellenburg ab Imperatore creatus, favit Rudolpho Regi contre Henricū Cæsarem gessit, prælia contra Udalricum S. Galli Abbatem, tandem à Guelphone Duce ad Episcopatum Augustanū evocatus in itinere moritur. A.C. 1089.

34.

Udalricus Baro de Lupfien ex proposito Abbas Welphonis jussu, unanimi consensu Patrum eligitur, consecratur ab Urbano II. Pont. Max. præsente Gebhardo Episcopo Constantiensi in Concilio Placentino. obijt 1123.

35.

Rudolphus Baro de Buttenstein, frater Mangoldi Abb. S. Galli obijt 1132.

36.

Ludovicus Comes à Pfulendorff, trucidatur à suis Ministerialibus in ipso templo Tutlingano Pontificalibus indutus ornamentis. præfuit annis quatuor.

37. Ulri-

37.

Ulricus Comes Zollerauus minus laudatus, annum fere præfuit.

38.

Ottho liber Baro de Bottenstein, exauctoratur à Conrado Rege cum vix tribus annis præfuisset.

39.

Fridoleus Baro de Heydeck electus A.C. 1141. præfuit 21. annis.

40.

Udalricus Baro de Heydeck frater germanus Fridolei, electus 1161. præfuit annis 10. & ægrotans periculosè resignavit.

41.

Diethelmus Baro de Krenchingen Dominus in Weissenburg, factus postea Episcopus Constantiensis. Obijt in Augia A. C. 1209.

42.

Hermannus Baro de Speichingen præfuit 8. ferè mensibus, & ægrotans resignavit.

43.

Henricus Comes à Kalwe electus A. C. 1210. præfuit annis 27. Dedit huic insigne Privilegium Innocentius III. in quo ex speciali gratia jubetur sedere ad pedes Romani Pontificis, in omnibus Synodis, & tenere librum Sacramentorum, Pontificiarum legum & ordinationum SS. Patrum.

44.

Conradus Baro de Zimmern obijt A. C. 1255. 22. Junij.

45.

Burcardus Baro de Hewen præfuit annis 6. & resignavit.

46.

Albertus Baro de Ramstein ex Monacho S. Galli Abbas Augiæ.

47.

Henricus à Klingenberg, idem Episcopus Constantiensis.

48.

Dierhelmus Baro de Castell, è Petrusiano Monasterio postulatus, meritissimus de Augia, quos cucullum negligentes illud resumere coegit. Obijt 1342.

49.

Fberhardus Baro de Brandis, præfuit annis ferè 37. obijt 1384.

50.

Mangoldus Baro de Brandis, præfuit ferè annum unum, quo ipso electus est Episcopus Constantiensis, obijt subitaneé conscensurus equum 1348.

51.

Wernherus Baro à Roseneck præfuit 18. annis uno equo contentus, quod antecessores omnia dissipassent obijt A. C. 1402.

52.

Fridericus Comes de Zollern præfuit satis utiliter obijt 1427.

53.

Henricus liber Baro de Hornberg, contra Fridericum à summo Pontifice intrusus, obijt vix 14. hebdomades à morte antecessoris superstes.

54.

Fridericus Baro de Wartenberg, Dominus de Wildenstein, ex Monasterio S. Blasij postulatus, contra quem Abbatiam frustra Baro quidem de Gundelfingen & Albertus Baro de Saxo, eundem honorem ambierunt. Præfuit utilissime, merito secundus Pirminius & Fundator Cænobij appellatus, qui cum duos tantum Conventuales reperisset Henricum Comitem de Lupffen, & Joannem Baronem de Roseneck novum coventum Religiosorum ex equestri ordine collegit, & Monasterium strenuè reformavit.

55.

Joannes ab Hunwil, ex Conventuali Abbas.

56

Joannes Pfauser à Nordstetten, vulgo sauser an Pauser dictus, quod lautius viveret, & omnia abliguriret.

57.

Martinus Comes de Weissenburg, incertum quamdiu profuerit.

58.

Georgius Piscatoris homo ignobilis, sed utilis Cænobio. cui præfuit annis quatuor.

59.

Marcus à Knöringen, ultimus sanctissimi & nobilissimi Cænobij Abbas, qui Abbatiam Joanni de Weza, Episcopo Constantiensi pro pensione aliqua resignavit.

Fuit hoc Monasterium, Promptuarium multo tempore lectissimorum Germaniæ Pontificum, quorum, è vetustissimis ejusdem Cænobij monimentis & Necrologijs Syllabum aliquem, exoratus à me loci Prior admodum Reverendus & doctissimus Dominus Pater Joannes Ægonius conficiens, tredecim Archiepiscopos, Episcopos triginta quatuor deprehendit, mihique ex nomine omnes communicavit, præter illos quorum vel nomina ignorantur, vel sedis Episcopalis mentio non habetur, exque his multi ad conversionem gentium sunt ordinati.

Fuit præterea hoc ipsum Monasterium multis sæculis Schola virtutis atque eruditionis celeberrima, nec non Asylum publicum, civitas Refugij, & Portus salutis maximorum Principum & Imperij procerum, ad quod multis sæculis, tantus concursus fuit, ut nemini nisi soli Jllustrissimis atque Jllustribus pateret, qui sese certatim ibidem sanctissimis Divi Benedicti legibus devovebant, ex quibus plurimi egregia & admirabili excelluère vitæ sanctitate, ita ut quod Galliæ, Sacra illa & celebratissima à viris sanctissimis Insula Lirinensis esset, Augia Germaniæ præstaret, quæ non minus quam illa, gloriosissimis illis titulis, quos commemorat Vincentius Salernitanus: *Nutrix Sanctorum Insula, Alvearium mellis, Ara Sacrificij, Benedicta terra, Horreum vitæ, Paradisus terrestris porta cæli, sinus tranquillissimus, illuminatum latibulum, castra DEI, &c* posset jure merito celebrari. Sed de hoc Monasterio, ejusque viris Jllustribus, prolixius in Episcopatus Constantiensis longè amplissimi frequentissimiq; descriptione, & tomis nostris, quos CONSTANTIÆ BENEDICTÆ nomine inscripsimus.

Augia major.

Aliàs Brigantina; Cænobiũ vetustissimum paulo infra Brigantium, mari seu lacui Brigantino adsitum, Benedictini & ipsum Ordinis, à Sanctis Columbano primum, Gallo & Magno initiatum, quod postero tempore Udalricus Brigantij Comes præclare restituit sub A. C. 1097. venerandus inprimis pro tot olim, mirâ sanctitate, inquilinorum locus, ut nihil de situs commoditate & elegantia littoris maritimi memoremus; præter quippe jam dictos SS. Columbanum, Gallum, Magnum, plures alij pari

vitæ

vitæ dignitate electi SS. Theodorus, Eustasius, Attalus, Walbertus, Deicola, Walericus; Bebo Waredolenus, Kilianus, & postero tempore BB. Marbottus & Diethus, nec non BB. Haberilla & Hilta vitæ maximo rigore & quotidiana carnis mactatione & mortificatione locum consecrarunt, quorum utilis recordatio, plurimum valet, ad primævi fervoris tanto post restaurationem, & revocandum vel in arentia quidem ossa spiritum Benedictinum.

Aurach Dominarum.

Vulgo Frawen Aurach celebre Nobilium Virginum Ord. S. Dominici in Franconia Diœceseos Herbipolensis Monasterium, haud procul à Pegnesij & Aurachij fluviorum confluentiâ situm, fundatum sub A. C. 1275. ab Herdegano Barone de Grundlach ejusque conjuge Elisabetha Meraniæ Ducissa qui egregiè illud locupletarunt & exornarunt.

Aurach Dominorum.

Ordinis S. P Benedicti Jllustre Cænobium in eo ipso tractu, quo proxime memoratum, ad ripam Aurachij fluminis conditum. Quod Auracenses primùm Barones fundaverunt, dotarunt autem & insigniter locupletarunt, cùm Episcopi Bambergenses, tum Brandeburgij Marchiones, quod tamen horum posteri Protestantibus accensi occuparunt, & ad suos usus converterunt.

Auragia.

Monasterium item Benedictinum situm ad Salam fluvium, in Diœcesi Herbipolensi, prope Kitzingen, Congregationis Bursfeldensis. De cujus fundatoribus nobis non constat, est tamen diversum omnino ab Aurachio utroque Dominorum & Dominarum.

Aurea - Vallis.

Ordinis Cisterciensis, vulgo Or - vall dicitur, splendidum omnino Cænobium, situm in Diœcesi Treverensi, Ducatu Luxemburgio, tertio lapide ab Yvodio, quod fundavit Albero sive Adalbero Virdunensis Episcopus ex familia Comitum Chinensium, A. C. 1131. Cujus Cænobij Abbatum afferunt Joan. Bertelius in Histor Luxemb. & Chrisost. Henricus in Fasc. SS. Cist. lib. 2. dist. 40.

Auvv Bavariæ.

Neque enim Augiæ nomine audit, sicut Augia Dives sive minor & major, Monasterium in Ducatu Bavariæ situm, quod Conradus Comes de Medling & Frontenhausen condidit. A. C. 1050. Habent ibidem sepulturam Nobiles Harskircher, de Zangenberg alijque.

Auvv Wirttenbergiæ.

Fundatum est hoc Cænobium sub A. C. 1140. à Conrado Zäringiæ Duce, Comite Brisaugiæ, situm in Ducatu Wirttenbergensi, in quo plerique Duces Teccenses sepulturam eligerunt, & de eodem tanquam Benefactores & Dotatores præclarè meruerunt.

B.

Bagenacum.

Vulgo Bageneck, cujus nec Fundatores, nec Diœcesim, nec præter nomen, quidquam aliud reperimus, Ordinis tamen Benedictini fuisse, & Congregationi sive Confraternitati Hirsaugiensium adscriptum, ex Monimentis Hirsaugiæ constat, meminitque in Catalogo Confraternitatis Abbas Trithemius.

Baienhofen.

Memoratur in Catalogo Abbatum Imperialium, quibus Jus suffragiorum ferendorum in Comitijs convenit, in Acta Imperialia relato à Friderico III. Imp.

Baindt.

Elegans Virginum sacræ Cisterciensis familiæ Cænobium, haud procul à Monasterio Vinearum, fundatum à Conrado Libero & Pincerna de Winterstetten è familia Comitum de Thann Dapiferorum de Waldpurg, cujus prima Abbatissa fuit B. Anna de Franckenhofen, eadem ultima Montis Pussij Magistra, quæ A. C. 1244. obijt.

Balenzaberg.

Hujus Monasterij Abbates reperiuntur inter status Imperij descriptos à Friderico III. Imp.

Ballenstetten.

Fundatum est pro Monachis Divi Benedicti sub A. C. 1124. post mortem ejusdem loci Comitis à vidua ejusdem Helica fil. Magni Saxoniæ Electoris. Situm fuit in Saxonia, Diœcesi Halberstadiensi Comitatu Anhaltino. Quod cum mutatione Religionis, conversum est ad usum sæcularium.

Bantum.

Vulgo Bantz Castrum olim Baronum de Bantz novem robustissimis turribus firmatum, postea in Cænobium Ordinis Divi Benedicti conversum, & S. Dionysij honori consecratum. Fundatricem A. C. 1 71. habuit Alberadem Comitissam de Bantz Hermanni Marchionis Vochburgensi viduam, post quam is in hastiludio lancea transfossus occubuerat. Restituit idem Monasterium S. Ottho Bamberg. Episcopus, alter loci Fundator, & amantissimè fovit, ex quo multi præstantissimi viri

prodiêre; è quibus Eberhardus à Schaumberg Henricus Gros à Trockaw Henrici Episcopi Bambergensis germanus, Eberhardus à Liechtenstein, Alexander de Rotterhan, abbatiali dignitate plurimum effulsêre.

S. Bartholomæi.

Præclarum olim juxta urbem Hildesheimensem Benedictinæ Regulæ Cænobium, à S. Gotthardo Episcopo Hildesiensi conditum, in quo ipse etiam à morte sepultus est A. C. 1058. & magna miraculorum gloria illustratus.

S. Bartholomæi.

In Diœcesi Noviomensi, conditum à Baldnino Episcopo quinquagesimo ejus sedis, in monte extra muros Noviomi A. C. 1064 quod deinceps Augustinianis cessit.

SS. Bartholomæi & Apri.

Monasterium est Virginum sacræ Cisterciensis familiæ in inclyta Ubiorum metropoli Colonia, in quo egregiæ Crucis Dominicæ portio, & brachia duo alterum S. Batholomæi Apostoli alterum S. Barbaræ Virg. & Mart. asservatur; caput item S. Albonini, & ex Societ. undecim millium Virginum capita circiter octuaginta.

Baumbergense.

De quo aliud nihil reperimus, nisi vixisse in eodem B. Henricum, arctissimum Inchnsorum sub Regula S. Benedicti institutum, amplexum; nisi idem sit cum Monasterio S. Michaëlis Bambergensi, de quo littera M. agemus.

S. Bavonis.

Celeberrimum olim Ordinis Benedictini Monasterium, in Diœcesi Tornacensi situm, in quo Sanctorum copia cælis est educata; hodie sæcularis est Ecclesia & Cathedralis Gandavensis. Videantur Aub. Miræus in Orig. Bened. & codice Donat. & Sanderus in Hagiologio.

Bebenhausen.

Magnificum Marianæ Cisterciensis familiæ in Diœcesi Constantiensi, Ducatu Wirtenbergico Cænobium, fundatum A.C. 1187. à Rudolpho Comite Palatino de Tübingen, quod & Fridericus Sueviæ Dux plurimum fovit, multique alij Magnates magnis possessionibus auxerunt. De quo multa leges in Documentis redivivis Monasteriorum Tubingæ editis.

Becana.

Monasterium est sub Regula S. P. Benedicti & Reformatione Cisterciensi, situm in Diœcesi Leodiensi, non longè à Tridonopoli. In quo multæ genere & pietate præstantes Virgines Numini sunt consecrata. De quo in Chron. Leod. & Catalogo Monast. Cisterciensium.

Bechium.

Virginum S. Francisci Regulæ devotarum Cænobium est, in Diœcesi Constantiensi, sub A. C. 1412. ex Eleemosynis primùm consurgens, quod majora deinceps incrementa habuit insigniter promotum à montis sancti Comitibus, ad cujus radices est constructum.

Beckenburg.

Hujus Cænobij Abbas, ex vetustioribus Imperij tabulis, designatus est in Catologo statuum Imperij, quibus jus suffragij in Comitijs competit, à Friderico III. Imperatore.

Belli-Portus.

Monasterium est Ordinis Præmonstratensis in Diœcesi Brugensi, cujus meminit Claudius Robertus.

Belli-reditus.

Præmonstratensis item Ordinis Canonicorum domicilium est, in Diœcesi Leodiensi.

Berchtolsgaden.

Magni nominis Cænobium Canonicorum Regularium S. Augustini, fundatum A C. 1108. à Beringero & Chunone Comitibus de Sulzbach eorumque matre Irmogarda, consecratum autem in honorem SS. Joan. Baptistæ & Petri Apostolorum Principis. Quod postea magnis succrescens incrementis, inter præcipua ejus Ordinis memoratur.

Berclausen.

Fundatum à Leduino S. Vedasti Abbate, cum Cænobium ipsius nimia Ascetarum multitudine afflueret, & *Cella Salvatoris* nomine appellatum, etsi Berclusensis plerumque Præpositura dicetur.

Bergense.

Monasterium valde celebre in ipsa civitate Magdeburgensi pro Benedictinis Ascetis conditum est A. C. 940. in honorem S. Joannis Baptistæ, eo ipso loco in quo postea consurrexit, major & Cathedralis celeberrimi Archiepiscopatus Ecclesia, Monasterio inde extra civitatem in montem translato, & à monte cognominato, quod alias Joannis Baptistæ fuerit appellatum. Conditor primus fuit, Ottho magnus Imp. qui & Cænobium magnis thesauris & honoribus extulit, eique primum Abbatem Annonem præfecit, è S. Maximini Treverensi Cænobio postulatum, mira celebrem eruditione, nec minore vitæ integritate commendatum. Emersêre ex eodem Cœnobio, in æternum patriæ & ordinis decus, multi egregij Principes, Archiepiscopi, Episcopi viri Apostolici & eruditi; quos inter Beatæ memoriæ Walthardus tantus rerum humanarum contemptor fuit, ut altera vice Archiepiscopum & Primatem Germaniæ eligi oportuerit,

erit, cum prima vice jam electus, aliam substitui impetrasset, post obitum tamen illius frustra obnixus, quo minus violenter cathedræ imponeretur. Cæterum Cœnobium cum mutatione Religionis evanuit, Ascetis quaquaversum dissipatis.

Bergen.

Monasterium Monialium Ordinis S. P. Benedicti in Bavaria Diœcesi Eistettensi, intra Neoburgum & Aichstadium, medio ferè itinere situm, fundavit illud Domina Wiltruda filia Gisilberti Ducis Lotharingiæ ex Gerbirga sorore Othonis I. Imper. vidua Bertholdi Ducis Bavariæ sub A. C. 976. in quo & ipsa Fundatrix Regulam sanctissimi Patriarchæ Benedicti professa, primam loci Abbatissam egit, & magnis virtutibus emicuit. Quam deinceps plurimæ genere & virtute illustrissimæ Virgines pari passu consequutæ, Cœnobium illud magnis etiam Imperatoribus summopere commeodarunt. Quas inter vel maximè emicuit D. Relindis, non solum ab eximia vitæ integritate plurimum laudata, sed & à rara eruditione mirè celebrata, cujus etiamnum supersunt aliqua egregia ingenij monimenta quamque inde extrahens Fridericus I. Imper. Altitonensi S. Ottiliæ Cœnobio præfecit, quod ipsa felicissimè reformavit, illicque Gymnasium quoddam eruditissimarum Virginum instituit, aliasque inter Herradin, quæ, ipsi successerat discipulam meruit, virtute non minus quam ipsa ac Poësi omnique eruditione decantatam.

Berg.

Sive zum Berg, aliud item Virginum Monasterium situm in Ducatu Wirtenbergensi, cum mutatione Religionis esse desijt.

Bernfried.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium, fundatum legitur in honorem Sancti Martini Episcopi ab Otthone Comite de Vallay ejusque conjuge Adelheyde, & confirmata Fundatio à Joanne XXII. A. C. 1120.

S. Bertini.

Illustrissimum Ordinis Divi Benedicti, in Diœcesi olim Moriensi, hodie Audomaropolitanæ Monasterium, aliàs Sithiu dictum, primitus in honorem S. Petri consecratum, postea S. Bertino primo ejusdem loci Abbati specialis dicatum, Adroaldum nobilem Francum Fundatorem habuit sub A. C. 616. Multa deinceps Sanctorum, quin & Apostolico titulo gloriosissimorum frequentia mirificè illustratum. Syllabus Cœnobij Abbatum à Divo Bertino ad nostram usque ætatem sequens est:

1. S. Bertinus vir sanctissimus & Apostolicus, Constantiensis patria, mira miraculorum gloria & prophetico spiritu illustter. obijt A. C. 698. ætatis 111.
2. S. Mommolenus vir Apostolicus postea Episcopus Noviomensis. obijt A. C. 1001. circ.
3. Erlefridus S. Bertini desicipulus.
4. S. Erckenbodo, postea Morinorum Episcopus obijt 742.
5. Wimarus obijt 744.
6. Nantharius.
7. Dalbertus 754.
8. Hardradus 766.
9. Odlandus 795.
10. Nantharius II. 804.
11. Fridogisus claruit, an obijt, A. C. 821.
12. Hugo Caroli Magni ex Regina filius. Interficitur Pipini junioris dolo A. C. 844.
13. Adalardus moritur anno 855.
14. Hugo Caroli Calvi avunculus Conradi filius 859.
15. S. Hunfridus. Morinensis dein Episcopus obijt. 869.
16. Carolus Calvus Rex Abbatis nomine usus.
17. Hilduinus Abbas præstantissimus obijt 870.
18. S. Fulco, postea Archiepiscopus Remensis Martyrio coronatur A. C. 900.
19. Rudolphus obijt A. C. 892.
20. S. Fulco denuo electus, M. postea Archiep. & M.
21. Balduinus Calvus Comes 901.
22. Adolphus Comes Bononiensis.
23. Arnulphus Comes.
24. S. Gerardus, reformator 18. Abbatiarum. 946.
25. Wido postea S. Bavonis Abbas.
26. Hildebrandus 950. postea Abbas S. Vedasti.
27. Reginaldus 954. fit leprosus & deponitur. 961.
28. Adolphus II.
29. Hildebrandus II.
30. Barduinus II.
31. Arnulphus II.
32. Waltherus.
33. Trugandus.
34. Odbertus.
35. Hemfridus.
36. Rodericus.
37. Bovo obijt A C. 1067.
38. Heribertus vir præstantissimus obijt A. C. 1081.
39. Joannes à Gerardo Cameracensi benedictus.
40. B. Lambertus, sub quo Monachum profitetur Balduinus Securicula Comes Flandriæ. obijt 1125.
41. Joannes II. 1125. Petri Leonis Antipapæ fautor.
42. B. Simon, resignat A. C. 1136. obijt 1148.
43. B. Leonius doctissimus & Religiosissimus, obijt 1163.
44. Godescalcus in Concilio Turonensi obijt 1176.
45. Simon, obijt 1187. sub quo obijt S. Bernardus Pœnitens.
46. Joannes, obijt A. C. 1230.
47. Jacobus, resignat A. C. 1238
48. Simon interest Concilio Lugdon. obijt 1250.
49. Gillebertus Alexandro IV. Papæ charus.
50. Jacobus II.
51. Wilhelmus obijt 1271.
52. Joannes de Bosco in Concil. Lugdon. sub Gregor. X.
53. Galtherus Gandavensis. Obijt A. C. 1294.
54. Eustachius eruditione clarus. obijt 1297.
55. Ægidius. Vita excessit A. C. 1325.
56. Henricus Condescarius. obijt 5. Cal. Febr. 1334.
57. Anselmus vel Alelmus Bristel. obijt 1396.

58. Joannes V. de Long, seu Iperius Author Chronicæ universalis tempore Caroli Regis Gall. eo nomine V. vir doctus, obijt A.C. 1383.
59. Jacobus de Condeto ex Abbate Alciaci, obijt. 1407.
60. Joannes eo nomine sextus obijt A. C. 1420.
61. Alardus sive Adelardus ex Abbate Alciaci, ob. 1425.
62. Joannes VII. cogn. de Greiboval. obijt 1447.
63. Joannes VIII. cogn. Medon.
64. Wilhelmus Philatre Episcopus Virdunensis Tullensis & Tornacensis à pueto Monachus vir doctissimus Aurei velleris Cancellarius obijt 1473.
65. Joannes IX. de Launoy. Obijt A. C. 1492.
66. Jacobus de Val. Sed non probatus ab Alexandro VI.
67. Antonius de Berghes ad Zoomam ex Abbate S. Trudonis Hasbaniensi. obijt 1531. ætat. 76.
68. Ingelbertus d' Espaigne superioris ex sorore nepos. Vita excessit A.C. 1544.
69. Gerardus de Hamericourt, nepos ex sorore Ingleberti, prius Abbas S. Winoni, demum Episcopus primus Audomarensis, mortuus A. C. 1577.
70. Vedastus de Grenel Obijt A. C. 1603.
71. Nicolaus Mainfroy. Huic dedicat origines Cœnobiorum Benedict. Aub. Miræus, obijt 1611.
72. Guilelmus Lœumel ex Subpriore Abbas Calendis Januarij A. C. 1612.

Ad Monasterium hoc nullæ seu ingrediuntur fœminæ, sive sepeliuntur. De quo consule Jacobum Meyerum, Aub. Miræum, Ant. Jepesium Molanũ, Joan. Picardum, &c.

S Bertini aliud.

Situm hoc est in Diœcesi Noviomensi Decanatu Calniaci, cujus meminit Claudius Robertus. De Fundatoribus nobis non constat.

Besselbornen.

Hujus meminit Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, atque situm in Diœcesi Augustana. Nobis videtur idem cum Wessenbrunnen de quo suo juxta Alphabeti ordinem.

Bettbergense.

Virginum Benedictinæ Regulæ, quod ex arce quadã Ducatus Cliviæ in Cœnobium convertit Margarita, Uxor Arnoldi II. Comitis Cliviæ, nata Sueviæ Ducissa, A. C. 1261.

Beurberg.

Alias Peilberg appellatum; conditum ad Loysam ab Otthone Eberhardo & Conrado, fratribus ab Irinspurg, sive, ut Aventino placuit, ab Eberhardo & Alberto fratre & hujus conjuge & filio, Bertha & Otthone, sub A. C. 1100 pro Canonicis Regularibus S. Augustini. Habent in hoc Cœnobio sepulturam Equites de Thor, & nobiles Althameri.

Beurn.

Nobile hoc Monasterium fundatum est pro Ordine S. P. Benedicti à Landfrido Waldramo & Elilandro, Comitibus ab Antorff & Loysa dictis ex familia Agilolphingica, & Primorum Ducum atque Regum Bavariæ; qui scilicet avitum residentiæ majorum suorum nomen *Antuerpia* retinuerunt. Vixerunt hi in Bavaria, & eodem ferè tempore A. C. 740. circiter octo Monasteria prope Alpes & Lycum, nempe hoc ipsum, de quo agimus, Beurn, Schlechdorff, Siverstatt, Sandau; Wessenbrunn pro viris, tria pro virginibus Polling Staffelsee & Cocklsee, memorabili magnificentiæ liberalitatis & pietatis argumento condiderunt. Fuit potens admodum hoc Burense Monasterium, & Nobiles Vasallos plurimos habuit, quorum aliquot Hundius ex libro quodam Archivi Beurensis de anno 1250. refert ex nomine: Henricum de Seefeldt, Udalricum de Rotmos seniorem, Vicedominum Ducis Bavar. Ludovici, Ulricum juniorem ejus filium, Wattonem de Geckenpeunt, Bertholdum de Egolvingen, Hermannum Wittolshofer, Engelscalcum de Haldenberg, Wirntonem ab Adelangeshofen, Henricum de Saksenhausen, Theodoricum de Pfluogdorff, Henricum de Pfetten, Conradum de Duringenfeld, Henricum Tainin-Vertingum de Schmichen, Bertholdum de Euezstain, ut ex his facile de amplitudine ditionum ominetis. Sed de diversis benefactorum donationibus, consulendus Hundius.

Beuren aliud.

Situm hoc est in Diœcesi Salisburgensi Benedictini item instituti, & ad differentiam prioris, *Michael Beurn*, eo quod Divi Michaelis honori sit conditum, appellatur. Fundator ejus fuit A.C. 1072. Sigehardus Comes de Playn, qui A. C. 1078. festo S. Laurentij ex hac vita migravit.

Beyharting.

Cœnobium hoc Canonicorum Regularium S. Augustini, in superiore Vindelitia situm consecratum fuit in honore S. Joan. Bapt. & à Juditha Nobili quadam matrona ejusque fratre Megingotzo fundatum primo pro Virginibus sacris sub Regula S. P. Benedicti A.C. 1130 quibus postea in Alten-Hohenaw translatis, auctoritate Apostolica, successere Augustiniani. Cui deinceps Cœnobio, multa Privilegia contulere, Ludovicus postea Imperator, Rudolphus & Stephanus junior Bavariæ Duces. Sepulturam in hoc Cœnobio habent Dynastæ ab Hasslang & Mächselrein; qui etiam bona nonnulla contulerunt.

Bibelis.

Insigne olim Virginum Benedictinarum Monasterium in Diœcesi Argentinensi, quod sub A. C. 1106. circa villam Bibelis in nemore quodam condidit dives quidam Comes de Mompelgardt, in quo primam Abbatissam sub Regula S. P. Benedicti instituit, propriam filiam suam Guntildem, sanctam omnino Virginem, quam insignibus miraculis Numen gloriosum reddidit.

Biblisheimb.

Biblisheimb.

Situm in tractu Hagenoviensi, Virginum Cænobium, de quo paucissimis verbis meminit in Chron. Alsatiæ Bern. Herzog, videtur idem esse cum superiori.

Biburgum.

Ordinis Divi Benedicti egregium Bavariæ Cænobium, conditum A. C. 1125. consilio S. Othonis Episcopi Bambergensis, à Conrado, Erbone & Bertha Biburgi Comitibus, à S. Othone insigniter dotatum, qui etiam illud absolutum A. C. 1133. solemniter consecravit. Sepulti in hoc Cænobio Equites de Peffenhausen, de Staizhausen, (ex qua familia duo illic Abbates fuerunt,) de Hiltpoltstein Leutenpeckij, de Aickoltingen, &c.

Bigardense.

Monasterium celebre, Ordinis S. P. Benedicti nobilium Virginum Deo sacratum, fundatum est, A. C. 1136. à Godefrido Brabantiæ Duce in Belgio, Diœcesi Machliniensi. De quo Miræus in Origin. Bened.

Bigardia alia.

Prioratus est, ejusdem nominis, Ordinis & Diœceseos, & dicitur Bigardia minor, vulgo Bigarden. Vid. Claud Rob.

Bilebense.

Cœnobium idem omnino est, quod supra Bibelis & Biblisheimii diximus, quod tamen repetere denuo oportuit, ne dum in Indice seu Alphabeto quæris, diversè ab alijs scriptum, deesse, sive diversum ab illis esse omineris.

Bilhilthausen.

Sub Regula S. Benedicti Sacræ reformationis Cisterciensis, clarum nomine, & religiosorum virtute Monasterium. De quo in Rotulo quodam, ut vocant, Admontensi.

Bingense.

Fundatum pro Virginibus Divi Benedicti à magna illa & sanctissima Virgine Hildegarde ad montem S. Ruperti juxta oppidum Bingiorum, quo & ipsa cum octodecim monialibus migravit, & locum celeberrimum reddidit A. C. 1148.

Bischoffberg, virorum.

Monasterium Ordinis Benedictini, quod aliàs S. Joannis in Rinckaw dicitur, fundatum à Ruthardo Archiepiscopo Moguntino sub annum Christi 1102. quod Richolphus Comes Rinckaviensis, & uxor ejus Danckmodis, consentiente eorum filio Ludovico liberaliter dotarunt, qui Ludovicus postea se ipsum obtulit, & Numini in cucullo consacravit.

Bischoffberg, Virginum.

Ordinis Divi Benedicti, ab eodem paulo post Archiepiscopo sub A. C. 1105. conditum juxta prædictum virorum Monasterium, in quo Sanctimoniales rigidè reclusas voluit, & Comes prædictus Rinckaugiæ filiam Wertrudam, Deo in perpetuum servituram, cum suæ hæreditatis parte obtulit. Obijt Fundator A. C. 1110. 6. Non. Maij: *Brouverus, Bruschius, &c.*

Biscopenhage.

Celebre olim Virginum Benedictinarum Cænobium in Diœcesi Mindensi, quod sub A.C. 1230 sub Conrado de Diepholt Episcopo in Rintelen translatum est.

Bischoffsheim.

Benedictini Instituti, quod prope oppidum ejusdem nominis S. Bonifacius primus Moguntiæ Archiepiscopus condidit, in quo egregium Virginum sacratum posuit Collegium, ipsisque S. Liobam Abbatissam præposuit.

Blanckenauvv.

Sacræ familiæ Cisterciensis insigne Cænobium, de quo in Rotulo pervemsto Visitationis scripto A. C. 1485. In Biblioth. Admontensi.

Blanckenburg.

Insignis Ordinis monachici Abbatia, descripta in Catalogo Friderici III. Imp. eorum Ordinum seu Statuum, quibus Jus ferendi suffragij in Comitijs Imperialibus competebat.

Blandinium.

Inter præcipua Belgij sive inferioris Germaniæ Cænobia, structum pro Monachis Divi Benedicti, Procurante S. Amando, à Sigeberto Rege, Regni ejus anno decimo quarto, situm ad sinistram Scaldis ripam, in Diœcesi olim Tornacensi, nunc Gandavensi, in quo multi egregia sanctitate viri cælum terris conciliavere, de quibus ejusdem sacri Cænobij monimenta, & noscùm in Annal. tùm Menologio Bened.

Blangiacum.

Divi Benedicti Virginum primò, dein Virorum illustre domicilium, tertio lapide ab Hesdino Artesiæ oppido à S. Bertha Ponttivensi Comite fundatum. Quod postea vastatum à Nordmannis Herfendis Nobilis matrona tempore Balduini Barbati Flandriæ Comitis præclarè restituit, & liberaliter locupletavit.

S. Blasij Herciniæ.

Celeberrimum potentissimumque Ordinis S. P. N. Benedicti Cænobium in Sylva Herciniâ, Diœcesi Constantiensi situm, haud procul, milliari scilicet unico, ab oppido Waldtschuott, loco tali, cui à multis, etiam ante conditum Cænobium, sæculis, reverentiam quandam veterum inquilinorum sanctitas comparavit: cum nimirum persecutionum tempore, veteres Christiani eo se recepissent, & apparentis S. Blasij admonitione ad constantiam animati, habitationem ab illo deinceps cognominassent, & multis dein sæculis eremitæ aliqui, illorum posteri, incoluissent, donec sub A. C. 945. Regimbertus Baro de Seldenbüren Cœnobium sub eodem Divi Blasij patrocinio, & S. P. Benedicti Regula ibidem con-

deret, constitutoque primo loci Abbate Beringero, juxta amplissimas possessiones se ipsum quoque Numini in cucullo devoveret, ab egregia vitæ sanctitate plurimum commendatus. Abbatum Cænobij Catalogum exMs. quodam communicamus:

1. Beringerus Baro de Hohenschwanden electus anno Christi 945. *Vir sanctus* dicitur, & ad cælos evolat A. C. 974.
2. Ipso secundus sancti Blasij Abbas.
3. Sigeridus sive Sigefridus, post quem unos vel alter in serie recta Abbatum desideratur.
4. Wernherus, insignis Theologus & scriptor electus A. C. 1045. moritur 1068.
5. Giselbertus magna apud Principes gratia, moritur anno Christi 1086.
6. Utho Comes à Kiburg consilijs maximus moritur A. C. 1108.
7. Rustenus, senex admodum decessit A. C. 1125.
8. Bertholdus I. utilis vir obijt A. C. 1141.
9. Guntherus ab Andlau à Calixto II. postulatus Episcopus Lugdunensis, à suis revocatus moritur 1170.
10. Wernherus II. Baro de Kussenberg scriptor egregius. Vita defungitur A. C. 1175.
11. Theopertus vir laudatus, mortuus 1186.
12. Mangoldus splendida familia, ex hæreditate paterna plurimum locupletans Cænobium obijt A. C. 1204.
13. Hermannus II. de Loben vir utilis obijt 1222.
14. Ottho summæ spei post annum extinguitur. 1223.
15. Hermannus II. præest annis quatuordecim.
16. Henricus I. triennium præsidet.
17. Arnoldus de Berow electus 1240. obijt 1246.
18. Arnoldus II. Baro ab Hohenschwanden vir munificus ac præstans Oeconomus obijt 1276.
19. Henricus II. Nobilis & eruditus obijt 1294.
20. Bertholdus II. vir sapientissimus moritur 1308.
21. Henricus III. laudatus Præsul, extinguitur 1314.
22. Udalricus primus mitratus, exustum Cænobium feliciter restaurat obijt 1334.
23. Petrus de Thüngen, mortuus A. 1348.
24. Henricus ab Eschenz, præfuit 43. obijt 1391.
25. Joannes I. doctrina & vita insignis obijt. 1413.
26. Joannes II. Concilio Constantiensi interfuit, extinctus A. C. 1429.
27. Nicolaus, vir laudatissimus, interfuit, Concilio Basileensi, mortuus A. C. 1460.
28. Petrus II. multæ spei 10. mens. præfuit ob. 1461.
29. Christophorus claris ortus natalibus, magno omnium luctu defungitur, A. C. 1482.
30. Eberhardus de Reischach, obijt 1491.
31. Blasius vir modestus obijt 1493.
32. Georgius ætate & moribus venerand⁹ ob. 1519.
33. Joannes III. sub quo bello rustico direptum est Monasterium. obijt 1532.
34. Gallus præfuit annis octo obijt 1540.
35. Joannes IV. vix annum præfuit obijt 1541.
36. Casparus I. Restaurator Monasterij præfuit annis 30. obijt A. C. 1571.
37. Gaspar II. Præsul laudatissimus, obijt A. C. 1596. cum præfuisset annis 26.
38. Martinus Maister obijt A. C. 1625.
39. Blasius Müntzer, Decessit A. C. 1638. mens. Sept.
40. Franciscus Chullotus, religione, eruditione rerum gerundarum dexteritate Præsul maximus.

S. Blasij. aliud.

Situm hoc est in Diœcesi Moguntina in oppido Nordtheim, à quo & cognomentum habuit, S. Blasij in Nordtheim, celebre olim, hodie ad usus sæculi conversum, quod tamen A. C 1575. vel 74. primum occupatum est, monachique migrare jussi sunt.

Blaubyra.

Insigne Ducatus Wirttenbergij, Diœcesis Constantiensis, ad Blavi fluvij profundissimos fontes Cænobium, Divo Joanni Baptistæ sacrum; conditum sub A. C. 1095. ab Anselmo, Hugone & Henrico fratribus Palatinis Comitibus de Tübingen Ruck & Gerhausen. quam fundationem A. C. 1099. Urbanus II Pont. Max confirmavit. Fuit multa adversa perpessum hoc Monasterium ab Advocatis, ipsis Fundatorum posteris de quo tamen Rudolphus Comes Palat. plurimum postes doluit & binis datis super hoc ipso litteris A. C. 1267. in alteris Juri Advocatiæ, in recompensationem damnorum, omnino renunciavit, simulque alium quemcunque Advocatum constitui prohibuit; in alteris suam & majorum suorum detestatus licentiam, multa insuper alia resarciendis damnis liberaliter elargitus est. *De hoc Monasterio pluribus agimus in Constantia nostro Benedict.*

Blidenstatt.

Monasterium Ordinis Benedictini celebre admodum, ad honorem S. Ferrucij, in Diœcesi Moguntina constructum, in quo multi olim & Virtute & eruditione maximi Præsules & Ascetæ floruerunt, è quibus Adelbero inprimis celebratur, S. Albani Moguntiæ olim Scholarum Præfectus, Hirsaugiensis Monachus, & S. Ferrucij Abbas, Henricus item ex Hirsaugia postulatus alijque. Porro Cænobium hoc potens admodum fuit, & *Abbatia Regalis* cognominatur. Dedicavit Rudolphus Archiepiscopus A. C. 812. De Fundatore primo non ita constat, quem alij & alij S. Bonifacium, seu S. Sturmionem fuisse contendunt, certum tamen est S. Lullum primo condidisse, eoque S. Ferrucij Martyris corpus transtulisse. Versum hoc Regale Cænobium est, annuente Romano Pontifice, in Collegium sæcularе Canonicorum sub Bertholdo de Hennenberg Archiepiscopo Moguntino sub A. C. 1490.

Bobelsperg.

Virginum fuit Cænobium in Ducatu Wirttenbergiæ, quod cum mutatione Religionis mutatum, versum est ad usus sæculares.

Bodelöe.

Sub Regula S. P. Benedicti & sacra Reformatione Ordinis, Cisterciensi, illustre Monialium Cænobium, olim Diœceseos Tornacensis, nunc in urbe Gandensi, vulgo Bauloo, fundatum fuit à Balduino quodam illustri, A. C. 1225.

Bodickheimb.

Splendidum Virginum Benedictinarum Monasterium in Diœcesi Paderbornensi, Saxonia inferiori fundatum sub A. C. 840. à Beatæ memoriæ Badurado secundo Paderbornensium Episcopo, S. Burcardi

cardi Episcopi Herbipolensis discipulo, Monacho Cathedrali ejusdem Ecclesiæ.

Bollinga.

Monasterium Benedictini Ordinis Diœceseos Constantiensis, in dextro olim Tigurini lacus margine conditum, haud procul Jona vico, cui aliquando ab Erlebaldo Abbate Augiensi pro Instructione sacræ juventutis, Professor missus est S. Meginradus, qui postea Martyr evasit. Nec reperimus quo tandem casu Monasterium illud perierit.

Bonæ viæ.

Ordinis Cisterciensis Virginum Deo sacrarum illustre domicilium, in Diœcesi Trevirensi. *de quo Syllabus Abbatiarum Cisterc.*

Boni-Montis.

Ejusdem Ordinis Cænobium, fundatum A.C. 1131. in Diœcesi Genevensi. 7. Junij: *de quo Annal. Cist. Ang. Manrique, &c.*

Borburgense.

Sanctimonialium Benedictinarum Flandriæ occiduæ Cænobium prope oppidum Borburgum, fundatum à Clementia Callisti II. Pont. Max. sorore, quæ obijt A.C. 1129. ibidem sepulta.

Borneheimense.

Sive Bornheimiense, inter Antuerpiam, & Teneramundam situm, hodie membrum Cænobij Affligemiensis.

Bosen.

Ordinis Benedictini olim Cænobium, Diœceseos Cizicensis in Misnia, quod alias Bozaugia dicitur, fundatum jussu apparentis Deiparæ Virginis à Theodorico Cizicensi Episcopo sub A. C. 1115. qui ex Hirsaugia nobilem Monachorum coloniam cum Abbate Egkenberto induxit, quod deinceps Engelhardus ejusdem sedis Episcopus plurimum auxit & locupletavit.

Bozaugia.

Idem, quod modo diximus Bosen nominari.

Bravviler.

Brunouis villa olim, leucæ itinere dissitum ab Ubiorum metropoli Colonia, insigne Monasterium Ordinis Divi Benedicti, fundatum est A. C. 1024. ab Ezzone sive Erenfrido Comite Palatino, & Mathilde ejus conjuge, Otthonis II. Imp. filia, consecratumque in honorem S. Nicolai Episcopi, à Piligrino Coloniensi Archiepiscopo A. C. 1028. Illud B. Richeza Polonorum Regina fundatorum filia, de novo validioribus fundamentis exstruxit, cujus Ecclesiam S. Anno Archiepiscopus 3. Cal. Novem. denuo consecravit, A. C. 1061. Quo in Cænobio multi egregia virtute viri cælo terrisque se commendarunt; S. Wolphelmus inprimis Abbas tertius magna miraculorum gloria à Deo illustratus cujus festivitas 22. Aprilis celebratur. Asservatur in eodem Cænobio cuspis lanceæ Dominicæ, magnis miraculis comprobata, aculeus item ex spinea corona Domini, nec non brachium & digitus S. Nicolai cum scypho ejusdem miraculis etiam nobilitata, S. Gereonis brachium & scapula S. Medardi. Videatur Ægidius Gelenius in Colonia, &c.

Breittenavv.

Monasterium Ordinis S. P. Benedicti in Hassia quod sub A. C. 1110. fundavit Wernherus Comes Groningensis, introduxere autem coloniam Monachorum egregiam Hirsaugienses, è quibus A. C. 1119 primus Abbas ordinatus est Druiwinus vir egregius, qui præfuit annis 14. & *multos* ait Trithemius, *verbo & exemplo adChristi amorem convertit.* Successit Drutwino Henricus ex eodem Cænobio Hirsaugiensi postulatus, qui caput S. Felicis Papæ Martyris diu ibi absconditum apparente & monstrante ipso Martyre reperit & elevavit. Inde demum Abbas & Monachi pulsi sunt à Protestantibus sub A. C. millesimum quingentesimum quadragesimum nonum.

Breittingen.

Ordinis item S. P. Benedicti nobile Cænobium in Diœcesi Moguntinensi, de quo Rotulus, ut vocant, Admontensis de A.C. 1484. quo anno mortuus ejusdem loci Abbas, Joannes commendatur.

Brenense.

Ordinis Benedictini in Saxonia Monasterium, prope Halam Saxonum, quod condidit Otho Comes Brenæ, ex Comitibus Wetthini, & Marggravijs Landspergæ & Lusatiæ, cooperantibus matre Hedwige Bohemiæ Ducissâ, & fratre Friderico, sub A. C. 1200. obijt Otho A.C. 1210.

Brettingen.

Benedictinum congregationis Bursfeldensis, Cænobium, situm in Diœcesi Moguntinensi Comitatu Ronigsbergensi, unitum Bursfeldensibus A. C. 1514. comparuitque etiamnum A. C. 1550.

Breunovium.

Illustre admodum Bohemiæ Asceterium, in quo Monachorum induxit S. Procopius Abbas, cujus festum 1. Aprilis celebratur, quo etiam S. Wilhelmus Hirsaugiensis suorum Ascetarum coloniam destinavit, sive in sua ejusdem Monachos congregationem recepit.

Bridicense.

Alias Budicense Monialium S. Benedicti fundatum sub A. C. 790. à S. Meinulpho Diacono & Confessore.

Brinnense.

Hujus Abbatiæ meminit Catalogus statuum Imperij, à Friderico III. Imp. promulgatus, & in acta Imperij adscriptus.

Bronium.

Magnificum inferioris Germaniæ Cænobium, alias S. Girardi appellatum, olim in Leodiensi, hodie Namurcensi Diœcesi situm, fundatum à S. Gerardo Abbate, sub A. C. 913. pro ordine Divi Benedicti, ex quo magna deinceps virorum illustrium prodijt. Nunc verò mensæ Episcopi est incorporatum.

Bruelense.

Nobile Ordinis Benedictini Cœnobium, quod utrum hodie extat ignoramus, cui sub A.C. 1130. Abbatem postulatum, Wernherum nomine submisit beatæ memoriæ Godefridus Abbas Admontensis ex Weingarttensi.

Bruslingen.

Prope Ratisponam Benedictini Ordinis Abbatia fundatum à S. Otbone Pomeranorum Apostolo A. C. 1109.

Brünbach.

Religiosorum sub Regula S. P. Benedicti sacræ Reformationis Cistercienfis, de quo Romlus sæpe citatus Admontensis de anno Christi 1485.

Brunovium.

De quo supra. Vide Breunovium.

Brunteshausen.

Nobile Saxoniæ Benedictini Ordinis Cœnobium pro sacris Deo Virginibus conditum sub A.C. 859. à Ludolpho Duce Saxoniæ Brunonis filio, qui & confirmationem à Nicolao I. Pont. Max. accepit & plurimas SS. Reliquias impetravit. Videtur autem idem esse, quod ab alijs scriptoribus Brunshausium dicitur, quod pater Ludolphi inchoarit, hic perfecerit.

Bucha.

Buchense Cœnobium Benedictinum condidit sub A. C. 1170. Fridericus I. Comes Brenæ, ex familia Comitum Wethinensium, Conradi magni, Marchionis Landspergæ & Lusatiæ, & Luitgardis Sueviæ Ducissæ filius. Sed & Friderici conjux Hedwig Ducissa Bohemiæ eidem Cœnobio plurimum contulit, & liberaliter locupletavit.

Buchauvv.

Nobilium Virginum, majorum imaginibus conspicuarum illustre Monasterium, seu potius Collegium ab omni voto & professione liberarum, religiosè tamen educatarum puellarum, quod tamen olim multas sanctioris vitæ Moniales habuerit; Fundatum à sancta Adelinde Sorore S. Hildegardis Regina quæ & prima ejus loci Abbatissa extitit. Idē autem Cœnobium deinceps incineratum, Ludovicus Pius restauravit & dotavit.

Burbacum.

Celebre Benedictinæ Professionis Monasterium, cujus Abbatem egit S. Meginbodus è Frislariensi Cœnobio postulatus, multosque illic virtutum suarum sanctè æmulos discipulos educavit. De quo nos in Menologio nostro Bened. 16. Martij.

Burburgum.

Benedictini Ordinis Cœnobium conditum in Diœcesi Audomarensi, pro sacris Deo Virginibus, vulgo *Bourbourg* cujus meminit in Episcopis Audomaropolitanis Claudius Robertus.

S. Burcardi.

Herbipolense celebre Cœnobium, quod ipse S. Burcardus primus Herbipolensium Pontifex pro sui Ordinis Religiosis Benedictini primum condididit, & ad honorem S. Andreæ Apostoli sub A. C. 780. consecravit. Idem Hugo Othonis II. Cancellarius Wirzburgensis Episcopus insignites restauravit, in eoque sacrum Divi Burcardi corpus recondens, ab ipso deinceps *S. Burcardi* cognominari voluit, sub annum Christi 986. ex quo Monasterio multi viri illustres, eosque Inter Meinfridus Archiepiscopus Magdeburgensis & Primas Germaniæ alijque Præsules prodiere.

Buren.

Augustanæ Diœceseos, Ordinis Benedictini Cœnobium, ad quod diversis temporibus ex Hirsaugia Præsides egregij destinati sunt, Azelmus inprimis claro natus genere & Otho, qui postea R henoviensi Cœnobio præfuit. De quibus Trithemius in suo Chronico Hirsaugiensi.

Burgel.

Ordinis S. Benedicti Cœnobium sub congregatione Bursfeldensi, eidem unitum A.C. 1510. comparuit ultima vice A. C. 1521.

Bursfelden.

Ordinis Benedicti nominatissimum vel pro Congregationis amplissimæ dignitate, Cœnobium, fundatum in Saxonia, Diœcesi Moguntina ab Henrico Comite de Northeim, & Gertrude ejus conjuge, Egberti I. Marchionis Saxoniæ filiâ, A.C. 1099. Sed quia operæ pretium est, quæ Monasteria congregationis ejusdem fuerint, & quo anno unita sint pertexere, totum unionis illius Catalogum, multis usui futurum subjicimus:

Catalogus Monasteriorum Ord. S. P. BENEDICTI Unionis Bursfeldensis annorum serie descriptus.

1. Ipsum Bursfeldense Cœnobium, aliâs Sanctorum Thomæ & Nicolai appellatum, quod reformatum est sub A. C. 1431. sive 1432. comparuit adhuc personaliter in Capitulo A. C. 1578.
2. B. M. V. In Clusa Diœcesis Hildesheimensis in Ducatu brunsvicensi, reformatur ante Bursfeldiam A. C. 1430. per Joannem de Mindauw Abbatem, qui postmodum Bursfeldam translatus, magnæ illius congregationis Author extitit.
3. S. Matthiæ propè Treveros reformatum mature per Joannem Rode, congregationi autem accessit, A. C. 1434. vel 35.
4. S. Joannis Evangelistæ in Cismaria, reformatur & jungitur A. C. 1436. comparuit ultimo 1521.
5. SS. Cosmæ & Damiani in Husburg sive Hilsburg Diœceseos Halberstad. unitur 1437.
6. B. M. V. ad Martyres Treverense unitur 1438.
7. Mons SS. Petri & Pauli Erfurdiæ, unitur 1439.
8. S. Jacobi prope Moguntiam unitum 1442.
9. S. Pantheleonis Coloniæ, unitur. 1448.
10. S. Martini Coloniæ eodem tempore.
11. S. Michaëlis Archang. Hildesiæ unitur 1451.
12. S. Joan. Baptist. in Bergen prope Magdeburgū reformatur sub A. C. 1452.
13. S. Pauli prope Bremam.
14. SS. Christophori & Mauritij in HöburgDiœces. Moguntinensis. 1435.

15. SS.

15. SS. Petri & Pauli prope Mersburg, comparuit ultimo in capitulo.
16. MünchNeuwenburg in Saxonia, comparuit adhuc per Procuratorem A. C. 1561.
17. S. Christophori in Rheinhausen Diœceseos Moguntinæ. comparuit personaliter A. C. 1554.
18. S Joan. Baptistæ in Ringavia Diœceseos Moguntinæ. unitur 1452. Occupatur 1564. vel 65.
19. S. Georgij prope Nuenburg unitum A. C. 1458. ultimo comparuit A. C. 1522.
20. SS. Petri & Aurelij Hirsaugiense Diœceseos Spirensis in Wirttenbergia, unitur 1458.
21. Gottisaw, in Marchionatu Badensi 1458.
22. S. Mauritij & Simeonis in Minda, 1458.
23. Winlingen, forte Wiblingen Diœcesis Constantiensis unitur A. C. 1458.
24. SS. Petri & Pauli ac Georgij (alibi B. M. V.) in Schwarzach Diœcesf. Argentin. unitur 1459.
25. S. Stephani Herbipoli A. C. 1459.
26. S. Florini in Schönaüw Diœcesf. Trever. 1459.
27. S. Blasij in Northeim Diœcesf. Moguut. 1464.
28. SS. Cosmæ & Damiani ac Simeonis Justi iu Lisborn prope Lippam Diœcesf. Monasteriensf. 1465.
29. Ilsenburg Diœceseos Halberstatt. unitur 1465.
30. S. Gotthardi Hildesheimensis A. C. 1467.
31. S. Michaelis in Monre Monachorum Bambergæ unitur A. C. 1467.
32. S. Landvini in medio-Lacu Diœc. Trever. 1468.
33. B. M. V. in Posavia 1467. vel 1468.
34. S. Clementis in Iburg. Diœcesf. Osnab. 1468.
35. Conradesburg. 1469. seu 70.
36. Cella Mariæ, olim Elsen. Diœc. Lubecc. 1468.
37. Scinna. Diœceseos Mindensis 1468.
38. SS. Petri & Pauli in Amesleben. 1468.
39. S. Laurentij in Urauw. unitur A. C. 1469.
40. S. Nicolai in Brauweiler 1469.
41. S Laurentij in Osbruck prope Traject. inf. 1469.
42. S. Martini Treverense unitur. 1469.
43. Fieczdorff Diœcesf. Paderbornensis 1469. occupatur. A. C. 1602.
44. S. Pauli (alias S. Catharinæ) in Siloë prope Groningen Diœc. Traject 1469.
45. Clara aqua Diœceseos Trajectensis 1469.
46. S. Pauli Ultrajecti 1469.
47. Offenbach in Palatinatu unitur 1469.
48. Mons S. Remigij Diœcesf. Moguntinæ 1470.
49. S. Martini in Spanheim, D. Mognnt. 1470.
50. S. Laurentij in Hildersleben. D. Magdeb. 1472.
51. S. Michaëlis in Luna burg D. Werdensf. 1472.
52. B. M. V. in Lacu Diœcesf. Treverensis 1474.
53. SS. Petri & Pauli in Aidingkhoff, 1477.
54. S. Michaëlis prope Velsdorff, 1477.
55. S. Felicitatis in Schwarzach 1480.
56. Munchurath. Diœcesf. Bambergensis, 1480.
57. Mariæmunster Diœcesf. Paderborn. 1480.
58. S. Crucis & B. M. V. Limburgense, 1485.
59. S. Walpurgæ Diœcesf. Argentoratensis, 1485.
60. SS. Marcellini & Petri in Seilgenstat. 1481.
61. Alperspach in Wirttenbergia 1482.
62. Weissenburg Diœceseos Spirensis 1482.
63. Oldenstatt in Ducatu Luneburg. D. Werd. 1483.
64. Radilsteden unitur 1483.
65. Oldensleben in Diœcesi Moguntinensi 1483.
66. S. Nicolai in Limpurg Diœceseos Herbipol. 1484.
67. S. Jacobi in Pagavia Diœcesf. Mersburg. 1485.
68. Monchroden Diœceseos Herbipolensis 1485.
69. Ballensteden D. Halberstad. 1486.
70. S. Mauritij in Toleià Diœcesf. Trever. 1487.
71. Oratorium Daciæ in Dania D. Aurusiensis, 1488.
72. Pronaw in Hassia D. Trever. 1490.
73. B. M. V. in Schutteren D. Argentinensis. 1490.
74. Odenheim D. Spirensis 1491.
75. Reinsdorff in Comitatu Everfordensi 1491.
76. S. Hereberti in Tuitio 1491.
77. S. Adelberti in Egmunda D. Harlemensis 1491.
78. B. M. V. in Secina Diœc. Mogunt. 1492.
79. Othwniense in Dacia 1492.
80. Wimmelburg, Diœceseos Halberstad. 1491.
81. Breidenauw in Hassia D. Moguntin. 1492.
82. Posech unitur A. C. 1493.
83. Konigslautern D. Halberstadensis 1493.
84. B. M. V. & S. Joan. Evang. in Rheinharzborn. 1493.
85. S. Adolphi in Himmelis seu Stauria in Frisia Occidentali D. Leovardensis 1495.
86. Hassungen in Hassia, D. Moguntiæ. 1505.
87. S. Viti Corbeiense in Saxonia 1505.
88. SS. Petri & Exuperij Gemblacense 1505.
89. B. M. V. Munsteriensis Luxemburgi 1506.
90. S. Alexandri in Graffschafft D. Colon. 1508.
91. Hasseseldt sive Harsfeldt. D. Bremensf. 1510.
92. S. Pauli (alibi B. M. V.) in Stadis 1510.
93. Burgel, unitur A. C. 1510.
94. S. Viti in Gladbach Diœcesf. Colon. 1511.
95. Cloister Mansfeld in Comitatu Mansfeld. 1512.
96. S. Jacobi Herbipolense. 1513.
97. Hugeshofen Diœceseos Argentinensis 1513.
98. Brettingen, Diœcesf. Mogunt. 1514.
99. S. Andreæ prope Brugas 1517.
100. Maursmünster Diœceseos Argentin. 1517.
101. Hulmershausen, Diœcesf. Paderborn. 1517.
102. SS Petri & Pauli in Affligemio D. Mechlin. 1524.
103. S. Salvatoris (alias B. M. V. in Eina) Diœceseos Cameracensis unitur. A. C. 1524.
104. S Hieronymi in Hulsburg Geldriæ 1526.
105. Wernerode, reformatur A. C. 1569.
106. B. M. V. in Gengenbach. 1571.
107. S. Trudonis in Hasbania D. Leodiensis. 1603.
108. SS. Petri & Pauli ac Medardi in Flierbach prope Lovaniam. unitur A. C. 1605.
109. SS. Viti & Modesti in Theres D. Herbip. 1607.
110. Ebersheim-munster. 1607.
111. SS. Petri Pauli & Georgij in Schwarzach Diœceseos Argentinensis A. C. 1607.
112. SS. Otthonis & Landelini in Ethona sive Ethen-münster, unitur A. C. 1607.
113. S. Cyriaci in Altorff, unitur congregationi A. C 1607.
114. S. Dionysij in Bantz unitur A.C. 1607.
115. Anragia Diœcesis Herbipolensis prope Kizingam ad Salam.

Hucusque Catalogus Abbatiarum Congregationi Bursfeldensi unitarum ex Notis R. P. Prioria S. Jacobi

S. Jacobi Moguntiæ A. C. 1629. Nunc in continuatione Alphabeti nostri pergamus.

C.

S. Cæciliæ.

Fuit hoc loco prima Cathedralis Ecclesia, donec Magnus Carolus novam molitus est Basilicam Archiepiscopalem. Cæterum Sanctimoniales S. Cæciliæ adjunxit, A. C. 888. S. Wilibertus Archiepiscopus, Monasteriumque dotârunt liberaliter Wichfridus & S. Bruno, Archiepiscopi, mansitque hoc Monialium Monasterium sexcentis penè annis, donec sub Elsa de Reichenstein Comitissa, & loci Abbatissa, hâc plurimum cum suis reclamante, Canonissæ introducerentur, A. C. 1475.

Cæli - Corona.

Vulgo Himmels-Cron; insigne sub Regula S. Benedicti, congregationis Marianæ Cisterciensis Cænobium, in Voytlandiæ montanis, ad dextram Albi Mœni inter Gefresum & Culmbachium oppida Brandeburgiorũ Marchionũ in Diœcesi Bambergensi situm; conditum sub A. C. 1280. ab Otthone Comite ab Orlemunde consentientibus filijs, quam postea Fundationem plurimum auxit Otho junior senioris filius an nepos A. C. 1332. Sed & alij viri fæminæque illustres plurima obtulerunt. Floruit summa virtutis fama florentissimum Cænobium, cujus Abbatissarum Syllabum texit Bruschius. Sepulturam in hoc Cænobio, præter Fundatores, habent Equites, de Wirsberg, Plasenberg & Kinsperg.

Cæsareense.

Kaiserheim patria lingua, corrupte Kaisshaimb appellant, amplissimum Benedictinæ Regulæ, sub Reformatione Cisterciensi sanctissima Monasterium, haud procul Donawerda, & ab eo loco, quo Lycus in Danubium influit Augustanæ Diœceseos, fundatum A. C. 1133. ab Henrico Comite de Lechsgmündt, ejusque conjuge Luigarde Comitissa ab Abensperg. Sepulturam in hoc Cænobio elegerunt, Comites inprimis Fundatores & posteri eorum, dein Comites de Helffenstein, de Neiffen, ab Oettingen, Barones de Gundelfingen, Mariscalli S. R. I. de Pappenheim, Pincernæ à Geyren, Dynastæ & de Rechberg, alijque plurimi.

Cambra.

Alias Cambero nobile prorsus & sanctis frequens olim Cœnobium, sacræ familiæ Cisterciensis in Diœcesi Cameracensi situm, quod A. C. 1148. Nicolaus tricesimus nonus ejusdem sedis Episcopus condidit, & magnifice dotavit. *Henriquez, Miræus, & nos in Annal. &c.*

Camburg.

Celeberrimum olim Benedictini Ordinis Cænobium, in Diœcesi Herbipolensi situm, hodie est sæcularium Canonicorum.

Campidonum.

Illustrissimum Benedictini Ordinis Monasterium A. C. 773. à B. Hildegarda Regina Caroli Magni, postea Imperatoris conjuge, nata Sueviæ Ducissa, confirmante eodem Carolo & augustâ liberalitate illud dotante. Cujus Abbas inter quatuorviros S. R. I. Abbates numerantur. Dedicavit Monasterium & solemniter consecravit ipse Adrianus Papa A. C. 777. in magna Pontificum & Principũ frequentia, insignique SS. Reliquiarum thesauro donavit. Abbatum Syllabus sequens à Bruschio profertur.

1. Andegarius, consanguineus Hildegardis, è familia, ex qua posteri Brunsvicenses. obijt 796.
2. Agapitus de Duro - cornu. obijt A. C. 817.
3. Gotthardus Kaltenberg Aquisgranensis ob. 840.
4. Adalbertus aliàs Eccenbertus Moringer ab Hopfenbach, idem etiam Episcopus Frisingensis obijt 854.
5. Conradus Dorn de Kalb- Augusta. Decessit 861.
6. Gerungus Amberger Augustanus. obijt 871.
7. Landfridus Hochranner ab Hattenwil ob. 892.
8. Fridericus Gremlich ab Ochsenbach, obijt 910.
9. Burcardus Ricznerus ab Hattenhofen. ob. 927.
10. Theobaldus Preisfelder de Aichstetten ob. 928.
11. Adelbertus Landfurer de Sulgow. ob. 940.
12. Ludovicus Fridsamier de Rauns sub quo Cœnobium ab Hunnis vastatum est. obijt 941.
13. S. Udalricus Episcopus Augustanus à moriente præ mœrore Ludovico exoratus bustum Cœnobij suscepit. Sub quo Ernestus Dux Sueviæ idem à fundamentis restituit.
14. Alexander Fordreffer ab Eck. obijt 992.
15. Stephanus Taradus ab Erpach decessit. 1011.
16. Eberhardus Herttensteiner à Winedenob. 1044.
17. Giselfridus Preisblatt à Mühlhausen, pacis inter Principes Conciliator. obijt A. C. 1048.
18. Laudolphus Reinstetter ab Hobeneck, primo statim anno resignat.
19. Bertholdus à Thannenfels obijt A. C. 1062. circ.
20. Henricus Dornstich ab Alten- Ravenspurg moritur sub A. C. 1073.
21. Conradus Neubrunner ab Osterrach, prædones varios compescuit. Exauctoratus sub A. C. 1091.
22. Udalric' Lindengrüen ab Ochsenbach ob. 1124.
23. Hattbo sive Ottho Niderhofer ab Etisheim.
24. Fridericus Festenberger à Landsberg.
25. Fridericus Klingenstein Augustanus ob. 1151.
26. Robertus Conradus Henneubergius à Scheideck obijt dum pro confirmatione Romam contendit.
27. Fridelocus Vorburger ab Helmshofen obijt 1185.
28. Berthold' Hochberger de Sacro ligno ob. 1208.
29. Rudolph. Wolfgangus de Kungseck ob. 1220.
30. Henricus Buttenbachius. obijt 1225.
31. Henricus à Summerauw. obijt 1235.
32. Gebbardus Orteck à Mayburg ob. 1237.
33. Theubaldus Bircker à Felsbruck.
34. Avergerus Randecker à Grundtstein. Exauctoratur A. C. 1241.
35. Hartmannus Müleckh vir nobilis ob. 1253.
36. Udalricus Nerlinger à Wurmberg. obijt 1268.
37. Eberhardus Burgberger. obijt 1296.

38. Con-

38. Conradus Zoller à Wisensteig, ob. 1501. circ.
39. Hartmannus Schnuller à Rauns. ob. 1515.
40. Henricus cogn. Impurus ab Hirsdorff. ob. 1331.
41. Burcardus Bureckh, Algovius ex Haselnweiler, fugit ex Cœnobio ob guerras.
42. Conradus qui & ipse propter suorum discordiam Cœnobio excessit.
43. Gerwicus Horrbander ab Helmshofen, ob 1340.
44. Henricus ab Oberhofen; inutilis.
45. Conradus Burberger. peste obijt primo anno.
46. Henricus à Mittelberg multa passus ab oppidanis, moritur A. C. 1382.
47. Fridericus ab Hirssdorff, Mortuus A. C. 1405.
48. Fridericus à Lambenberg vir præstans. ob. 1414
49. Pilgrinus de Werdnauw benè meritus ob. 1451
50. Gerwicus à Simmeringen. Resignat. 1460.
51. Ioannes à Weednauw, obijt A. C. 1481.
52. Ioannes à Riedtheim. moritur 1507.
53. Ioannes Rudolphus à Reittenauw vir eruditus, & verè nobilis, Obijt 1523.
54. Sebastianus à Breitenstein, sub quo seditiosi rusticj Cœnobium & omnes arces ejus vastarunt quas ille præclarè restauravit. Obijt 1536.
55. Wolfgangus à Gruenerstein vir laudatissimus.

Cappellense.

Situm in Vrbe Bruxellensi, fundatum, à Gothfrido Barbato Lotharingiæ & Brabantiæ Duce qui obijt A. C. 1140. estque membrum Cœnobij S. Sepulchri Cameracensis.

Cappellense.

Aliud, Benedictini item Ordinis in Germania in quo multa Virginum DEO sacratum agmina vitam religiosissimè exegerunt.

Campus Regius.

Fundavit illustre hoc Cœnobium extra portas oppidi Delphensis, Richardus Comes Hollandiæ, Guilelmi filius, Florentij IV. frater Germanus A. C. 1230. & insigniter dotavit. De quo in Historia Comitum Holland. &c.

Cappell.

Ditissimum Helvetiæ sub Regula S. P. Benedicti & sacra Reformatione Cisterciensi Cœnobium, haud procul Tugio, loco peramœno situm, quod A. C. 1185. Waltherus Baro ab Eschenbach Dominus Schnabelburgius & Schwarzenbergius condidit, & plurimum locupletavit, ad quod multi alij Dynastæ varias possessiones contulerunt, ij inprimis qui apud viros Religiosos sepulturam elegerunt, Equites Generosi ab Halweill, olim Alaville, de Baldeck, ab Hünnenberg, de Bonstetten, Gesleri de Braunegg alijque. Cessit cum mutatione Religionis sæcularibus pulcherrimum Cœnobium, paretque hodie Reipublicæ Tigurinæ.

Castellum.

Celebre S. P. Benedicti, in Palatinatu superiore ad Lauterum amnem Diœceseos Eichstadianæ Monasterium, ad honorem Apostolorum Principis consecratum, quod sub A. C. 1098. à Friderico Comite de Castell, in monte Castelberg (sic à tribus illic arcibus cognominato) magnifico opere constructum Ottho deinceps de Hirsberg & Hebberg ejusdem Friderici filius, & Beringarius de Sulzbach ejusque conjux Adelheidt de Wolfratshausen magnis possessionibus auxerunt. Resplenduit aliquot sæculis felix viris eruditis & Nobilibus Cœnobium, donec mutata circum undique Religio Religiosos pelleret, & ad alienos converteret usus, quæ Veteres sacris dicavêre.

S. Catharinæ.

Insigne Virginum Benedictinarum Cœnobium Trudonopoli, de quo nil præterea, sive de ejus Fundatione sive de loci Præsidibus, reperire potuimus.

S. Catharinæ aliud,

Canonissarum scilicet Ordinis S. Augustini, in Diœcesi Genevensi, quod utrum hodie exter ignoramus.

S. Catharinæ aliud.

Quod alias etiam S. Pauli dicitur, Monasterium Benedictini Ordinis in Siloe prope Groningam Diœceseos Trajectensis, Congregationis Bursfeldensis. Quod cum sit utriusque sexus, videtur ad differentiam aliquam, Virorum S. Pauli Virginum autem S. Catharinæ appellari.

S. Catharinæ aliud.

Fundatum sub A. C. 1276. tempore Rumoldi Baronis de Ramstein Abbatis S. Galli, quod dein miserè jactatum est tempore mutatæ Religionis.

Cazia.

Sive Cazes, illustre Virginum Benedictini olim Ordinis Cœnobium, in superiore Rhætia, Diœcesi Curiensi, valle domestica, vulgo Domlesca situm, quod fundavit Victor Curiensis Episcopus, sub A. C. 758. filius Paschalis Rhætiæ & Brigantij Comitis, & Æsopiæ Comitissæ ab Alta-Rhætia, quodque postea S. Adelgerius ejusdem sedis Episcopus, totum restauravit; & secundi Fundatoris titulum meruit, sub A. C. 1155.

Cella Mariæ.

Ordinis Benedictini egregium Cœnobium, olim Elseose, sive Eltersdorffense dictum, situm in Diœcesi Lubecensi, quod A. C. 1468. Congregationi Bursfeldensi se junxit.

Cella Mariæ.

Cœnobium aliud, Styriæ in partibus, haud procul à finibus Austriæ inferioris situm, incredibili penè peregrinorum concursu quotidie frequentarum, in quo revera, tanquam cella Deiparæ propria, haud minora quam in Nazarethana illa seu Lauretana, Divina gratia ad invocationem Virginis Matris mirificè operatur. Est autem membrum Lambertini Cœnobij, cui hodie præsidet Rever. & verè Gratia Benedictus & nomine, qui cellæ hujus Marianæ alter Conditor dici meretur.

Cella Mariæ.

Aliud item ejusdem nominis, professionis Benedictinę

nedictinæ duobus infra Ratisponam milliaribus, quod Prioratus olim erat, in Abbatiam postea conversum est. A. C. 1430.

Cella DEI, superior.

Insigne Ordinis Præmonstratensis, in Francia Orientali, ad Mœnum, Diœceseos Herbipolensis, Cœnobium, ab ipso Ordinis illius Conditore S. Norberto fundatum, ab Embricone Episcopo locupletatum A.C. 1128. Cujus Monasterij Abbates Bruschius breviter recenset.

Cella DEI, inferior.

E Regione superioris, haud procul ab altera Mœni ripa pro Virginibus Ord. Præmonstratensis conditum Cœnobium, in quo Pincernæ de Rosberg sepulturam elegere. Postero tempore fœminis viri Religiosi successere.

Cella Monachorum.

Hodie Ethonis Monasterium, celebre admodum & magnificum, quod sub A. C. 700. Wiggerus quidam seu Wigernus Monachus, Argentinensis postea Episcopus condidit; & CellamMonachorum appellavit, restauravit non multo post Etho Habspurgi Comes & ipse Argentinæ Pontifex, qui sub A.C. 773. obijt à quo deinceps Ethonis Monasterium, vulgo Ettenmünster est appellatum.

Cella-Nova.

Inclytarum Lusatiæ Cœnobium quod A. C. 1280. Henricus Marchio Misniæ & Lusatiæ condidit, & Principe liberalitate dotavit.

Cella Paulina.

Ordinis Benedictini in Saxonia Monasterium in Diœcesi Moguntina situm, cujus Abbas fuit Gerungus, Hirsaugia postulatus quod B. Paulina sancta fœmina condidit ibidem sepulta. Videatur Trith Chronico Hirsaugiensi.

Centiphanum.

Ponit hoc inter virorum Monasteria in Catalogo seu Indice Monasteriologiæ suæ Bruschius, nec tamen vel Conditoris vel Abbatum meminit, proximum tamen huic loco Pontis Leonini, sive Leuvichij Virginum Cœnobij Abbatissas describit, ut de illo certi nihil statuamus. Cæterum Trebetæ Nioi & Semiramidis filio phani illic conditi initia tribuunt, ajuntque centum Dæmonibus fuisse dicatum.

Chiebach.

Nobile inprimis Virginum DIvi Benedicti Monasterium, in ejusdem nominis vico in Bavaria, medio ferè itinere Schrobenhausium inter & Aichense oppidum ab Alberone Comite de Sempt & Eberspergconditum, & Christi anno 1011. in honorem S. Magni consecratum est, quod non multo post incendio absumptum Udescalcus Fundatoris frater cum conjuge sua Wilbirgi restauravit. Meruit Datoris & Benefactoris præcipuum titulum: Hermannus Augustanus Episcopus, Comes Witelspacensis, quæ causa erroris fuit nonnullis, ut huic familiæ adscriberent Fundatricem.

Chiemsee Virorum.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, celebre Cœnobium, vulgo Herrenwerth / aliàs in der Aw sive Pfaffenwerdt dictum, quod olim à Thessalone Bavariæ Duce pro Monachis Divi Benedicti conditum ab Ugris deinceps eversum, Conradus Salisburgensis Episcopus sub A.C. 1116. à fundamentis restituit & Canonicis S. Augustini Inhabitandum dedit. Eberhardus autem Archiepiscopus, ex familia de Truchseo Episcopatum Chiemensem instituit, sine tamen præjudicio Præpositi & Monasterij Chiemensis.

Chiemsee Virginum.

Vulgo Frawenwerdt illustre VirginumOrdinis S. P. Benedicti Cœnobium, Fundatum similiter à Thessalone Duce, & à maximis Imperatoribus sæpius dotatũ atque ornatum, illustrissimum revera, etiam juxta sæculi dignitatem, ut Religiosissimũ Gynæceum extitit. Namque ut alias Principes taceam, in solo Abbatissarum Catalogo duas Regiæ dignitatis Antistitas, neque internas illas, sed Nominis servitio voluntarie addictas habuit: Irmgardam Ludovici Imper. filiam. & Germbirgem Henrici II. Sororem, qui & secundi Fundatoris titulum apud Virgines illas meruit. Flores usque disciplina & opibus & à tot sæculis totâs Virginum cohórtes ad nuptias Agni cultissimas dignissimasque transmisit, *Vid. Kund, in Metrop.*

Cloquense,

Ordinis Canonicorum Regularium splendidum Monasterium. Morineosis olim, hodie Andomaropolitanæ Diœceseos, quod ex Canonicorum secularium Collegio Ioannes Morinorum Epis. A.C. 1120. Regulare fecit, & Ordini S. Augustini tradidit, cuius dotem postea auxerunt, Guihelmus, Daniel Balduinus & Robertus Bethuniæ Domini.

SS. Christophori & Mauritij.

Benedictini Ordinis in Diœcesi Magontina Cœnobium. aliàs Hoburgense sive Homburgense dictum, Congregationi Bursfeldensi sociatum, de quo in Catalogo supra allato.

S. Christophori aliud.

Reinhausense olmarum ejusdem Ordinis, Moguntinæ similiter Diœceseos, quod in Capitulo Generali Bursfeldensi personaliter per Abbátem seu delegatos A. C. 1554. comparuit, deinceps autem sub A. C. 1573. sive 74. à secularibus occupatum.

Cillenense.

Nobilissimum olim Benedictini Ordinis Cœnobium, qud ad Muldam fluvium Dedo Comes Rochlicius & Wethinensis, ex Marchionibus Landsperge & Lusatiæ, cognomento Crassus condidit sub A. C. 1170. ibique à morte sepultus est.

Cladrubium.

Spectatum & inclytum Ordinis S. P. Benedicti in Bohemia Monasterium, fundatum & dotatum à diversis Bohemiæ Ducibus, maximè Vladislao,

Vratislai

Vratislai Regis filia ibidem inhumato. Floret usque hodie & lectissimum Religiosorùm cœtum alit, magno solatio circumiacentium provinciarum.

S. Claræ Norimbergæ.

Amplissimum ante mutationem Religionis Cænobium, conditum sub A. C. 1278. Dotatore loci præcipuo Eberhardo Dynasta ab Hertingsberg Equite Aurato, cujus Vxor Guta, vna cum tribus filiabus concordi omnium voto, illic se conclusit. Abbatissarum loci Catalogum prolixum reperies apud Bruschium.

Clara-Aqua.

Utriusque sexus, interclusum tamen, lectissimum Divi Benedicti Monasterium, in Diœcesi Trajectensi situm, quod A. C. 1469. Congregationi Bursfeldensi se adjunxit; fuitque in flore etiamnum A. C. 1571.

Clarus-Fons.

Diœceseos Treverensis, sub Regula S. P. Benedicti & Constitutionibus Cistercienfium illustre Virginum Cænobium; De cujus Fundatoribus hucusque nihil reperimus.

Clarus-Mariscus.

Vulgo Claer-marez ejusdem Ordinis elegans Monasterium, olim in Diœcesi Teraonensi, nunc Audomarensi in inferiore Germania situm, quod A. C. 1140. Tkeodorus Comes Flandriæ condidit. Præfuit haud ita pridem eidem Morandus de Blomme, & ante hunc Antonij duo egregij de Croix, & de Canteleu, quorum illustris memoria usque hodie ob præclare gesta, merito perseverat.

S. Clementis.

Ordinis Benedictini Congregationis Bursfeldensis Monasterium in Diœcesi Osnaburgensi alias S. Clementis de Iburg, sive Iburgense dictum, de quo in Catal. Monast. Bursfeld.

Clingenmünster.

Ejusdem Ordinis præclarum Cænobium, in Diœcesi Spirensi, olim Hirsaugiensi Congregationi sociatum de quo Trith. in Chron. Hirsang.

Cloister Mansfeldt.

Benedictini similiter Ordinis, in Comitatu Mansfeldensi, ab ijsdem Comitibus fundatum ac dotatum. De quo in Catalogo Monast. Cong. Bursf.

Clusa S. Ioan. Bapt.

Celebre vel pro ipsa existimatione Religiosissimæ vitæ, etiam hodie, Virginum Benedictinarum in urbe Coloniensi Cænobium, quod *in Clusa* propter Clausuræ rigorem dicitur, de quo ita Rever. multoque mihi nomine colendus, Ægidius Gelenius, Virginum illic degentium apud Colonienses existimationem obiter designans: *Quia*, inquit, *ab hominum aspectu remota, mentis oculos pascunt jugi meditatione DEI, hinc ob devotionis famam, Coloniensis populus in angustijs, emit orationum ipsarum suffragia largis eleemosynis, &c.*

Clusa B. M. Virginis.

Benedictini & hoc institutum est, Congregationisque Bursfeldensis, situm in Diœcesi Hildesheimensi; Ducatu Brunsvicensi, in quo Reformatio initium habuit, quæ postea cœpit Bursfeldensis appellari, cœpta nimirum à Beatæ mem. Joanne de Mindauw hujus Clusæ Abbate, qui postea Bursfeldam postulatus, latè Reformationem propagavit, & Germaniam universam mirè demeruit. Pulsi primùm ex hoc Cænobio Religiosi sunt à Protestantibus A. C. 1542. vel 43. videntur tamen postea restituti, cùm anno 1571. in flore denuo fuisse Monasterium scribatur, donec nova tempestate obrueretur.

Cockelsee.

Virginum Ordinis S. P. Benedicti situ eleganti Cænobium ad lacum ejusdem nominis in Bavaria adsitum, fundatum sub A. C. 740. à Landfrido, Waldramo, & Elilando Agilolfinganis Principibus, Comitibus Antorffij (ex quo genere & Altorffij,) & Loysa, &c. consecratumque & Ordini S. P. Benedicti initiatum à S. Bonifacio primo Archiepiscopo Moguntino.

S. Columbæ Virginis.

Monasterium Virginum Benedictinarum Cistercienfium, situm in Germania inferiori, in Diœcesi Audomarensi, fundatum A. C. 1180.

Comburgum.

Potentissimum olim Divi Benedicti Cænobium ad honorem S. Nicolai in Diœcesi Herbipolensi, fundatum, hodie est Collegium Canonicorum sæcularium.

Confugium.

Celeberrimum omnino Cænobium, quod S. Kunegundis Imperatrix condidit & magnificis imo regijs muneribus coluit, donec in eodem Regia posita purpura totam se DEO & Divo Benedicto consecraret. Vixit in eodem annos quindecim & felicissima morte decessit, cui Bambergam translatæ, visus in tumulo etiam ipsum cadaver Virginis mariti deferre & honoratiorem locum cedere.

Conradesburg.

Ordinis item Benedictini, Congregationis Bursfeldensis, de quo Catalogus Abbatiarum Bursfeldensium supra allatus.

Corbeia.

Saxonum longè illustrissimum Cænobium, A. C. 822. à S. Adelhardo Abbate Corbeiæ Veteris in Gallia Caroli Magni consobrino viro sanctissimo conditum & in honorem S. Viti consecratum; promptuarium dein maximorum Episcoporum & virorum Apostolicorum, ex quo deinceps maximi gentium Apostoli SS. Ansgarius seu Anscharius, Rembertus, Tiagrinus S. Hogerus, alijq; prodiere, tantaq; Sanctorũ copia affluxit idem felicissimũ Monasterium, ut qui obiter tantum Corbeiensium Sanctorum gesta lege-

rat, totum volumen impleret. Fuit olim hoc ipsum & plurima alia de Imperio merita somma apud Cæsares & S. R. I. Priocipes in æstimatione hoc Monasteriom, & Abbas semper inter præcipuos S. R. I. Principes usque hodie fuit nomeratus. *Vid. Annal. nostri Benedict. & Menolog. de diversis Corbejæ sideribus.*

S. Cornelij.

Ad Iodenos vulgo dictum, Beoedictini Ordinis Jllustrissimum Monasterium, cujus atiam Abbas S. R. I. Prioceps est; nec dum tameo quo anno, & à quibus fundatum sit pro comperto habemus.

Cortenberg.

Inferioris Germaniæ Virginum Benedictinarũ Cænobium, Bruxellum inter & Lovaoium, Diœceseos Mechlinieosis, de quo Miræus & Gazæus.

SS. Cosmæ & Damiani.

Benedictioi item Ordinis illustris Abbatia, condita in honorem prædictorum Sanctorum & S. Simeonis justi, alias dictum Lisborneose, sitom prope Lippiam in Diœcesi Monasteriensi; quod se adjunxit Congregationi Borsfeldensi A. C. 1465.

SS. Cosmæ & Damiani, aliud.

Et istud ejusdẽ Ordiois & Congregationis fuit, quod tamen alibi etiam B. M. V. dicitur in oppido Hosburg seu Hilsburg, Diœcesi Halberstadiensi conditom, quod prædictæ Congregatiooi nomen dedit, A. C. 1437.

Cosvicum.

Cosvicensẽ egregium olim Virginum Divi Benedicti Monasterium à Priocipibus Saxoniæ Anhaltinis fundatum, in quo moltæ maximæ Principes Christo Domino se devoveruot, quodque memorabile omnino est, quinque simul semelque sorores Priocipes Anhaltinæ suave Domini jogum amplexæ sunt, Sigismundi Priocipes filiæ, Alberti Senioris sorores.

Cotvicum.

Melius Gotuicum scribitur Austriæ Cæoobiom, de quo, suo loco, littera K. Kettnick.

Coxiense.

Idem quod superius Caziense seu Cazes dixim⁹.

Crembsmünster.

Nobilissimum Austriæ superioris Cænobium, latinè Cremiphanium dictum, Benedictini Ordinis Diœceseos Pataviensis, in valle venustissima ad amnem Crembs situm, cujus ante annos pauculos annos Abbas Antonius fuit; ille qui Europæ universæ innotuit & Pontifex creatus Viennensis, dom rubeus illi galerus Romæ decernitur, summo Cæsaris luctu, totius Ordinis, imò omnium Ordinum maximo incommodo terris subtractus est. Fundavit Cænobium Tassilo Dux Bavariæ eo oomine III. A. C. 777.

Creuzlingen.

Ordinis Divi Aurelij Augustini Canoolcorum Regularium insigne Cænobiom, loco peropportuno atque eleganti Constantiæ Acronij metropoli adsitum, fundatum ab Udalrico Constanoiense Episcopo Comite Kyburgio sub A. C. 1120. quod ultima hâc tempestate, Suecis Constantiam frustra obsidentibus, & intra muros potissimum hujus Monasterij sese condentibus, multo booorum omnium dolore combustum, consurrecturum paulo post, loco minus urbi periculoso, nec minus Religiosis cōmodo, splendore majore & dignitate.

Cuspinium.

Beoedictini Instituti magnificum & celebre Asceterium, inter Valentianos & Gislenopolim à S. Landelino constructum sub A. C. 640. quod postero tempore, sub hujus ejusdem Fundatoris sui nomioe & Patrocinio est restitutũ & consecratum. Situm est in Diœcesi Cameraceosi, floruitque tot sæculis, multa Sanctorum eruditorum, & Jllustrium frequentia, è quibus alios inter magnus ille Aibertus fuit, Deiparenti gratissimus, de qoo, alijsque fusius agimus, in Meool. nost. Beoed.

S. Crucis.

In Aostria, Jllustre admodom sacræ familiæ Cisterciensis Cænobium, à Prioribus Austriæ Marchionibus conditom, sitũ io Diæcesi Patavieosi, in qoo Monachum professus fuit Beatæ memoriæ Conradus S Leopoldi Austriæ Marchionis filius, frater B. Ottbonis Episcopi Frisingensis, ex Abbare bujus Monasterij creatus Pataviensiom Episcopus, inde ad Archiepiscopalem Salisburgensium cathedram evocatus.

S. Crucis aliud.

Virgioom sub Regula S. P. Benedicti degeotium in Northausen Thuringiæ, fundatum à Landtgravijs Thuringiæ, qood postero tempore motatum fuit in Collegium Canooicorum sæcularium, iterumque sactis Deo Virginibus est redditom, donec superioris sæculi motationibus absorberetur.

S. Crucis aliud.

Aliàs S. Crucis & B. M. V. in Lymburg dictum situm in Diœcesi Spirensi. Quod unimm fuit Congregationi Bursfeldensi A. C. 1485. postea tamen A. C. 1564. à Protestantibus occupatum est.

S. Crucis, aliud

Aogustæ nimirum Vindelicorum; instituti Canonicorum Regularium S. Augustini, quod primùm in Mutterhofen pago, à Mariscallis de Biberach fuit conditum, inde paulo post à Conrado Episcopo Augustano Comite Luzelsteinio Hamelbergam, iterumque inde ab Udalscalco Comite de Thennenloch ejusdem sedis Episcopo Augustam translatum est. A. C. 1194.

S. Crucis aliud.

In oppido Donawerda fundatum initio pro Benedictinis Virginibus à Mangoldo Dilingæ & Kyburgi Comite ejusq; conjuge Tuta, ab horum dein

posteris

posteris viris ejusdem Ordinis assignatum & liberalissimè dotatum. Io qoo sepulturam accepit Ven. memoriæ Maria Ducissa Bavariæ, nata Princeps Brabantiæ, à proprio marito ob suspicionem decollata. Mausolæum ibidem habent S. R. I. Mariscalli de Pappenheim, multique alij Equestri dignitate nobiles, Vetter voo der Lilgen & de Sweigeo, &c.

S. Cyriaci.

Ordiois similiter Benedictini, aliàs S. Cyriaci in Altorff appellatum, Congregationis Bursfeldensis, cui unitum oostra ætate legitur anoo Christi 1607.

S. Cyriaci aliud.

Benedictinæ etiam Professionis, sed hoc Virginum, uti illud virorum, situm in ipsa urbe Erdfurdeosi, quod superioris sæculi mutationes etiam exhauseruot & dissipàrunt.

D.

Dalheimb,

Monasterium est Christi Virginum sub Regula S. P. Benedicti & sacra Cisterciensium Reformatione in ipsa orbe Moguntineosi, alias S. MARIÆ in sacra Valle appellatum, de quo Nic. Serarius io Moguntiacis, &c.

Danckmarsfeldt.

Insigne hoc Monasterium fuit Ordinis S Benedicti in Lusatia, conditum sub A. C. 970. à Diethmaro I. Marchione Lusatiæ, Comite Reveningeosi & Nordringensi, ejusque conjuge Suanhilde Saxoniæ Docissa, Hermanni Bilungi filia. obijt Fundator A. C. 978.

Declivienſe.

Monasterium Benedicti item Ordinis in Diœcesi Cameracensi, quod A. C. 1095. condidit in loco Declivio, Manasses Cameracensium Pootifex, quod postea ad preces Roberti Hierosolymitani Comitis Flandriæ, & Episcoporum aliquot interveotu idem Manasses, Gerardimontium transtulit.

Deckingen.

Situ eleganti & sublimi, Benedictini Ordinis haud procul Nordlinga Cœnobium in Diœcesi Augustana situm, quod modicis cœpit initijs, nec tamen in modicum spleodorem etevit; cujus olim Abbas Marquardus fuit, *multarum virtutum vir*, à Trithemio appellatus, & è Promptuario illo Sanctorum Præsulum Hirsaugiensi postulatus.

Denckendorff.

Monasterium Diœceseos Constantiensis in Ducatu Wirttenbergio, ad honorem Sepulchri Dominici conditum sub A.C. 1120. à Bertolfo Comite & Libero ab Erlickeimb, pro Canonicis Regularibus, confirmatum fuit ab Hooorio II. Pont. Max, A.C. 1124. & Conrado II. sive ut alij numerant, III. A. C. 1139. Multisque Privilegijs à diversis Cæsaribus auctum.

Dennicka.

Sive Tännickon opulentum Virginum Cistereiensium in Turgovia Helvetia Cœnobium haud procul oppido Frawenfelda, fundatum à Nobilibus de Landsperg, de Bichelsee & Rockijs de Tanneck, in Diœcesi Coostantiensi quod usque hodie est florentissimum, etsi superioribus ultimis sæculis, cùm Dominij mutatione tùm Religionis, totam Provinciam pervadente malo, penè concidetit.

Detichienſe.

Alias Bethleem dictum, Benedictini Ordinis illustre Cænobiō, quod sub A.C. 1150. condidit prope Detichiū Heoticus Comes Geldriæ & Zotphaniæ, una cum conjuge sua Seinora Brabantiæ Ducissa.

Dieleghem.

Ordinis Præmonstratensis, in Germania inferiori Diœceseos Machliniensis Cœnobium, fundatum A. C. 1140.

Dieſſen.

Caoonicorum Regularium Ordinis S. Augustini io Bavaria Cænobium, ex arce sit Cænobium sub A. C. 1132. per Berikoldum Comitem ab Andechs, & Otthonem Comitem de Wolfratshausen. Dotavit splendidè S. Ottho Bambergensis Episcopus, nec noo alij viri illustres, de quibus consulendus est Wig. Hundius in Metrop.

Dieſſenhofen.

Aliàs Vallis S. Catharinæ, paolo infra oppidum Diessenhofense, ad Rheni fluviorum Principis amœnissimam ripam adsitum, Ordinis prædicatorij Nobilium Virgioum sacro cœtu celebri, quod ex collectis primùm eleemosynis conditum, deinceps magnatum largitionibus magnis, opulentissimom evasit. cui, alios inter, Dapiferi de Diessenhofen plurimum contulêre.

Dietramszell.

Caoonicorum Regulariom S Augustini Cænobium in Bavaria, fundatum ab Udalscalco Abbate Tegernscensi, cum consensu Conventus sui, & Episcopi Frisingensis sub A.C. 1096. cujus primos præpositus fuit Dietrammus, à qoo & Cœnobium accepit cognomentum.

S. Dionyſij.

Mooasterium Ord. S. P. Benedicti in Germania inferiore, alias dictum de Broqueroia, fundatū à Richilde Flandriæ & Hannoniæ Comitissa A. C. 1086. *Vid. Aub. Mir.*

Diſertinum.

Volgo Disentis, Benedictini Ordinis Vetustissimum in Rhætia superiore Monasteriū, cujus Abbas Princeps Imperij est, habetque jus cudendæ monetæ, præter multa alia Privilegia, qoibus ab Impp. donatus est. Fundatum fuit à S. Sigisberto S. Columbani discipulo sob A. C. 614. inter Æruarios, loco maximè sylvestri desertoque, unde Desertinense primùm appellatum est. Dotator Cænobij præcipuus fuit S. Placidus inter Rhætos vir

 potens,

potens, qui præter opes ac possessiones amplissimas seipsum contulit & Deo consecravit, idem non multo post à Victore Rhætiæ Comite, quod scelera ejus reprehendisset, capite truncat⁹, quod ipse, grandi miraculo humo attollens ad sanctum Abbatē attulit, Victor autem paulo post ulciscente Numine, de ponte in Rhenum decidens miserè perijt. Abbatum syllabum, qui non ita obvius est, etsi mancum subinde ac mutilum subjicimus:

1. S. Sigisbertus S. Columbani discipulus, Æctuatiorum Apostolus, post quem plurimorum Abbatum nomina desiderantur.
2. Adelgundus incertum quo tempore vixerit.
3. Udalricus claruit anno Christi 1048. Iterumq; aliquot Antistitum memoria desijt.
4. Waltherus claruit A. C. 1140
5. Hugo. 1180. 6. Albertus claruit 1207.
7. Rudolph. à Rychenstein claruit A. C. 1283.
8. Doricus sive Theodoricus Baro ab Attinghausen. 1304.
9. Jacobus ex Comitibus Linzgoviæ & Buchor. 1314.
10. Conradus. 11. Wilhelmus 1321.
12. Martinus à Saxo, è Baronibus Altosaxijs.
13. Joannes, claruit anno 1371.
14. Conradus incertùm quo genere, clar. 1393.
15. Petrus à Pultinga claruit anno 1404.
16. Nicolaus à Marmore, vulgo de Marmels 1456.
17. Joannes à Schoneck, corruptè à Schnegg. 1472.
18. Joannes Brucker, claruit anno 1497.
19. Andreas de Falera, anno 1510.
20. Martinus Vinckler.
21. Josias Krein de Rasteino. claruit A. C. 1535.
22. Leonardus Fierer claruit 1536.
23. Paulus cognomine Nicolaus superstes 1551.
24. Christianus à Castelberg vir nobilis 1567.
25. Nicolaus Dironus de Trono, claruit 1584.
26. Joannes Bundius de summo vico A.C 1593.
27. Sebastianus à Castelberg A. C. 1614.
28. Augustinus Stöcklin Asceta Murensis & Decanus Fabariensis, Princeps eruditissimus qui multa mihi gratiosè communicavit.
29. Adalbertus Bridler ex Murensi item Cænobio postulatus multo nomine mihi colendissimus.

S. Disibodi.

Ab ipsomet primùm S. Antistite, mirifico Ordinis Benedictini per Germaniam promotore fundatum, & postero tempore ab ipso cognominatum, postea à Clericis occupatum & male habitum restituit Ruthardus Archiepiscopus Moguntinus A. C. 1108. & in locum commodiorem, montem scilicet transferens, Monachos reintroduxit. Etsi idem jam multo ante etiam Willigisus Archiepiscopus similiter A.C. 976. restauraverit.

Dobberrinense.

Incertum nobis cujus Ordinis, celebre tamen Virginum in Ducatu Mechelburgensi Cænobium, cujus Abbatissa sub A. C. 1470. fuit Elisabetha Ducissa Mechelburgensis Udalrici, & Catharinæ Wandalorum Principis filia.

Dobra.

Illustre Benedictini Ordinis in Ducatu Megapolitano Monasterium, quod anno Christi circiter 1160. Primislaus ultimus Rex Herulorum condidit, in eoque post mortem sepultus fuit, A. C. 1179.

Dominarum.

Illustrissimum Virginum Benedictinarum in Helvetia prope Tigurum Cænobium, fundatum A. C. 833. à Ludovico Germaniæ Rege, quod postea Canonissarum Collegium factum est, mutatio autem Religionis totum abolevit.

Dominarum.

Aliud Monasterium milliari uno ab Ultrajecto situm, fundatumque A. C. 1138.

Dononium.

Vulgo *Denain* perinsigne Benedictini Ordinis Monasterium ad Scaldim fluvium secundo milliari à Valentianis Hannoniæ urbe, conditum à B. Adelberto Austrovandiæ Comite, ejusque conthorali S. Regina, Pipini Regis nepti.

Donavverdense.

Alias S. Crucis, de quo jam superius egimus.

Donce.

Alias Donce insigne Virginum sacrarum Gyneceum, fundatum à Simone de Lalain, Montignij Domino in Diœcesi Gandavensi.

Doreselle.

Virginum item Christo emancupatarum sub Regulâ S. P. Benedicti & Cistercienſium Constitutionibus illustre domicilium, in eadem Diœcesi situm, & conditum A. C. 1215. haud procul, sesquimilliari scilicet à Gandavo.

S. Dorotheæ.

Insigne Canonicorum Regularium in ipsa urbe Viennensi Cænobium, multis Privilegijs à diversis Austriæ Principibus & Cæsaribus donatum.

Duellium.

Celeberrimum olim & spectatissimū Ordinis S. P. Benedicti Cænobiū, eo ipso loco, quo hodie munitissimum & inexpugnabile eo ipso nomine, vulgo Hohen-Dwiel, castrum Wirttenbergiæ Ducis, in Hegovia spectatur, ex castro & residentia Veterū Guelphorum Alemanniæ Principum in Cænobium conversum à Burcardo I. Alemanniæ Duce, & Hedwiga ejus conjuge Rudolphi Burgundionum Regis filia, sub Contado I. an Henrico I. Imperatoribus. Ejus Cænobij Abbas primus fuit S. Welfridus sive Walfridus ex familia Comitum de Nagolts & Calw miraculorum gloria illustrissimus, cujus benedictione ad nostram usque ætatem dolium quoddam superfuit oleo indeficiente, multis prodigiose medicum & salutare. Syllabus ejus loci Abbatum, antequam inde ad oppidum Stein transferrentur, à nobis tomo 2. Constant. Benedict. sequens pertexitur.

1. Abbas Duellianus S. Welfridus Comes de Nagolts & Calw.
2. Rehwingus.
3. Dietheticus seu Theodoricus.
4. Wazemannus claruit A. C. 968.
5. Starcolphinus.
6. Regingerus.
7. Meningosus.

8. Trude-

3. Trudewingus, idem ultimus in Duellio & primus in novo S. Georgij Cœnobio, in oppido Ste in, quò una cum Monachis commigravit, eo quod accessu difficilior locus Duellij esset, tum peregrinis & fidelibus eo devotionis gratia occurrentibus, tum aquarum vivarum seu scaturientium defectu, & inferendi commeatus difficultate.

Dune.

1. Abbatia Dunensis longe celeberrima, sub Regula S. P. Benedicti & Sanctissima Cisterciensium Reformatione, sub primis hujus Auctoribus condita A. C. 1138. ex eo tempore incredibili penè Sanctorum copia floruit, & tanta quidem, ut io singulos penè Anni dies Anniversaria eorumdē obitus memoria sufficeret; quod non nemo ex edito nostro SS. & BB. Ordinis Caleodario observavit. Vixêre in hoc Cœnobio simul semelque Religiosi Sacerdotes & Clerici 130. Conversi 24. cujus altera dedicatio, nova quandoq; Basilica constructâ, A. C. 1262. pro commendanda inquilinorum sanctitate admirandis omnino prodigijs à Numine insignita est, cum de nocte cœlesti luce locus mirè circumfusus longe lateque omnia illustrans grandis incendij speciem præseferret, accurrentes autem undique ægri, omnes omnino prodigiosam reciperent sanitatem, & innumeris eo confluentibus prodigiosè pisces sufficerent, &c. De quo Monasterio ejusque Sanctis mira afferimus in Menologio nostro majore Benedictino.

Dune aliud.

Situm in Comitatu Montensi Benedictini Ordinis, quod sub A. C. 930, Engelbertus Comes Montensis condidit, & liberaliter dotavit.

Dunevvarch.

Monasterium egregium sub Regula S. P. Benedicti & Cisterciensium Constitutionibus sacris Deo Virginibus conditum in quo multæ lectissimæ Christi sponsæ sanctè educatæ, mira Virtutum fragrantia cœlum terrasque recrearunt, quas inter Beatæ memoriæ Maria Comitissa de Seyn mirabilis effulsit, cui sæculari etiamnum Deipara spectabili apparens formā sertum florigerum imposuit, & hoc ipso eam ad sanctissimum vitæ institutum inflammavit.

E.

Eberbacum.

Illustre admodum Cœnobium sacræ familiæ Cisterciensis de quo Cæsarius lib. 5. & 6. in quo multi ascetæ egregia exsplenduêre sanctitate, Theobaldus inprimis Abbas, de quo nos in Menolog. nost. 24. Januarij &c.

Ebersheimb Münster.

Fundatum pro Ordine S. P. Benedicti ab Ethicone sive Attico Duce ejus nominis I. Guelphonis I. atavo sub A. C. 685. etsi jam ante cella ibidem erecta esset Monachorum à Dagoberto Rege in memoriam resuscitati à S. Arbogasto ex mortuis filii, qui eo ipso loco in venatione ab Apro percussus interierat, inde etiam petita, nominis impositio. no. Cæterum Ethico ad summum splendorem evexit, ut potior Fundator habeatur. Vid. Chron. Alsat. Bern. Herzog, &c.

Ebersperg.

Slendidum atque opulentum Bavariæ, haud procul Monachio Oenum inter & Sempiam fluvios Benedictini Ordinis Cœnobium, ex Collegio Canonicorum, in Asceterium Divi Benedicti ab Adalberone Comite de Sempta & Ebersperg ejusque conjuge Richilde sorore Welphonis Carinthiæ Archiducis conversum, quam Fundationem Henricus III. Imp. confirmavit A. C. 1040. Hodie R R. PP. Societatis obtinent, una cum insigni SS. Reliquiarum thesauro, in quo præ aliis majore concursu colitur cranium S. Sebastiani, &c.

Eboracum.

Vulgo Ebrach, magnificum omnino Franconiæ sub Regula Divi Benedicti Sacratissimæ Cisterciensium Reformationis, in Diœcesi Herbipolensi Monasterium, quatuor à Schweinfordia milliaribus dissitum, juxta Ebracum amnem, fundatum à Bernone & Richovino ab Eboraw, ex arce eorundem, olim latrocinijs infami Eberaw in domum Dei conversum A. C. 1129. & intra septennium ad perfectionem deductum, quod postea Conradus III. Imp. ejusque conjux lectissima Gertrudis Augusta plurimum auxerunt atque exornarunt. Sepulti in eodem sunt modo dicta Imperatrix Gertrudes, & Fridericus Sueviæ Dux ejusdem filius, nec non Irene aliô nomine Marina, Alexii Constantinopolitani Imp. soror, Philippi Imp. coniux, pluresque alii illustres, maximè Comites de Castello, insignes loci Dotatores. Sed & corda Episcoporum Herbipolensium Franconiæ Ducum mos est ibidem sepeliri. Abbatum Catalogum profert Bruschius, ut hîc supersedeamus.

Echinbrun.

Ordinis Benedictini Cœnobium, memoratur in rotulo quodam visitationis Admontensi, de anno 1484. Videtur idem esse cum Eichanbrunn; de quo infra.

Eckersberg.

Insigne Ordinis Divi Benedicti in Thuringia Cœnobium, quod sub A. C. 1060. fundavit Egbertus Senior Marchio Saxoniæ & Thuringiæ & liberaliter dotavit.

Edelstetten.

Nobile reapse, ut oomine, Virginum olim Benedictinarum, hodie Canonissarum sæcularium Cœnobium, cujus sola nunc Abbatissa Votis Professionis solemnis obligatur. Fundatum est à Gisela Comitissa de Schwabeck & Balzhausen A. C. 1126. quæ & sæculum ejurans ibidemque se Numini emancupans, prima loci Abbatissa electa fuit; cui Beatæ memoriæ Mechtildes successit soror germana S. Otthonis Episcopi Bambergensis, ac multæ dein aliæ insigni & vitæ probitate & generis nobilitate.

Egmonda.

Opulentissimum in Hollandiâ Benedictini Ordinis Cœnobium, Diœceseos olim Trajectensis postea Harlemensis, fundatum à Theodorico V. Comite Hollandiæ A. C. 1083. Extant litteræ in codice Donat. apud Miræum, qui tamen in libro Orig. Bened. fundationem Theodorico II. assignavit. Unitum fuit Congregationi Bursfeldensi A. C. 1491. floruitque etiamnum A. C. 1564. deinceps à confœderatis eversum.

Eichenbrunn.

Benedictini similiter Ordinis Monasterium extra muros oppidi Gundelfingensis situm, Danubium inter & Brenzium amnes, in Diœcesi Augustana, à Gumbetto patre & Cbunone filio Dominis de Fachberg conditum, & in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli consecratum. Cujus fundationem A. C. 1122. Calixtus II. Pont. Max. confirmavit. Obtulit se ipsum in eodem Cœnobio Cbuno Fundator, & primus ejusdem Abbas extitit. Inter Benefactores nobiles Equites Fezeri ab Oggenhausen celebrantur. Cæterum ad alienos versum usus Monasterium est, cum Religio in illis partibus mutaretur.

Eicken.

Benedictinum etiam Cœnobium quod pro sacris Deo Virginibus ad littus Mosæ fluminis juxta villam Maestike SS. Harlindes & Relindes seu Renula sorores Virgines illustres S S. Wilibrordi & Bonifacij discipulæ sub A. C. 750. condidere, altera post alteram, ejusdem loci Abbatissæ designatæ, & miraculorum gloria à Numine commendatæ.

Einsidlen.

Helvetiæ Sacratissimum, & innumera concurrentium populorum multitudine frequentissimum Cœnobium, ob ædem Deiparæ sive Sacellum ab ipsomet Virginis filio consecratum, & à multis retro sæculis in hanc usque diem continuata prodigia & beneficia infirmis & qualitercunq; afflictis concessa. Fundatum est sub A. C. 934. à B. Eberhardo, Conradi Agilolphingi Franconiæ Ducis filio, Conradi I. Imp. fratre germano, etsi jam antea à SS. Meinardo Augiensi Asceta & Martyre, nec non Bennone Argentinense cel'a illic condita fuisset. Cœpit à fundamentis nobile Cœnobium Eberhardus, cum Basilica, ejusdemque primus est Abbas consecratus, sub quo etiam memorabilis illa & in oculis S. Conradi Episcopi Constantiensis peracta à Christo Domino est Sacelli Mariani dedicatio A.C. 948. & continuata deinceps argumenta sunt, extraordinariæ prorsus Numinis in locum & Religiosos illos propensionis. Catalogum Abbatum verè illustrem illustrissimorum scilicet virorum compendio damus.

1. S. Eberhardus ex familia Agilolphingica Alemanniæ Franconiæ Ducum frater Conradi I. Imp. primus Abbas A.C. 934. mortuus sub A.C. 958.
2. B. Thietlandus filius Burcardi II. Ducis Alemanniæ. obijt A. C. 963.
3. S. Gregorius Eduardi Angliæ Regis filius obijt 996.
4. Vitandus Comes de Wandelburg, obijt 1026.
5. Embricius Baro de Abensperg. Mortuus A. C. 1052.
6. Hermannus Comes de Winterthur obijt 1066.
7. Henricus Comes de Lupffen. obijt A. C. 1071.
8. Seligerus Baro de de Wolhausen. obijt sub A. C. 1100.
9. Rudolphus Comes de Rapersweil. Decessit 1102.
10. Gero Comes de Froburg. obijt A. C. 1113.
11. Wernherus Comes à Lenzburg, moritur 1143.
12. Rodolphus Comes de Lupffen, obijt 1172.
13. Wernherus Comes de Tockenburg, resignavit A.C. 1191. mortuus 1209.
14. Udalricus Comes de Rapersweil, depositus 1206.
15. Bertholdus Baro de Waldsee. Resignat 1113.
16. Conradus Comes de Dun frater Henrici Basileensis Episcopi & Rodulphi Pontif. Salisburg. ob. 1234.
17. Anselmus Baro de Schwanden. obijt A.C. 1266.
18. Udalricus Baro de Winiden, Primus fit. S. R. I. Princeps, moritur A. C. 1277.
19. Petrus I. Baro de Schwanden obijt 1280.
20. Henricus Baro de Güttingen, decessit 1297.
21. Joannes I. Baro de Schwanden, Resignat 1326
22. Joannes II. Baro de Hasenburg ob. sub. A.C. 1334
23. Conradus II. Baro de Gœsgauw. obijt 1350.
24. Henricus III. Baro de Brandis. Fit Episcopus Constantiensis & resignat Abbatiam, 1357.
25. Nicolaus I. Baro de Guotenburg, obijt 1365.
26. Marquardus Baro de Grueninberg. ob. 1377.
27. Petrus II. Baro de Wolhausen. obijt 1390.
28. Ludovicus Comes à Thierstein, electus Episcopus Argentinensis moritur 1402.
29. Hugo Baro de Roseneck. moritur A. C. 1418.
30. Burcardus I. de Krenckingen Baro de Weissenburg. moritur A. C. 1438.
31. Rudolphus III. Comes de Saxo. obijt 1447.
32. Franciscus Baro de Hoben - Rechberg cujus mater fuit Comitissa de Werdenberg. ob. 1452.
33. Geroldus Comes de Saxo. moritur 1481.
34. Conradus III. Baro de Hohen-Recbberg. ob. 1526.
35. Ludovicus Blaarer de Warttensee, obijt 1544.
36. Joachimus Eichorn. moritur 1569.
37. Adamus Heer Raperrsuillanus, obijt 1585.
38. Udalricus Wittweiler ex Rorschach. ob. 1600.
39. Augustinus Hoffmann.
40. Placidus Reimann, Princeps maximis par, nisi major in cujus vita videas redivivum ac præsentissimum quidquid in antiquis colis & admiraris.

Eysenhofen.

Aliàs Usenhofen, antiquitus Glaneck, Ordinis Benedictini ad Glanum Fluvium, qui non procul inde in Ambram infunditur, fundatum fuit ab Othone Iuniore Comite de Scheüren sub A.C. 1090. Non multo tamen post Schüram translatum est. Cæterum eo missus à S. Wilhelmo Hirsaugiensi Erckenbaldus legitur, multæ Religionis & devotionis Abbas, de quo Chron. Hirsaug.

Einhaimium.

Einhamense ejusdem Ordinis Monasterium situm

rum ad Scaldim fluvium prope Aldenardam Flandriæ oppidum, fundavit A. C. 1063 Balduinus Pius Flandriæ Comes & liberaliter dotavit.

Eizingen.

Benedictinæ professionis Monialium, quo anno fundatum, & à quibus, ignoramus.

Elchingen.

Olim Aychlingum à vicino quercetu dictum; insigne, situ elegantissimo, haud procul Ulma Sueviæ metropoli in edito monte Divi Benedicti Cænobium, è castro latrocinijs infami in domum Dei conversum A. C. 1128. & à Conrado Saxonum Duce ejusque conjuge Lucia Conradi III. Imp. sorore munificè dotatum. Quod postea absumptum incendio, Albertus Comes de Ravenstein à fundamentis restituit, plurimum excoluit & locupletavit, A. C. 1142.

Elnonense.

Monasterium, alias S. Amandi dictum, à Fundatore suo sic dictum, qui & illic conditus est A. C. 662. Vide supra S. Amandi.

Elpede.

Elpedianæ celebre Virginum olim in Comitatu Mansfeldensi Cænobium, Ordinis S. P. Benedicti eo ipso spectatissimum, cælisque ipsis gratissimum evasit, quod in eo mirabilis illa & sanctissima Abbatissa Gertrudis Baronissa de Hackeborn exsplenduerit. De qua stupenda prorsus leges in libellis Insinuationum Divinæ Pietatis, & apud Lud. Blosium.

Elsenburg.

Sanctimonialium Benedictinarum celebre Cænobium, nobilibus Virginibus frequens in Diœcesi Halberstattensi.

Elsenpach.

Benedictini Instituti Cænobium, fundatum à Diethmaro Comite de Dornberg sub A. C. 1090. quod postea nepos ipsius Wulfranus Dornbergius ad montem S. Viti transtulit prope vicum Neumarckt, unde & hodie S. Viti appellatur.

Elsense.

Quod alias Eltersdorffense, & Cella MARIÆ appellatur, Benedictini Ordinis Asceterium in Diœcesi Lubecensi, Congregationi Bursfeldensi se adjunxit, A. C. 1468. Hodie desolatum, quod superi sæculi turbatio omnem ejus splendorem devorasset.

Elteneberg.

Præclarissimum Virginum Benedictinarum in Clivensi Ducatu Cænobium, quod sub annum Christi 990. Wigmannus Comes Cliviæ fundavit, cujus prima Abbatissa fuit ejusdem Comitis filia Luitgardis; postero tamen tempore idem Monasterium conversum est in Collegium Clericorum.

Eltersdorff.

De quo paulo ante, quod & Elsense dictum sit, & Cella MARIÆ.

Elvvangen.

Aliàs Elvacense potentissimum olim Benedictini Ordinis Monasterium, fundatum à BB. Hariolpho & Erlolpho fratre ejus Lingonensi Episcopo A. C. 764. qui & corpora SS. Sulpitij & Serviliani Martyrum eidem intulerunt. Hodie nobile est Canonicorum sæcularium Equestri genere natorum Collegium. Porro Abbatum & Præpositorum Catalogum placuit subnectere, quod non passim occurrat:

1. Elvacensis Abbas B. Hariolphus, post fratrem deinceps Lingonensium Episcopus, nihilominus uterque hic à morte sepultus.
2. S. Victerpus, postulatus postea Episcopus Augustanus, vir Apostolicus obijt A. C. 752.
3. B. Grimoldus primus B. Hariolphi discipulus præfuit annis novem.
4. Otbaldus electus A. C. 800. præfuit annis 10.
5. Adelgerus electus A. C. 810. præfuit ann. 20.
6. Soodetadus al. Ganderad' electus 839 præfuit 15
7. Ermenricus compilator Dialogi de initio Monasterij & fundatione, electus A. C. 845.
8. Berno, Electus A. C. 863. præfuit annis 7.
9. Astericus, electus A. C. 870. præfuit 13.
10. Luitbertus sive Lindebertus præfuit annis 15. & factus est Archiepiscopus Moguntinus
11. Hatto ex Regibus Galliæ oriundus, Abbas Divitis Angiæ, demum Archiepiscopus Moguntinus huic Cænobio præfuit annis 17, obijt 913.
12. Adalbero Comes à Dilingen, Lodovici III. Imp. Pædagogus, demum Episcopus Augustanus, præfuit 17.
13. Gerbertus electus 922. præfuit 22.
14. Hermannus electus 944. præfuit annis 12.
15. Hartpertus electus 956. præfuit annis 18.
16. Winitarius præfuit annis 16. obijt A. C. 990.
17. Gebhardus præfuit annis 8. hinc ad Episcopalem Cathedram Augustanam extractus. 998.
18. Hartmannus electus 998. obijt 1011.
19. Berengarius præfuit annis 15. obijt 1026.
20. Otbertus sive Odenbertus præfuit 9. ob. 1035.
21. Richardus præfuit annis 5. obijt A. C. 1040.
22. Aaron, electus 1040. obijt A. C. 1060.
23. Regingerus præfuit annis 16. mortuus 1076.
24. Udo præfuit 14. obijt 1090.
25. Ilempertus præfuit annis 4. decessit 1094.
26. Adelgerus, præfuit annis octo, moritur 1102.
27. Ebo præfuit undecim, obijt 1113.
28. Richardus præfuit annis 5. mortuus A. C. 1118.
29. Helmericus Comes ab Oettingen præfuit annis octodecim, vitam reliquit A. C. 1136.
30. Albertus de Ramsperg præfuit 36. vel 37. annis solutus corpore A. C. 1173.
31. Albertus de Künigsperg aliàs Khönsperg, electus A. C. 1173. præfuit 15. decessit A. C. 1188.
32. Chuno præfuit annis 30. mortuus A. C. 1218.
33. Godebaldus præfuit annis 9. obijt 1228.
34. Albertus annis 12. moritur A. C. 1240.
35. Sigefridus sive Syfridus præfuit 2. resignavit.
36. Ruggerus præfuit 4. obijt 1246.
37. Godeboldus sive Gotbaldus, præfuit an. 3. ob. 1249.
38. Rudolphus præfuit annis 6. mortuus 1256.

39. Ottho de Schwabſperg præfuit 14. obijt 1269.
40. Conradus præfuit novennium & reſignavit. 1278.
41. Richardus alijs Eckardus de Schwabſperg, obijt 1309.
42. Ernfridus de Felberg præfuit an. 2. ob. 1311.
43. Rudolphus de Pfalheim præfuit 22. obijt 1333.
44. Cbuno Baro de Gundelfingen præfuit 34. obijt 1367.
45. Albertus Haack equeſtri familia, ob. A.C. 1401.
46. Syffridus præfuit 26. interfuit Concilio Conſt.
47. Joannes ab Holtzingen præfuit 25. obijt 1452.
48. Joannes ab Hirnheimb præfuit annis novem & reſignavit; idem Abbas ultimus, & primus Præpoſitus, cum Monachi in Canonicos ſæculares annuente Romano Pontifice verterentur.

1. Proin Præpoſitus fuit Joannes de Hirnheim ex Monacho & Abbate, reſignavit 1461.
2. Præpoſitus Albertus de Rechberg præfuit annis 41. obijtque A.C. 1502.
3. Bernardus de Weſterſtetten, præfuit decem ſolummodo menſibus & reſignavit.
4. Albertus Thumm de Newnburg præfuit annis 18. & reſignavit, 1521.
5. Henricus Comes Palat. Rheni Dux Bavariæ præfuit annis 31.
6. OtthoDapifer de Waldpurg Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus poſtulatus in Præpoſitum 1553. præfuit annis 20.
7. Chriſtophorus à Freyberg in Eiſenberg, &c. eligitur Præpoſitus A.C. 1573. moritur 1584.
8. Wolfgangus ab Hauſen electus 1584. præfuit annis 18. & factus Epiſcopus Ratiſponenſis reſignat.
9. Joannes Chriſtophorus de Weſterſtetten electus 1602. præfuit añis 10. & electus Epiſcopus Eichſtadienſis reſignat.
10. Joannes Chriſtophorus de Fryberg.
11. Joannes Jacobus Blaarer de Warttenſee Princeps lectiſſimus deque Eccleſia ſua meritiſſimus, Wolfgangi ex Hauſen ex ſorore nepos.

Endesdorff.

Inclytum Benedictini Ordinis Cænobium ad Vilſum amnem ſitum, cujus tamen fundatores reperire nequivimus Jlli ſuperiore ſæculo præfuit Quirinus à Giecb, præſtanti Nobilitate vir, inde ad Michaëlis Campum poſtulatus A. C. 1529.

Engelberg, virorum.

Celebre Helvetiæ, Benedictinum Cænobium, in Ergovia fundatum A. C. 1119. à Conrado Barone de Seldenbüren, loco divinitus deſignato, ubi cæleſtem Angelorum Muſicam inaudierat. Ipſe ſub S. Adilhelmo primo Abbate Monaſticen profeſſus, obedientiæ dein Martyr extitit, cum pro juribus Eccleſiæ tuendis ab Abbate miſſus, pro verbo exhortationis ab impijs malè mulctatus, bino in latus utrumque accepto vulnere concideret, A. C. 1126. multis deinceps à Numine miraculis commendatus. Habuit feliciſſimum hoc Cænobium aliquot inſigni ſanctitate Antiſtites & Aſcetas, de quibus nos fuſius agimus in Menologio noſtro, & tomis Conſtantiæ Benedict.

Engelberg, virginum.

Proximè virorum Cænobio adſitum, fundatum A. C. 1197. ſeptuaginta ſeptem annis poſt illius fundationem ab Henrico de Buchs, & liberaliter dotatum, qui & ipſe in Cænobio virorum ſe devovit. Fuit autem hoc Virginum ſacrarum Monaſterium olim longè celeberrimum in quo aliquando ſimul ſemelque A. C. 1254. Eberhardus Conſtantienſis Epiſcopus Baro de Waldpurg, duas & quadraginta moniales velavit. Quin & anno Chriſti 1325. Kalendis Septembris, præſente Agnetæ Ungariæ Regina Alberti Cæſaris filia, ſimul ſemelque ſacro velo amictæ & ad Ordinem admiſſæ ſunt Virgines centum & quadraginta; nec multo pòſt A.C. 1345. aliæ rurſum nonaginta; ita ut totæ ſubinde Virginum cohortes inde ad choreas agni immaculati æternas, evocarentur, præſertim A. C. 1350. cum intra breve unius anni ſpatium centum & ſedecim, peſtilenti graſſante lue, è numeroſiſſimo conventu tollerentur. Sed de hoc Cænobio plura Conſtantia noſtra Benedictina.

Enſtorff.

Benedictini Ordinis Cænobium in Diœceſi Ratiſponenſi, cujus meminit Rotulus, ut vocant, Admontenſis de A. C. 1484.

Eppeckstorff

Ejuſdem inſtituti Benedictinarum Virginum Monaſterium in Diœceſi Werdenſi, eo ipſo loco conditum, quo Beatus Erulphus decimus Werdenſium Pontifex ab impijs interemptus eſt anno Chriſti 876.

Epternacenſe.

S. Wilibrordo ſacrum, potentiſſimumque Benedictini Ordinis in Diœceſi Treverenſi Cænobium, fundatum à Pipino ſeniore A. C. 696. ſitum in Ducatu Luxemburgenſi ad Suram fluvium, cujus Abbates recenſet Joan. Bertelius, prædeceſſores ſuos, refertque etiam Claudius Robertus. Videantur etiam Miræus in Orig. Bened. & Molanus in Nat. SS. de S. Wilibrordo.

Erbach.

Monaſterium egregium Virginum ſub Regula Divi Benedicti & Conſtitutionibus Ciſterc. viventium quod inſtigante Mellifluo Doctore condidit ſub A.C. 1130. Adelbertus I. ſive ſenior, Lotharingiæ Dux Archiepiſcopus Moguntinus, quod tamen olim Eberbach dicebatur, ſitum in Ringavia.

Erdentaal.

Cujus Cænobij Abbatiſſa litteras ſcripſit ad S. Hildegardam Abbatiſſam & Prophetiſſam nec ulterius quidquam de Cænobio indagare licuit.

Erſtein.

Benedictinæ profeſſionis celebre Virginum Monaſterium in partibus Alſatiæ Jllium inter & Iſcheram amnes ſitum, quod ſub annum Chriſti 815. Hermingarda Ludovici Pij Imp. conjux Auguſta, Andium Duciſſa condidit, & Lotharius filius ejuſdem Imperator abſolvit & auguſtâ liberalitate dotavit,

vit. Sed & Leo V. magno SS. Reliquiarum thesauro illud honoravit, aliaque inter SS. Felicis & Adaucti corpora transmisit.

Eschavv.

Eiusdem Ordinis, Virginum item Cœnobium in eadem & Alsatiæ provincia, fundatum tempore Caroli Magni sub A. C. 800. à S. Remigio Argentinensium Pontifice, Monacho & Abbate Monasterij S. Gregorij, qui præter alios thesauros eo quoque corpora SS. Sophiæ Matris, filiarumque Fidei, Spei, & Charitatis contulit. Sed & Hezelo Episcopus Argentorati natus Comes de Dagsperg eundem locum plurimum auxit & locupletavit.

Eschenbach.

Insigne Virginum Cistercienfium Monasterium in Helvetia, provincia sive Comitatu Argoviæ in ditione Lucernati, de quo Stumpfius libro 7.

Essendiense.

Illustre Benedictini Ordinis Monialium Cœnobium, cujus meminit in Catalogo quodam, Reverend. Abbas Anhusanus Carolus.

Essense.

Nobilium Virginum potentissimum Monasterium cujus Abbatissa S. R. I. Princeps est, situm in Diœcesi Hildesheimensi, condidit sub A. C. 860. S. Altfridus Hildesianus Episcopus, pro Ordine S. Benedicti, in quo multæ lectissimæ Christi Virgines, velut cœlestia sydera olim colluxêre.

Etal.

Benedictini Ordinis Monasterium in Bavaria quod Ludovicus IV. Imp. A. C. 1330. pro viginti Monachis construxit & liberaliter dotavit.

Ethenen-Münster.

Celebre Benedictinorum in Alsatia Cœnobium, quod sub A. C. 779. fundavit Etho Comes ab Habspurg Argentinensis ex Abbate Augiæ Divitis Episcopus, quod cum ipse, tum Ernestus Dux Alemanniæ magnificè ornarunt & dilatarunt, ab Ethone vulgo *Ethonis cella* nuncupatum.

S. Eucharij.

Treverense Ordinis Divi Benedicti Cœnobium hodie S. Matthiæ dicitur, de quo suo loco.

Eberharts-Clausen.

Cœnobium Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini, tribus à Treveri lapidibus dissitum, Monasterio Windesheimensi incorporatum cognominatum ab Eberhardo simplici rustico, qui ex eleemosynis illic primò Matri Dolorosæ Sacellum struxit A. C. 1440. cui deinceps ob miracula illic facta Cœnobium accrevit A. C. 1456. Godefrido ab Esch, viro Nobili rem maximè promovente.

F.

Fabaria.

Sive Favarium aliàs, ut in Carolinis Diplomatibus legitur, B. Virg. DEI Genitricis apud Favarias, in Rhætiæ Curiensis pago Churwahala Germanicè *Pfeffers* Monasterium, ob fontes Thermales verè miraculosos, tota Europa notissimum æque ac Viris Illustribus olim clarissimum: fundatum prodigioso ductu columbæ cœlitus emissæ, ac suasu S. Pirminij Meldensis Episcopi, ex oblatione piorum & fidelium hominum A. C. 713. vel secundum alios 724. sub Theodorico, fratre Childerici, Galliarum Rege, itemque Alemanniæ, nec non Helvetiæ Domino, locupleratum verò dein & amplissimis privilegijs & immunitatibus donatum ab Imp. Carolo Magno, Ludovico Pio, Lothario, Carolo Crasso & alijs plurimis Agilolfingicæ inprimis gentis Principibus, cujus Abbatum & postera ætate S. R. I. Principum series, è varijs monimentis & Diplomatibus concinnata subiungitur.

1. S. Pirminius Meldensis Episcopus, loco à se condito aliquandiu præfuit, ob. 727. circ.
2. Adelbertus dignus successor, & S. Pirminij lectissimus Discipulus, præfuit annis 9. ob. 26. Iunij.
3. Gibba sive Gribba, obijt 737. 30. Ianuarij.
4. Anastasius, *morum Exemplar*, obijt 749. 31. Iunij
5. Adelbertus sive Baldebertus *inter Illustres Illustrissimus*, postea Curiensis Episcopus ob. 754. 10. Februar.
6. Luxinius seu Lupicinus, obijt 761. 12. Febr.
7. Vinceotius verè Abbas, mortuus A. C. 768. 15. Febr.
8. Martianus ex Augia Divite postulatus, Ipsa Nobilitas appellatur. Decessit A. C. 780. 20. Febr.
9. Battrantius sive Bertrausius, *multa sustinens*, Vita excessit, A. C. 785. 2. Martij.
10. Crispio, *Vir Discretus* dicitur, ob. 787. 6. Mart.
11. Asymbertus sive Cymbertus, ob. 789. 8. Iunij
12. Richardus, mortalitatem exuit A. C. 795. 20. Apr.
13. Bruninus sive Breuningus, mortuus 799. 18. Apr.
14. Eberhardus de Bursfeldt, *Virtutis speculum*, mortalibus valedixit A. C. 803. 25. April.
15. B. Wernherus multorum Sanctorum filiorum parens & magister, obijt 809. 7. Maij sub quo S. Fintanus Laginiæ Princeps vitæ Monachicæ fundamenta posuit.
16. Gebenus Dominus Rhætiæ, obijt A. C. 8 4. 6 Apr, Gibeni mater Imma fit monialis in Kazes.
17. Guido sive Goerdo, Antistes *felix*, ob. 817. 28. Apr.
18. Vipettus Sangallensis obijt A.C. 819. 11. Maij
19. Victor, postea creatus Episcopus, incertùm cujus Cathedræ, dictus *Monachorum splendor* obijt anno Christi 822. 14. Junij.
20. Gunibertus, moritur 825. 6. Junij.
21. Hatto alijs Hesso sive Esso, Præsul à *DEO commendatus*, decessit 832. 26. Maij.
22. Hudalricus alijs Henricus, obijt 836. 23. Junij.
23. Joannes de Flimme aliàs Flumine sive Flums, dicitur *Pius Loth.* mortuusque est A. C. 839. 10. Januar.
24. Sylvanus, vita excedit A.C. 841. 1. Aprilis.
25. Lupoldus, vivit excessit anno 858. 1. Augusti. sub cujus disciplina effloruit Matthæus in Armenia Episcopus.

26. Vita-

26. Vitalis, Pastor *sollicitus*, obijt A.C. 877. 1. Apr.
27. B. Hugo, obijt A.C. 882. 7. Mart. dicitur *Hirsaugiensis* & Abbas *benè meritus*..
28. Augustaous, moritur A. C. 894. 24. Aprilis.
29. Joannes II. de Castels, *solitudinis amator* decessit A. C. 904. 20. Aug.
30. B. Salomon Comes de Ramschwag, postea Constaotiensis Episcopus, Cæsarum amor, decus Imperij. obijt A. C. 919.
31. Ereobrechtus, *Vir exemplaris*. obijt 949. 9. Dec.
32. Enzelinus de Chorwalia, *Immunitatis assertor egregius*, obijt anno 958.
33. Majorinus, vitam deseruit A. C. 972. 8. Apr.
34. Alwicus Comes de Solz, Asceta Divitis Augiæ, *in Domino glorians*, obijt 974. 30. April.
35. Wolrichus de Hirsow. cui *vix similis*. obijt 991. 7. Januar.
36. Salomon II. de Argentina. *Aulicus* dicitur, ob. anno Christi 1032. 22. Aprilis.
37. Hartmannus de Plantaira, alijs Planaterra Baro ab Imburg, postea Episcopus Curiæ, obijt 1039. 8. Apr.
38. Pirchtilo de Moostockh, Præsul *Scientificus* mortalitatem exuit, A. C. 1050. 3. April.
39. Immo de Wath Suevus *Vir quietus* obijt 1067. 4. Maij.
40. Wernherus de Blonschilt, *Thesaurarius* ob. 1083. 2. Januar.
41. Olricus Præsul, memoria dignus. obijt 1104. 31 Decem.
42. Beatus ac venerabilis Geroldus, Vir Zelosus ob. 1110. 13. Maij.
43. Weriehtimus *Episcopis gratissimus*, obijt 1125 7. Aug.
44. Wicrammus, *insignis Orator*. mortuus 1139. 20. Maij.
45. Henricus de Altsteten, *Annonæ multiplicator* in Mss. appellatur. extinctus A. C. 1155. 21, Maij,
46. Rudolphus de Hardegg, à temperantia commendatus, Moritur A. C. 1161. 28. Decemb.
47. Schwigerus à Schorandis, *Valde Dives* fuisse perhibetur. obijt A. C 1182 1. Junij.
48. Seigfridus Wolchimarus. obijt 1197. 10 Junij.
49. Huboldus sive Rudolphus de Monte forti *rarum Exemplum* à priscis appellatur. ob. 1204 5 Jan.
50. Hermannus Morach de Marthdorff. Religiosus, & ut veteres vocant, Christo adhærens. Mortalia relinquit, A. C. 1207. 8. Decemb.
51. Conradus de Zwifalten, structis varijs aedibus, Cænobij res auxit. obijt 1209. 9. Maij.
52. Ludovicus à S. Gallo, *justus injuste capitur* obijt 1221. 13. Martij.
53. Hugo de Vlilingeo, qui memorabili felicitate *Thermarum* prodigiosarum *Inventor* celebratur, decessit A. C. 1245. 11. Aprilis.
54 Rodolphus II. de Bernang Verbi divini præco potentissimus, mortuus 1260. 25. Decemb.
55. Conradus II. ex Equestri familia de Wolfurth Vitam exuit, anno 1279. 23. Febr.
56. Conradus de Ruckenberg, Præsul mirè hospitalis, Sub quo B. Hermannus à Schonstein è Fabaria postulatus est Abbas Marieobergensis, ob. 1314. 24. April.
57. Egolphus de Wolfurth, à pietate laudatus mortuus anno 1330. 5. Julij.
58. Hermannus Baro ab Eschenbach, postea Episcopus Curieosis, obijt 1324. 19. Decemb.
59. Udalricus II. cognomento Schulthaiss de Lenzburg Equestri familia, *mirè promotus*, obijt 1335. 29. Juo.
60. Hermannus II. Baro de Arbona, quem Mss. *vocant Patrem Defunctorum*. obijt 1342. 12. Jan.
61. Joaones II. de Mendlbüren *Novus Fundator* Mortalitatem deposuit anno 1380. 19. Decemb.
62. Burcardus de Wolfurth *Pater egregius Monachorum*, cujus soror fuit Clara Princeps & Abbatissa Lindaviensis, obijt 1416. 20. Jan.
63. Wernherus II. de Reittenaw, Præsul *Pacificus*, obijt anno 1435. 1. Junij ejus soror fuit Hildegarda Abbatissa & Princeps in Catzes.
64. wilhelmus de Mosheim, natus ex oobili matre Anna Equestris familiæ de Waldegg. ob. 1440.
65. Nicolaus de Marmore, vulgo Marmels, inter Rhætiæ familias, præstanti admodum genere, postulatus deinceps Abbas & Princeps disertinensis, anno 1449.
66. Udalricus Scheock à Castell. Etsi Administratoris solum nomioe pro Nicolao præesset ita tamen de Cænobio meruit, ot meritissimis acceosus, inter Viros Cæoobij Jllustres, depingeretur & celebratetur.
67. Fridericus de Reutteoauw. obijt 1478. 22. Sep.
68. Joannes à Berge, *Virs omnibus charus*, ob. 1483. 30. Martij.
69. Georgius ab Erolzheimb, *Sal Sapientiæ* appellatus, extinguitur A. C. 1490. circ.
70. Melchior de Hornlingen obijt, 1508.
71. Wilhelmus de Fellach, alijs dictus Rinck de Lacu sive Fullack, *Pater Pauperum*, obijt 1517. 29. Jun.
72. Jacobus de Rüssingen, ob. 1549. 9. Mart.
73. Joannes Jacobus de Mosheim, obijt 1570. 7. Marr.
74. Henricus Weidmano à *DEO electus* dicitur, mortuus est anno 1574. 27. Jan.
75. Udalricus Keller. Extinguitur 1579. 20. Maij.
76. Bartholomæus Spiess, obijt A C 1584. 1. Nov.
77. Joannes VI. cogn. Heyder, *sedulus Oeconomus*, moritur. A. C 1600. 5. Martij.
78. Michaël ex Baronibus Alto-Saxi, resignavit A. C. 1629 30. Dec. sob quo corpus B. Nicolai Ruscæ Mart. ad Cænobium translatum est.
79. Jodocus, Princeps virtute nescias major an eruditione, utrisque major maximis, cujus laus apud suos exterosque etiam à morte est planè immortalis. obijt 1637.
80. Beda Finck.
81. Justus Zinckh, quem bono publico natom destinatumque à Numine Fabariensibus Præsulem magnorum conatuum felicissimi produnt successus, ut nemo non sub hoc Principe, Pirminij sibi annos, hoc est felicitatem primævam polliceatur, & priscæ nomen Sanctitatis.

Feielstorff,

Beoedictinæ professionis nobile Monasterium sub Congregatione Bursfeldensi.

Falempij-

Falempinum.

Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Diœceseos Tornacensis in Flandria Cœnobium quod sub A. C. 1134. Sasvalo Castellanus primus Insulæ condidit, cujus Abbates recenset Joan. Buzelinus & Cl. Robertus.

Faar.

Alias Farz seu Faarense Benedictini Ordinis Virginum illustre Monasterium, fundatum A. C. 1130. à Lutholdo Barone de Regensperg, ejusque conjuge Judenta sive Juditha, Tiguri inter Helvetiæ & Aquas, ex quo Vates illa mirifica prodijt Sanctimonialis cognata Rudolphi I. Imp. quæ eidem & posteris usq; hodie florentissimis decretum à Numine Romanum Imperium prædixit. De quo nos in Aquila nostra Imperij Benedictina, & Guillimannus in Hist. Austr.

Feldbach.

Alias B. M. V. in Feldbach, Diœceseos Basileensis, Benedictini Ordinis, de quo Rotulus Admontensis A. C. 1485. atque eo anno è sacro illo Virginum cœtu ablatas DD. Benignam de Balsenhaim, Elisabetham de Uttingen, Susannam de Bolsenhaim & Margaritam de Flachslandt.

Feldbach aliud.

Situm ad Lacum Potamicum & Rhænum infra oppidum Steckboren situ percommodo, ut eleganti, insigne Virginum Cœnobium, quod pro Virginibus Benedictinis condidit Chuno de Feldbach, eodemque loco arcem propriam Veldbacensem in domum Dei convertit A. C. 1252. consentientibus Baronibus de Klingen Ulrico & Walthero, qui & ipsi inter Fundatores numerantur, cum Chuno cliens illorum esset. Cæterùm biennio pòst eædem Virgines, sanctissimæ Cistercienfium Reformationi nomen dedere, sub qua usque hodie laudabiliter cùm opibus tùm pietate profecêre.

Felduverden.

Conditum hoc est pro utroque sexu Benedictini Ordinis in agro Groningensi apud Frisios A. C. 1183. à S. Hatebrando Abbati in Oldencloster Hollandiæ prope Appingendam, qui & post mortem, quæ ipsi contigit A. C. 1189. in eodem sepeliri voluit.

SS. Felicis & Regulæ.

Potentissimum olim Virginum sub Regula Divi Benedicti in civitate Tigurina Cœnobium, quod sub A. C. 833. Ludovicus Germaniæ Rex Ludovici Pij Imp. filius condidit, sive, quod nonnulli volunt restauravit, cui successive filiæ ejusdem Hildegardis & Bertha præfuêre. Fuit hoc inter potentissima Virginum Germaniæ Monasteria, donec superioris sæculi ob mutatam Religionem tempestas, istud, ut innumera alia, mergeret & absorberet.

S. Felicitatis.

Insigne Benedictini instituti Cœnobium in Franconia, alias Schwarzach dictum. Vide S. lit.

Feruaque.

Illustre Virginum Monasterium sub Regula Divi Benedicti & Cistercienfium Constitutionibus in Diœcesi Noviomensi inferioris Germaniæ.

S. Ferrutij.

Abbatia quondam Regia Ordinis Benedictini alias Blidenstatt. Hodie Collegium Canonicorum sæcularium. Vide Blidenstatt.

S. Fidei.

Alias S. Fidis Benedictini Ordinis Cœnobium in Schlettstatt, cujus mentionem legimus in Rotulo Admontensi sæpe citato de A. C. 1485. in quo mortui eo anno commendantur P. Jacobus & P. Fortunius.

Fidemium.

Vulgo Femij dictum, Benedictini Ordinis Asceterium, in finibus agri Cameracensis sesquimilliari à Landresio Hannoniæ oppido dissitum. Fundatum sub A. C. 1080. quod deinceps Nicolaus Cameracensium Pontifex liberaliter dotavit.

Flamheim.

Præpositura Ord. S. Augustini Canonicorum Regularium, cujus Præpositus consuluit per litteras S. Hildegardim Abbatissam.

Flectzdorff.

Monasterium Ordinis Divi Benedicti in Diœcesi Paderbornensi, Comitatu Waldeckiano, quod se A. C. 1469. adjunxit Congregationi Bursfeldensi, & in Capitulo Generali A. C. 1574. etiamnum comparuit, multa dein passum, denique A. C. 1602. occupatum legitur à Protestantibus.

Fliderbecá.

Nobilis Benedictinorum Abbatia haud procul Lovanio, in inferiore Germania, condita est A. C. 1125. à Godefrido Barbato Lotharingiæ Duce & Comite Lovaniensi, uti ex tabulis publicis constat. Fuitque olim membrum Monasterij Affligemiensis, vulgo Ulierbecke. Extant litteræ in codice Donat. Aub. Mir. Idem alias Fliederbatum & Flierbacum tam in Rotulo quam Catalogo Bursfeldensi appellatur.

Flinæ.

Flinarum sive Flinense perillustre Virginum Cœnobium, sub Regula Divi Benedicti & Cistercienfium Constitutionibus, situm est in Diœcesi Atrebatensi, fundatum A.C. 1240. à Margaretha Guilhelmi Dampetræi filia illic postea sepulta A.C. 1279. Cujus loci Abbatissas ex Joannis Buzelini Gallo-Flandria exhibemus, ut de cæterâ Nobilitate illic Numini emancipata ominerls.

1. Maria Dampetrea Princeps lectissima Margaritæ fundatricis filia, prima Abbatissa.
2. Oda de Magny nobilissima.
3. Aleydis la Brune.
4. Humana cujus unius familia ignoratur.
5. Joanna de Vaurinia.
6. Joanna de Avesnis.

7. Mar-

7. Margarita de Chasteau-villain, 1309.
8. Gertrudis de la Thieuloye, A. C. 1324.
9. Aegidia de Lalayn A. C. 1356.
10. Isabella d' Enghien, A. C. 1357
11. Petronilla de Soissons. claruit A. C. 1361.
12. Catharina de Cortraco.
13. Aegidia de Lalain nobilissima A. C. 1363.
14. Maria de Oysi claruit A. C. 1387.
15. Maria de Marquette, A. C. 1392.
16. Joanna de Lalain, A. C. 1418.
17. Margarita de Baisse, A. C. 1419.
18. Catharina de S. Genois claruit A. C. 1436.
19. Maria de Iardin.
20. Maria de Vaye.
21. Joanna de Boulaix, præfuit A. C 1507.
22. Jaquelina de Lalaio, é Comit. Hochstratæ.
23. Philippa de Torras.
24. Gabriela de Esne.
25. Catharina de Coupigny.

Floreffia,

Insigne Ordinis Præmonstratensis Cænobium, situm ad Sabin fluvium, quod anno Christi 1121. Fundavit Ermesindes Comitissa, in Diœcesi Namurcensi.

Florense.

Sive Florinense Ordinis Benedictini Cænobium in Diœcesi Leodiensi, de quo Miræus cap. 58. & Claud. Rob. In Catal. Abbat.

S. Florini.

Sive aliud id Nominis Florinense Monachorum Divi Benedicti, situm in Diœcesi Treverensi, de quo Rotuli diversi Visitationum & alias Schonaviensis sive S. Florini in Schonauw appellatum, unitum Congregationi Bursfeldensi anno Christi 1459.

S. Floriani

Celebre atque opulentum Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Cænobium in Diœcesi Pataviensi, Austria superiore, medio ferè itinere inter Styram & Linzium.

Forestense.

Divi Benedicti Virginum, dimidio à Bruxella milliari, olim B. M. V. ad Lacum nuncupatum, fundatum A. C. 1096. ex dotatione Gilleberti Equestris Ordinis viri, per Fulgeotium primum Abbatem Affligemiensem in loco, qui Merchten dicitur, mox tamen ab eodem Forestam translatum, quod prior locus minus commodus probaretur.

Formpach.

Ordinis Divi Benedicti in Bavaria Monasterium fundatum sub A. C. 1094. ab Eckberto, Udalrico & Hermanno Comitibus, qui ex Cella Monachorum, ab Himeltrude Comitissa olim fundata, Abbatiam fecerunt, in qoo præfuere BB. Perogerus & Wirnto Abbates.

Fosvverden.

Amalandiæ quondam Cænobium, incertùm quo primùm conditore, inde in Frisiam translatum est per Annam Dominam Amalandiæ Adolphi Frenenburgij conjogem A. C. 1109.

Franckentaal.

Quod olim cum S. Wilhelmo & Hirsaugiensibus Fraternitatem, ut vocant: contraxit.

Frauvvenrode.

Virginum Nobilium sub Regula Divi Benedicti & constitutionibus Cisterciensium. Ejus meminit Rotulus de A. C. 1485. quo obijt ibidem D. Marg. ab Herbelstatt.

Frauvventaal.

Insigne Virginum ejusdem instituti Monasterium in Helvetia, haud procul Tugio, sub Visitatione Domini Abbatis Wettingensis.

Fraxinense.

Monasterium, vulgo Fresne, Benedictini Ordinis Abbatia, quam olim regendam suscepit Fulgentius Abbas Affligemiensis. Condidit A. C. 1099. Eremburga pia matrona.

Fredense.

Benedictinarum Virginum de cujus tamen situ & fundatione nihil præ manibus est.

Freckenhorstense.

Virginum similiter ejusdem Ordinis S. Benedicti, cujus meminit Carolus Stengelius.

Frislariense.

Cænobium celebre Benedictini Ordinis, ex quo assumptus fuit Meyngaudus Comes Rottenburgius ad Tubarum Monachus ibidem ad Episcopatum, Herbipolensem, ab ipso S. Burcardo evocatus A. C. 791. idem quod Fritislariensi.

Fulda.

Archisteriom Germaniæ, longè potentissimum in Sylva Bochonia situm, Hassiam inter Franciam, Orientalem & Wederoviam, ad ejusdem nominis amnem & civitatem conditum A. C. 744. sumptibus Carolomanni & Pipini Regum à S. Bonifacio primo Moguntinensium Archiepiscopo, magno Germaniæ Apostolo, Archigymnasium, Sanctorum & Pontificum Promptuarium, Religionis vertex per Teutoniam. Cujus Abbas Primas Abbatum Imperij, idem Romanorum Augustæ est Archi-Cancellarius. Annales Fuldenses, strictim descripsit Browerus, ex quo Catalogum Abbatum subjicimus.

Catalogus Abbatum sacri Monasterij Fuldensis.

1. Sturmius sive Sturmio primus Abbas, insignis Saxoniæ Apostolus. cœpit regimen A. C. 744. Desijt 779.
2. Baugulphus resignat A. C. 802. moritur 815.
3. Ratgarius Germanus Nobilis. Desijt A. C. 817.
4. B. Ægil cognatus S. Sturmij. moritur 822.
5. B. Hrabanus, abdicat A C 841. Fit Archiepiscopus Moguntinus A. C. 847.
6. Hatto I. cognomento Bonosus & Gloriosus. Desijt 865.
7. Thioto. Legatione pro Rege Lud. fungitur. moritur. 869.
8. Sigehardus resignat, & moritur 874.
9. Huoggi, sive Hoigerus. obijt sub A. C. 911.

10. Heliga

10. Helinfridus præfuit vix triennium. obiit 915.
11. Haicho præfuit annis octo.
12. Hildibertus sive Heribertus.
13. Hadamarus Monasterij restaurator, obiit 965. è reginne Francorum.
14. Hatto II. Hadamari ex sotnte nepos præest annis 12. & tunc eligitur Archiepiscopus Mogunt.
15. Wertherus sive Werinharius cœpit 969. nbiit 982.
16. Erkanbaldus Saxo è familia Comitum de Sommersenburg, fit Archiepiscopus Mngunt. 1011.
17. Brantohus I. à Dietmaro celebratus.
18. Pnppn genere Jllustri satus.
19. Richardus I. rerum gestarum gloria inter Fuldenses facile Princeps. obiit A. C. 1039.
20. Sigewardus, obiit A. C. 1043.
21. Rohingus nnn diu & ipse præfuit obiitq; 1047.
22. Egbertus qui & Eppo, nptimè meritus, ob. 1058
23. Sigefridus Comes ab Eppenstein. fit Archiepiscopus Moguntinus post unum annum regiminis.
24. Wideradus Cnmes ab Eppenstein, obiit 1075.
25. Rurhardus laudatus præsul decessit anno 1096.
26. Gnttifridus sub quo Fulda conflagrat, deponitur 1109.
27. Wolfhelmus, moritur A. C. 1114.
28. Ehrloffus ex Abbate Murbacensi, ob. A.C. 1122
29. Udalricus vir laudatus, sed ob Principum factinnem exauctoratus. nbiit 1124
30. Henricus I. de Kemnata, post 7. annũ sponte resignar.
31. Berthous I. Schlitzius cœpit 1133. præfuit 2. annis.
32. Conradus consilio S. Bernardi electus, moritur 1140.
33. Aleholphus nb rignrem depnsitus anno 1148.
34. Ruggerus I, vir egregius, impetrat dimissionem à munere.
35. Henricus II. præfuit biennium.
36. Marquardus postulatus è S. Michaëlis Bamberg. præfuir annis 14. laudabilirer.
37. Hermañus postulatus ex Hirsfeld. præfuit 3. an.
38. Burcardus Schismaticus miserè perit, cum 8. annis miserè præfuisset.
39. Ruggerus II. vir præstans præfuit biennium & obiit, cum prius abdicasset.
40. Conradus II. præfuit annis 15.
41. Henricus de Cronberg intrusus male præest, ob. 1216.
42. Hartmannus paulo pòst eodem quo electus anno nbiit.
43. Chuno evocatus ex Elwangen, moritur 1221.
44. Conradus à Malkos præfuir annis 25. obiit 1246.
45. Henricus IV. ab Ehrtall, moritur 1261.
46. Bertholdus de Leupnlds vir præstans, impiè à sacrilegis occiditur, præfuit annis 10.
47. Berthous sive Bertholdus III. de Mackenzell, resignat.
48. Berthous IV. de Bimbach, resignat sponte 1186
49. Marquardus II. Baro de Bickenbach præfuit 3. an. peritque veneficio illitarum Chyrothecarum.
50. Henricus V. à Wilnow vir maximus. desiit 1313
51. Eberhardus à Rnttenstein egregius sed primo anno Regiminis vivere desiit.
52. Henricus ab Hohenberg, vir incomparabilis moritur A. C. 1353.
53. Henricus VII. à Kralucke bene meritus obiit 1372.
54. Conradns Comes ab Hanauw, gravis omnibus occiditur ab hostibus in nstio Cameræ 1383.
55. Fridericus de Rnmrott, moritur A. C. 1395.
56. Joannes à Merlauw præfuit annis 45. ob. 1440.
57. Hermannus à Buochenauw malè præf. ob. 1449
58. Reinhardus Comes de Wilnauw, decessit 1476.
59. Joannes II. Princeps Hennenbergius præfuit egregiè annis 45. obiitque 1513.
60. Hartmannus Buggravius de Kirchberg, 7. an.
61. Joannes III. Princeps Hennenbergensis, ex Canonicn Coloniensi, &c. expetitus ab Antecessore, benè præfuit, obiitque 1541.
62. Philippus Schenck à Schweinsperg laudatissimus moriturque A. C. 1550.
63. Wolfg. Theodoricus ab Ussigkheim optime meritus. defungitur vita benè gesta A. C. 1558.
64. Wnlfgangus Schuzpar à Milchling obiit 1567.
65. Georgius Schenck à Schweinsperg, præfuit vix tres menses, decessitque anno 1568.
66. Wilhelmus Claurius, laudatus Præsul nb. 1570.
67. Balthasar à Dermbach, Collegium Societ. Fuldæ condit. multa passus pro fide Romana, restitutor Cænobii, sydus Ordinis, extinguitur. 1606.
68. Joan. Fridericus à Schwalbach, vir summis laudibus dignus.
69. Jnan. Bernardus Schweinsperg Princeps verè magnus Zelo & Religione inter illustrissima sui sæculi sydera numerandus, cælis insertus, uti nemini dubium A. C. 1632.
70. Adolphus ab Hohenegg.
71. Georgius Hermannus à Neuhoff.
72. Joachymus vetustissima generis Generosissimi nobilitare, Baro de Graueneck.

Fultenbach.

Benedictini Ordinis Augustam inter & Dilingam Virorum Cænobium, à S. Victerpo Augustensi Episcopo sub A. C. 730. fundatum.

Furnense.

In Flandria Benedictinorum olim, fundatum à Balduinn Ferreo Flandriæ Comire, qui Carolum Imp. in Sueviam Comitatus Aichstadio pnstea magnam corporum SS. Wilibaldi, Wunibaldi, & Walpurgis partem secum deportavit, & Furnis intulit sub anno Christi 870. Hodie est Collegium Canonicorum.

Fürstenfeldt.

Cisterciensium illustre Cænnbium in Bavaria ad Ambrsm fluvium à Ludovico Duce, Ludovici Imp. parente in expiationem cædis primæ suæ conjugis Mariæ Brabantiæ Principis conditum sub auno Christi 1266. in quo etiam Fundator sepultus est.

Fürstenzell.

Ejusdem Instituti Monasterium, in Bavaria similiter, situm inter amnes Oenum & Vilsium, cœptum ab Hartuicn quodam, Canonico Paraviensi & Otthonis atque Henrici Bavariæ Ducum

Sacellano, qui cum omnia fuain idipsũ expendissent, ad supremum fastigium deduxit prædictus Princeps Henricus, & liberaliter dotavit.

Füssen.

Aliàs S. Magni appellatum, ab eodem Divo ad Fauces Julias in alpestri Suevia sive Algovia ad Lycum amnem conditum, ope Pipini Galliarum Regis deinceps magnificè restauratum; Carolum Magnum etiam S. Victerpum Episcopum & Guelphonem opulentissimum Alemanniæ Principem, Dotatores habuit. Ejus Abbatum Syllabum pertexit Bruschius, edidisque res gestas S. Magni ejusdem in Cœnobio nostra ætate successor meritissimus Rev. D. D. Martinus insignis vetustissimi Monasterij restaurator.

G.

S. Galli.

Vetustissimum Helvetiæ, potentissimomq; Monasterium, à quo & cognominatum, S. Gallo, Regii generis Abbate conditum, proximo, postea, sæculo promotorem præcipuum S. Othmarum habuit, à quo nonquam interrupta serie, reliqua Præsulum in hanc usque diem successio perpetuavit. Hanc compendio redhibemus.

1. S. Gallus Keternaci Scotiæ Regis filius primus Abbas A. C. 614. obijt A. C. 624. æt. 95.
2. S. Magnus, sive Magnoaldus, Regij apud Scotos generis patre Severo, matre Theoclea genitus, præfuit quadraginta ferè post obitum Galli annis, dein 26. annis apud Fauces Julias, ubi & vita excessit.
3. Magulphus S. Galli Abbas, incertum, an immediatè S. Magno successerit, præcesseritque taliter S. Othmarum.
4. S. Othmarus Dynasta de Amanso sive Amisio, fit Abbas sub A. C. 718. vel 20. obijt in carcere A. C. 759. sive 60. Miraculis illustrissimos.
5. Joannes, postea Constantiensis Episcopus.
6. Rupertus sive Raodopertus.
   Waldo, electus A. C. 783. postea etiam Abbas
7. Augiæ.
8. Weido, qui vita excessit anno Christi 821.
9. Wolfleo, sive Wolpholeus Episc. Constantiensis.
10. Gosbertus vir religiosissimus.
11. Bernwicus electus Abbas anno saluris 837.
12. Engelbertus I. creatur 841. ejectus à Loduvico Austrasio.
13. Grimaldus Lud. Aostrasiæ Regis Sacellanus intrusus.
14. Hartmuotus Comes Altoissensis ex Burgundiæ Regibus creatur 872. utilissimus.
15. Bernardus I. genere nobilissimus, resignat 891.
16. Salomon Comes à Ramschwag, postea Constantiensis Episcopus vir sanctus & doctus obijt A. C. 919.
17. Hartmannus vir nobilis, solum triennium præfuit.
18. Engelbertus II. sub quo S. Wiborada Martyrio afficitur & Cœnobium ab Ungaris vastatur, 925.
19. Thieto electus 933. sub hoc Monasteriõ exuritur
20. Cralo vir antiquæ disciplinæ, electus 942.
21. Anno perillustri familia natus, obijt 958.
22. Burcardus Comes Linzgoviæ & Buchorni præfuit 13.
23. Notkerus Cralonis ex fratre nepos obijt 981.
24. Imo, sub quo cultissima Dei Domus, ob. 990.
25. Udalricus Lib. Baro à Bottstetten, obiit 996.
26. Gerardus illaudatus Præsul. moritur A. C. 1007.
27. Burcardus II. miraculis clarus, Moysi comparatus.
28. Theobaldus electus A. C. 1028.
29. Nortpertus Baro de Stöfflen, lac infantium, & Norma Piorum appellatus, obijt 1071.
30. Udalricus II. incertum qua familia natus.
31. Udalricus III. Marquardi Carinthiæ Ducis filius, postea Patriarcha Aquilejensis.
32. Mangoldus Baro de Bottstetten ob. A. C. 1128
33. Wernherus optimè meritus, moritur 1166.
34. Udalricus Baro de Tegerfelden, postea Episcopus Curiens. præfuit Monasterio annis 33.
35. Udalricus V Comes à Veringeo, vix annum præfuit.
36. Henricus Baro de Klingen obijt A. C. 1204.
37. Udalricus IV. Baro de Saxo, primus S. R. I. Princeps renonciatus. mortuus A. C. 1219.
38. Rudolphus Baro à Güttingen, dein Curiensis Episcopus.
39. Conradus Baro de Busnang Princeps egregius, obiit 1238.
40. Waltherus à Truchburg, resignat 1245.
41. Bertholdus Baro de Falckenstein, obiit A. C. 1271.
42. Udalricus VII. Baro de Güttingen, decessit 1275
43. Romoldus Baro de Ramstein, resignat 1280.
44. Wilhelm Comes à Montfort, multa passus. obiit A. C. 1301.
45. Henricus Baro de Ramstein, morit. A. C. 1318.
46. Hiltepoldus de Werdenstein vir Nobilis. obiit 1329.
47. Rudolphus Comes de Montfort, electus postea Episcopus Constant. Abbatia se abdicat 1333.
48. Hermannus Baro de Bottstetten, obiit 1360.
49. Georgius à Wildenstein & Warttenberg, ob. 1379.
50. Chuno Baro de Stöfflen. moritur A. C. 1411.
51. N. Anonymus Misnensis datus à Joanne XXII.
52. Henricus Baro de Gundelfingen, resignat 1417.
53. Conradus de Pigania à Patribus Concilij Constantiensis præficitur. resignat ob turbas Helvet.
54. Henricus de Mansdorff, moritur A. C. 1426.
55. Egolphus Blaarer de Giesperg è S. Blasio postulatus præfuit utilissime. defunctus A. C. 1442.
56. Gaspar è nobilissima familia Equitum de Landenberg in Breiten-Landenberg, vir insignis, resignavit A. C. 1467.
57. Udalricus Rösch, vir per omnia maximus & utilissimus. decessit A. C. 1491.
58. Gotthardus Giel à Glattburg, mortuus 1504.
59. Franciscus Gaisperger. Vita excessit 1529.
60. Kilianus German prope Brigantium fluvium equo an curru superatus mergitus A. C. 1530.
61. Diethelmus Blaarer de Wartensee. obiit 1539.
62. Otthmarus Chonz.
63. Joachimus Opser. Electus Coadjutor Episcopi Curiensis, humiliter recusavit. Obiit 1594.

64. Bernar-

64. Bernardus Müller Vir meritissimus obijt.
65. Pius, verè pius, nec minus eruditione quam pietate præstans, utriusque talia edidit & condidit monimenta, quæ etiam à morte reddant immortalem.

Cæterùm S. Galli Asceterium tanta tot seculis Sanctorum & sanctitatis opinione celebrium copiam aluit, ut centum subinde, & ducenti, quin & trecenti aliquando, eo nomine celebrati simul semelq; in eodem conviverent, nec dubitaret religiosus non nemo, & vetustissimè fidei scriptor ante octingentos jam ferè annos in hæc ipsa prorumpere;

Continet hoc Sanctum Sanctorum millia templum, ut totus stupescas, si Gallos, Magnoaldos Theodoros, Othmaros, Notgeros, Eusebios, Isones, Ratpertos, Tutilones, Gerardos, Walafridos, Hermannos, tanta in una cæli, imo terræ portione exsplendescere videas sydera, quæ toti terrarum orbi suffecissent. Episcoporum, hinc ad diversas cathedras postulatorum magnus fuit numerus, nos paucos, qui obiter cogitanti occurrunt, recensemus:

B. Joannes S. Galli discipulus, Episcopus Constantiensis.
Anafredus S. Otthmari discipulus, Episcopus ibidē.
Wolfoleus ejusdem discipulus, Episcopus ibidem.
B. Marcus ex Episcopo in Scotia, Monachus S. Galli.
Salomon ex Abbate S. Galli Episcopus Constantiensis.
Noringus ex Decano S. Galli, Decanus Cathedr. ac dein Episcopus Constantiensis.
Regimboldus Comes à Dilingen Episcopus Spirensis.
Adalbero Rudolphi Rheinfeldensis designati Cæsaris frater germanus, Episcopus Wormatiensis.
Udalricus Baro à Tegerfelden Episcopus Curiensis,
Arnulphus Comes ab Heilgenberg Episcopus Constantiensis, dein Ravennatum Archiepiscopus.
Udalricus Comes à Dilingen & Kyburg Episcopus Constant.
Rudolphus Baro de Güttingen Episcopus Curiens.
Udalricus è Carinthiæ Ducibus Patriarcha Aquilejæ
Rudolphus Comes à Montfort. Episc. Constant.

Et hæc quidem obiter de Cænobio S. Galli, de quo prolixius in tomis Constantiæ Benedictinæ.

Gandense.

Ordinis Benedictini, à S. Bavone Agilulphi Hasbaniæ Comitis filio ad preces S. Amandi structum à quo & cognominatum est. Vide supra S. Bavonis.

Gandersheim.

Regium omnino Virginum Benedictinarū Cænobium in Ducatu Brunsvicensi, & ejusdem nominis oppido situm, quod sub A. C. 842. Leutolphus magnus Dux Saxonum condidit, S. Altfridus Hildesheimensium Episcopus dotavit, & exin maximi Cæsares opibus & favoribus mirè extulerunt. Submisêre se in hoc Cænobio Augusti sanguinis plurimæ Principes, & abjectæ esse in domo Dei elegerunt, tanta contentione admitti cupientes ut plurimis seculis nemini nisi maximis Principibus accessus pateret. Ottho II. Imp. binas filias Sophiam & Adelhaidem, ibidem Domino consecraret, ipsius Fundatoris filiæ memorabili exemplo, tres omnino ibidem se includerent Brunsvicenses denique aliæq; Saxoniæ Principes adeo portas Sancti Cænobij illius exambirent, ut amplissimos præ illius vitæ professione Principatus contemnerent; in quo egregia cum primævo fervore viguit disciplina, donec superiore seculo in preceps omnia ruerent, sacrumque & profanum miscerentur, hoc denique alterum devoraret.

Gars.

Benedictini instituti Cænobium in Ducatu Bavariæ in ripa Oeni fluminis condidit sub A. C. 1050. Conradus Comes de Medling & Frontenhausen, imo potius desolatum restituit, cum jam sub Tessalonis III. Principatu Boso quidam Libero se Baronum genere Clericus, cellam illic Monachorum fundasset.

Garsten.

Potens atq; inprimis celebre superioris Austriæ in ripa Anassi fluminis Monasterium Beat. Matri Virgini sacrum, quod Othocarus Styriæ atque Carinthiæ Marchio condidit, & liberalissimè locupletavit. In quo deinceps magna virorum Sanctorum atque eruditorum copia mirificè resplenduit, magnumq; decus & commodum toti provinciæ attulit. E quibus præ cæteris SS. Wirntho Formpacensis postea Abbas, & Bertholdus è familia Comitum Haimburgensium, uterque miraculorum gloria illustrissimi longè lateque gravissimis meritis innotuêre. Splendet usque hodie, nunquam sibi dissimile Cænobium, & uti omni ætate maximos semper Antistites habuit, ita etiam alijs Cænobijs dedit; cujusmodi nuperrimè mirata fuit Vienna Antonium, eo ad Abbatiam, quam Scotorum vocant, postulatum, etsi post se domi reliquerit, non tam piè æmulum virtutis, quam verè successorem, omnimodæ perfectionis.

Garseensis Abbatia.

Cujus Cænobij Abbas inter Sacri Rom. Imperij Principes numeratur, in Indice Friderici tertij Imp. Aug. inter Acta Imperij relato; quem hoc ipso opere reperies.

Gedanense.

Monasterium celebre Ordinis Benedictini in Pomerania, quod sub A. C. 1260. fundavit Suantipolcus II. Dux Pomeraniæ, Cassuborum & Henetorum Princeps, ejusque conjux lectissima Salomea Princeps Russiæ.

Geisenfeldt.

Monialium Ordinis S. P. Benedicti in Bavaria Diœcesi Ratisponensi, situ editiore & insigniter eleganti Cænobium supra Ilmium amnem à Comitibus de Sempt & Ebersperg Eberhardo & Adalberone fratribus conditum, & ab utriusque conjuge Adelheide, & Richilde Guelphica magnificentissimè dotatum. In eo deinceps in hanc usque diem nobilissima Virginum germina mirificè effloruisse Cænobij monimenta docent, & magnam omnino terræ nobilitatem cælo conscriptam attestantur. Abbatissa olim pari cum Principibus dignitate, Officiales & Ministros Nobiles habuit, Hæreditarios ut vocant Mariscallos Equites ab

Hausen in Freinhausen & Burckstall, sic & Dapiferos, Camerarios & Pincernas. Sed de alijs Cœnobij hujus memoria dignis consulendus Wigul. Hundius in Metrop.

Gemblacum.

Celeberrimum Benedictini item Ordinis, Diœcesis olim Leodiensis, nunc Namurcensis Monasterium, Geminiacum Antonio dictum, Gemblourt Teutonibus, Giblon Gallis, & Gembloux, fundatum A. C. 922. à B. Guiberto, qui A. C. 962. vita excessit, & ibidem sepultus est. Claruêre in hoc multi viri Jllustres eosque inter nominatissimus ille Scriptor Sigebertus Gemblacensis. Abbas Guicciardino teste in Descriptione Belgij, Comes est, & in Comimitijs Brabantiæ primum inter Nobiles seu Jllustres locum obtinet. Abbati Lamberto A.C. 1573 doctissimus Molanus dedicat Indiculum Sanctorum Belgij, & Ludovico Sambecho A. C. 1608. Aubertus Miræus inscribit Sigeberti recens editum Chronicon. Qui & de hoc ipso Cœnobio consulendus in Codice Donationum c. 52. & in Origin. Monast. lib. 1. c. 26.

Gengenbacum.

Vulgo Gengenbach, celebre Benedictini Ordinis in Alsatia Cœnobium, ab Alsatiæ Ducibus primum conditum Luitfrido dein sero eorumdem nepote, Habspurgi Comite liberaliter dotatum est sub A. C. 855. situm in Diœcesi Argentinensi.

Georgenthal.

Insigne olim Thuringiæ Benedictini instituti Cœnobium, quod sub A. C. 1152. Comites de Kefernberg condidêre.

S. Georgij Augustæ.

Intra muros Vindelicorum metropolis fundatum A. C. 1135. à Walthero Comite Palatino de Tübingen Augustano Pontifice absolutumque A. C. 1142. Canonicis Regularibus S. Augustini est traditum ab ijsdemque hodie, etsi plurima adversa per innovationem Religionis in illa urbe perpessum, magna cum laude possidetur, & incolitur.

S. Georgij Herciniæ.

Fundari cœpit egregium Cœnobium, si vetustissimo Ms. fides A.C. 813. apud Villam Nehartteskirchung ab Hezilone & Hessone viris Jllustribus, in allodio illius, absolutumque est sub A. C. 814. rudi primum opere, donec paulatim in magnum splendorem excresceret, viris deinceps Sanctissimis felicissimum, qui obscurissimam naturâ Herciniam, Firmamenti instar illustrem reddiderunt; è quibus præ alijs S. Theogerus ibidem Abbas ac dein Metensium Pontifex, B. Ruperus postulatus Uttenburam Abbas, Ven. Erbo S. Theogeri discipulus, & S. Erminoldi in Abbatia Pruefeningensi successor, Wolwoldus Admontensis, Godefridus Weingartensis, inde postulati Antistites, ipse etiam Hesso Fundatore secundus ibidem professus Monachum egregiè exsplenduere. Hodie desolatum omnino est, etsi Religiosa non desit successio, sub Abbate Religiosissimo, qui cum suis in oppido Villingensi commoratur. Cæterum cujus familiæ fuerint primi seu secundarij Fundatores etsi incompertum, certum tamen est alterutros fuisse Barones de Tegetenaw quorum usque hodie insignia, ijs quæ Cœnobium usurpat, adjunguntur. Translatum est altera an tertia vice, ad pagum Bara, atque inde in Waldauw, donec hinc quoque graviter jactati secedere Asceræ, & è solitudine in urbem se conferre cogerentur.

S. Georgij prope Nuenburg sive Naumburg.

Jllustre olim Benedictini instituti Cœnobium quod sub A. C. 1001. fundavit Suanhildis Uxor Eckardi I. Marchionis Misniæ & Thuringiæ, filia Hermanni Bilungij Ducis Saxoniæ. Fuit unitum Congregationi Bursfeldensi A. C. 1458. donec sæculi superioris tempestate mergeretur.

S. Georgij Hecklingense.

Virginum Benedictinarum Monasterium, cujus Rotulus Visitationis pervetustus de anno 1484. meminit. Cæterum silet Diœcesim, &c.

S. Georgij Carinthiæ.

Pulcherrimum sanè, situ elegantissimo, editiore colle, inter arboreta virentissima & maximè frugifera Benedictini Ordinis Virginum in Archiducatu Carinthiæ Cœnobium, in quo à pluribus sæculis in hanc usque diem frequentissimus Virginum genere Jllustrium & Nobilium numerus felicissimam Virginum sponso servit servitutem. Fundatum fuit à Comitibus quibusdam Carinthiæ Ducum cognatis & splendide dotatum. Abbatissæ sequentes legimus:

1. Hildegarda Fundatoris soror, præfuit annis 15.
2. Hilburga Comitissa de Götz cognata Fundatoris.
3. Perchtigunda Fundatoris filia.
4. Trosthildis Nobilis familiæ ex Bavaria.
5. Diemuth Nobilis Sueva.
6. Bertha de qua nihil ulterius præter nomen.
7. Geutha Comitissa de Treuen, cujus mater fuit Domina de Scherffenberg.
8. Gertrud genere Nobilis. exauctoratur A. C. 1367.
9. Elisabetha ab Auffenstein Conradi fil. ob. 1385.
10. Catharina de Wuldriesi. obijt anno 1402.
11. Dorothea Boschin, forte Botschin. ab Awr...
12. Praxedes Fechterin, vita excessit anno 1430.
13. Margaretha Anspachin. obiit anno 1451.
14. Susanna Zwitterin. mortua 1469.
15. Christina Creützeria de Werberg, obijt 1481.
16. Magdalena ab Hailegg. mortua 1495.
17. Barbara de Lembsitz. Extincta anno 1516.
18. Agnes de Lindt, resignavit anno 1531.
19. Dorothea Grimpsin, obijt 1560.
20. Afra de Standach.

S. Georgij in Stein.

Oppido Helvetiorum ad Rheni marginem sito celebris olim Abbatia, Duellio, uti supra dictum, eodem translata consensu & ope S. Henrici Imp.

Imp. qui illud egregiè dotavit sub A. C. 1005. cujus etiam hodie Abbatiæ titulo gaudet Petrusij prope Constantiam, ejusdem Benedictini Ordinis, Cænobij Antistes.

S. Georgij mons.

Vulgo Jergenberg In editissima rupe supra Schwazium in Tiroli situm in accessu pene loco Cænobium, Ordinis etiam Benedictini, In quo maximus omnino SS. Reliquiarum thesaurus asservatur.

S. Georgij.

Pragense, Ordinis Divi Benedicti, Virginum Illustrium & Nobilium celebre Cænobium, fundatum sub A.C. 986. à B. Mlada Boleslai crudelis filia, Virgine incomparabili, quæ etiam in eodem Deo se devovens, postea sacro Virginum cœtui præfuit, & cum magna sanctitatis opinione ad cælos evolavit.

S. Georgij.

Benedictini & hoc Ordinis, haud longè à Ratzeburgo, hodie desolatum.

Gerardi-mons.

Magnum prorsus Germaniæ inferioris Cænobium, quod sub A. C. 1096. è Declivio ad montem Gerardi translatum est petente Roberto cognomento Hierosolymitano, à Manasse Cameracensi Episcopo & Fundatore, ibi deinceps florentissimũ perstitit, inter præcipua Belgij hucusque habitum; de cujus Religiosissimis Asceris, ita ad me in suis de dato 12. Febr. A. C. 1631. litteris Aubertus Miræus: *Gerardimontenses Benedictini Scholas litterarias juventuti undique confluenti annis superioribus aperuêre, Duaci Philosophiam publicè docent. Alibi nec uno loco Theologiam explicant, &c.* subjungitque (postquam alios diversis in Regnis ejusdem Ordinis Ascetas similiter commendasset) *ut velut reddita juventute, familia Benedictina hodie revirescere videatur, &c.* Sed de hoc Monasterio idem consulatur in Originibus, &c.

Gerbstetten.

Plæclarum Virginum Divi Benedicti Monasterium, quod sub A. C. 940. fundavit Riddacus cognomento Dives Comes Wetthinensis & Marsburgensis, secundus Marchio Misniæ, una cum sorore sua Albia, sive Alarica, quæ in eodem se Numini emancipavit, ejusdem prima pro meritis eximijs Abbatissa.

Gerden.

Sacræ Cisterciensis familiæ Nobile Cænobium in Diœcesi Paderbornensi quod sub A. C. 1150. fundavit Bernardus de Dylede ejusdem sedis Episcopus, & magnificè locupletavit.

Gerenrode.

Potentissimum Monialium olim Divi Benedicti Collegium, cujus Abbatissa Inter S. R. I. Principes pridem adscripta, in Catalogo Ordinum Imperij quibus suffragij jus in Comitijs competit, à Friderico III. Imp. memoratur.

S. Germani.

Virginum similiter Benedictinarum in urbe Treverorum insigne quondam Cænobium, in quo sepulturam accepit B. Gerasina S. Ursulæ matertera. Incorporatum fuit A. C. 1478. Monasterio S. Matthiæ virorum ejusdem Ordinis, ibidem.

S. Gertrudis.

Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini in Diœcesi Mechliniensi, fundatum A. C. 1206. ab Henrico Brabantiæ Duce. Vid. Lipsius in Lovanio l. 2. c. ult. & Ferreol. Locrius nec nōn Miræus.

S. Gertrudis, aliud.

Cænobium Monialium Ordinis B. Dominici, in Ubiorum metropoli Colonia, cujus fundatrix Hadewigis de Argentina celebratur, etsi potius fuerit disciplinæ restauratrix, cum jam antea priorum largitionibus sub A. C. 1286. initium habuisset. Inter Benefactores autem præcipuè celebratur Anna Comitissa de Mœrs & Sarwerden, nata Bavariæ Ducissa ibidem tumulata.

Gessigk.

Abbatia quondam insignis Benedictini Ordinis in Diœcesi Halberstadiensi, cujus meminit pervetustus Rotulus Visitat. de anno 1484. & Abbatis ibidem tunc mortui Henrici.

S. Gisleni.

Quod ipse Sanctus sub Regula S. P. Benedicti condidit circa A. C. 650. à quo etiam deinceps cognominatum est, situm in inferiori Germania, Diœcesi Cameracensi, provinciâ Hannoniæ, de quo Colvenerius in Notis ad Chron. Camerac. Molanus in Nat. SS. Belg. Miræus in Annal. seu Fastis Belgicis.

Gislengimiense.

Inter Athum & Augianum Hanoniæ oppida Benedictinæ Regulæ Cænobium, vulgo Gillengemiense appellatum, quod sub A. C. 1126. Ida mater Nicolai Cameracensis Episcopi splendidè extruxit, inductaque è Strumensi Monasterio nobili Virginum colonia, opimè instruxit, quod dein Ida altera Guidonis Domini Cerviensis conjux plurimum dotavit, ibidemque se Numini consecravit.

Gistellense.

Vulgo Gistelles, Benedictini Ordinis Cænobium fundatum A. C. 1088. quod deinceps, nostro ævo, ob bellorum tempestatem in urbem Brugensem translatum est. S. Godolevæ cognominatum nobilissimarũ Christi Virginum usq; hodie domicilium.

Glaidpacense.

Monasterium ejusdem Ordinis, quod sub A. C. 950. Beatæ memoriæ Gero Coloniensium Archiepiscopus Lusatiæ Marchio fundavit. Meruit de eodem plurimum Magnus Carolus Imperator, & alia inter pretiosissima munera, caput S. Laurentij Archimartyris obtulit, quod ibidem etiamnum religiosissimè asservatur, quodque II. Hispaniarum Rex Philippus ingenti thesauro, sed frustra, redemptum voluit.

Gluinck.

Benedictini similiter Ordinis Abbatia, haud procul à Cœnobio Garstensi, & civitate Styra superioris Austriæ, vulgo Glienck & Gluinck fundata ad honorem Beat. Matris Virg. ab Arnaldo Dynasta de Gluinck, ejusque filio Brunorio, qui Arnaldus, sive, ut alij Mss. loquuntur Arnhalmus A.C. 1120. vita excessit, ibidem sepultus, cujus Anniversaria obitus memoria multis eleemosynarum largitione celebratur.

Gnadentaal.

Virginum Cisterciensium Cœnobium, situm in Helvetia inter Mellingam & Goslickon Ergoviæ in Diœcesi Constantiensi, sub visitatione Domini Abbatis Wettingensis.

Gnadenberg.

Olim à quercubus dictum Eichelberg, Monasterium Ordinis S. Brigittæ sive Salvatoris, utriusq; sexus, in Palatinatu superiore, ad Schwarzachium amnem in amœnissimo monte situm, quod sub A. C. 1436. Joannes Comes Palat. Rheni Ruperti Imperatoris filius fundavit, ad petitionem conjugis suæ Catharinæ Pomeranorum Ducissæ, quod postea liberalitate nobilium aliquot civium Norimbergensium plurimum auctum est.

Gôss.

Opulentissimum Ordinis S. P. Benedicti, Illustrium Virginum in Styria superiora Cœnobium haud procul Leobio, ad ipsam muræ fluminis ripam, diversorum Styriæ Magnatum & Principum insigi liberalitate ita fundatum & dotatum, ut cum maximis etiam virorum possit comparari. Floret, si unquam antea, sub Regimine modernæ Abbatissæ Mariæ Joannæ Comitissæ de Kollonitsch, ut nemini non sit admirationi, tot illustres, totque diversæ Patriæ Virgines, adeo unanimes in Domo DEI conversari, ut unum plane cor & anima videantur. Placet eorum omnium, quæ tum cum præsentes eramus, religiosè conversarant, nomina certa professionis serie enumerare:

Abbatissima Jllust. Maria Joanna Comitissa de Kollonitsch Priorissa: Margarita Adelburgis Protgerin.
Subpriorissa: Lucia Sabbatina.
Senior: Hester Jochnerin de Pregard.
Elisabetha Stiblehin de Spilfeldt & Marnberg, &c.
Catharina Herzenkrafftin.
Susanna Barbara Waltherin de Walthersegg.
Genoveva Scholastica Rüedem de Collenberg.
Dorothea Baronissa ab Herberstein.
Catharina Francisca Wuerin.
Catharina Elisabeth de Grienwaldt, &c.
Maximiliana Cæcilia Baronissa de Schrattenpach.
Afra Sidonia Baronissa de Paar.
Hedwig Florentina Adlerin.
Julia Margarita de Pocce.
Maria Benedicta Baronissa de Schrattenpach, &c.
Claudia Catharina de Pocce.
Maria Adula Baronissa de Pranck, &c.
Ursula Kunegunda Seitzdorffin.
Anna Regina Pietschin.
Anna Catharina de Pfeilberg.
Anna Catharina Weissin.
Maria Aurelia Preuerhurberin.
Maria Salomea Prussin.
Maria Clara Baronissa de Sauran.
Christina Margarita Baronissa de Pranck.
Maria Machtild Putterin ab Aigen.
Maria Elisabetha im Hoff.
Maria Theresa Ammännin ab Ammanseck.
Maria Catharina de Clauenauw.
Agatha Thummin de Neuwburg.
Maria Veronica Baronissa de Gumpenberg.
Dorothea Ferbronia Baronissa de Eybiswaldt.
Maria Sybilla Hansin.
Maria Sidonia de Seibolstorff.
Eva Justina Bischoffin.

Præter has, quibus interea plures, & summo genere natæ accessère, numeratæ tunc erant sorores conversæ, ut vocamus, viginti. Ita ut præter Novitias Religiosæ 56. censerentur.

Gosig, alias Goseck.

Benedictini Ordinis celebre olim in Saxonia Monasterium, quod ex arce in Domum DEI convertit, sub A. C. 1020. Fridericus I. Comes Palatinus Saxoniæ Dedonis II. Comitis Wettinensis & Mersburgensis, Burggravij Soraborum filius.

Goslariense.

Jllustrissimum olim Benedictini Ordinis apud Goslariam Monasterium, è quo multa egregia sydera Saxonum Provincijs illuxere. E quibus non minimum S. Bernhardus, ex Scholastico ejusdem Cœnobij, Osnaburgensium Sanctissimus Pontifex, qui pari quo S. Udalricus Augustanus Episcopus merito, tota Provincia glires prodigiosè expulit. Obijtque A. C. 1088.

S. Gotthardi.

Spectatissimum olim Monachorum Divi Benedicti in urbe Hildesiana Cœnobium, quod ad honorem S. Gotthardi Comitis à Scheyren Atahensis quondam Abbatis, suique in sede Hildesiana antecessoris condidit Bernhardus Episcopus XXII. Comes à Rottenburg ad Tubarum, eumdemque Gotthardum S S. albo solemniter adscribi impetravit. Obijt Fundator A. C 1 53.

S. Gotthardi aliud.

Benedictinæ item Regulæ, sed Reformationis Cisterciensis, situm in Ungaria, ad quod pro reformatione sub A. C. 1460. ex Ebotach Franconiæ evocatus Abbas est Henricus Sebollius, quo ipso tempore plures inde pro eximia disciplinæ observantia sunt Abbates ad diversa loca postulati.

Gottisaugia.

Vulgo Gotsauw, illustre Benedictini instituti Monasterium, situm in Francia Orientali pago qui dicitur Albogauw juxta Albam fluvium, in Comitatu Vorcheim, Diœcesi Spirensi. Fundatum à Bertholdo Comite de Hennenberb, A. C. 1010. quod postea ad intercessionem Marchionis Badensis refor-

reformatum est A. C. 1458. & Congregationi Bursfeldensi unitum, dunec prioris sæculi turbis totum everteretur.

Gotzense.

Cœnobium splendidum olim Benedictini Ordinis in Diœcesi Bremensi situm, idem quod, supra, Gosig ex nonnullorum opinione appellavimus, fundatum à Frider. I. Palat. Saxoniæ, ejusque filijs Alberto Archiepiscopo Hamburgensi & Bremensi, Dedone & Friderico II. Palatinis, &c.

Gottzell.

Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini Collegium, situm in saltu Hercinio versus Bohemiam, fundatum sub A. C. 1286. ab Henrico de Pholing viro nobili ejusq; conjnge Mathilda, quod tamen ab his S. Bernardo dicatum vult Hundius, eoque Adelspacenses Monachos evocatos.

Grabense.

Sive Grabæ Monasterium sub Regula S. P. Benedicti in Pomerania, condidit A. C. 1151. in terra Usdunensi Ratiborus Princeps Sclavoniæ, Wandaliæ & Cassuborum, Pomeraniæ citerioris hæres. ibidem tumulatus.

Graffrathense.

Aliàs Rassonis, vulgo S. Graffrath appellatum: quod sub A. C. 954. (alij habent 904.) pro Religiosis S. Benedicti B. Rasso Comes Andecensis condidit juxta Amperam in pede castri sui Razenberg, quod S. Udalricus Episcopus consecravit. Rasso autem illic sepultus magna miraculorum gloria à Numine illustratus fuit.

Graffschafftense.

Benedictini Ordinis, à S. Annone Archiepiscopo conditum in Westphalia, alias S. Alexandri in Graffschafft appellatum, quod A. C. 1508. Congregationi Bursfeldensi se junxit.

Grandipratense.

Monasterium sub Regula S. Benedicti & Constitutionibus Cistercienſium, conditum est A. C. 1232. à Namurci Comitissa, sorore Philippi Comitis de bonis fratris sui, in Diœcesi Laubiensi, hodie Namurcensi.

Grandimontense.

Vulgo Grand-mont, Benedictini Ordinis in Diœcesi Machlinlensi Cœnobium, quod anno Christi 1168. fundavit Balduinus Comes Flandriæ, & liberaliter dotavit.

Gratia DEI.

Benedictini similiter instituti Asceterium olim florentissimum, quod sub A. C. 1007. ad Salam fluvium construxit, & egregiè dotavit Otho Marchio Lusatiæ.

Grenzlingense.

Cujus in Catalogo Ordinum Imperij jus suffragij in Comitijs habentium meminit Fridericus III. Imperator.

Grimbergense.

Ordinis Præmonstratensis Monasterium, situm in Diœcesi Mechliniensi, olim Cameracensi.

Groinavv.

In finibus Treverensis Diœcesews, non procul à Schönaw per Comitem de Lutenburg fundatum A. C. 1150. in quo ostenditur caput S. Sebastiani Martyris à fundatore illatum.

Groninghe.

Illustre Virginum Cistercienſium Cœnobium in Germania Inferiore, Diœcesi Tornacensi prope Courtrayum, fundatum A. C. 1287. à Beatrice filia Henrici Boni Ducis Brabantiæ, conjnge Guilhelmi Comitis Flandriæ.

Gronechdal.

Virginum Ordinis Benedictini, cujus Abbatissa scripsit S. Hildegardi Prophetissæ, &c. ut meminit in Chronico Hirsaugiensi Trithemius.

Grundlacense.

Cujus aliquoties meminit Bruschius in Monasteriologia & Annales ejusdem ac monimenta allegat, nihil tamen de ipsomet Cœnobio, vel ubi situm sit, affert.

Guntertaal.

Sive Guntherstall, celebre admodum Virginum Cistercienſium in Brisiaca, haud procul Fryburgo Cœnobium, usque hodie florentissimum, in quo magna nobilissimarum Virginum multitudo servitio Numini ultro se emancupavit.

Gurcense.

Illustre olim Ordinis Divi Benedicti Monasterium, in quo cum diutius sacræ Numini Virgines sese strenuè in omni virtute exercuissent aliò translatæ sunt, & quod commodissimus condendo Episcopatui locus videretur, ibidem sedes Episcopalis à Gebhardo Salisburgensi Archipræsule est condita, cui primus Gurcensis Episcopus Guntherus est impositus. Cæterum Monialium Fundatrix extitit, Ven. Hemma Comitissa Friesacensis Wilhelmi Comitis vidua nata Comitissa de Kazenhofen & Abensperg.

Guttenzell.

Virginum Cistercienſium nobile Monasterium olim Gottes-zell nuncupatum, quatuor milliaribus ab Ulma Suevorum metropoli dissitum, fundatum in honorem SS. Cosmæ & Damiani, à duabus sororibus Comitissis de Schlosberg sive Schlosseburg, quod deinceps Comites ab Aychelm mira liberalitate dotarunt & auxerunt, sub A. C. 1230. In quo olim Cœnobio ducentæ simul semelque sacræ Numini Virgines convixisse memorantur.

H.

Hadmersheimb.

Ordinis Divi Benedicti insigne Diœceseos Halberstadiensis

berstadiensis Monasterium quod sub A.C.960. Bernardus ejusdem sedis Episcopus, Burggravius Magdeburgensis fundavit, eidemque sororem suam præfecit.

Hâgelvverdt.

Fundatum est Cænobium hoc à Comitibus de Plain in Bavaria, medio itinere inter Traunstein & Reichenhall, qui ijdem Comites fuêre fundatores Monasterij Reichersperg.

Hagen.

Monasterium Ordinis S. Wilhelmi sub Regula S. P. N. Benedicti, visitatur juxta Rotulos sæpe citatos anno Christi 1485.

Hagenroda.

Monasterium Saxoniæ, Ordinis Divi Benedicti, quod sub A. C. 970. fundatum est à Diethmaro I. Marchione Lusatiæ.

S. Haimerani.

Vetustissimum celeberrimumq; Monasterium in urbe Ratisponensi, quod A. C. 696. fundavit Theodo eo nomine quintus Dux Bavariæ, in expiationem cædis S. Haimerani Episcopi & Martyris, cujus ibidem sacrum corpus sepelivit. Auxit insigniter Sindpertus Ratisponensis Episcopus annitente Carolo Magno Imperatore, sed & hujus posteri, Arnulphus inprimis Augustus illud regia munificentia locupletavit, & hic sibi ibidem sepulturam elegit, aliaque inter dona magnifica corpus S. Dionysij Apostolorum discipuli intulit. Sepulti in eodem Cænobio sunt multi alij Principes & Illustres, è quibus, Utba Arnulphi conjux Augusta, eorumdemque filius Ludovicus Rex Romanorum. B. Aurelia item Regis Franciæ filia, Hildericus item Galliarum Rex exauctoratus Monasterio S. Emmerani intrusus, in eodem obiit & Sepulturæ est traditus; Similiter Hemma soror Friderici I. an II. Imp. Otho Landgravius de Stefling Burggravius Ratispon. Georgius Marchio Moraviæ, Warmundus Comes Wasserburgius, Baro Comes de Scheyrn alijque ac præterea viginti & unus Ratisponenses Episcopi è quibus ille magnus Germaniæ Tutelaris S. Wolfgangus, ex Decano Monasterij Einsidlensis, Ratisponensium Pontifex. Sed de his & Abbatibus consulendus Wigul. Hundius in Metrop. Salisburg.

Haldhausen.

Insigne Ordinis Benedictini in Diœcesi Hildesheimensi Monasterium, quod sub A. C. 1030. S. Gothardus Comes à Scheyren, ex Abbate Altaichensi Hildesianus Pontifex fundavit.

Hamaticum.

Celeberrimum olim Virginum Benedictinarum in inferiori Germania Cænobium, in quo magna lectissimarum Christi Sponsarum copia mirificè effloruit, & fragrantissimis flosculis floridum sponsi thalamum respersit, maximè autem sub regimine S. Eusebiæ, Adalbaldi & Rictrudis Principum filiæ, ejusdem loci meritissimæ Abbatissæ. Sed de hoc Cænobio legendi Miræus, Locrius, Molanus, &c.

Hamersleben.

Benedictini Instituti nobile Monasterium quod sub A. C. 1110. Agnes Marchionissa Landspergensis condidit, Uxor Henrici junioris Electoris Palatini Principis Guelphici qui fuit frater Othonis IV. Imperatoris.

Hammense.

Vulgo de Ham Ordinis Augustiniani insigne Cænobium situm in Diœcesi Noviomensi.

Han.

Asceterium præstantissimum Ordinis Divi Benedicti in inferiori item Germania, situm in Diœcesi Audomarensi (Sanct Omer) fundatum A.C. 1084. ab Engrando sive Engranno de Liliers, inductis Monachis Carofensis Cænobij quos secum Compostellâ reversus ex Hispanijs adduxerat, ubi tunc florentissima Ordinis Benedictini erat disciplina. Epitaphium Fundatoris ibidem legitur.

Hic flos militiæ, Paridis gena, sensus Ulissis
Æneæ pietas Hectoris ira jacet.

Hasenriedt.

Insigne olim Benedictini similiter Ordinis Cænobium, quod sub A. C. 810. S. Deocarus, ex Sacellano Caroli Magni Imp. humilis Monachus, ejusdem ope condidit, ac dein primus eidem Abbas præfuit, & ingenti deinceps miraculorum gloria nobilitavit. Cui Monasterio postea Oppidum Herriedense accrevit, tempestas autem sæculi superi sacra dissipavit.

Hasnonium.

Vulgo etiam Hasnoyum dicitur, ejusdem Benedictini instituti, situm in Ostrovandia ad Scarpam fluvium in Diœcesi Atrebatensi, fundatum A. C. 670. à Vindiciano Episcopo, insigniter deinceps dotatum à Balduino Flandriæ Comite A.C. 1070. vid. Miræus in codice Donat. cap. 22. & 63. Jacobus Mayer, & Joan. Buzelinus, &c.

Hasprense.

Ad Scaldim fluvium Cameracum inter & Valentianos, quod Pipinus pro divi Benedicti Asceris fundavit, postquam Theodoricum Regem acie superasset. Hodie est membrum S. Vedasti.

Hassebroicense.

Benedictinarum Virginum illustre Domicilium cujus meminit, solo tamen Nominis & Ordinis designatione, Carolus Stengelius.

Hassefeldt.

Aliàs etiam Harsfeldt, antiquitus Rosenfeldt dictum, celebre Benedictini Instituti Monasterium in Archiepiscopatu Bremensi, unitum congregationi Bursfeldensi A. C. 1510. comparuitque etiamnum in Capitulo Generali per Procuratorem A. C. 1596.

Hasla.

Sive Haselacense Ordinis S. P. Benedicti celebre olim Cænobium in Alsatia haud procul ab Hasla

ſela amne ſitum, atque inde cognominatum, fundavit primùm ſub A. C. 672. S. Florentius ex Monacho Vallis Gregorianæ Argentinenſium Pontifex ope Dagoberti Regis cujus filiam Rathildem prodigiosè à cæcitate liberaverat.

Hasclavenſe.

Monaſterium coodidit ſub A. C. 1404. Joannes II. Comes Naſſovius Archiepiſcopus Moguntinus, cujus fundationis meminit ex Ms. quodam Serarius, oeque tamen cojus ſit Ordinis.

Haſſungen.

Locuples admodum & ſplendidum olim Benedictini Ordinis Monaſterium, cojus fundamenta primùm jecit in Thuringia Aribo ſive Erbo Moguntinus Archiepiſcopus ſub A. C. 1018. abſolvit autẽ ſub A. C. 1060. ſive 70. Sigefridus Barb ab Eppenſtein ex Abbate Fuldenſi, Muguntinus & ipſe Archipræſul, conſecratum in honotem SS. Petri & Pauli, ac S. Haimeradi Confeſſoris, cujus ibidem ſacrum corpus repoſitum grandi miraculurum gloria, fideles undique pellexit, & magnum Cænobio ſplendorem contulit. Miſit eodem primum Abbatem Giſelbertum virum egregium S. Wilhelmus Hirſaugienſis, cum integra Religioſurum colonia, qui paulo poſt aucti ad 70. numerum, inde ab Henrico Imp. expulſi ſunt, quod excommunicato per Gregorium VII. cummonieate nollent, omues ad S. Wilhelmũ ſe contulere; donec Cænobio ſuo deinceps redderentur. Adjunxit ſe boe ipſum Aſceterium Congregationi Bursfeldenſi A. C. 1510.

Haſterienſe.

Divi Benedicti, Vlrginum olim, hodie Monachurum, fundatum ab Alberone Metenſi Epiſcopo, poſtea Walciodoreoſibus Aſcetis traditum & incorporatum.

Hegbach.

Alias Heppach, & olim Heckenbacb Virginum Ciſtercienſium nobile Monaſterium, Conſtantienſis Diœceſeos, medio ferè itinere inter Biberacum & Ochſenhuſium, modicis cœpit initijs ſub A. C. 1233. à duabus primum Beginis genere nobilibus Domina quadam de Roſenburg & Domina de Landenberg ſive Laudenburg, donec multis ſe adjungentibus, & quidem opulentis, ao usque Cænobium excreſceret, ut centum viginti ibidem ſacræ Virgines unireuur. Cæterum Wilhelmo Imp. rebus humanis exempto, cum civilibus bellis æſtuatet Germania, penè totum concldit, donec Dynaſtarum aliquot de Bouſtetten, Freyberg, Weiler, Ellerbach, & Waldpurgij Dapiferorum reſtitueretur liberalitata; hodie haud minimè commeodatum à Religioſa diſciplina.

Heidenheim.

Egregiom omnino & magni nominis Cænobium, vel ab ipſo quidem Fundatore Sanctiſſimo, omni cultu digniſſimum quod ſub A. C. 750. S. Wunibaldus Abbas S. Richardi Anglorum Regis filius, fratet SS. Wilibaldi primi Eichſtettenſis Epiſcopi & S. Waldpotgis Virg. & Abbatiſſæ condidit, in eoq; primus ipſe Abbas præfuit, multosque ſuarum Virtutum æmulos poſt ſe seliquit.

Heidingesfelde.

Jlluſtre Virginum Ordinis Divi Benedicti Cænobium fundatum A. C. 1070. ab Alberade Vochburgenſi Marchioniſſa, Harmanni Marchionis vidua, nata Comitiſſa de Banth, & hujus nominis Cænobij io Franconia Conditrice, ſitum in ſiniſtra Mœni ripa ſupra Herbipolim, in qno & filium & filiam ſepelivit, & inſigniter ſacras Virgines dotavit.

Heilbrunnen.

Magnificum atque inprimis opulentum ſub Regula S. Benedicti & Conſtitutionibus Ciſtercienſiũ, ad amoem Schwabachium, medio fermè itinere Norimbergam inter m Onoldſpacbiom, Monaſterium, quod ſub A. C. 1132. à Beato Othone Andecenſi Comite Bambergenſi Epiſcopo, & Rapatbone atque Conrado Abenſpergi Comitibus fundatum eſt, horumque ab Uxoribus Mechtilde & Sophia ſplendidè locupletatum. Viſuntur in eodem inſignia monimenta & Mauſolæa Nurimbergenſiũ Burggraviorum. & Brandeburgi Marchionum, nec non plurimorum Jlluſtrium, ex familijs Naſſovia, Oettingenſi, Heideckenſi, &c. Abbamm Catalogum affert Bruſchius io Monaſteriologia, quorum primus Jlluſtri admodum genere, ut virtute emicuit Rapatho Comes Abenſpergenſis frater Cunradi Fundatoris.

Heilesſheim.

Ordinis Præmonſtratenſis Canonicorum Regulariom Cænobium in Diœceſi Leodienſi, de quo nihil potro indagavimus.

Heilig-Creuz-taal.

Virginom ſacræ familiæ Ciſtercienſis ſub Regula Divi Benedicti periuſigna Monaſterium, olim Waſſerſchapffen appellatum, fundatum pia fidelium largitione Equira quodam ab Altha fuodum offerente ſub A. C. 1140. ipſo etiamnum melliſluo Doctore ſupetſtite, quod poſtea Egon Comes de Laodaw, ejusque conſanguinei Comites de Gruoingen & Wullenſtetten egregiè dotarunt, qui & ſepulturam ibidem pro ſe ſuisque poſteris conſtruxêre. Quo deinceps in Cænubio ingens Jlluſtrium & Nobilium Virginum multitudu io hanc usque diem Dai laudes continuavit. Exſplendnêre præ alijs prima loci Abbatiſſa Hailvigildes Fundatoris Egonis Comitis ſotor, Bertha Baroniſſa de Juſtingen, Adelheidt Comitiſſa de Landaw, Eliſabetha Baroniſſa de Stoffien, Machtild Comitiſſa à Veringeo. Anna Comitiſſa de Sulz, & hæ omues pro meritis Cænobio præfectæ, ut nihil de alijs, quæ ſub harum vixêre Jmperio mamoremus.

Heiſterbach.

Celeberrimum, & Sanctorom copia frequentiſſimum Ordinis S. Benedicti, Reformationis Ciſtercienſis in Diœceſi Colonienſi Cænobium, cujus pro inſigni Cælitum multitudine inde aſſumptorum ſæpius meminimus in Menologio noſtro Benedictino

ctino; è quibus & B. Cæsarius fuit, cujus passim circumferuntur Miraculorum sui temporis libri.

Helfta.

Magni & hoc nominis Cænobium evasit, ob admirabilem illam, & stupendis Christi favoribus illustrissimam Virginem S. Gertrudem, Baronissam ab Hackenborn, quæ ex Cænobio Rodadersdorffensi extracta, prima hujus loci Abbatissa effecta est, & venerandam cælis ipsis, velut ex libris insinuationũ Divinæ pietatis ab eadem met & scriptis & dictatis patet, illic Virginum Congregationem instituit; quæ & à morte Sanctissimæ illius Antistitis fervorem illum strenuè conservavit, donec sub A. C. 1342. bello quod Brunsvici Duces cum Mansfeldiæ Comitibus gesserant, hoc ipsum Cænobium, permittente Deo totum everteretur, servatis tamen animis, cum repertas illic sacras Virgines prodigiosè Numen servaret, ita ut cum violare Virginitatem earumdem milites tentarent, nemo eas quiverit attingere. Translata proin à Comitibus prædictis Cænobij fundatio est ad urbem Eislebiensem, ubi etiam sacræ Virgines cælo & terris insigniter in omni virtute se probarunt, donec superioris sæculi turbis turbarentur omnia, & ipsæ exturbarentur.

Helielmense.

Ordinis Præmonstratensis Canonicorum Cænobium, in Diœcesi Mechliniensi situm quod sub A. C. 1131. fundatum est.

Helmstattense.

Monasterium, celebratur in Catalogo sæpe citato, Ordinum S R.I. quibus Jus suffragij competit in Comitijs Imperialibus, &c.

Hemmenrode.

Ipsa nominis sanctitate celeberrimum Cænobium cujus sæpius meminimus in Menologio nostro majore Benedictino & Annal. Ord.

Henniacum.

Vulgo Hennin ad honorem S. Martini, pro Canonicis sæcularibus structum A.C. 1040. in Diœcesi Attrebatensi, à Roberto quodam Attrebati Advocato, qui Canonici postea à Lamberto Episcopo persuasi, Regulam S. Augustini amplexi sunt, A. C. 1094. Legendus Colvenerius l. 2. c. 23. Chron. Camerac. in Notis Miræus, Locrius, &c.

Herbrechtingen.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium in Diœcesi Augustana, Ducatu Wirttenbergensi fundatum A. C. 1144. in honorem S. Dionysij à Friderico Barbarossa tunc Sueviæ Duce, qui postea Imperator Fundationem stabilijt, A.C. 1171. quam & Philippus Rex confirmavit.

Herckenrode.

Splendidum Virginum Cisterciensium Cænobium in Diœcesi Leodiensi, de quo nihil restat quod referamus.

Herdhausen.

Ejusdem Ordinis Monasterium quod sub A. C. 1140. fundavit & munificè locupletavit Bernardus à Dysede decimus quintus in Ordine Episcopus Paderbornensis, cujus etiam meminit inter Abbates Imperij Catalogus Friderici III. Imp.

Herde.

Præpositura Ordinis Præmonstratensis Canonicorum, cujus Præpositus familiaris S. Hildegardi Abbatissa Propheticæ spiritu clarissimæ, ipsam litteris datis consuluit.

Herfordense.

Illustrissimum Virginum Ordinis primum Benedictini Canonissarũ dein sæcularium Collegium, cujus Abbatissa inter Sac. Rom. Imperij Principes, in Catalogo prædicto Friderici III. Imp. recensetur.

Hermanschvveiler.

Benedictini Ordinis Monialium insigne Cænobium haud procul Bremgardia Helvetiæ in edito scopulo supra Rusam fluvium, sub Visitatione Rev. Murensis.

Herrieden.

Idem de quo supra Hasenriedanum Cænobium à S. Deocaro olim conditum, quod postea in Canonicorum sæcularium Collegium mutatum est, multa perpessum supera ætate, ut supra meminimus.

Hersfelden.

Illustrissimi nominis potentissimum Cænobium Benedictini instituti cujus fundamenta jacta sunt ab ipsomet S. Bonifacio primo Moguntinensium Archiepiscopo, magno Germanorum Apostolo sub A. C. 750. quod postea cœptis insistens sanctissimi Patris Sanctus filius Sturmio, plurimum promovit, donec absolveret Lullus, Bonifacij in Archiepiscopatu successor. Situm est loco percommodo in Hassia, quod præ ipsa Fulda, cujus erat ante Pontificatum Monachus, Lullus dilexit, & illud amplissimis redditibus beavit, quod etiam è cælis ipsis respicere præ alijs visus est S. Wigbertus, magnus & ipse Germaniæ Apostolus, apparensque Albuino Fritslariensi Præsuli, eo suum sacrum corpus transferri voluit, quod Ernestus, Baturichus & Wolfus Monachi summa religione & devotione quamprimum præstitere; sepulti ibidem BB. Albuinus & Lullus magnum insuper loco nomen peperêre. Reformavit Cænobium idem S. Gotthardus à Willigiso primo Moguntiæ Electore exoratus. Idem magna sanctitate Abbas S. Bardo illustravit, qui extractus ad Moguntinam Cathedram, toti Germaniæ singulari ornamento fuit, ob mirificam pro concione eloquentiam, alter Chrysostomus appellatus. Sed de Archisterio aliàs nos prolixe, consulendi autem in Moguntiacis Serarius, in Fuldensibus Browerus, qui passim hujus Cænobij meminêre.

Hervverden.

Nobile Virginum Christo sacrarum sub Regula S. P. Benedicti Diœceseos Paderbornensis Cænobium, quod sub A. C. 880. fundavit & dotavit Biso, quartus Paderbornensium Pontifex.

Heyna.

Monasterium Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium fundatum & consecratum in honorem Apostolorum Principis Petri in Diœcesi Wormatiensi, quod condidit sub A. C. 1135 Emicho Comes Leiningensis, & multis bonis ac redditibus locupletavit.

S. Hieronymi.

Opulentum olim Ordinis Benedictini in Ducatu Geldriæ Cœnobium, quod anno Christi 1526. reformatum Congregationi Bursfeldensi se adjunxit; vocatum alias S. Hieronymi in Hulsburg fundatum à priscis Geldriæ Comitibus.

Hildesleuen.

Monasterium instituti Benedictini in Saxonia sub A. C. 958. conditum, de quo Trithemius in Chronico Hirsaug.

Himmelauvv.

Ejusdem Ordinis Virginum Cœnobium, cujus Præposita per litteras communicavit cum Sancta Hildegarda Abbatissa.

Himmelhausen.

Monasterium cujus meminit in Catalogo Ordinum Imperii Fridericus III. Imp. quibus jus suffragii ferendi in Comitiis convenit.

Himmelporten.

Cisterciensium Virginum lectissimum in Franconia Monasterium, paulo infra Herbipolim situm sub Visitatione Abbatis Ebracensis.

Himmelreich.

Monasterium sacrarum Deo Virginum situm quondam in Wirttenbergia, im Schönbuch, ut appellant, cujus inquilinæ prioris sæculi procellis mersæ & dissipatæ sunt.

Himmelrode.

Præpotens hoc fuit Benedictinæ professionis virorum sub constitutionibus Cisterci Cœnobium situm in Eyflia, de quo Bruschius in Monasteriologia, & Syllabo Abbatum S. Matthiæ Treverensis.

Hirsaugia.

Sanctissimum prorsus, & nunquam sine Reverentia & grato significatione animi commemorandum Cœnobium, à quo nimirum tanta beneficia in Germaniam olim redundarunt universam. Habuit tres diversas Fundationes, cum aliquamdiu prope interitum esset, ab aliis & aliis restauratum. Prima Fundatio facta est A. C. 645. ab Helisina vidua de Kalw ac Ewardo & Leupoldo Dominis oppidi Kalwensis. Secunda ab Erlefredo Comite Calvensi ejusq; filio Notingo Vercellensi Episcopo A. C. 830. evocato Abbate è Fulda cum 15. Monachis. Tertia: ab Adalberto ejusdem familiæ Comite, post 63. annorum Vacationem postulato ex Einsidleo Abbate Friderico, cui postea S. Wilhelmus præcipuus Hirsaugiæ Restitutor in Abbatia successit. Sed Abbatum Syllabum subjiciamus.

1. Lindbertus Fulda missus primus Abbas, frater Brunonis Abbatis Hersfeldensis A. C. 838. obiit A. C. 854.
2. Gerungus S. Rhabani discipulus, obiit A. C. 885.
3. Regimbodo ex Canonico Constantiensi Monachus ac dein Abbas tertius Hirsaugiæ, decess. 890.
4. Haderadus è Franconia oriundus, moritur A. 918
5. Rodolphus Comes ab Helffenstein. defunctus, A. C. 925.
6. Diethmarus è S. Galli postulatus. Vita excess. 951.
7. Sigerus è potenti familia prope Moguntiam, obiit 981.
8. Lupoldus patriâ Bojus, corpore solutus. A. C. 986.
9. Hardfridus oriundus ex Suevia, moritur 988.
10. Conradus contra quem Everardus intrusus, ille obiit 1002.
11. B. Fridericus è Sueviæ Ducibus, Monachus Einsidlensis post 63. annorum Vacationem electus, A. C 1065 sed à turbulentis pellitur A. C. 1068.
12. S. Wilhelmus è familia Ducum Bavariæ postulatus ex S. Emmerammi Ratisponensi Monasterio obiit 1091.
13. Gebhardus Comes ab Urach. fit Episcopus Spirensis & resignat Abbatiam A. C. 1105.
14. B. Bruno Comes Wirttenberg. moritur 1121.
15. Volmarus Liberiori genere ortus in Suevia, obiit 1157.
16. B. Hartwigus ex Præposito Cath. Spirensi Monachus obiit 1157.
17. Manegoldus de Kondorff, mortuus A. C. 1165.
18. Rupertus ex Franconia oriūdus, extinctus 1176
19. Conradus Comes de Kirchberg frater Hermañi obiit 1188.
20. Henricus I. Marchio de Rumsperg. resig. 1196.
21. Marquardus Comes de Sonneberg. extinctus 1205.
22. Luitfridus de Sindelstetten, moritur 1216.
23. Everhardus Nobilis Suevus. obiit A. C. 1231.
24. Ernestus, obiit A. C. 1245.
25. Volpoldus de Mur vir nobilis. decessit 1265.
26. Joannes I. incertū cujus familiæ, moritur 1275.
27. Volandus ex Priore Reichenbacensi, ob. 1282.
28. Crafftо ex vetustissima familia Equitum de Neonegg. moritur A. C. 1293.
29. Gottfridus de Münchingen, extinctus 1305.
30. Henricus II. è Comitibus Palat. Tubing. deponitur 1317.
31. Sigismundus familia Equestri Suevica. ob. 1342.
32. Wighardus I. vita excedit A. C. 1354.
33. Wighardus II. electus 1354. 15. Martii obiit 1359.
34. Wignandus præfuit annis fermè viginti.
35. Gottfridus ex Priore Reichenbacensi. ob. 1389.
36. Wighardus III. electus 1389. obiit A. C. 1400.
37. Fridericus electus A. C. 1400. decessit 1428.
38. Wolfgangus de Berg cogn. Meyser, ob. 1460.
39. Bernardus, incertum cujus familiæ. ob. 1482.
40. Georgius vix biennium præfuit, obiit 1484.
41. Blasius electus A. C. 1484. mortuus 1503.
42. Joannes ex Equestri familia de Roth, ob. 1524.
43. Henricus de Sramheim, paucos menses præfuit.
44. Joannes Schultheiss, mortuus est A. C. 1556.

45. Lu-

45. Ludovicus ultimus Regularium. obiit 1560.
46. Andreas Geist à Wildeck, &c. ex Priore Imperialis Monasterii Weingarttensis post 70. fere annorum vacationem electus 1619. ob. sanctè.
47. Wunibaldus ex eodem Weingarttensi Monasterio Hirsaugiæ concessus, patrocinio se toi cælitū solatur, dum Numini placeat suæ etiam in terris consulere hæreditati, & erigere humiliatos, qui sacrosanctam in omnibus operibus ejus benedicunt manum & exosculantur.

Cæterum Sanctorum & Sanctitatis opinione celebrium hujus unius Cænobii Ascetarum omnia ex Ordine nomina seu merita recensere nimis hic longum foret: Sufficit toti Germaniæ unum Wilhelmum dedisse, qui ipsi etiam Romæ & Italiæ, quin & Galliæ atque Angliæ, hujusque primati incomparabili Anselmo Sanctissimo Cantuariensium Antistiti fuerit admirationi & venerationi. Sic S. Theogerus Galliæ, Segwinus Italiæ, B. Wolfoldus & Godefridus Styriæ, S. Raffoldus Franconiæ, S. Egwardus Holsatiæ, S. Bruno Regii generis vir Bavariæ S. Esso & S. Adilhelmus Helvatiæ sic orienti ipsi S. Thiemo alii aliis provinciis longè lateque sanctitatis eximiæ radiis, & magnis ac immortalibus meritis innotuère. Sic Cathedras nobilissimas & Diœceses amplissimas, Salisburgensem Archiepiscopalem prædictus S. Thiemo, sic Constantiensem B. Gebhardus Dux Zäringius Bertholdi Magni Alemaniæ Ducis frater. Sic Spirensem Beati Reginboldus & alter Gebhardus, sic Slesvicensem S. Ecwardus, sic Metensem S. Theogerus, Herbipolensem Bernwardus demeruère, & æternum sibi ac meritissimo Ordini obstrinxere. Ut taceam tot alios Sanctitatis nomine celebres B B. Brunonem Wirtenbergiæ Comitem Hirsaugiæ Præsulem, Fridericum è Ducibus Sueviæ ejusdem loci Abbatem, Godefridum Comitem Tubingæ Palatinum, Diethmarum Abbatem Hirsaugiensem, Werinbaldum electum Episcopum Spirensem, Henricum Abbatem Breitenaugiensem, Eckardum Uraugiensem, Walichonem Weingarttensem, Godefridum ejusdem & Admontensis Cœnobii Abbatem, tot præterea Beatos Adelbertos, Erlafridos, Sigeros, Regenbodones, Bertholdos, Haderados, Henricos, Adalhardos, &c. ut nemini non appareat è tot sanctissimis loci incolis, ipsimet etiam Cœnobio & gratissimę circumfusę solitudini haud minimam deberi reverentiam, tanquam ab ipsomet Numine singularibus gratiis & favoribus commendato. Sed filum abrumpamus.

Hoctense.

Virginum sacrarum Numini sub Regula Divi Benedicti celebre Cœnobium, Congregationis amplissimę Cistercienfis fundatum sub A. C. 1200. Trajecti in Diœcesi Leodiensi.

Hofen.

Monasterium Virginum olim Benedictinarum ad littus maris Potamici prope Buchornam oppidū ad honorem S. Panthaleonis constructum & fundatum à Domina Bertha Guelphonis IV. Noricorum potentissimi Ducis Otthonis Linzgovię & Buchorni Principis sorore sub A. C. 1090. quod postea A. C. 1130. à Guelphone VI. Monasterio Weingarttensi subjectum & Beatę mem. Chunoni de Thann Abbati traditum est, donec sub A. C. 1420 pro Virginibus viri substituti, & Nobilis Pręposittura Weingarttensibus plenè incorporata est. Fuêre ex ultimis monialium, Catharina de Rappenstein, Agnes de Spilberg, Bertha de Weiler, Agnes ab Anweil, Guota de Mülhausen, Adelheit de Sampertshofen, Agnes de Berg, Mechtild ab Urnow, Elisabeth de Schooftein, Anna de Hirsdorff, Elisabeth ab Ebersperg, Ursula Schinckin, Agnes de Waldegg, Elsa de Heidelberg, Adelheit de Bibersee aliæque nobiles omnes & equestri familia, quibus Prępositi deinceps, & Monachi rei domesticę Procuratores è Monasterio Vinearum successêre.

Hohemburgum.

Pro Ascetis Divi Benedicti à S. Burcardo Episcopo Herbipolensi fundatum.

Hohenburg.

Fundatum ab Ethicone sive Attico I. cognomento Adelrico Agilolphingicæ gentis Principe, Duce Alsatiæ qui regiam suam aulam vertit in domum Dei sub A. C. 690. & insigni munificentia dotavit; cui filia ejusdem S. Otthilia prima Abbatissa, in omni sanctitate præfuit: multasque Illustrissimo genere Virgines, sub Regula S. P. Benedicti congregavit.

Hohenvvart.

Celebre admodum ac nobile Virginum Benedictinarum in Bavaria Monasterium, in amœnissimo monte ad Parrium amnem in Diœcesi Augustana situm, & ex arce Comitum ejusdem nominis in Dei domū conversum à Rapathone Comite de Tauris ejusq; conjuge Hema Austriæ Principe, cujus dedicatio ad honorē B. M. V. & S. Petri peracta est A. C. 1074. Cæterùm Ortolphus Rapathonis filius ejusq; soror Wiltrudis cœpta à Parentibus absolvêre, & hæc seipsam insuper Christo ibidem emancupans, prima loci Abbatissa fieri meruit, celebrata ab egregia vitæ sanctitate. Habent sepulturā ibidem, præter fundatores quos diximus, nobiles de Sandizell, Starzhausen, Adelzhausen, Judmanni & Equites dicti die Vögt ab Arenpach, qui olim Cœnobii erant Advocati.

Hohen-Dvviel.

De hoc Monasterio jam supra satis sub nomine Duellii.

Holz.

Elegans Virginum Ordinis S. P. Benedicti Cœnobium in amœnissimo Lyci fluminis tractu, haud procul ab arce Kulentaal, egregium nominis S. R. I. Mariscallorum de Pappenheim Dornsperg & Biberach monimentum, qui illud primitus, incertum quo anno, fundaverunt, & eidem sororem seu filiam aliquam præfecerunt, quæ illud insigni vitæ sanctimonia dignissimè initiasse memoratur. Florentissimum ad hanc usque supremam tempestatem extitit, & insigni Virginum Nobilium flore vernantissimum, cui nupertime Domina Margarita Catharina de Neüinegg præfuit, germanam sororem Dominam Agnetem uti meritis ita & in honore Abbatiali

rali consequuta, utraque soror Perillustris Colonelli Alexandri de Neumegg Herois præstantissimi. Hodie præest magna virtutis fama Domina Maria Seholastica Comitissa de Tärringen, & egregiè consulit Ordinis honori & dignitati.

Holzbuochen.

Aliud Benedictini item Ordinis Cœnobium cujus meminit Rotulus pervemstus Visitationis.

Holzhausen.

Abbatia Imperialis, nominata in Catalogo Ordinum S. R. I. quibus jus suffragii in Comitiis competit, edito per Fridericum III. Imp. Aug.

Holzkirchen.

Hoc illustre olim Cœnobium Benedictini Ordinis fuit, sive à S. Bonifacio Magno Germanorum Apostolo, sive à discipulo ejusdem S. Sturmione conditum, haud longe à Wertheimio oppido, in ditione Fuldensi, etsi proprium haberet Abbatem.

Homburg.

Spectatissimum Virginum Ordinis Divi Benedicti Monasterium, cujus Abbatissa S. Wilhelmo Hirsaugiensi familiaris ab ipso suscipi in Congregationem & confraternitatem impetravit.

Hornbach.

Metensis Diœceseos Cænobium, Ordinis Divi Benedicti in partibus tamen Germaniæ situm, à Wernhero præpotenti Dynasta conditum, evocato qui Fundationi adesset S. Pirminio sub A. C. 740. Distarà Bipontano oppido, uno duntaxat milliari, superioris sæculi mutatione, in usus prophanos conversum potens cæteroquin, & utraque parte saltus Vosegi, villisque id eo sitis, à Wernhero & posteris liberalissimè auctum & ditatum, quod & S. Pirminius plurimum dilexit, eoque se à curis & laboribus Apostolicis sæpius recepit.

Horreum B. M. V.

Regium omnino Cœnobium fundatione, splendore, opibus, & inhabitantium multis sæculis dignitate, ex horreo seu Granario Regum Franciæ in Domum Dei conversum à Dagoberto Rege, & filia ejusdem S. Irmina, ejus prima deinceps Abbatissa sub A. C. 606. Successère sanctissimæ Antistiti, memorando ad æternitatem omnem exemplo, plures deinceps ex Ordine, pari ut regiminis sic vitæ dignitate; S. Modesta nimirum, S. Willibrordi Archiepiscopi Ultrajectini soror, huic S. Julia, isti S. Helya, iterum huic S. Anastasia, Anastasiæ S. Basilissa, Basilissæ S. Lucia, Luciæ S. Rothildis, Rothildi S. Severa, ut nihil de iis dicamus quæ opinione sola celebres erant Sanctitatis, donec superioribus sæculis, moniales in licentiam solutæ Canonissæ dici mallent & esse quam filiæ S. Benedicti. Sed Domina Joanna de Bettstein religiosissima Heroina A. C. 1495. Disciplinam veterem, immortali cum merito, strenuè reduxit, & magnum denuo loco honorem & decus conciliavit.

Hortus B. M. V.

Illustre Virginum sub Regula Divi Benedicti Cistercienfium Constitutionis in ipsa Ubiorum Metropoli Cœnobium, de cujus certa origine etsi addubitet doctissimus vir Gelenius, haud improbabiliter tamen B. Engelberto Archiepiscopo & Martyri tribuit, utpote sacræ illius Reformationis promotori strenuo, cum vigini post ejus obitum annis celebris jam Monasterii memoria habeatur. Servâtur in hoc: magna pars Crucis Dominicæ, scapula integra S. Vincentii Martyris, scapula, costa, & dens unus S. Apolloniæ Virg. & Mart. præter insignem alium SS. Reliquiarum thesaurum.

Hugeshofen.

Pervetus Benedictini Ordinis in Alsatiæ partibus Cœnobium situm, in Diœcesi Argentinensi, fundatum A. C. 918. ab Hugone Habspurgi Comite Alsatiæ Landgravio, & ab eodem cognominatum; qui & ipso Numine se devovens cucullum amplexus vitam sanctè absolvit. Unitum fuit Bursfeldensi Congregationi A. C. 1525.

Hulmersbausen.

Insigne olim ejusdem Ordinis Monasterium situm in Diœcesi Paderbornensi, quod anno Christi 1517. Bursfeldensibus se adjunxit.

Hulsburg.

De hoc supra egimus littera H. quod vulgo S. Hieronymi in Hulsburg diceretur.

Humbleria.

Siva de Humbleriis, vulgo Humbliers Benedictini Ordinis elegans Cœnobium in Diœcesi Noviomensi, de quo consulendi rerum Belg. script.

Hunocurtense.

Benedictinæ familiæ Cœnobium tertio lapide à Cameraco dissitum. De quo Miræus.

S. Ruperti.

Ejusdem Ordinis magnificum Asceterium, in Diœcesi Leodiensi, situm in Ardennia, de quo pluribus & sæpius nunc citari.

Husburgense.

Divi Benedicti Religiosis conditum, in Diœcesi Halberstadiensi, hodie desolatum.

Husen.

Virginum Benedictinarum haud longè à Dürckheim in Diœcesi Spirensi conditum, ob viam declivem Monasterio Limpurgensi unitum sub A. C. 1222. de qua translatione agit Trithemius Chron. Hirsaug. & Spanh.

I.

S. Jacobi Herbipolense.

Ordinis Divi Benedicti pro Monachis Scotis in suburbio Herbipolis conditum ab Embricone Leiningensi Comite ejusdam urbis Episcopo Monasterium, situm in monte sive colle quem Girberg appellabant, quod ipse Embrico consecravit

Ee A. C.

A. C. 1140. 6. Idus Julii, eique primum Abbatem Macarium præfecit, virum eximiè sanctum, & miraculorum gloria conspicuum. Fuit ejusdem loci Abbas S. Gregorius, & Joannes denique Trithemius qui etiam ibidem sepulturam meruit, Robertus denique Forbesius illustri apud Scotos genere editus, qui etiam multa mihi familiariter, cum per litteras tum oretenus communicavit.

S. Iacobi Leodiense.

Benedictini item Ordinis dictum S. Jacobi de Insula Cœnobium quod A. C. 1014. Baldericus Leodiensium Pontifex filius Ludovici Loßensis Comitis condidit, & insigniter dotavit, ibidem sepultus A. C. 1017. 4. Cal. Aug.

S. Iacobi Limburgense.

Hujus meminit Rotulus quidam Mss. nec plura licuit indagare.

S. Iacobi Moguntiæ.

Insigne Benedictini instituti Monasterium ad urbis Moguntinæ muros, in monte, qui vel à Drusi pyramide, ut vult Latomus, vel à loci amœnitate, dictus est speciosus, conditum sub A. C. 1055. à Lupoldo Archiepiscopo, & multis prædiis, donis, atque ornamentis cumulatum, qui & sepeliri ibidem voluit.

S. Iacobi in Pagavia.

Monasterium illustre ejusdem Ordinis situm in Diœcesi Mersburgensi, Congregationis Bursfeldensis, huic unitum sub A. C. 1485.

S. Iacobi Erfurtense.

Celebre & hoc fuit ante Religionis inea urbe mutationem, Benedictini item Ordinis pro Monachis Scotis conditum, in quo pluribus sæculis multi Christi servi, fidelibus ejusdem insignem operam navaverunt.

S. Iacobi Ratisponense.

Scotorum similiter Benedictini Ordinis Monachorum, intra urbem ipsam, loco percommodo conditum, quod etiamnum hortis, & ædificiis peramplum Scoti Asceta obtinent, etsi reditibus & possessionibus, superioris maximè injuria sæculi, plurimum imminutis.

SS. Iacobi & Philippi.

Aliàs Graffrathense dictum Cœnobium, quod ad honorem Salvatoris & SS. Jacobi & Philippi S. Raffo Comes Andecensis condidit, in eoque Monachum professus, vita sanctè exacta A. C. 951. requievit, magnis deinceps miraculis à Numine illustratus.

Iburgense.

Benedictini Ordinis in Saxonia Cœnobium cujus meminit Steng.

Ichtershausen.

Celebre olim sub Regula Divi Benedicti Monasterium, quod mutata passim Religione ad alios usus conversum est.

Ilomkomense.

Cœnobium, ILSRTILINGENSE, nec non ILLEHEIMENSE & ILIRPETANUM, in Catalogo Friderici III. Imp. Ordinum Imperii, inter Abbatias celebrantur, quorum nobis & nomina ignota & originem, fatemur, fortè, quod alio & alio, ut fit, subinde nomine censeantur, sive sæpius transcripta ab ignorantibus, corruptiora evasissent.

Ilsenburg.

Benedictini instituti splendidum olim in Diœcesi Halberstadiensi Cœnobium, quod sub A. C. 1080. Bernardus cognomento Bucko Halberstadensium duodecimus in ordine Episcopus Goslariensis quondam Præpositus condidit, in eodem suo Monasterio sepultus, quod sub A. C. 1465. Congregationi Bursfeldensi se adjunxit, non multo post annum Christi 1549. quo in flore etiamnum fuit, occupatum à Protestantibus, & bona ac possessiones dissipatæ.

Inferius Monasterium.

Vulgo Nider-münster, præclarum nobilium Virginum Ordinis Divi Benedicti Monasterium in Alsatiæ partibus situm, cujus nonnulli S. Othiliam asserunt Fundatricem, in quo postquam multis sæculis magnus Christi Virginum numerus cœlis accrevit, soluta denique disciplinâ, Cœnobium quoque solutum est, & cum incendio fortuito conflagrasset, possessiones Canonicis Argentinensibus cesserunt.

Insula Ducis.

Illustre Virginum Ordinis Prædicatorum Cœnobium in Diœcesi Leodiensi, sive ut nonnulli volunt, Machliniensi, quod vulgari nomine Catsdocle appellatur.

Insula Rulandi.

Virginum Benedictinarum Monasterium, quod sub A. C. 1130. Fridericus eo nomine primus, Coloniensium Archiepiscopus condidit, Marchio Foso-Juliensis, &c.

Interlacense.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Monasterium, à lacubus binis Ægroviæ, quos inter conditum est, sic appellatum, quod fundavere sub A. C. 1200. Barones ab Oberhofen & Riedt, de quo consulendus Stumpfius in Helvetia.

Intermontense.

Consimili Nomenclaturæ ratione, qua lacus inter, Interlacense, Intermontense hoc, nimirum duos inter Montes situm, ab his nomen accepit, estque Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium in Diœcesi Genevensi.

Inzkofen.

Ejusdem Ordinis Virginum Canonissarum Cœnobium est, etiam hodie ab insigni Dominarum Religione & disciplina.

S. Joan-

S. Ioannis Baptistæ.

Varia hujus nominis Cœnobia passim condita sunt. Sed inprimis S. Joannis Bapt. in Bergen sive Magdeburgense, quod in orbe primùm ipsa initium habuit, imo initium Metropolitanæ Primatum Germaniæ Cathedræ dedit, in quo deinceps sæculares Canonici sunt positi, cum multo tempore Archiepiscopi ex Monachis lecti fuissent. Translata dein fundatio Monachorum in montem Monasterio postea à monte cognominato; quod celebre aliquot sæculis extitit, donec sub A. C. 1574. diu variè tentatum à Magdeburgensibus, in usus denique prophanos converteretur.

S. Joan. Bapt. aliud.

In Bohemiâ spectatiora inter Divi Benedicti Cœnobia exsplenduit, fundatum ab Udalrico Bohemiæ Principe sub A. C. 1030. suasione S. Procopii Monachi Breunoviensis, cum idem Princeps mulctam sibi pro peccatis imponi rogaret, qua certior de iisdem sibi remissis redderetur. Præfecit noviter fundato eundem sanctissimum virum, qui magnis deinceps illic miraculis, cum in vita, tum post mortem claruit.

S. Joannis Bapt. aliud.

Olim Ordinis Equestris S. Joannis domicilium, fundatum in oppido Montfortensium Veldtkirch haud procul ab Illii & Rheni confluentia, in Campo S. Petri Rhætiæ, fundatum ab Hugone Comite Montfortio sub A. C. 1210. qui illic ante altare summum A. C. 1218. sepultus est. Nostra ætate conversum est in Monasterium Ord. S. P. Benedicti, estq; Prioratus dependens membrum ab Imperiali Monasterio Weingartensi.

S. Ioannis Erlacense.

Situm in Diœcesi Lausanensi de quo Rotulus Visitationis de A. C. 1484.

S. Ioannis in Monte.

Olim Morinensis hodie Iprensis Diœceseos Monasterium, dictum S. Joannis in Monte, Benedictini Ordinis de quo, Miræus in Orig. Bened, cap. 31.

S. Ioannis Rinckaugiæ.

Magnificum & nobile Cœnobium, quod ad honorem S. Joannis Baptistæ in Ringovia haud procul à Vinicellâ, in monte, quem Bischoffsberg olim dixerant, fundavit Ruthardus Moguntinus Archiepiscopus & Elector sub A. C. 1100. ibidem tumulatus; quod Monasterium deinceps liberalissimè dotarunt Rudolphus Comes de Rinckauw, ejusque uxor Dancmuda, filius autem eorumdem non solum confirmans & adaugens, seipsum deinque ibidem Nomini in cucullo consecravit. Adjuvit non modicè idem Cœnobium, & extulit Adelbertus Moguntinensis Archipræsul, qui cum antea Præpositura tantum esset sub Ordine Divi Benedicti, sub cura Abbatis S. Albani Moguntiæ, Abbatiam erexit & liberaliter dotavit, Abbate & Monachis S. Albani consentientibus.

S. Ioannis Virginum.

Adjunxit prædicto Virorum, idem Ruthardus Archiepiscopus, etiam alterum ejusdem Ordinis Virginum Cœnobium, quod similiter Rudolphus sive Richolvus Rinckoviæ Comes insigniter dotavit, & uti in illo hujus filius, sic in hoc filia Werdtrudes sese Numini in cucullo emancipavit.

S. Ioannis in Valle Thuræ.

Abbatia Nobilis inter altissimos Helvetiæ & vallis Thuranæ sive Durianæ montes ad ripam amnis Durii haud procul inde inter scopulos orti, cujus origo primùm ad Equites à S. Joanne cognominatos refertur & Wezelius sive Wezelinus à S. Joanne, Fundator primus sub A. C. 1180. sive 90 celebratur. Hodie membrum est Sacratissimi & potentissimi Sangallensis Cœnobii, fulgetque structura magnificum, etsi nostra ætate, ob varia Religiosorum incommoda, cum casa quodam incendio periisset, ad milliaris Helvetii spatium ad planitiem amplioren translatum.

S. Ioannis Mons.

Monasterium & membrum sacræ Fuldensis Ecclesiæ, quod sub A. C. 830. S. Rhabanus cognomento Magnentius Maurus Abbas Fuldensis, ac dein Moguntinensis Archiepiscopus cum sub eo nimiùm multitudo Fratrum Fuldensium excrevisset.

S. Ioannis Evangelistæ.

In Lintburg ad Vogasum montem, conditum à S. Poppone ope Sigeberti Regis Benedictinoi Ordinis Cœnobium sub A. C. 650. quod ex latibulo ferarum vir sanctus in domum servorum Dei convertit. De quo in vita apud Surium.

S. Ioannis Evang.

Volgo in Cismaria sive Cismariense dictum ejusdem quoque Benedictini Ordinis, quod A. C. 1436. Congregationi Bursfeldensi sociatum fuit.

S. Ioannis Evang.

Aliàs Malhartstorffense appellatum, sub Regula similiter Divi P. Benedicti, quod anno Christi 1109. Henricus & Ernestus Comites de Kirchberg fundavere & arcem suam Mallerstorff in Cœnobium convertêre. Situm est in Bavaria inferiore prope Laberum amnem. Fuit sub initiis utriusque etiam sexus Cœnobium, sed ob vitanda scandala, Moniales inde translatæ sunt, & locus à diversis Principibus diverso tempore est locupletatus.

Isenhagen.

Celebre Ordinis Divi Benedicti Cœnobium, quod sub A. C. 1230. fundavit Agnes Comes Palatina Rheni, uxor Henrici Guelphici cognomento junioris, Comitis & Electoris Palatini, qui fuit frater Otthonis IV. Imp.

Isna.

Isnense, aliàs S. Georgii dictum, Benedictini similiter Ordinis, intra muros Isnensis Imperialis oppidi fundatum sub A. C. 1096. à Mangoldo sive

Manegoldo patre, & Walthero ac Wolfrado filiis Veriogæ Comitibus, S. Hermanni Contracti Monachi Divitis Augiæ cognatis, patruo illo, his patruelibus, quod postea Welpho VI. Henrici Nigri & Wulphildis Saxonum Ducissæ filius liberaliter dotavit, adeo tunc florens fama & sanctitate, ut ipse Imperator Fridericus I. cognomento Barbarossa Confrater adeo sacri cætus censeri & admitti rogaverit, Guelphonis prædicti ex sorore nepos, qui & Cœnobio illi multum contulit. Præfuit ooperrime Cœnubiu Rev. D. Joaones Eyselin iis meritis & vitæ puritate ut admirationi etiam civibus & venerariuni esset, etsi à fide Romana alienissimis, cui ad superûm sedes translato successit D. Dominicus, vir summæ expectationis, sub quo sibi Fundatores veteres, & suis, & Cœnobii sui cineribus altè sepulti, Phænicis redivivi sortem, & splendorem prisci æmulum pollicentur.

Ittingen.

Monasterium Monialium à Wernheru S. Galli Abbate temporibus Henrici V. Imp. conditum, qui idem Cœnobio Cullegium Canonicorum duodecim adjunxit & liberaliter dotavit. Postero tempote versum est in Carthusiam, patetque etiamnum Patribus Carthusianis, è quibus haud ita pridem Rel. mem. R. P. Heuricus Murer patriam insigni monimento demeruit, & Helvenam Sanctam sive Elogia Virorum Helvetiæ Jllustrium scripsit & typo vulgavit.

K.

Kaldenbornen.

Insigne sub Regula Divi Beoedicti, in Diœcesi Halberstadiensi Cœnobium, qood sub A. C. 1197. condidit ao restauravit ac dotavit Gardolphus siva Bartholdus ex Decano Cathedrali Halberstattensium Episcopus; qui sub mortem eò secedens annu Christi 1202. ibidem decessit.

Kalckeren.

Cisterciensium Virginum Cœnobium, in Turgovia Helvetiæ, inter castra Steineccii & Herderæ situm, fundatum à Baronibus de Hohenklingen, dotatum ab Equitibus de Klingeoberg, sub Visitatione Rev. Salemitani.

Kauffingen.

Reperimus in Rotulo quodam, ut vocant, Benedictino, non addita Diœcesi, nec quacunque alia notâ, ex qua cujusnam provinciæ esset digoosceremus.

Kempnitz.

Et hoc in Rotulo consimili legimus, Ordinis fuisse Benedictini in Diœcesi Missenensi, fortè Missenensi. in quo legitur nuoc recens defunctus loci Abbas Joannes de Sleinitz.

Keyssungen.

Benedictini Iostituti Virginum Monasterium cujus Abbatissa familiaris Divinæ illi Hildegardi, eamdem ipsam, quam tot Pontifices & Reges, per litteras convenis & consuluit.

Kiczingen.

Perillustrium geoere Virginum Benedictini Ordinis apud Ostrofraocos intra nominis ejusdem urbem, putentissimum Cœnobium, ad preces S. Bonifacii Magni Germanorũ Apostoli, ab Adeloga sive Adelheide Pipini Francorum Regis filia fundatum A.C. 745. in pago Gutzfeld, Diœcesi Herbipolensi, in quo ipsa Fundatrix cucullo se devovit, & primam loci egit Abbatissam; neque de cætero multis seculis admissæ sunt, quam quæ summè conspicua essent Comitum & Baronum familia exortæ. Dissipavit etiam prioris seculi turbatio, & convertit ad usus à primævo instituto & fundatione alienos.

Kirchen.

Benedictini primum Ordinis in Wirtenbergia Cœnubium, à proximo oppido sic cognominatum, fundatũ sub A. C. 990. in quo magna multitudo sacrarum Deo Virginum multis seculis cælo adolevit, donec cum annis disciplioa io meram libertatem declinaret. Postea A. C. 1247. Episcopi jussu, an motu proprio, Regolam Divi Augustini complexæ sunt quæ tunc aderaot Virgines, donec A. C. 1267. jubente Rom. Pontifice Ordinem prædicatorum profiterentur. Secundarius loci Fundator seu Restaurator Ludovicus Dux de Teck A. C. 1249. celebratur.

Kirsgartten.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regulariũ Monasterium, de quo Bruschius in Monasteriologia, in descriptione Cœnobii Rebdorffensis.

Klingenmünster.

De quo jam supra littera C.

Klosterdaal.

Benedictioi Ordinis, de quo Rotulus Visitationis de anno 1485. neque tamen Diœceseos seu Fundationis meminit.

Kniebiss.

Beoedictini similiter Ordinis Monasterium in Hercinia, Diœceseos Constantiensis, Virginum Deo sacratum, quod postero tempore Sacerdos quidã Joannes de Horne A.C. 1330. liberalissimè dotavit, & Moniales ex asse ac semisse hæredes scripsit.

Königsbronn.

Benedictinæ Regulæ Reformationis Cisterciensis, amplissimum opulentissimumq; Cœnobium, prope Brentii amnis fontes, in Diœcesi Augustanâ situm, quod sub A. C. 1303. fundavit Albertus I. Rom. Imp. ejusque lectissima coojux Elisabetha Carinthiæ Ducissa cum locum condendo Cœnobio ab Ulricu Comite ab Helffenstein coemissent; magnis deinceps Privilegiis & immunitatibus à Cæsaribus donatum, de quibus documenta Rediviva Wittenberg. Monasteriorum edita Tubingæ A. C. 1636.

Königsdorff.

Virginum Ordinis Divi Benedicti Coloniæ illustre Monasterium de quo Ægidius Gelenius.

Küttweig.

Köttvveig.

Aliàs Gottwig, & Corvicum potens & splendidum Austriæ inferioris Monasterium, fundatum à S. Altmanno Pataviensi Episcopo ex familia Ducum Withinensium, etsi nonulli fratem Gebhardi Salisburgensis, & Adalberonis Herbipolensis Pontificum faciant. Decessit Antistes Sanctissimus sub A. C. 1091. in suo Gottwicensi Cænobio tumulatus, quod gemmæ instar in annulo, inter Austriæ campos patentissimos in edito, quem totum occupat, monte eminet, è quo nuperrimè Sydetis instar explenduit sanctæ memoriæ Abbas Gregorius David Corneru, superæ Germaniæ, quod inferæ fuit Blosius, in cujus etiam mortui patrocinio etiamnum confidimus, immortalem autem etiam in terris reddunt relicta magni ingenii, & Religiosissimi animi monimenta.

Königs-Lautern.

A Lothario Imperatore, Regum optumo sic appellatum, quod ipse præclate testauravit, etsi longè antiquiora initia Cænobii essent. Fuit autem primitus Virginum Benedictinarum, quod postea Lotharius, his inde transportatis, ejusdem Ordinis Viris assignavit, & magnifice struxit ac dotavit, colonia Monachorum è Monasterio Bergensi prope Magdeburgum introducta sob A. C. 1135. Cæterum, primus Fundator extitit quidam Comes de Oldensleben, etsi annum primæ fundationis planè nesciamus. Lotharium Cæsarem, in expeditione Italica extinctum gener ipsius Henricus Superbus Guelphonis VI. frater germanus magna pompa huc transtulit, & Regio sumptu sepelivit. Adjunxit se prædictum Cœnobium Bursfeldensibus A. C. 1495. comparuitque etiamnum in Capitulo generali A. C. 1569.

Kruncken.

Ordinis Benedictini Monasterium, cuius Abbatissa scripsit S. Hildegardi.

Küebach.

Virgionm Nobilium Ord. Divi Benedicti in Boica Cœnobium, de quo jam supra lit. C.

Königshofen.

Insigne olim Canonicorum Collegium medio itinere Herriedam inter & Wassertruhedingam, in cujus Ecclesia multi Dynastarum præcipuorum tumuli spectantur. Fundatrix perhibetur fuisse Anna Marisca lla de Pappenheim, nata ex familia de Preysing.

Kunzlingen.

Inter Abbates S. R. I. quibus jus suffragii in Comitiis competit, refertur à Friderio III. Imperatore, Ordinem, Diœcesim, & Fundatorem ignoramus.

L.

Labacum.

Benedictini Ordinis celeberrimum olim, vel pro ipsâ S. Burcardi Wormatiensis Episcopi professione Cœnobium, qui cum ex illo ad præfatam Cathedram assumptus esset, & Wormatiam tanquam alter ejus Fundator restaurasset, Decretorum etiam volumine edito Ecclesiam universam mirè demeruisset, magnopè Cænobio suo splendorem & amorem conciliavit. Obiit anno Christi 1025.

Lacense.

Sive de Lacu, ejusdem Ordinis in finibus Treverorum, non longè ab Andernaco opulentum Cœnobium, quod ad honorem B. M. V. & S. Nicolai Episcopi fundavit A. C. 1093. Henricus Comes Palat. Rheni, de consensu conjogis suæ Adelhaidis, cumque morte præventus non ex integro absolvisset, idipsum privigno suo Syffrido Palatinatus hæredi commendans, neglecta aliquamdiu à juvene res, scrupulo denique fuit, ita ut A. C. 1112. seria ductus pœnitentia, non solum perficeret, sed de suo etiam liberalissimè Cœnobium locupletaret.

Lætium.

Sive Lætia, inclytum Germaniæ inferioris Cœnobium, sub Regula S. P. Benedicti fundatum A. C. 750. Situm in Diœcesi Cameracensi, ad Elpram fluvium. Cujus superiore sæculo Abbatem meritissimum egit magnus ille & Sanctæ memoriæ vir Ludovicus Blosius, ex perillustri Magnatum de Blois familia, cujus memoria ob insignia ingenii & meritorum monimenta est immortalis.

Lagnovv.

Haud procul à lacu Potamico, & Tetnangensi oppido, ad Argam fluvium, in Diœcesi Constantiensi, Benedictini olim Ordinis, coloniâ ex Monasterio omnium SS. Schaffhusano introductâ, postea Ordinis S. Pauli primi Eremitæ, ubi sepulturam habent Comites Monsfortii & Barones de Raitenaw. Quod nupera belli tempestate redactum in cineres paulo post speramus resuscitandum.

Lambach.

Pulcherrimum superioris Austriæ, Ordinis Benedictini Cœnobium, quod Adalbero Comes de Laymburg, Episcopus Herbipolensis condidit, certè insigniter dotavit, cum nonnulli à Parentibus ejus velint conditum, etsi nos Fundationem eidem absq; dubio tribuamus. Hic pro fide erga sedem Apostolicam ab Henrico IV. sede dejectus, ad Monasterium suum secedens, postea revocatus magno cum plausu & honore Pontificatum præ Cœnobii quiete contempsit, & redire noluit, inter dilectissimos Ascetas suos mortuus & tumulatus A. C. 1090. non absque opinione eximiæ sanctitatis.

S. Lamberti.

Augustissimæ structuræ magnificum omnino in superiore Styria Monasterium, Carinthiæ olim

accensum, sim editissimo, in convallibus nihilominus eminentissimorum cacuminum, ceu amico sinu receptum, quod sub A. C. 1098. Henricus Dux Carinthiæ ejusq; filius Marquardus fundavêre, confirmavitque Conradus Imp. & Romani Pontifices diversi maximis Privilegiis auxêre, voluerunique uri usque hodie est, ab omni jurisdictioni Episcopali prorsus exemptum, Sed & Rudolphus I. Imp. Aug. Monasterium soli Romano Imp. in temporalibus subjectum, cætera liberrimum, Privilegio anni 1577. pronunciat. Fuit absque controversia Archiducatus quondam Carinthiæ Arcbisterium è Romanis Pontificibus, Cæsaribus, Ducibus & Principibus, ob singularem Religionem summo in pretio habitum & certatim ornatum ac locupletatum, ita ut maximi etiam Principes, potentissimi Comites & Barones, Cœnobii tanti feudatarii essent, uti ex Archivo illic ipsi exscripsimus, paucissima autem ex multis obiter tangimus: Ita in feudum accepit, ab Henrico Abbate S. Lamberti Serenissimus Archidux Ernestus, Leobii in præsentia Georgii Abbatis Admontensis, Udalrici Abbatis S. Pauli, Augustini Abbatis Raunæ, Udalrici Præpositi in Stenz, Christiani Præpositi in Varau, Hugonis Comitis de Montfort, Alrami Comitis de Ortenburg, Jacobi Domini de Stubenberg & plurimorum Proerum, feria VI. post Annunciationis: Dominium & munitioné Tirnstein prope Friesacum; munitionem & deditionem Neuwenmarck prope Graslupp; Judenburgensem civitatem; munitionem Eppenstein, munitionem & oppidum Voitsperg; munitionem Bruck, &c. Similiter A. C. 1589. festo S. Michaëlis Archangeli, Albertus Archidux præsentibus Hugone Comite Montfortio, Wilhelmo Comite Ciliæ, Udalrico de Liechtenstein, Joanne de Stadeck, prædicta Dominia, castra atque oppida in feudum accepit à Rudolpho de Liechtenegg Abbate (qui etiam Herr und Fürst appellatur) uti in pergameno fidelissimè omnia atque authenticè consignata reperimus atque descripsimus. Cæterum ut perfunctoriè alios insuper, Feudatarios ejusdem Cœnobij attingamus, sola placuit familiarum nomina designare:

Comites Montfortii,	Domini de Liechtenstein.
DD. ab Hohenberg.	DD. de Stubenberg.
DD. de Polheimb.	Barones de Pranck.
Dynastæ de Saurau.	de Kainach.
de Teuffenbach.	de Gleinitz.
de Mosheimb.	de Staudach.
de Schrattenpach.	Pühler, &c.
de Stain.	Schachner de Nustorff.
Ab der Tratten.	ab Eggenberg.
Zolner.	de Silbing.
de Pærslueg dicti Croel.	de Waltstein.
de Staindorff.	de Leibnitz.
de Lobming.	Gradner à Gradneck.
de Hinterpach.	de Pernauw.
Lugaster.	de Chuofflach.
de Krottendorff.	Leysser.
Muerrer.	de Dümerstorff.
de Hollneck.	de Sant Mareim.
Saurer.	Am Virst.
de Pösenpach.	Füessinger &c.
de Pütring.	Hämerl, &c.
de Windischgräz.	Preiner.
Welzer de Freistriz & de Perneck. (Spiegelfeld.	Füller, &c.
	Dorner.
Muerzer de Muerztaal.	De Schrattenberg.

Et his multo plures, quorum accepta à SS. Benedicto & Lamberto beneficia hic non refert in specie recensere. Sed neque Abbatum Syllabum pertexere qui libro singulari pridem prodiit; Sufficit commemorasse, quantos postrema ætate aliis dederit, sibi retinuerit, è quibus occurrunt, duo postremi qui ante Urbanum Admontensem, supra laudatum, Eminentissimis illis præstitêre MONTIBUS, Joannes Hoffmann & Matthias Preininger, uterque inter sydera provinciarum Austriacarum merito celebrandi. Retinuit tamen sibi materfamilias Cellæ Marianæ & S. Lamberto suo, Benedictum, fructum benedictionis suæ, cujus manu, nec mortalis cujuspiam conatu seu industria, sub Benedicto Abbate, res Cœnobii illius ita auctæ sunt, ita Numinis se gratia prodidit, ut qui coram spectarent, sacro horrore afficerentur, & vix sibi crederent, quod referentibus unnquam credidissent. Ajunt autem, quod de S. Oswaldo Rege ac Martyre S. Aidanus, manū Præsulis Benedicti computrescere non posse, quam pauperum preces, vota, ac laudes dum prædicant, etiam postquam ipsi desiere, verè reddunt imortalem, ut taceam, quæ per hanc ipsi cælorum Augustæ placeat, adeo magnificè operari.

Lanckheimb.

Nobile omnino sub Regula Divi Benedicti & Cisterciensium Constitutionibus Monasterium in Sudetis montibus, terræ Nariscorum vicinis, haud procul à Mœno, tribus à Culmbachio milliaribus, Bambergam versus, & hujus Diœceseos, fundatum ab Otthone Comite de Orlemont, Meroniæ Principe, ejusque conjuge Beatrice & filio utriusque Otthone juniore A. C. 1132. post annos viginti integrè absolutum, fundum præbente & strenuè cooperante S. Otthone Bambergensium Antistite. Sed & Ottho atque Conradus Truhedingenses Comites, locum munificè dotavêre. Abbatum Catalogum affert Bruschius.

S, Landuini.

Benedictini Ordinis, Diœceseos Treverensis dictum S Landuini de Medio-Lacu, cujus celebris passim memoria, adjunxitque se postero tempore sub A, C. 1468.

Laubium.

Vulgo Lobiense Monasterium, antiquissimum & Sanctorum atque Apostolicorum virorum copia frequentissimum, Ordinis S. P. Benedicti, Diœceseos Cameracensis, etsi in Ditione Leodiensi situm, quod sub A. C. 860. fundatum est, à S. Theodorico Cameracensi Episcopo, ad Sabim fluvium; haud longè à Marienburgo. Cujus Abbas primus fuit Ansegisus, postea Archiepiscopus Senonensis Collector Capitularium, &c. Videantur Colvenerius in Notis ad Chron. Camerac. l. 2. c. 17. Miræus in Orig. Bened. cap. 27. & Monast. lib. 2. c. 27. & nos Analium parte 1. & in Menologio Benedictino.

Laudis,

Laudis.

Sive de Laude Ordinis Benedictini, Reformationis Cistercienfis, ut expresse loquuntur veteres Mss. libri, situm est in Germania inferiori in Dioecesi Tornacensi, fundatum sub A. C. 1160. à Theodorico Elsatio Comite Flandriæ. Etsi alii aliter.

Lavense.

Celebre sanè Monasterium, vel pro ipsa quidem Fundatoris dignitate, quod in Provincia Charentinorum Magnus ille Hirsaugiensium Abbas Wilhelmus condidit, & missa lectissima suorum Colonia ac Wezilone Abbate insignitet beavit sub A. C. 1080.

Lauffen.

Benedictini olim Ordinis Coenobium, usque tertio deinceps mutatum, fundatum primitus ab Henrico Comite de Rottenburg Episcopo Herbipolensi sub A. C. 998. postea Virginibus Ordinis Prædicatorum concessum, demum dissociato sacro Virorum ac Virginum Adelbergensi cætu, consentiente Rom. Pont. & Generali Ordinis PP. Prædicatorum, Præmonstratensium factum A. C. 1466.

S. Laurentii.

Insigne Ordinis S. P. Benedicti Coenobium in Osbrugh prope Trajectum inferius, Congregationis Bursfeldensis, cui se junxit A. C. 1469. comparuitque etiamnum in Capitulo Generali per Procuratorem A. C. 1575.

S. Laurentii aliud.

Leodiense, ejusdem Ordinis, prope Muros Leodii, quod sub A. C. 960. fundavit Heraclius quadragesimus quintus Leodiensis Episcopus qui obiit A. C. 970. 6. Cal. Novemb. restauravit autem atq; exornavit A. C. 1015. Reginaldus Episcopus quinquagesimus, in quo magna etiamnum in veneratione imago cælorum Augustæ cernitur coram qua S. Rupertus, hujus loci Monachus (postea Tuitii Abbas) tardiori ingenio remedium orans, exauditus est, tantusque deinceps, quantum orbis miratur universus Doctor evasit. Vid. Petrus Zell. lib. 2. Epist. 5. Miræus cap. 18.

S. Laurentii aliud.

In Hildesleben, sub Regula similiter Divi Benedicti, Congregationis Bursfeldensis, cui se associavit A. C. 1471. comparuitque etiamnum personaliter A. C. 1597. Situm est in Dioecesi Magdeburgensi, per Archiepiscopos fundatum sive auctum & dotatum.

S. Laurentii.

In Urauw vulgo dictum, ejusdem Ordinis & Congregationis, huic unitum A. C. 1469.

Lauresheim.

Monasterium similiter Benedictinum, quod fundavit Cancor Comes de Riniegowe, Ruperti filius, in Dioecesi, ut credimus, Moguntina.

Lauriscum.

Ordinis Præmonstratensis Coenobium in Dioecesi item Moguntina, cujus memioit in Archiepiscopis Gall. Christ. Claud. Robertus.

Laurissa.

Wormatiensis Dioeceseos Ordinis olim Benedictini potens & nobile Coenobium, Congregationis Hirsaugiensis, cujus alter restitutor fuit Sigehardus Abbas è S. Aurelii Hirsaugiæ postulatus, ex quo item prodiit Ebbo Wormatiensis Episcopus, & multi alii viri illustres. Postero tempore successêre in idem Coenobium Præmonstratenses.

Larissa.

Olim Tarissa, Coenobium Ordinis Benedictini in Franconiæ Ducatu, & Dioecesi Herbipolensi, ex arce in domum Dei conversum, de quo Trithem. Chronico Hirsaug.

Laus B. M. V.

Sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium laudatissimum in inferiore Germania Monasterium, primo lapide ab Insulis Flandriæ Emporio, Dioecesis Tornacensis fundatum A. C. 1152. cujus Abbatum Syllabum texit Joannes Buzelinus libro 1. Gallo Flandriæ, capite 23.

Lauterberg.

Benedictini item Ordinis in Saxonia Coenobium, quod sub A. C. 1130. Dedo & Conradus cognomento Magnus Marchiones Lusatiæ & Landspergæ Wetthini Comites fundaverunt & dotaverunt, posterior autem mortua conjuge ibidem Monachum professus est.

Lefflia.

Sive Levia Ordinis Præmonstratensis in inferiore Germania Collegium, haud procul à Dynanto, Dioeceseos Leodiensis, fundatum A. C. 1152.

S. Leodegarii.

Memoratur hoc Monasterium in Rotulo quodam, ut vocant, è pergameno Bibliothecæ Admontensis, de anno 1485. diciturque esse Dioeceseos Basileensis; quod Murbacum videri posset, nisi hoc ipso nomine, alterius quoque designaretur.

Levventhaal.

Virginum S. Dominici præclarum Coenobium haud procul à Lacu Potamico sive Acronio, & Imperiali oppido Buchorna, ad Aychium amnem, olim Himmelwunn appellatum, quod fundaverunt primù Dynastæ dicti de Ravenspurg Restituit illud sub A. C. 1250. Joannes Eques auratus de Ravenspurg, & Tota conjux ejusdē dicta de Angelburg quæ illic Monasticen professa, prima loci Priorissa esse meruit. Dotatum deinceps est à diversis Proceribus Henrico inprimis Barone de Bejenburg ejusque filio Friderico; nec non Comitibus Montisfortis, quorum ibidem Mausolæum extabat. Combustum supera bellorum clade auxiliatrices piorum manus præstolatur.

Liebenauvv.

A nonnullis Lebenauw corruptius appellatum

Domicani Ordinis elegans Cœnobium, situm in Diœcesi Wormatiensi, haud procul ab ipsa Wormatia prope Nohusen, ab opulento quodam cive Wormatiensi Jacobo Engelmari conditum A. C. 1299. & abundè dotatum; In quo alias inter illustres Virgines Monasticen professa fuit Elisabeth filia Udalrici Wirttenbergii Comitis soror Eberhardi Ducis primi.

Liebentaal.

Ita Stumpsius & alii nonnulli volunt dictum Cœnobium prope Bochornam, de quo supra, hodie Lewenthal appellatum.

Liechtenstein.

Sive Liechtenstein celebre Virginum in Ducatu Wirttenbergensi Cœnobium, sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cistercienſium fundatum sub A. C. 1242. à Lutgarde & Burghinde Pincernis de Limpurg, confirmatumque ab Alexandro IV. Pont. Max. & Hermanno Herbipolensi Episcopo, in cujus Diœcesi constructum fuerat; Benefactores præcipuos habuit, Barones de Weinsperg, Camerarii S. R. I. Hæreditarii. Videantur Virg. Sacrarum monimenta Tübingæ typo vulgata.

Liezhaimb.

Insigne olim Virginum Benedictinarum Monasterium, situm in Diœcesi Augustana, haud procul Hochstadio Danubiano, quod sub A. C. 1140. Adelbertus Comes Kiburgi & Dilingæ condidit, Advocatus Cœnobii Neresheimensis.

Lilienfeldt.

Magnificum & splendidum prorsus inferioris Austriæ Cœnobium, qua iter & peregrinatio Viennâ ad Marianam Cellam instituitur sacræ familiæ Cisterciensis viris gravissimis & doctissimis instructissimum, quod nuperrimè Cornelius Abbas summè eruditus, magnusque consilio & auctoritate ad summum splendorem evexit, magno suorum dolore immaturè præreptus.

Limpurgum.

Benedictini Ordinis celeberrimum fama & sanctitate Cœnobium, in Diœcesi Spirensi à Conrado ejus nominis secundo Imperatore magnificè fundatum & locupletatum A. C. 1031. conversum ex arce nobilissima in domum Dei, & nobili Monachorum colonia instructum. E syderibus loci illius præ aliis emicuit Beatæ memoriæ Abbas Rupertus vir sanctissimus & eruditissimus, nec non Divinis revelationibus illuminatissimus, cujus extant magni ingenii insignia monimenta.

Lindovium.

Illustrissimum Virginum Deo sacratum, sive Sanctimonialium olim Monasterium, hodie Canonissarum nobili genere editarum, fundatum ab Adalberto Hunfridi filio Agilolphingicæ gentis Principe, Rhætiæ Comite & Magistro Palatii Ludovici Senioris Germaniæ Regis, qui Fundationem solemniter datis litteris A. C. 866. confirmavit, & prædicto Monasterio multa Privilegia concessit, cujus hodie Principem agit Anna Christina Hundpissin da Waltrams, insignem tanto post agens Vindicem, tam priscæ fundationis, & imperturbatæ tot sæculis possessionis.

Lippoldesberg.

Illustre Virginum sacrarum Cœnobium intra Weseram & Sualeram amnes situm. In quo Abbatissam egit, Luitrudes de Boynaburg.

Lobenfeldt.

Præclarum Benedictini Ordinis Virginum Monasterium, in Diœcesi Wormatiensi, pago qui Kreichgow dicitur, duobus ferè ab Heydelberga milliaribus situm. Quod sub A. C. 1135. Buggo ex familia Equitum ab Achorn Wormatiensium Episcopus condidit, & liberaliter dotavit.

Loen.

Præpositura olim Ordinis S. Augustini Canicorum Regularium hodie Abbatia, sita in Diœcesi Iprensi. de qua in Annal. Belg. Miræus.

Lorch.

Pulcherrimum olim Ordinis Divi Benedicti, Augustanæ Diœceseos Cœnobium, situm in Ducatu Wirttenbergiæ, quod A. C. 1102. fundavit Fridericus Sueviæ & Franconiæ Dux, Henrici IV. Imp. gener, & conjux illius lectissima Agnes filia Imperatoris, quod reliqui Duces Sueviæ & Imperatores plurimis Privilegiis auxerunt, & illi, etiam à morte suffragia precum sperantes sepeliri ad pedes Monachorum voluerunt. Sunt autem in Cœnobio illo præter multam aliam nobilitatem sepulti sequentes.

1. Fundator Fridericus Dux Sueviæ & Franconiæ.
2. Agnes Fundatrix Hen. IV. Imp. fil. soror Hen. V.
3. Ludovicus Dux Sueviæ frater Fundatoris.
4. Waltherus Dux Sueviæ frater Fundatoris.
5. Juditha Guelphica Henrici Nigri Ducis Bavariæ filia, uxor Friderici Monoculi Ducis Sueviæ & mater Fridet. I. Imp.
6. Conradus Dux Bavariæ Judithæ frater.
7. Henricus Rom. Rex filius Conradi III. Imp.
8. Fridericus Dux Sueviæ filius Friderici Barbarossæ Imp.
9. Conradus Dux Sueviæ.
10. Gertrudis Regina Uxor Conradi III. Imp. Aug.
11. Remboldus Conradi Imp. filius.
12. Fridericus infans. } Conradi Imperatoris filii.
13. Wilhelmus puer. } Conradi Imperatoris filii.
14. Fridericus alter. } Conradi Imperatoris filii.
15. Irene Græca, Uxor Philippi Imperatoris.
16. Beatrix Regina, filia ejus quæ nupsit Othoni Imper.
17. Beatrix alia, filia Conradi Cæsaris.
18. Reginoldus Dux Sueviæ filius Philippi Imper.
19. Fridericus Reginoldi frater.
20. Fridericus Dux Sueviæ, infans obiit.
21. Conradus III. Imp. August?, cujus viscera Bambergæ.
22. Guilhelmus Dux Sueviæ filius Friderici Barbarossæ & hæc quidē notare placuit, ut nosses quantum hi Principes precibus Monachorū tribuissent.

Losen-

Losenfeldt.

Aliàs Harsfeldt & Hasenfeld Benedictini Ordinis Asceterium, in Diœcesi Bremensi unitum congregationi Bursfeldensi A. C. 1510. quod anno 1596. etiamnum in Generali Capitulo per Procuratorem comparuit.

Lubbelsperg.

Benedictini Ordinis Cœnobium, cujus Abbatissa S. Hildegardi familiaris, eamdem per litteras convenit & consuluit.

S. Lucii.

Antiquissimum Benedictini olim Ordinis prope Curiam Rhætorum Metropolim Monasterium à S. Valentiano, nono an decimo Curiensi Episcopo fundatum, quod postero tempore à Conrado de Bibereck Episcopo, Roggenburgensis Cœnobii Fundatore, Præmonstratensium maximo Fautore, huic Ordini traditum est. obiit Conradus A. C. 1150.

Lucense.

Benedictini Ordinis in Moravia magnificū atq; opulentum Cœnobium, quod haud procul Znoyma Juditha Bretislai Bohemiæ Ducis conjux condidit, sub A. C. 1050.

Lucca.

Sive Lucka celebre sacræ Cisterciensis familiæ Cœnobium in Diœcesi Mindensi, quod sub A. C. 1147. fundatum est tempore Henrici ejusdem sedis Episcopi.

Luders.

Famosissimum olim in Burgundiæ partibus ditionis Germanicæ Cœnobium, quod Murbacensi hodie connexum Monasterio, Serenissimo Archiduci Leopoldo Wilhelmo paret, fundatum olim à S. Deicola sumptibus & donatione Berthilde illustris fœminæ, & à Clothario Rege plurimum auctum & sublimatum.

Luckesheimb.

Insigne Benedictini similiter Ordinis Cœnobium, quod ope Volmari Salicæ gentis Comitis condidit S. Theogerus Metensis Episcopus, & factam Monachorum coloniam è suo S. Georgii Hercinice Cœnobio induxit sub A. C. 1110.

Lunæburgense.

Aliàs S. Michaelis in Metropoli Ducatus Lunæburgii Cœnobium, Benedictini Ordinis fundatum ab Hermanno Saxoniæ Duce sub A. C. 971. ascita Monachorum colonia cum Luderico Abbate ex Monasterio S. Panthaleonis Coloniensi.

Lutersheim.

Ejusdem Instituti Monasterium, cujus meminit Rotulus quidam pervetustus, non indicatâ Diœcesi seu provincia in qua conditum fuisset.

Lutra.

Præmonstratensis Ordinis Cœnobium, quod Missa Canonicorum colonia instructum fuit sub A. C. 1144. ex Monasterio Rothensi.

Lützell.

Sive Lucella, præpotens Diœceseos Basileensis Monasterium, sub Regula Divi Benedicti & Cistercii Constitutionibus fundatum A. C. 1130. tempore Adalberonis Episcopi, quod successu temporis fidelium donationibus mirè fuit locupletatum.

M.

SS. Machabeorum.

Felicissimum ipsâ triumphi areâ, tot millium Martyrum purpurâ, Benedictinarum Virginum Cœnobium, olim Ager Sanguinis appellatum, quod nimirum eo ipso loco Sanctissima Regina Ursula cum undecim Virginum millibus Martyrium passa sit & tota illa area sanguine tam Nobili redundârit. Est templum undique & undique circumornatum præstantioribus Sanctorum ex illa societate exuviis & sacrum horrorem omnibus occurrentibus incutit. Cæterum SS. Machabeorum deinceps appellatum est postquam lectissimi illi octo Martyrum flores, Sacratissima scilicet tantorum Heroum corpora illuc quoque illata sunt, & maxima hodie ibidem habentur in veneratione. Sed & aliæ ibidem spectatissimæ asservantur Reliquiæ; Peplum scil. Beat. Matris Virginis, quo velabatur dum sub ipsa Cruce filio morienti adstitisset; insignis pars capitis S. Joachimi patris Deigenitricis; linteum item quo corpus S. Laurentii fuit involutum. postquam de crate fuerat depositum; ut multas alias prætereamus, & merito Virginum Monialium eo loco felicitatem admiremur.

Mackenauvv.

Olim Magden-auw Virginum Deo sacratum sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium Monasterium Helvetiæ, in provincia Turgojorum, quod olim Toggenburgii fundavere, etsi certus Fundationis annus non memoretur.

S. Magdalenæ.

Virginum item illustre Cœnobium in ipsa urbe Moguntina, de quo Serarius in Moguntiacis, aitq; *Albarum Dominarum* appellari.

S. Magdalenæ aliud.

Hoc Coloniæ, ut prius Moguntiæ, & ipsum Albarum Dominarum cognominatum, estque hoc Virginum Regularium Ordinis S. Augustini, cujus meminit in Colonia sua Ægidius Gelenius.

S. Magni.

Ordinis Canonicorum Regularium situ in Sobnrbio Ratisponensi ultra pontem Danubianum Statt im Hof. fundatumque est A. C. 1135. à Gebhardo Ratisponensi Canonico.

S. Magni aliud.

In Faucibus nimirum Alpium Juliarum; ab ipsomet primum S. Magno provinciæ illius Apostolo & primo loci Abbate conditum, alias Füessen appellatum de quo nos jam superius littera F.

Magde-

Magdeburgense.

Longè celeberrimum olim Cœnobium, eo ipso loco ubi nunc Metropolitana cernitur Ecclesia conditū ab Otthone Magno Imp. è quo multi aliquandiu egregii Pontifices extracti sunt, donec Monachi extra urbem transportarentur.

Malbodium.

Benedictinarum Virginum perillustre domicilium exstructum à S. Adelgunde prima ejus loci Abbatissa Hannoniæ Comite sub A. C. 590. haberque jus cudendæ monetæ plumbeæ, quæ per totum ejus dominium expenditur.

Malhartstorff.

Pro Ordine Divi Benedicti extructum in inferiori Bavaria, ab Henrico & filio ejus Ernesto Comitibus de Kirchberg A. C. 1109. quod Hartuicus Episcopus Ratisponensis consecravit.

Malmundarium.

Benedictini Ordinis celeberrimum Cœnobium Diœceseos Leodiensis in ditione Luxemburgensi conditum à S. Modoaldo & Sigeberto Rege sub A. C. 657. cooperantibus Grimoaldo Brabantiæ Duce & S. Remaclo.

Malonia.

Sive Malonium Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, situm in Diœcesi Leodiensi Monasterium, de quo Miræus cap. 25.

Manbacum.

Hujus meminit inter Abbatias Imperiales, quarum Antistites Jus suffragii ferendi in Comitiis Imperii habent, Fridericus III. Imperator.

Mansee.

Egregium virorum Ordinis S P. Benedicti in Bavaria Cœnobium ab Utilone Duce, instinctu S. Pirminii fundatum sub A C. 739. quod ab Episcopis Ratisponensibus exhaustum S. Henricus Imp. præclarè restituit.

Marbacum.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Collegium, situm in Diœcesi Argentinensi, de quo nihil præter nomen occurrit.

SS. Marcellini & Petri.

Potens ac illustre olim Cœnobiū in Seilgnstatt situm in Diœcesi Moguntina, Congregationis Bursfeldensis; huic adjunctum A. C. 1481.

Marchianæ.

Alias Marcenix & Martianæ splendidum Inferioris Germaniæ & pervetustum Benedictini Ordinis Cœnobium, situm in Flandria, Diœcesi Atrebatensi ad Scarpam fluvium, quod sub A. C. 610. in Alodio Adalbaldi Ducis S. Amandus construxit, in quo etiam S. Rictrudis requiescit. Floruêre in hoc multi egregia sanctitate Asceræ atque Antistites S. Jonathus inprimis S. Poppo, & B. Hugo ejusdem loci Abbates. Cæterùm post S. Jonathum, trecentis viginti annis, Sanctimoniales locum obtinuêre, donec à Balduino Barbato, Flandriæ Comite, Monachi denuo, transportatis aliorsum sanctimonialibus, inducerentur. Videantur Bucelinus, Miræus, Colvenerius, Cl. Rob..

Marchtaal.

Insigne Ordinis Præmonstratensis ad Danubium Riedlingam inter & Ehingam oppida Monasterium, fundatum A. C. 1171. ab Hugone III. Comite Palatino Tubingensi ejusq; conjuge Elisabetha Rudolphi Brigantini Comitis filia. Sepulturam ibidem nobilem habent & insignem memoriam vetustissimi generis Equites de Stain, & ab Honeck. Fuit olim Præpositura solummodo postmodum vero Abbatia, cujus primus Abbas idemq; ultimus Præpositus fuit Henricus Meerstetten Ehingensis, in Concilio Constantiensi A. C. 1418. Abbatiali dignitate impetrata.

Mareolum.

Benedictini olim Ordinis Virginum, in quo S. Berthilia illustrissimi generis Virgo Numini se devoverat. Postea sub A. C. 1150. Canonicis Regularibus Ord. S. Augustini concessum. De quo nos alibi, & Locrius, Colvenerius, & Miræus.

Margenthron.

Aliàs Marienthron Benedictini Ordinis Virginum sacrarum Collegium, de quo Rotulus quidam Visitationis de anno 1484.

Marienzell.

Fundatum est hoc Cœnobium modicis initiis sub A. C. 1324. à Gottfrido Puocher, & alio Gottfrido Straubingensi, Alberto de Stauff, & Friderico Auwr, inductique ex superiore Altaichio Monachi Benedictini. Posteri Reformationi Cisterciensi se addixêre.

S Mariæ Virg. Marck Burckhausen.

Virginum Ordinis Divi Benedicti nobile Cœnobium, de quo Rotulus, ut vocant, Visitationis, de A. C. 1485. qui ait eo anno illic mortuas Sanctimoniales: Margaretham de Seckendorff, & Catharinam de Dummfeldt.

Mariæmons virorum.

Pulcherrimum in Valle venusta Comitatus Tirolensis Cœnobium, Ordinis S. P. Benedicti Religiosorum, in edito monte supra Athesim fluvium, paulo infra ejusdem fontes conditum, quod Comites Amatiæ vulgo de Matsch fundavêre insigniter autem restituit & extulit S. Algot⁹ Curiensis Episcopus, prope servando contra impios Advocatos vitam cū sanguine gloriosè profudit Beatæ memoriæ Hermannus de Schönstein Abbas, è Monasterio Fabariensi postulatus, qui etiam à morte fortem & gloriosum pro loco excubitorem, & si qui vim intentare præsume tent vindicem promisit. Istud nostrā ætate Monasterium à fundamentis magno sumptu restituit, & multis modis juvit se promovit Matthias Abbas, è Weingarttensi Monasterio postulatus, ita ut meritò Mariemontani ipsum secundi Fundatoris titulo honorarent, suoque Necrologio inscriberent.

Mariæ-

Mariæ-mons Virginum.

Haud procul ab illustri Sueviæ Cœnobio Zwifaltensi dissitum, quod sub A. C. 1265. Hugo Comes Monsfortius condidit; quod usque hodie Virgines Benedictinæ obtineont, curatum Monasterio prædicto Zwifaltensi.

B. M. V. de Lacu.

Benedictini Ordinis, situm in Diœcesi Treverensi, Congregationis Bursfeldensis, cui se sociavit anno Christi 1474.

S. M. V. Hamentense.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium situm in Diœcesi Noviomensi, de cujus fundatione nihil reperimus.

S. Mariæ Belisiæ.

Constructum in ejus nominis oppido, in tractu Leodiensi, per S. Landradam Caroli Martelli filiam, sub A. C. 700. pro Ordine Divi Benedicti.

S. M. V. ad Capitolium.

Coloniæ Ubiorũ per Plectrudem PipiniHerstalli conjugem pro Monialibus Benedictinis fundatũ.

S. M. V. Treverense.

Cognomento de Horreo, sive Horreum de quo supra littera H.

S. M. V. Luxemburgense.

Ordinis Benedictini, quod sub A. C. 1080. Conradus Comes Lutzelburgensis liberaliter condidit, & splendidè dotavit.

S. M. V. in Monte S. Petri.

Ordinis ejusdem, fundatum in monte, qui olim S. Petri, nunc vero S. Othiliæ nuncupatur, non longè dissitum à Ruremunda.

S. M. V. in Schmolen.

Benedictini item instituti, pro Virginibus Deo sacris conditum, cujus meminit Stengelius.

Mariæbrunnense.

Ordinis Divi Benedicti pro sacris Deo Virginibus fundatum de quo prædictus auctor.

Mariæfeldense.

Ejusdem instituti de cujus tamen fundatione nil certi habemus.

Maricollense.

Vulgo Maroilles, milliari uno à Landresio Hanoniæ oppido fundatum pro Ascetis Divi Benedicti per S. Hambertum Episcopum sub A. C. 670.

B. M. V. Scotorum.

In Austriæ Metropoli Augustissima urbe Viennensi, fundatum ab Henrico Austriæ Duce Divi Leopoldi filio, etsi hic ipse condidisse, filius restaurasse seu perfecisse memoretur sub A C. 1121. Cujus onper Abbatem egit Antonius è Garstensi Cœnobio postulatus, vita & factis Magnus, cujus merito & studio, insignis illic à fundamentis Basilica consurrexit, Cœnobium autem in eum splendorem emersit, ut à primis conditi annis major non fuerit. Successit Patrus Heister Prior loci meritissimus, Congregationis Bursfeldensis multis annis in aula Cæsaris Procurator, è Monasterio Brauweilerensi prope Coloniam postulatus, vir ingenio & virtute maximus, à quo totus sibi Ordo, nedum Cœnobium illud, magna pollicetur; ipsimet, dum viveret, Antecessori dignus omni veneratione, visus uterque multo nomine de me meritissimus.

B. M. V. Claricampense.

Monasterium sacræ Cisterciensis familiæ situm in Diœcesi Ultrajectensi.

B. M. V. in Secina.

Situm in Diœcesi Moguntina Benedictini Ordinis, Viorum, Congregationis Bursfeldensis cui nomen dedit A. C. 1492. comparuitque etiamnum in Capitulo A. C. 1608.

B. M. V. ad Martyres.

Benedictini instituti magnificum Cœnobium infra Treverimsitum ad dextram descendentis Mosellæ fluminis, sic cognominatum à Thebæorum & Treverorum eo loco trucidatis per Rictiovarum Præsidem Christi pugilibus sub A. C. 291. quod sub A. C. 694. S. Willibrordus Episcopus Trajectensis, totius Galliæ Belgicæ Apostolus, ope Pipini Senioris condidit. Illud vastatum à Nordmannis sub A. C. 960. Theodoricus Archiepiscopus Treverensis insigniter restauravit, successor autem ejus Egbertus liberalissimè dotavit atq; exornavit: in quo multi egregia virtute & eruditione Ascetæ, ad hæc usque tempora floruerunt. Colitur ibidem, & inter thesauros præcipuum habetur Tunica Beatissimæ Matris Virginis cælorum Augustæ, ut eo se multa piorum vota & corda ex toto terrarum orbe merito convertant, & piè erga locum ipsum afficiantur.

S. Mariæ mons.

In Poppardt, sive potius extra muros Boppardenses, paululum à Rheno in monte Bodobrigio, professionis Benedictinæ Monialium, à civibus urbis illius fundatum legitur, etsi de anno non constet primæ Fundationis. Illud postea privilegiis auctum S. Gregorius VII. Papa tempore Henrici IV. Imp. S. Matthiæ Treverensi Cœnobio subesse jussit, & Fridericus II. Imp. penè collapsum restauravit, & in tuitionem Imperii suscepit. Sed & Arnoldus Treverorum Archipræsul, sub A. C. 1180. liberaliter dotavit. in quo magnus Numerus illustrium genere & Virtute Virginum Numini se consecravit, quas inter post novam Cœnobii reformationem, plurimum exsplenduêre DD. Margaretha Rheni Comitissa, Maria item Sonnenbergia, & Barbara Leyningensis Comitissa, loci pulcherrimi sapientissimæ Antistitæ.

B. M. V. in Stadis.

Monasterium Benedictini Ordinis in Diœcesi Bremensi, aliàs etiam S. Pauli in Stadis appellatum Congregationis Bursfeldensis, cui associatum fuit A. C. 1510. fuitque etiamnum in eadem A. C. 1578.

B. M.

Magdeburgense.

Longè celeberrimum olim Cœnobium, eo ipso loco ubi nunc Metropolitana cernitur Ecclesia conditû ab Othone Magno Imp. è quo multi aliquandiu egregii Pontifices extracti sunt, donec Monachi extra urbem transportarentur.

Malbodium.

Benedictinarum Virginum perillustre domicilium exstructum à S. Adelgunde prima ejus loci Abbatissa Hannoniæ Comite sub A. C. 590. habetque jus cudendæ monetæ plumbeæ, quæ per totum ejus dominium expenditur.

Malhartstorff.

Pro Ordine Divi Benedicti extructum in Inferiori Bavaria, ab Henrico & filio ejus Ernesto Comitibus de Kirchberg A. C. 1109. quod Hartuicus Episcopus Ratisponensis consecravit.

Malmundarium.

Benedictini Ordinis celeberrimum Cœnobium Diœceseos Leodiensis in ditione Luxemburgensi conditum à S. Modoaldo & Sigeberto Rege sub A. C. 657. cooperantibus Grimoaldo Brabantiæ Duce & S. Remaclo.

Malonia.

Sive Malonium Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, situm in Diœcesi Leodiensi Monasterium, de quo Miræus cap. 25.

Manbacum.

Hujus memioli inter Abbatias Imperiales, quarum Antistites Jus suffragii ferendi in Comitiis Imperii habent, Fridericus III. Imperator.

Mansee.

Egregium virorum Ordinis S P. Benedicti in Bavaria Cœnobium ab Utilone Duce, instinctu S. Pirminii fundatum sub A. C. 739. quod ab Episcopis Ratisponensibus exhaustum S. Henricus Imp. præclarè restituit.

Marbacum.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Collegium, situm in Diœcesi Argentinensi, de quo nihil præter nomen occurrit.

SS. Marcellini & Petri.

Potens ac illustre olim Cœnobiû in Seilgnstatt situm in Diœcesi Moguntina, Congregationis Bursfeldensis; huic adjunctum A. C. 1481.

Marchianæ.

Alias Marceniæ & Martianæ splendidum inferioris Germaniæ & pervetustum Benedictini Ordinis Cœnobium, situm in Flandria, Diœcesi Attrebatensi ad Scarpam fluvium, quod sub A. C. 610. in Alodio Adalbaldi Ducis S. Amandus construxit, in quo etiam S. Rictrudis requiescit. Floruère in hoc multi egregia sanctitate Asceiæ atque Antistites S. Jonatbus inprimis S. Poppo, & B. Hugo ejusdem loci Abbates. Cæterùm post S. Jonatbum, trecentis viginti annis, Sanctimoniales locum obtinuère, donec à Balduino Barbato, Flandriæ Comite, Monachi denuo, transportatis aliorsum sanctimonialibus, inducerentur. Videantur Bucelinus, Miræus, Colvenerius, Cl. Rob.

Marchtaal.

Insigne Ordinis Præmonstratensis ad Danubium Riedlingam inter & Ehingam oppida Monasterium, fundatum A. C. 1171. ab Hugone III. Comite Palatino Tubingensi ejusq; conjuge Elisabetha Rudolphi Brigantini Comitis filia. Sepulturam ibidem nobilem habent & insignem memoriam vetustissimi generis Equites de Stain, & ab Honeck. Fuit olim Præpositura solommodo postmodum vero Abbatia, cujus primus Abbas idemq; ultimus Præpositus fuit Henricus Meerstetten Ehingensis, in Concilio Constantiensi A.C. 1418. Abbatiali dignitate impetrata.

Mareolum.

Benedictini olim Ordinis Virginum, in quo S. Berthilia illustrissimi generis Virgo Numini se devoverat. Postea sub A. C. 1150. Canonicis Regularibus Ord. S. Augustini concessum. De quo nos alibi, & Locrius, Colvenerius, & Miræus.

Margenthron.

Alias Marienthron Benedictini Ordinis Virginum sacrarum Collegium, de quo Rotulus quidam Visitationis de anno 1484.

Marienzell.

Fundatum est hoc Cœnobium modicis initiis sub A. C. 1324. à Gottfrido Puochet, & alio Gottfrido Straubingensi, Alberto de Stauff, & Friderico Auwr, inductique ex superiore Altaichio Monachi Benedictini. Posteri Reformationi Cisterciensi se addixère.

S Mariæ Virg. Marck Burckhausen.

Virginum Ordinis Divi Benedicti nobile Cœnobium, de quo Rotulus, ut vocant, Visitationis, de A. C. 1485. qui sit eo anno illic mortuas Sanctimoniales: Margaretham de Seekendorff, & Catharinam de Dummfeldt.

Mariæmons virorum.

Pulcherrimum in Valle venusta Comitatus Tirolensis Cœnobium, Ordinis S. P. Benedicti Religiosorum, in edito monte supra Athesim fluvium, paulo infra ejusdem fontes conditum, quod Comites Amatiæ vulgo de Matsch fundavère insigniter auctum restituit & coluit S. Algot⁹ Curiensis Episcopus, prope servando contra impios Advocatos vitam eû sanguine gloriosè profudit Beatæ memoriæ Hermannus de Schönstein Abbas, è Monasterio Fabariensi postulatus, qui etiam à morte fortem & gloriosum pro loco excubitorem, & si qui vim intentare præsumerent vindicem promisit. Istud nostrâ ætate Monasterium à fundamentis magno sumptu restituit, & multis modis juvit ac promovit Matthias Abbas, è Weingarttensi Monasterio postulatus, ita ut merito Mariemontani ipsum secundi Fundatoris titulo honorarent, suoque Necrologio inscriberent.

Maria-

Mariæ-mons Virginum.

Haud procul ab illustri Sueviæ Cœnobio Zwifaltensi dissitum, quod sub A. C. 1265. Hugo Comes Montfortius condidit; quod usque hodie Virgines Benedictinæ obtinent, curatum Monasterio prædicto Zwifaltensi.

B. M. V. de Lacu.

Benedictini Ordinis, situm in Diœcesi Treverensi, Congregationis Bursfeldensis, cui se sociavit anno Christi 1474.

S. M. V. Hamentense.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium situm in Diœcesi Noviomensi, de cujus fundatione nihil reperimus.

S. Mariæ Belisiæ.

Constructum in ejus nominis oppido, in tractu Leodiensi, per S. Landradam Caroli Martelli filiam, sub A. C. 700. pro Ordine Divi Benedicti.

S. M. V. ad Capitolium.

Coloniæ Ubiorũ per Plectrudem PipiniHerstalli conjugem pro Monialibus Benedictinis fundatũ.

S. M. V. Treverense.

Cognomento de Horren, sive Horreum de quo supra littera H.

S. M. V. Luxemburgense.

Ordinis Benedictini, quod sub A. C. 1080. Conradus Comes Lutzelburgensis liberaliter condidit, & splendidè dotavit.

S. M. V. in Monte S. Petri.

Ordinis ejusdem, fundatum in monte, qui olim S. Petri, nunc vero S. Othiliæ nuncupatur, non longè dissitum à Ruremunda.

S. M. V. in Schmolen.

Benedictini item instituti, pro Virginibus Deo sacris conditum, cujus meminit Stengelius.

Mariæbrunnense.

Ordinis Divi Benedicti pro sacris Deo Virginibus fundatum de quo prædictus auctor.

Mariæfeldense.

Ejusdem instituti de cujus tamem fundatione nil certi habemus.

Maricollense.

Vulgo Maroilles, milliari uno à Landrasio Hannoniæ oppido fundatum pro Ascetis Divi Benedicti per S. Hambertum Episcopum sub A. C. 670.

B. M. V. Scotorum.

In Austriæ Metropoli Augustissima urbe Viennensi, fundatum ab Henrico Austriæ Duce Divi Leopoldi fillo, etsi hic ipse condidisse, filius restaurasse seu perfecisse memoretur sub A C. 1121. Cujus nuper Abbatem egit Antonius è Garstensi Cœnobio postulatus, vira & factis Magnus, cujus merito & studio, insignis illic à fundamentis Basilica consurrexit, Cœnobium autem in eum splendorem emersit, ut à primis condidi annis major non fuerit. Successit Patrus Heister Prior loci meritissimus, Congregationis Bursfeldensis multis annis in aula Cæsaris Procurator, è Monasterio Brauweilerensi prope Coloniam postulatus, vir ingenio & virtute maximus, à quo totus sibi Ordo, nedum Cœnobium illud, magna pollicetur; ipsimet, dum viveret, Antecessori dignus omni veneratione, visus uterque multo nomine de me meritissimus.

B. M. V. Claricampense.

Monasterium sacræ Cisterciensis familiæ situm in Diœcesi Ultrajectensi.

B. M. V. in Secina.

Situm in Diœcesi Moguntina Benedictini Ordinis, Viorum, Congregationis Bursfeldensis cui nomen dedit A. C. 1492. comparuitque etiamnum in Capitulo A. C. 1608.

B. M. V. ad Martyres.

Benedictini Instituti magnificum Cœnobium infra Treverimsitum ad dextram descendentis Mosellæ fluminis, sic cognominatum à Thebeorum & Treverorum eo loco trucidatis per Rictiovarum Præsidem Christi pugilibus sub A. C. 291. quod sub A. C. 694. S. Willibrordus Episcopus Trajectensis, totius Galliæ Belgicæ Apostolus, ope Pipini Senioris condidit. Illud vastatum à Nordmannis sub A. C. 960. Theodoricus Archiepiscopus Treverensis insigniter restauravit, successor autem ejus Egbertus liberalissimè dotavit atq; exornavit: in quo multi egregia virtute & eruditione Ascetæ, ad hæc usque tempora floruerunt. Colitur ibidem, & inter thesauros præcipuum habetur Tunica Beatissimæ Matris Virginis tælotum Augustæ, ut eo se multa piorum vota & corda ex toto terrarum orbe merito convertant, & piè erga locum ipsum afficiantur.

S. Mariæ mons.

In Poppardt, sive potius extra muros Boppardenses, paululum à Rheno in monte Bodobrigio, professionis Benedictinæ Monialium, à civibus urbis illius fundatum legitur, etsi de anno non constet primæ Fundationis. Illud postea privilegiis auctum S. Gregorius VII. Papa tempore Henrici IV. Imp. S. Matthiæ Treverensi Cœnobio subesse jussit, & Fridericus II. Imp. penè collapsum restauravit, & in tuitionem Imperii suscepit. Sed & Arnoldus Treverorum Archipræsul, sub A. C. 1180. liberaliter dotavit. in quo magnus Numerus illustrium genere & Virtute Virginum Numini se consecravit, quas inter post novam Cœnobii reformationem, plurimum essplenduêre DD. Margaretha Rheni Comitissa, Maria item Sonnenbergia, & Barbara Leyningensis Comitissa, loci pulcherrimi sapientissimæ Auristitæ.

B. M. V. in Stadis.

Monasterium Benedictini Ordinis in Diœcesi Bremensi, alias etiam S. Pauli in Stadis appellatum Congregationis Bursfeldensis, cui associatum fuit A. C. 1510. fuitque etiamnum in eadem A. C. 1578.

B. M.

B. M. V. & S. Ioan. Evang.

In Rheinharsborn, Diœceseos Moguntinæ, olim Congregationis Hirsangiensis celebre Virorum Ordinis S. P. Benedicti Cœnobium, ad quod S. Wilhelmus Abbatem misit Giselbertum, virum egregium. Cæterum hoc Cœnobium submisit se Congregationi Bursfeldensi A. C. 1493.

Mariæ-münster.

Virorum Benedictini Instituti peregregiũ Monasterium Luxemburgi, in Diœcesi Treverensi situm, Congregationis Bursfeldensis, cui junctum est anno Christi 1506. Est & aliud ejusdem nominis in Saxonia.

Mariæ-stein.

Regularium Canonissarum, haud procul à Rebdorffensi Cœnobio Collegium, quod sub A. C. 1470. ad Almonum amnem condere cœpit Guilelmus à Reichenauw. Eichstettensis Episcopus, piorum deinceps liberalitate auctum & exornatum.

B. M. V. de Posavia.

Benedictini Ordinis Monasterium Congregationis Bursfeldensis, cui associatum fuit A. C. 1468. vel ut vult Longius 1467.

B. M. V. de Nazareth.

Virgines Canonissæ Regulares Ordinis S. Augustini in ipsa urbe Coloniensi, platea S. Gereonis; de quo Gelenius, qui tamen nec annum Fundationis nec nomina Fundatorum adnotat.

S. Mariæ de Abundantia.

Sub Regula S. P. Benedicti, reformatione Cisterciensi, Congregatione Fuliensi religiosissimum Cœnobium in Diœcesi Genevensi.

B. M. V. Amfordiense.

Inclytum Benedictini Ordinis Cœnobium prope Amfordium, quod sub A. C. 1003. fundavit S. Anfridus Ultrajectensium Pontifex Comes Teisterbandiæ ex gente Clivensi.

B. M. V. de Mello.

Illustre Virginum Monasterium in Germania inferiori, in Diœcesi, & juxta ipsam urbem Gandavensem.

B. M. V. de Insula.

Ordinis Præmonstratensis Canonicorum Cœnobium in Diœcesi Ultrajectina.

Mariæ-cella.

Cella verè Benedicta, Benedicti Abbatis singulari erga Deiparam pietate, & hujus erga ipsum benevolentia & liberalitate nuperrimè ita restituta, ut ministrare ad manum non sumptus, sed ipsa etiam marmora, & ad tantos conatus animum, Cælorum Augusta videretur. Sed de hoc Cœnobio, S. Lamberti Membro consulendus superius littera C.

S. M. V. Vindeburgense.

Ordinis Præmonstratensis Cœnobium in Diœcesi Ultrajectensi, nec non præterea de hoc singulare quidquam dicendum occurrit.

S. M. V. in sacra Valle,

Insigne Virginum Sanctimonialium sub Regula Divi Benedicti, & sacra Cisterciensium Reformatione Cœnobium in Diœcesi & urbe Moguntina, quod vulgo Dalheim appellant. De quo Serarius in Moguntiacis.

Mariæcampus.

Ejusdem Ordinis Illustre Cœnobium, ex quo mirè effulsit B. Bernardus Lehalhensis Episcopus Livoniæ Apostolos, Comes Lippiensis.

Mariæmünster.

Aliud à superiore, nimirum hoc in Diœcesi Paderbornensi, Congregationis Bursfeldensis, huic unitum A. C. 1480.

B. M. V. Wormatiense.

Vulgo Nonnenmünster, Ordinis Divi Benedicti situm in Suburbiis Wormatiæ, postero tempore Reformationi Ordinis Cisterciensi se accommodans quod sub annum Christi 840. paulo ante obitum fundavit Ludovicus Pius Imp. inchoatum in monte urbi vicino Wallenbergio, postea ad urbem translatum est. Ex loci Antistitis præ cæteris effulsit D. Mechtildis S. Burcardi Wormatiensium Pontificis germana soror, ingenio & meritis plurimum celebrata.

B. M. V. de Vermando.

Alias Vermand absolute dictum Ordinis Præmonstratensis Cœnobium situm in Diœcesi Noviomensi.

B. M. V. Aldenburgense,

Diœceseos Numburgensis cujus meminit Rotulus, ut vocant, Visitationis de A. C. 1484.

Marquettense.

Monasterium celebre Virginum sacræ familiæ Cisterciensis in inferiori Germania situm in Diœcesi Tornacensi, fundatum A. C. 1244.

S. Martini.

Benedictinæ professionis Monasterium splendidum in ipsa Metropoli Ubionum sancta Colonia situm haud procul à Rheno intra mœnia, quod olim in Insulis Rheni fuerat constructum. Fundatum legitur ab Odgero quodam potentissimo Dacorum Duce, sed notiora initia quæ ad SS. Plechelmum & Otgerum S. Bonifacii & Suitperti socios referuntur, qui ope Plectrudis & Pipini Principum, Insulam in Cœnobium converterunt. S. Bruno Archiepiscopus locum corpore S. Eliphii donavit. Restauravit Warinus ejusdem sedis Pontifex, & relicto Archipræsulatu ibidem Monachum professus est. Florentissimum usque hodie est Cænobium, & vulgo S. Martini majoris appellatur. Inter viros ejus illustres supra alios celebrantur: B. Mimborinus Abbas ibidem, qui obiit sanctitate plenus A. C. 975. Warinus supra dictus ex Archiepiscopo insignis Asceta, B. Elias ibidem Abbas, qui decessit A. C. 1042. & B. Marianus Scotus, celeber ille Chronographus, mortuus A. C. 1086. Inter SS. Reliquias loci servatur notabilis pars Crucis Dominicæ variis experimentis comprobata, & digitus index S. Joan. Bapt.

S. Mar-

S. Martini aliud.

Trevetense nimirum, ejusdem, cujus Coloniense, Benedictini Ordinis, quod tamen etiam ante tempora S. Benedicti, ab ipsomet hujus Patrono S. Martino Turonensium Pontifice ex domo Tettadii viri Consularis in domum Dei conversum sit. Benedictinis autem consignavit & angustius condidit S. Magnericus Treverorum Archipræsul, qui etiam in Cœnobio illo suo sepeliri voluit. Eversum communi Germaniæ clade & tempestate à Nordmannis à Rathbodone sive Rachabodo Archiepiscopo sub A. C. 880. præclarè restitutum est. Iterumq; exustum ab Ungaris sub A. C. 960. Theodoricus Archiepiscopus restauravit. Syllabum Abbatum contexit Bruschius. Videatur Miræus c. 8.

S. Martini aliud.

Tornacense scilicet, egregium Cœnobium, S. Eligius primum condidit, quod sub A. C. 891. Nordmanni vastaverunt & solo æquarunt. Restituit à fundamentis Odo quidam, patria Aurelianensis, tunc temporis Tornacensis Ecclesiæ Scholasticus, A. C. 1092. Radbodo Episcopo & Canonicis fundum donantibus; quod deinceps, cum Episcoporum tum magnatum liberalitate in magnū splendorem excrevit & celebre evasit.

S. Martini alia.

Diversissima nimirum, S. Martini in Vineis, S. Martini Murense, Spanheimense, Wiblingense, &c. de quibus, quia & alio nomine nuncupantur commodius suo loco dicemus.

Masmünster.

Illustrissimum Sanctimonialium olim sub Regula Divi Benedicti Cœnobium, hodie Canonissarum Collegium in Alsatia situm, fundatum à Masone Eberhardi Agilolphingi Principis in Alsatia fratre, eo ipso loco quo filius ejus aquis mersus in Olruna amne perierat sub A. C. 720. Sed de hoc Cœnobio consuleodi Alsatiæ Chronographi, & nostra Historia Guelphica.

Matronense.

Quod sub A. C. 1100. Bertholdus Comes ab Andechs & Diessen pro Monachis Divi Benedicti in monte Matrona apud Bojos condidit, etsi Aventinus à seipso diversus, alibi meminerit, quod Arnulphi Comitis filii, Poppo Bertholdus I. Otho Wolfratshusius & Gebhardus idipsam fundaverint. Petiit hoc Monasterium bello, quod Rudolphus Bavariæ Dux, contra Menhardi Carinthiæ Ducis filios gessit, postea versum in Præposituram secularem.

S. Matthiæ.

Extra muros Treverenses potens & illustre Benedictini Ordinis Monasterium, cujus jam area septuaginta post natalem Christi annis à S. Euchario, uno ex septuaginta duobus Christi discipulis, Numini & S. Joannis Evangelistæ Nomini ac honori consecrata est, structis ibidem cella & Oratorio, in quibus ipse Numini Eucharius serviit, & à morte conditus est, multisque seculis juxta ipsū primi Treverorū Archiepiscopi sunt tumulati. Restituit redacta in cineres S. Agritius Archiepiscopus, & S. Matthiæ corpus intulit, à quo tanto Apostolo voluit deinceps cognominari. Inducta est illustris Monachorum colonia tempore S. Nicetii Archiepiscopi, sive Mogneriei ejus successoris sub A. C. 540. floruitq; deinceps vir religiosissimis & eruditissimis, qui & posteritati reliquerunt plurima ingenii æque monimenta atque pietatis exempla, ita jam olim incomparabilis S. Matthiæ ex vetustissimis Monachorum Mss. Bibliotheca deprædicaretur. Ex viris celebrioribus Monasterii fuit sequiore etiam seculo, nec viris sanctis seu doctis fœcundo, Joannes Rhodius, vir eruditissimus, & Juris Canonici peritissimus, Ordinis Benedictini longè lateque Reformator, Author Congregationis amplissimæ Bursfeldensis, qui obiit anno Christi 1439. Kal. Dec. sepultus in S. Matthiæ: *Hic jacet in tumba, vas Ordinis, alba columba.*

Mattse.

Ordinis Benedictini amplissimum olim Cœnobium à Thessalone Bavariæ Duce constructum sub A.C. 760. Postero tempore conversum in Collegium Canonicorum secularium.

Maulbrunnen.

Inclytum Ducatus Wirtenbergici Cœnobium sub Regula Divi Benedicti & Cisterciensium Constitutionibus, fundatū à Walthero de Lometsheim, adjuvante Gunthero Episcopo Spirensi, Comite de Leiningen A. C. 1148. medio ferè itinere inter Pforzheimium Marchionem Badensium, & Brettā Palatinorum Rheni, civitates. quod Eugenius III. Pont. Max. ipso anno Fundationis in Protectionem Sedis Apostolicæ suscepit, & Fridericus I. Imp. confirmavit, statuitque nullum, nisi Cæsarem habere Advocatum.

S. Mauritii Agaunense.

De hoc superius littera A. Vide Agaunum.

S. Mauritii aliud.

Insigne Ordinis Benedictini Monasterium in Diœcesi Passaviensi cujus meminit Rotulus Visitationis de A. C. 1384.

SS. Mauritii & Simeonis.

Ordinis similiter Benedictini Cœnobium in Diœcesi Mindensi, Coongregationis Bursfeldensis, huic aggregatum A. C. 1458.

S. Mauritii aliud.

Insigne Benedictini etiam Instituti Monasterium in Diœcesi & civitate Hildesheimensi, fundatum sub A. C. 1030. à S. Gotthardo Comite Scheyrensi, ex Monacho Altaichensi in Bavaria Hildesianorum Episcopo.

S. Mauritii aliud.

Sed & hoc Benedictini Ordinis dictum S. Mauritii de Toleja, situm in Diœcesi Treverensi, quod unitum fuit Congregationi Bursfeldensi A. C. 1587.

Ff S. Mau-

S. Mauritii aliud.

Ejusdem Ordinis, Nobilium Virginum Monasterium Coloniæ Agrippinæ, institutum in ipsa urbe sub A. C. 1144. cum sanctimoniales eo, ex Insula Rolandina in Rheno evocarentur.

S. Mauritii.

Similiter aliud, Divi etiam Benedicti Instituto celebre, & pro sacris DEO Virginibus conditum, Corbeiæ in Saxonia.

Maursmünster.

Vetustissimum Alsatiæ Cœnobiorum, conditum primo Per S. Leobardum discipulum S. P. Benedicti inde per Maurum Monachum restitutum & ab eo cognominatum sub A. C. 553. Childeberto Rege Francorum cooperante ejusque deinceps filio Theodorico. Sed & Ludovicus Pius Imp. de eodem optimè meruit, & multa cùm privilegia tum munera obtulit.

S. Maximini.

Benedictini etiam Ordinis potentissimum Monasterium, extra mœnia urbis Treverensis, è regione Cœnobii B. M. V. ad Martyres, jam anno Christi 333. ex Regio Divæ Helenæ Palatio in domum DEI conversum. Cæterum Ordini Divi Benedicti oblatum est ab Hidulpho Treverorum Archiepiscopo sub A. C. 764. & trecentorum Martyrum ex Thebæa legione corporibus donatum. Floret usque hodie opibus & nominis celebritate, è quo à tot sæculis multi viri illustres prodière.

S. Maximini aliud.

Virginum Regularium sub Regula S. Augustini in Ubiorum metropoli Colonia, conditū A. C. 1188. piorum liberalitate, cum eodem & Cœnobio S. Ursulæ fuisset colonia Virginum introducta sub Philippo de Heinsberg Archiepiscopo.

S. Medardi.

Cœnobium Sanctimonialium in urbe Treverensi cui initium datum sub Joanne Donorio S. Matthiæ Treverorum Abbate A. C. 1461. ubi paulo post duæ & triginta Virgines se Numini devoverunt.

Mediolacense

Celeberrimum potentissimumque olim Diœceseos Treverensis Cœnobium, vulgo Mithlach dictum, Benedictini Ordinis Monachorum, conditum à S. Luthwino Galliæ Belgicæ Duce sub A. C. 700. qui in eodem professus Monachum inde postea ad Archiepiscopalem Treverorum Cathedram extractus est, obiitque A. C. 721. Restauravit idem Cœnobium, & egregiè dotavit Theodoricus Lotharingiæ Dux, in eoque & ipse Monachum induit, alter loci Fundator habitus, qui obiit 1133. Fuitque hoc Asceterium promptuarium magnorum luminarium, virorum cum sanctitate tum eruditione conspicuorum.

Meinfeldt.

Virginum nisi fallimur in Diœcesi Treverensi Monasterium, quod sub A. C. 1246. à fundamentis penè restituit, Arnoldus Comes ab Ilsenburg Archiepiscopus Treverensis.

Mellicense

Nobilissimum spectatissimumque Austriæ inferioris Benedictini Ordinis Cœnobium, ab ejusd. majoris provinciæ Principibus prioris familiæ Austriadum ad ripam Danubii in excelso scopulo conditū, quod A. C. 1121. Calixtus II. Pont. Max. solemniter consecravit. In quo deinceps celebris illa & inde cognominata Mellicensis Congregatio initium sumpsit. Quiescit ibidem Magnus Austriæ Apostolus Sanctus Colomannus.

Memmileben.

Aliàs Meimleben illustre admodum Benedictini Ordinis Cœnobium in Thuringia ad fluvium Unstrut ab Otthone II. Imp. conditum, & egregiè dotatum, in quo cum feria III. ante festum Pentecostes media nocte cum Ascetis ad Matutinas consurgeret ac psalleret, ac dein minus bene haberet, lectulo denuo se abdidit, ne tamen sacro Missæ officio non interesset, denuo consurgens, eo audito largisq; eleemosynis recreans pauperes, invalescente morbo sequenti die suavissimè in Domino requievit.

Meickemense.

Aliud à superiore, ejusdem tamen professionis, sesquimilliari à Dixmunda Flandriæ oppido, olim situm, conditum A. C. 1090. pro sacris DEO Virginibus, cujus demum reditus attributi sunt à Philippo II. Rege Hispaniarum Collegio Patrum Societatis Iprensi.

Merbeccense.

Benedictinæ professionis Asceterium in Germania inferiori, juxta Nivonem Flandriæ civitatem in Diœcesi Mechliniensi.

Mersburgense.

Celeberrimum olim sub Divi Benedicti Instituto Cœnobium in Saxonia, de quo Stengelius.

Merckense.

Cœnobium ejusdem Ordinis primo lapide à Dixmunda Flandriæ oppido, conditur ab Eustathio Boloniæ Comite, & uxore ejus Ida, Godefridii Bullonii parentibus sub A. C. 1090.

Messinense.

Cœnobium Instituti Benedictini Virginum, vulgo Messines sive Meessenen, situm in Diœcesi olim Morinensi nunc Iprensi, quod A. C. 1060. fundavit Adela Roberti pii Galliarum Regis filia Uxor Balduini Insulani Comitis Flandriæ, quæ dein Romam profecta ab Alexandro II. Pont. Max. sacrum velamen accepit, & S. Sidronii Mart. Reliquias referens in eodem Cœnobio sanctè vitam exegit.

Meten

Ejusdem Ordinis celebre in Bavaria, haud procul à Deckendorff & Danubio Monasterium, fundatum à Carolo Magno, Romanorum Imperatore. Cujus ibidem Diploma estat, datum A. C. 802. quod deinceps Ottho Dux Bavariæ Ludovici IV. Imp. avus à fundamentis restituit, & secundi Fundatoris titulum meruit, Ejus primus Abbas fuit Beatæ mem. Utho.

S. Michaelis.

Ordinis S. Augustini Canonissarum Collegium in urbe Coloniensi, tenui initio ortum ab institutore Matthia de Andernaco Sacellano quodam vi-

cinæ Ecclesiæ S. Petri, quod tamen postea A. C. 1480. Fridericus III. Imp. ampliavit, & dotavit.

S. Michaelis.

Benedictini Instituti aliàs S. Michaelis Hogonis Curiæ appellatum.

S. Michaëlis aliud.

Prope Veielstorff sub Regula Divi Benedicti, cujus meminit Rotulus, ut vocant, Visitationis factæ in hoc loco, Dominica Septuagesimæ A. C. 1484.

S. Michaëlis aliud.

Diœceseos Patavinæ sive Passaviensis, de quo idē Rotulus, fuitque ejusdem Ordinis, & visitatum est Sabbatho post festum S. Ursulæ A. C. 1484.

S. Michaelis.

Prope Felsdorff in Franconia Diœcesi Herbipolensi Benedictini Ordinis, Congregationis Bursfeldensis, cui se addidit A. C. 1477.

S. Michaelis.

Lunæburgense potens & splendidum olim Cœnobium Benedictini similiter Ordinis quod sub A. C. 972. fundavit Hermannus Saxoniæ Dux, induxitq; Monachorum coloniam ex S. Panthaleonis Coloniens. Situm est in Diœcesi Werdensi adjunxitque se Bursfeldensibus A. C. 1472.

S. Michaelis.

Hildesheimense in ripa urbe Hildesiana conditum A. C. 994. à S. Bernardo ejusdem urbis Episcopo Comite de Summersenburg, qui etiam illic inter Ascetas suos sepeliri voluit, & innumeris deinceps miraculis locum illustravit. Fuit & hoc Bursfeldensis Congregationis, cui nomen dedit A. C. 1451.

S. Michaelis.

Ulmense, alias in Wengen Canonicorum Regularium Ordinis Augustini, intra Ulmæ mœnia situm quod in monte qui urbi imminet, & S. Michaelis usque hodie vocatur condi cœpit sub A. C. 1183. fundatum à Widegevone Comite ab Albeck, einsq; conjuge Berta, translatum A. C. 1215. in Insulam Blavi, & demum in ipsam urbem A. C. 1199. sub Petro Neger ultimo in Insulis Præposito, & primo in civitate, ubi usque hodie Monasterium visitur.

Michaelis campus

Vulgo Michelfeld/ Potens atq; inprimis Nobile Benedictini Ordinis in Franconia Cœnobium, in quo multis sæculis non nisi equestri seu illustri generis Nobilitate conspicui, ad professionem admissi sunt; Fundatum A. C. 1119. à S. Otthone Bambergensi Episcopo & Beringero Comite à Sulzbach, loco amœnissimo circa Pegnesum amnem, prope Averbachium Palatinorum in Nariscis oppidum, consecratumque in honorem S. Joannis Evangelistæ, in quo deinceps magna omnino sæculi Nobilitas tot sæculis inter servos Christi adscripta, dignissimam serviit servitutem, multique egregia vitæ integritate & eruditione resplenduerunt; patriæque & familiis suis insigni fuerunt ornamento.

S. Michaelis.

Ordinis Præmonstratensis in ipsa urbe Antverpiensi, fundatum A. C. 1124. cujus primus Abbas fuit Walthmannus qui obiit A. C. 1138. Sepultus est in eodem Cœnobio Abrahamus Ortelius, celeber ille Cosmographus 1598.

Michelstein.

Ordinis Divi Benedicti insigne Cœnobium, quod in diversis Catalogis, omissa tamen Diœcesi celebratur.

Minder-Auvv.

Augia Minor, vulgo Weissenaw prope Ravenspurgum Imperiale in Suevia oppidum, situm ad amnem Schussium, insigne Monasterium, fundatum à Gebizone à Weissenburg & Hachburg è familia Habspurgia & Brisiacæ Landgraviis oriundo (etsi de hoc ipso valde inter se dissentiant scriptores) tūc temporis in aula Guelphonum Ducum celebrato, A. C. 1145. Is priusquam absolveretur Cœnobium in tumultu quodam Ravenspurgi occubuit, sepultus ante templum Weingarttense, sorore deinceps ejusdem Loicarde fundationem strenuè promovente. Sed & Rudolphus I. loco insigniter favit & multa Privilegia ac donaria contulit, quod & Welfo VI. ejusq; filius Welfo VII. potentissimi Duces, insigniter auxerunt. Ornavit præclare postremâ ætate Rev. DD. Christophorus Abbas vir Religiosissimus & meritissimus, & uligine loci correcta, Religiosos suos in Paradyso sane terrestri collocavit, chorum cum turri & ara majore elegantissimis construxit, multo majora ausurus, nisi sancta ejus proposita, communis patriæ tempestas disjecisset atque intercepisset.

Minovense.

Ordinis similiter Præmonstratensis Cœnobium, in Germania inferiori, situm in Diœcesi Mechliniensi.

Monheim.

Virginum Benedictinarum illustre Cœnobium, in quo multis sæculis lectissimarum Christi sponsarum insignia virtutū exsplenduere ornamenta, quod sub A. C. 8, o. fundatum legitur.

Monigen.

Benedictinæ professionis Asceterium, situm in Saxonia, cujus tamen fundationis annos & Auctores nec dum reperimus.

Mönichberg.

Egregium Religiosorum Ordinis S. P. Benedicti Monasterium, ad honorem B. M. V. & S. Cypriani consecratum situm in Diœcesi Magdeburgensi de quo Rotulus Visitationis de Anno 1484.

Monasteriense.

Sive Monasterii S. Gregorii, & Gregoriovallense illustre Religiosorum genere nobilium Asceterium in Alsatiæ partibus, in valle à Monasterio cognominata Monasteriensi, fundatū superstite etiamnum S. Gregorio Magno & primo id nominis Romano Pontifice à lectissimis ejus discipulis sub Regula Beatissimi Patris Benedicti ex quo deinceps loco mira Alsatiæ sydera illuxère & multi ad Cathedram Argentinensem sanctissimi Episcopi extracti sunt; dignum

dignum omnino quod fera etiam posteritas pro tot ac tantis beneficiis summa habeat in veneratione.

Mons Calcis.

Præstans admodum Benedictini similiter instituti Asceterium, quod sub A. C. 978. condere cœpit Hermannus Bilingus sive Bilungius, Saxonum Dux in monte Calcis Lunæburgi, inde cognominatum, quod à morte ejusdem filius, Bernardus, primus ejusdem familiæ Elector strenuè absolvit, & liberaliter dotavit. Ille mortuus A. C. 981. hic 1011.

Mons - Cornelii.

Præmonstratensis olim Ordinis Canonicorum Monasterium, sed nunc translatis Leodium illis, Patrum Carthusiensium, situm in eadem Diœcesi Leodiensi.

Mons-Dominarum.

Vulgo Frawenberg, sive unser Frawenberg / quod sub A. C. 790. fundavit loco elegantissimo beatæ memoriæ Ratgarius Abbas Fuldensis, haud longè ab Archisterio, & insigni sanctorum virorum colonia instruxit.

Mons Monachorum.

Amplissimum amœnissimumque extra muros Bambergenses Ordinis S. P. Benedicti Monasterium, in honorem S. Michaëlis consecratum, una cum ipso Episcopatu eodem tempore à SS. Henrico & Kunegunde Impp. fundatum postquam ille mira S. Michaelis apparitione recreatus, ac dein Casini ab apparente Divo Benedicto à calculi desperatissimo morbo prodigiosè curatus esset, quod postea S. Otho Episcopus mirè coluit & munificè locupletavit.

Mons S. Remigii.

Benedictinæ professionis in Palatinatu Cœnobium, situm in Diœcesi Moguntina, quod sub A. C. 1469. ad instantiam Comitis Palatini adjunctum est Congregationi Bursfeldensi, commissumque Reformationis negotium DD. Abbatibus S. Jacobi & S. Joan. Bapt. in Rinckaugia.

Mons S. Ioan. Bapt.

Benedictinum item Cœnobium, cum nimiam frequentiam Monachorum non caperet Archisterium Fuldense, fundatum à B. Rhabano Fuldæ Abbate sub A. C. 840. & sancta Monachorum colonia inducta egregiè instructum.

Mons S Ioan Bapt.

Aliud Monasterium, Ordinis Præmonstratensis in Diœcesi olim Leodiensi situm, quod tamen postea, nescio quo casu, desiit, sive translatum est.

Mons S. Jacobi.

Prope Moguntiam, de quo jam supra. Vide S. Jac.

Mons S, Petri.

Vulgo Petersberg prope Fuldam, Insigne hujus ejusdem Cœnobii membrum, & sanctorum Monachorum copia frequens, quod S Sturmio primùm condere cœpit, absolvit autem sub A. C. 780. Gangolphus sive Landolphus ejus successor.

Mons SS. Petri & Pauli.

Pulcherrimum olim Cœnobium, in civitate sive prope civitatē Erffurdensem Benedictinæ professionis, Congregationis Bursfeldensis, cui nomen dedit anno Christi 1439.

Mons S, Quintini.

Ejusdem Ordinis Cœnobium in Diœcesi Noviomensi, de quo in Episcopis Noviomens. Cl. Rob.

Mons Episcopi.

Insigne & situ elegantissimo Regulæ & Ord. Divi Benedicti Cœnobium prope Aichstadium olim conditum, eo ipso loco, quo hodie Palatium Principis consider: quod sub A. C. 1030. Heribertus Episcopus gente & virtute Nobilis construxit, & pro dignitate fundavit. Ipse obiit A. C. 1042. 9. Cal. Aug.

Mons Wedegonis.

Virginum sanctimonialium pulcherrimo situ Cœnobium sub Regula Divi Benedicti conditum à Milone Mindensi Episcopo, circa A. C. 990. in quo alias inter illustres personas S. Therwioff rigidissimum Inclusorum sectata Institutum magnis virtutibus coruscavit.

Montis Sindensis.

Benedictini Ordinis, Virginum similiter Cœnobium, quod sub A. C. 1115. Richwinus quidam Præpositus, haud procul à Monasterio Mauri vulgo Maursmünster in Alsatia fundavit, sub Richwino Abbate.

S. Morandi,

Rhenanæ provinciæ pervetus Cœnobium Benedictini Ordinis Cluniacensis Reformationis, Diœceseos Basileensis, olim S. Christophori dictum, quo missus à S. Hugone Cluniacensium Archimandrita S. Morandus, illud strenuè rexit, & magna miraculorum illuster gloria, celebre reddidit, sub A. C. 1090.

Morsella.

Fundatum pro Religiosis Divi Benedicti celebre in Belgio Cœnobium de quo Claud. Rob. &c.

Mortheim.

Inter Benedictini Ordinis Cœnobia in Catalogo quodam Ms. reperi, diversum à Northeimensi, quod in eodem Syllabo distinctè memoratur.

Mülstadium.

Professionis Benedictinæ Cœnobium, cujus Abbas fuit Ottho eximia Virtute Admontensis in Styria Monachus inde à Godefrido Abbate missus, qui perfectionis exemplaria quaquaversum mittere, rogabatur. Fuit is Godefridus Weingarttensium prius Antistes, & alter Cœnobii Admontensis Fundator.

Munichs-munster.

Ejusdem Professionis in Bavaria Monasterium, haud procul à Danubio infra Vocbburgum à Diepoldo Marchione ejus nominis VI. fundatum, seu potius restauratum postquam ab Ugris exustum ac eversum esset, cujus etiam Henricus IX. eo nomine Bavariæ Dux multa liberaliter est elargitus.

Münch-

Münchneunberg.

Nominatissimum Benedictini Ordinis in Saxonia Cœnobium, quod sub A. C. 972. Gero Coloniensium Archipræsul Marchio Lusatiæ fundavit, cum fratre suo Diethmaro Reveningensi & Nordringensi Comite ejusque conjuge Suanhilde Saxonum Ducissa Hermanni Bilungi filia. Comparuit hoc Cœnobium etiamnum in Capitulo Generali Bursfeldensi A. C. 1561.

Münch-Aurach.

Celebre olim Ordinis Divi Benedicti Diœceseos Herbipolensis Asceterium, à Baronibus Auracensibus fundatum, & à diversis cum Bambergensibus tum Herbipolensibus Episcopis auctum, superiore sæculo, à Brandeburgi Marchionibus, pulsis Monachis occupatum est, cum in Capitulo Generali Bursfeldensi, ultima vice A. C. 1521. comparuisset.

Münchroden.

Münchrodense Cœnobium ejusdem Ordinis in Diœcesi similiter Herbipolensi, Congregationi Bursfeldensi se junxit A. C. 1485.

Münster.

Sive Monasteriense Monasterium B. M. V. olim extra nunc intra muros Lucelburgi oppidi. pro Religiosis S. P. Benedicti conditum A. C. 1083. per Conradum Comitem Lucelburgensem. De cujus fortuna vid. Aub. Miræus.

Münsterlingen.

Celebre Virginum Sanctimonialium, Professionis Benedictinæ Cœnobium, in ripa lacus Podamici situ exquisitè eleganti, haud procul Constantia Acronii metropoli dissitum, ab insigni religione, liberalissimâ hospitalitate mira Eleemosynarum largitione summopere commendatum, in quo magna Nobilitatis frequentia Numini sese olim hodieque ultro emancipavit.

Murbacum.

Alsatiæ Jllustrissimum Cœnobium Ordinis Benedictini, ad Montana Vosagi situm, olim Vivarium Peregrinorum cognominatum, cujus Abbas inter Quatuorviros S. R. I. Principes numeratur. Fundatum fuit adsteces S. Pirminii ab Eberhardo Duce Alemanniæ atque Alsatiæ familiæ Agilolphingicæ lectissimo Principe, qui illud voluit ad honorem S. Leodegarii parentum suorum consanguinei dedicari. Fuit potentissimum olim hoc Cœnobium, ita ut Abbas mille ducentos & & sexaginta equos alleret, ut nihil de grandi numero memoremus Nobilium Vasallorum. Hodie Commendatarium habet Antistitem Serenissimum Leopoldum Wilhelmum Episcopum Argentinensem, Passaviensem Halberstadensem & Olomucensem, eundem Exercituum Hispanicorum Generalissimum & Belgii Gubernatorem.

Muri.

Jllustre prorsus ac præpotens Helvetiæ in provincia Argoviæ, Comitatu Rorensi (minimè autem Altenburgico, ut ipsemet Fundationis testantur litteræ, contra Actuarium multo pòst scriptum codicem) fundatum à Wernhero Strasburgensi Episcopo Comite Habspurgensi & novæ, eodem nomine, arcis in Helvetia Conditore, A. C. 1027. tempore Conradi Imp. Quod dein multis possessionibus alii quoque ejusdem gentis Comites plurimum auxère & promovère.

Murhart.

Celebre ac pervetus Wirttenbergiæ Cœnobium Ordinis Benedictini, ad instantiam S. Walderici Abbatis A. C. 815. à Ludovico Pio Caroli Magni filio, Imperatore Augusto fundatum, cui primus Antistes S. Walericus datus est, atque ibidem plenus Sanctitate requievit.

Myndense.

Benedictini instituti pervetus in Saxonia Cœnobium, cujus multa sæpius apud diversos scriptores memoriâ occurrit.

N.

Navv.

Sive Navense, sub Regula Divi Benedicti inclytum olim Cœnobium, cujus Abbas extitit, Reginboldus postulatus ex Monasterio Hirsaugiensi.

Navvenburgum.

Ejusdem professionis in Saxonia Cœnobium, unionis Bursfeldensis.

Nazareth.

Celebre Virginum sacrarum sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium, juxta Liram Brabantiæ Cœnobium in Diœcesi Antverpiensi, in quo multæ admirabili vitæ sanctitate Virgines instar stellarum firmamenti, & duæ ante alias Beatrices, Priorissa illa Seraphinis à Christo Domino inserta, & altera eodem nomine ejus loci Moniales ad miraculum exsplenduère.

Neovveiler.

Vulgo Neuweiler insignis Benedictini Ordinis Abbatia in Alsatia, fundata à Ruthardo Agilolphingo Alsatiæ Principe ejusque conjuge Irmesinde instinctu S. Pirminii sub A C. 730. etsi potius restituta fuisse scribatur, & ex cineribus ac ruderibus resuscitata, cum jam sub A. C. 600. à Sigeberto Metensi Episcopo illic conditum fuisse Cœnobium memoretur. Sepulturam illic sibi elegerunt multo tempore Comites ab Hanauw, Equites item diversarum familiarum, de Mittelhausen, Golmar, & Oberkirch. Ultimus loci Abbas fuit A. C. 1488. Hugo de Fegersheim, quo mortuo 1499. Vetustissimum Cœnobium alienis cessit, versum tanto post in Præposituram Canonicorum.

Nepomungum.

Insigne sub Regula Divi Benedicti Reformationis Cisterciensis Cœnobium in Bohemiæ Regno, quod est ex septem Abbatiis, quæ Visitationi subjacent Abbatis Ebracensis.

Neresheim.

Benedictinæ item disciplinæ inclytum Diœceseos Augustanæ Asceterium, in Hertfeld, uti vulgo vocant, tractu quodam Sueviæ arenoso, non infœcundo tamen, ditionis Comitum Oettingensium in elegantissimo colle positum, quod sub A. C. 1095. Hartmannus Dilingæ & Kyburgi Comes fundavit, & in idem majorum suorum cineres intulit.

Neuburg Austriæ.

Splendidissimum opulentissimumque Austriæ inferioris Cœnobium haud procul Vienna à priscis ejus provinciæ Marchionibus & Ducibus instinctu Regimari Pataviensis Episcopi sub A. C. 1128. conditum, ac deinceps multa multorum liberalitate auctum, cui etiam praefatus Regimarus, in gratiam Leopoldi Conditoris aliqua jura cessit, & nonnulla cum Domino Præposito permutavit, quæ è re tanti Monasterii esse viderentur.

Neuburg Bavariæ.

Monasterium Virginum Benedictinarum generis nobilitate conspicuarum haud procul à Danubio supra Ingolstadium, quod sub A. C. 1007. ad precee Hilarii Episcopi cujusdā è Pannonia Cancellarii sui SS. Henricus Imperator & Kunegundis ejusdem conjux Virgo fundaverunt. Quod postera ætate, postquem multæ illic Nobilitas Numinis servitio emancipasset, prioris sæculi cum mutatione Religionis tempestas absorbuit.

Neuvvenburg.

Celebre Religiosorum Regulæ S. P. Benedicti, Reformationis amplissimæ Cisterciensis in Alsatia haud procul ab Hagenoja Cœnobium, ex quo primi Monachi ad recens conditum in Wirtenbergia Maulbrunnense Monasterium A. C. 1148. evocati sunt. Conditum fuit A. C. 1133. à Reinaldo Comite de Lützelburg & Friderico Sueviæ Duce Frid. I. Imp. patre.

Neudorpe.

Nec dum comperi cujus Ordinis, situm tamen fuisse lego in Mindensi Episcopatu, fundatum à Simone S. Diethmari Mindensium Pontificis avunculo sub A. C. 1180.

Neunkirchen.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini elegans Cœnobium, quod circa A. C. 1301. fundavit Leopoldus Comes de Grundlach Bambergensis Episcopus. Cujus Benefactores & Dotatores Joannes Burggravius Norimbergensis & Fridericus Marchio Brandeburgius præ aliis celebrantur.

Neuvvmünster.

Benedictini Ordinis cujus meminit in Catalogo Cœnobiorum quæ fuere in Confraternitate Hirsaugiensium Trithemius, ab ipsomet S. Wilhelmo Abbate insertum.

Neustatt.

Regulæ Divi Benedicti Reformationis sanctissimæ Cisterciensis in Austria Cœnobium, fundatum ac dotatum à Ducibus & Archiducibus Austriæ, & multa fidelium largitione ditatum; de quo Cisterciensium rerum scriptores.

Neustatt.

Aliud eodem nomine in Franconia, Diœceseos Herbipolensis Cœnobium, de cujus origine & fundatione nobis non constat.

Neuvvstifft.

Sive nova Cella Præmonstratensis Ordinis Cœnobiū, quod in ipso Isaræ & Mosæ confluentia extra mœnia civitatis Frisingensis in honorem SS. Petri & Pauli fundarunt Henricus Bavariæ & Austriæ Dux, ejusque frater Ottho Episcopus Frisingensis, quibus & tertius accessit frater eorundem Conradus Salisburgensis Archiepiscopus A. C. 1141. Quiescunt ibidem SS. Martinus Scotorum Episcopus & Teclanus ejus Diaconus.

Neuvvstifft.

Aliud hoc nomine Monasteriū Diœceseos Brixiensis, haud procul à Brixia in Comitatu Tirolensi Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini.

Neuvveiler.

Magnificum olim Benedictinorum in Alsatia & Diœcesi Argentinensi Cœnobium fundatum sub A. C. 730. à S. Pirminio Meldensi Episcopo cujus Abbas & Monachi de consensu Alexandri VI. sub A. C. 1495. *facti sunt ex Monachis malis*, ut Trithemius loquitur, *Canonici pejores*.

Neydingen.

Benedictinarum Virginum prope Danubium in pago ejusdem nominis Cœnobium, Fürstenbergensium Comitum fundatione, quod illustrissimum multo tempore superstes fuit Religiosæ illorum munificentiæ monimentum.

S. Nicolai.

Dictum im Burghof Regularium Virginum Ordinis S. Augustini in urbe Coloniensi quod sub A. C. 1150. à Conrado de Hochstaden Archiepiscopo consecratum fuit, haud ita pridem A. C. 1650. ab Joanne Huttero Kempensi Theologiæ Doctore Coloniensi Canonico, vetere dejecto ædificio nova fundamentis exstructa Basilica insigniter adornatū.

S. Nicolai aliud.

Cognomento, de Pratis, Ordinis S. Augustinī Canonicorum Regularium, situm in Diœcesi Tornacensi, quod paulo post ad urbem è pratis translatum nomen tamen retinuit.

S. Nicolai aliud.

Præstantissimum olim Cœnobium Ordinis Divi Benedicti pro Scotis Monachis prope Memmingam à Guelphone VI. Henrici Magni seu Nigri filio Spoleti Duce, Sardiniæ & Sueviæ Principe summa liberalitate conditum, de quo noenberius in Chronico & Historia nostra Guelphica.

S. Nicolai aliud.

Benedictinæ Professionis Virginum sacrarum in Fran-

in Franconia haud procul à Michelfeldensi Cœnobio in eleganti quodam clivo ad amnem quemdam à S. Othone, ut credimus, Bambergensi Episcopo fundatum cujus deinceps Moniales ad S. Theodoræ Cœnobium Bambergam translatæ sunt.

S. Nicolai aliud.

Pataviæ scilicet sive Passavii Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium fundatum A. C. 1074. à B. Altmanno Pataviensi Pontifice, ope Agnetis Imp. à quibus tamen potius restitutum est, cum prius pro Ordine Divi Benedicti jam olim illic Cœnobium Thassilo Dux Bavariæ fundavisset.

S Nicolai aliud.

In Germania inferiori Ordinis Præmonstratensis situm in Diœcesi Iprensi, de cujus fundatione consulendi rer. Belg. scriptores.

Niderburg.

Virginum nobilium, Benedictinæ olim professionis Monasterium quod Utilo Bavariæ Dux Pataviæ sive Passovii juxta Danubium condidit, & S. Pirminius, magnus Benedictini Ord. Propagator & reformator sub A. C. 739. consecravit, quod postea S. Henricus Imp. ad instantiam S. Kunegundis Augustæ largiter dotavit.

Nider- münster.

Ratisponensi in urbe illustre Virginum nobili satarum genere Cœnobium, quod Juditha uxor Henrici I. Ducis Bavariæ construxit, nepris ex fratre Otthonis I. & Magni Imp. in quo sepulta fuit D. Gisala uxor Henrici II. Ducis Bavariæ mater S. Henrici Imp.

Niemecense.

Benedictinæ Institutionis spectatum olim in Saxonia Asceterium, quod sub A. C. 1108. Thiemo Landspergensis Marchio Comes Wethiocensis, ejusq; conjux lectissima Itha filia Otthonis Saxonum ad Visurgim Ducis, condiderunt. Occubuit Thiemo in prælio Lotharii Saxonum contra Henricum V. Imp. A. 1115. in hoc Cœnobio tumulatus.

Nietenbach.

Benedictini Ordinis Monasterium quod sub anno Christi 1090. Guelpho Dux Bavariæ condidit. Videatur Trithemius.

Nigra - aqua.

Benedictinæ Regulæ Monasterium, situm in monte B. M. V. apud Suollam Transiselanæ provinciæ oppidum, fundatum sub A. C. 1130.

Nivella.

Potentissimū splendidissimumq; olim in Germania inferiore Cœnobiū, è quo multæ egregia sanctitate Principes Sanctimoniales, S. Gertrudis inprimis Abbatissa aliæque Virgines mirificè resplenduere, de quo nos sæpius in Annal. Bened. & Menologio.

Nonnenberg.

Antiquissimum apud Salisburgenses Virginum Benedictinarum, in monte urbi & Salzæ fluvio imminente, Cœnobium, à S. Ruperto, primo Salisburgensium Pontifice, magno Germanorum Apostolo in gratiam sororis suæ Erentrudis sub A. C. 585. conditum, cujus ipsa prima extitit Abbatissa & admirabili vitæ sanctitate præluxit. Extat ibidem Regiæ Virginis corpus. & magna huc usque miraculorum gloria illustratur; quam deinceps ingens illustrium & Nobilium Virginum multitudo à tot sæculis sub eadem Regulæ professione ibidem consecuta est, celebranturque hodie ejus loci Religiosæ ab eximia vitæ integritate & Religione, quibus magno exemplo virtutis præest modo Domina Joanna Comitissa de Wolckenstein & Rodenegg Nicolai Comitis Lodronii quondam conjux lectissima qui fuit parens Jllustr. Paridis Archiepiscopi Salisburg.

Nonnenbosch.

Sive Nonnarum Sylva Monasterium Sanctimonialium inferioris Germaniæ situm in Diœcesi Gandavensi, cujus meminit in Episcopis Gandavensibus Claud. Robertus.

Nonnenbosch aliud.

Virginum similiter, sub Regula Divi Benedicti in Diœcesi Iprensi, de quo consulendi rer. Belg. scriptores.

Nonnenmünster.

Benedictini Ordinis Cœnobium in suburbio Wormatiensi quod sub A. C. 1234. Reformationi Cisterciensi se submisit.

Northeim.

Divi Benedicti in Saxoniæ partibus Cœnobium quod fundavit Ottho Comes Northeimii Dux Bavariæ, ex ejusdem Comitatus possessionibus illud liberalissimè locupletans sub A. C. 1070.

Novientum.

Benedictinæ similiter professionis, situm in Diœcesi Argentinensi ut vult Cl. Robertus, de cujus fundatione nobis non constat.

Novum Monasterium.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium sacrum Collegium apud Hujum inferioris Germaniæ oppidum, Diœceseos Leodiensis.

Nuenburgum.

Præpositura olim Benedictini Ordinis fundata sub A. C. 1044. ab Anselmo Laurissensis Cœnobii Abbate ad honorem S. Bartholomæi Apostoli, quam postea A. C. 1195. Conradus Comes Palatinus Rheni, consentiente Sighardo & Laurissensibus Monachis, in Cœnobium Monialium ejusdem Ordinis convertit, eique Kunegundam primam Abbatissam præfecit.

Nussia.

Clarissimum olim Virginum Sanctimonialium sub Regula S. P. Benedicti Monasterium, quod sub A. C. 1150. condidit Margarita Comitissa Arenbergia, nata Cliviæ Princeps, quæ & mortuo marito, in eodem se condidit, ejusque prima Abbatissa fieri meruit, sub A. C. 1170.

O.

Oberburgum.

Insigne Ordinis Benedictini in Diœcesi Lambacensi Cœnobium, conditum sub A. C. 1140. à Theobaldo de Khaag & Truta ejus conjuge, quod sub A. C. 1268. Ulricus Cariothiæ Dux, Dominus Carniolæ liberaliter auxit, sed & Fridericus Comes Ciliæ A. C. 1454. plurimum coluit. Attribuit recens fundato Episcopatui Fridericus III. Imp. & mensæ incorporavit sub A. C. 1463. sub cujus imagine, alia inter hoc Dysthichon legitur:

Cœnobium fuit hoc quondam, nunc Præsulis Aola,
Ut fiat volumus, si BENEDICTE velis.

Ober-Münster.

Benedictini olim instituti Cœnobium, successu temporis in libertatem quandam defluens ita ut nullis nec votis nec Regula teneri vellent ejus loci Virgines. Ab Hemma Caroli Crassi Imp. fundatum fuit in urbe Ratisponensi, quod ut ad disciplinam revocaret plurimum S. Wolfgangus laboravit, & ut exemplar lectionis disciplinæ tam superioris quam inferioris Monasterii Abbatissæ pro suis Virginibus fuerent, tertium ipse in eadem Urbem Virginum Monasterium ad honorem S. Pauli condidit. Effecerit, ne quod intendit, an postea recidivârint, hodie certè absque ulla Votorum professione vivunt, licetque illis egredi & nubere, cum tamen in ejus loci Chronicis legantur olim vixisse rigidè & paupertinè, prædicanturque *pauperes Cellulæ fœminarum*, ejus loci, *Religiosarum*.

Oberstenfeldt.

Virginum Sanctimonialium in Ducatu Wirttenbergensi Cœnobium Imperialis Jurisdictionis. De quo in Præfatione Documentorum Redivivorum Wirtteoberg. folio 87.

Ochsenhausen.

Spectatissimum ædificio & inquilinis Cœnobium, inter celebriora superæ Germaniæ imminet, ornamentum Sueviæ singulare. Duobus à Memminga, totidem à Biberaco (Urbibus Imperii) milliaribus, Hatoviorum, Conradû & Adalbertum fratres Wolfhartschweodios Barones, Fundatores habuit; S. Blasii in Hercinia Monachis patere jussum & appropriatum. Summi nominis Cœnobio aliquot sæculis, tanquam membrum capiti subjacuit, lectissima sæpius inducta Monachorum colonia, & arbitrio Abbatis Sanblasiani sæpius mutata ac variata; donec motu proprio Martini V. Pont. Max. an licentia impetrata, immune prorsus & à S. Blasii liberum atq; eximium esse juberetur, sed & Abbatiæ titulo insigniretur. Ajunt hospitii mercedem fuisse, cum ad Concilium Constantiense pergens Ottho de Columna S. R. E. Cardinalis eò ex itinere divertisset & perhonorificè habitus esset, mox factum Pontificem honorantes honorasse. Abbates subjicimus:

1. Nicolaus Faber Biberacensis, ex loci Priore seu præposito primus Abbas A. C. 1420.
2. Henricus Faber prioris cognatus, obiit 1434.
3. Michaël Russel, Ulmensis resignat 1468.
4. Joannes Krauss Biberacensis, obiit 1476.
5. Jodocus Broder Biberacensis, resignat 1482.
6. Simon Lengenberger, Biberacensis obiit 1498.
7. Hieronymus Buchelberger ex Dinckelspüel, obiit 1508.
8. Andreas Knitscher, obiit A. C. 1541.
9. Georgius Molitor, resignat A. C. 1547.
10. Gerwicus Blaarer à Girsperg ex Monasterio Weingarttensi postulatus utrique præfuit.

Hodie præest Rev. DD. Wunibaldus Waibell quantum humeris velut ille Rex Israël supra cæteros eminens, sic vel maxime conspicuus eruditione & Religione. Hodie meritissimus Sueviæ Congregationis, quem DEUS diutissimè bono Ordinis maxime conservet.

Odenheim.

Præclarum Benedictini Ordinis Cœnobium in Diœcesi Spirensi, pago qui dicitur Creichgow, in Comitatu Bredtheimensi, juxta Villam quæ dicitur Odeoheim sive Udenheimb appellata fuit, quod fundavit sub A. C. 1123. Bruno Archiepisc. Treverensis, Arnoldi & Adelheidis Comitum in Franconia præpotentum filius, qui & per partes Rheni dominati sunt, construxitq; præfatum Cœnobium in hæreditate paterna, fratre suo Poppone Comite consentiente & adjuvante, quam fundationem deinceps Henricus IV. Imp. & Paschalis II. Pont. Max. confirmarunt. Junctum id fuit A. C. 1491. Bursfeldensi Congregationi, sed postea A. C. 1595. ab Ordine avulsum factum est Collegium Canonicorum sæculare.

S. Odolphi.

Vulgo, *in Himmelis* cognominatum, sive etiam in Stauria, situm fuit in Frisia Occideotali, Diœcesi Trajectensi sive Leovardensi, Congregationis Bursfeldensis, cui nomen dedit anno salutis partæ 1495. comparuit etiamnum per se A. C. 1561. in Capitulo Generali & anno 1564. per Procuratorem.

Oelsperg.

Aliàs Mons Christi Benedictini Ordinis insigne Cœnobium, quod ex Voto condidit, bello Ungarico prospere gesto, & insigni prope locum illum parta victoria sub A. C. 1032. Landolus Comes Habspurgius.

Oeningen.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini amœnissimo loco in editiore colle & terrarum fertilissimo tractu supra Rheni ripam Cœnobium, fundatum pro his ab ejusdem nominis potentissimis Comitibus, Chunone nimirum & Richlinde sive Richolita ejus conjuge Otthonis Magni Imp. filia sub A. C. 980. quod postero tempore Canonicis cessit, denique incorporatum mensæ Episcopi Constantiensis.

Oesborch virorum.

Benedictini Ordinis florentissimum Cœnobium haud longè à civitate Trajectensi ad honorem S. Laurentii in palustri quadam solitudine fundatum à Gedebaldo Trajectensiû Pontifice sub A. C. 1121. & munifice dotatum, in quo maxima Monachorum frequentia fuie congregata, qui in vitæ rigore & distributione Regularis observantiæ convixêre, ut ab acco-

ab secolis terræ, vulgo *Carcer Religionis*, appellaretur; et qui in aliis Cœnobiis incorrigibiles videbantur, eodem, à viris sanctis & rigorosis instituendi & cicurandi mitterentur. Obiit Fundator A. 1128. pridie idus Novembr. sepultus ibidem in habitu Monastico.

Oesborch Virginum.

Ab eodem Fundatore, quo & Virorum Cœnobium conditum, in quo consimili rigore, magna ejusdem Ordinis Virginum multitudo Numini emancupata religiosissimè servit.

Oettingen.

Cognominatum Alt-Oettingen, Sanctissimum olim Benedictini Ordinis Cœnobium à S. Ruperto primo Salisburgensium postea Pontifice, magno Bojorum Apostolo, ope Theodonis & Uthonis Principum, ad honorem Deiparæ conditum, quod deinceps in Canonicorum versum Collegium, sæpiusque mutatum, hodie etiamnum ob sanitatum beneficia pro invocatione Deiparæ cælitus collata, longè lateque celebratur.

Offenbach.

Præclarum instituti Benedictini in Palatinatu Monasterium, haud procul Meisenheimio ad Glanum fluvium situm, quod ad instantiam Principis Palatini Congregationi Bursfeldensi adscriptum fuit A. C. 1469. ejusque Reformatio comissa est Abbatibus S. Jacobi & S. Joannis in Rinckaugia.

Offenhausen.

Virginum Sanctimonialium lectissimarum in Wirttenbergia Cœnobium, in quo plurimæ magna generis & Virtutis Nobilitate Christi sponsæ huic se devoverunt, easq; inter sub A. C. 1290. Denckmuota è familia Comitum Wirttenbergiæ, Gröningensis Comitissa Abbatissæ munere præclarè functa est,

Offonis-Cella.

Præstantissimum situ atque opibus Benedictini Ordinis in Diœcesi Argentinensi Monasterium, ab Habspurgi Comitibus Brisiacæ Landgraviis fundatum.

Ogniacum.

Ordinis Divi Augustini Canonicorum Regularium in inferiore Germania, situm in Diœcesi Namurcensi.

Oisterloia.

Insigne sub Regula S. P. Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium Asceterium in Diœcesi Gandavensi.

Oldensleben.

Benedictini similiter Ordinis Cœnobium in Diœcesi Moguntina, Congregationis Bursfeldensis, cui associatum est A. C. 1483. comparuitque etiamnum per se sive Abbatem suum A. C. 1523.

Oldenstatt.

Magnificum olim Benedictinæ Professionis Monasterium, quod sub A. C. 970. condidit Bruno Werdensis Episcopus, postea Papa Gregorius eo nomine V. Otthonis Sueviæ Ducis filius, nepos Ludolphi, pronepos Otthonis Magni Imp. Situm est in Ducatu Lunæburgensi, Diœcesi Werdensi, olim Ulsen, sive Ulsinense Cœnobium appellatum. Fuit etiam Congregationis Bursfeldensis, seque eidem adjunxit A. C. 1485. comparuit ultimò per Procuratorem anno salutis 1516. in Capitulo generali.

Oliva.

Regulæ Benedictinæ potens in Pomerania Cœnobium quod sub A. C. 1180. condidit Subislaus Dux Pomeraniæ, absolvit autem, & liberalissimè dotavit Samborius ejus filius Cassuborum & Pomeraniæ Princeps, qui obiit A. C. 1207.

Omnium Sanctorum.

Præstantissimum olim Cœnobium Ordinis S. P. Benedicti in Civitate Scaphusana siva Schaffhusio ad Rhenum, cujus Abbas Imperii Princeps extitit fundatum ab Eberhardo Comite Nellenburgio, cedentibus aream Equitibus Am Staad cognominatis (cujus familiæ ultimi nostra ætate vixêre Joan. Contadus, ejusque germanus Eberhardus Asceta Weingartensis) sub A. C. 1052. confirmante fundationem S. Leone IX. fundatoris cognato Comite Dagspurgio, aramque summam ibidem consecrante. Obtulit se denique ipsum Numini in eodem Monasterio Illustrissimus Fundator & sanctitate ac miraculorum gloria à Numine commendatus felicissimo transitu ad Dominũ migravit A.C. 1075. 7. Aprilis. Benefecit eidem Cœnobium plurimum lectissima ejus conjux Iiba Comes Palatina de Tübingen, sive ut alii volunt Sueviæ Princepa, neptis ex filio Bertholdo Burcardi Magni Alemanniæ Ducis, quæ & ipsa denique in conditum à se ibidem S. Agnetis Virginum Benedictinarum Cœnobium se conclusit & Monasticem professa, magnis Virtutibus emicuit.

Onolzbacense.

Quod aliàs S. Gumberti honori dedicatum ab ipso etiam, vulgò, cognominabatur, Benedictini Ordinis cultissimum Asceterium, quodque in Herbipolensi Diœcesi Henricus sive Hezelinus ejusdem sedis Episcopus Comes à Rotenburg fundavit & nobiliter dotavit sub A. C. 1008.

Oratorium Daciæ.

Bursfeldensis Benedictinæ Congregationis Cœnobium in finibus Daniæ situm, Diœceseos Arausiensis, Bursfeldensibus associatum A. C. 1488. quod A. C. 1536. ultimò comparuit in Capitulo generali, ex eo deinceps tempore tempestate mutatæ Religionis interceptum, ac aversum.

Orientis fœminarum.

Religiosum admodum & laudatum à disciplina Cœnobium, sub Regula S. P. Benedicti & Reformatione ejusdem Ordinis Cisterciensi, situ in Diœcesi Leodiensi.

Ossiacum.

Pervetus atque celebre Benedictinæ professionis in Carinthia Monasterium, inter editissimos montes,

montes, ad lacum ejusdem nominis piscosissimum, haud procul Villaco, urbe Carenthanorum mercimoniis frequentissimâ situm, à priscis Carinthiæ Archiducibus conditum & dotatum in quo A.C. 1649. Boleslai Parricidæ Regis, qui S. Stanislaum Episcopum ad sacras aras adstantè nefariè occiderat, ignotus autem ad obitum usque in cucullo & conversorum habitu, Ossiaci lateret, & feria pœnitentia, cordis contritione, & corporis quotidiana mactatione vitam sanctè exegerat, tumulum venerati sumus, aliaque inter globum, ceu ex crystallo, vidimus, quem ajunt inter caput solemq; mano retentum, ipsa adustione, capite ægros dementatosque prodidiosè curare. Syllabum Abbas prolixe describit Hieron. Megiserus in Chron. Carinth.

Ostbrucken.

Benedictini item Ordinis magnificum Asceterium quod A. C. 1125. Godebaldus Trajectensis Pontifex XXIV. in honorem B. M. V. & S. Laorentii fundavit. idem de quo supra, quod alio nomine Oesborch appellatur.

Osterhofen.

Benedictini olim instituti Monasterium, fundatum ab Utilone Duce Bavariæ A. C. 760. quod ab Ungris vastatum Henricus IV. Dux Bavariæ restauravit, ibique S. Henricus Imp. sæcolarium Canonicorum Collegium instituit, deinceps autem S. Ottho Bambergensis Episcopus Præmonstratensibus commendavit A. C. 1138. Sepulturam ibi habent Comites ab Hals, & nobiles de Puochberg.

Ostinense.

Cœnobium sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cistercienfium situm in Diœcesi Audomarensi.

S. Osvvaldi.

Ordinis S. Pauli primi Eremitæ Monasterium ante inferiorem Bohemicam sylvam, prope urbem Grauenauw, fundatum A. C. 1396. à Joanne Landgravio de Leuchtenberg Comite in Hals, & quibus villis prædiis ac possessionibus in prædicto Comitatu Hals dotatum.

Othmarsheim.

Benedictini Ordinis in Alsatiæ partibus Cœnobium, olim à veteribus Landgravus Brisiacæ, Habspurgi Comitibus conditum.

Ottenburgum.

Illustre sub Regula Divi Benedicti & sacratissima Cistercienfium Reformatione in Diœcesi Moguntina Monasterium, quod fundatum est, & ad honorem B. M. V. consecratum anno salutis 1145. Calendis Aprilis, cujus Abbas fuit Conradus de Binnighen postulams ex Maulbrunn à singulari religiositate commendatus.

S. Otthiliæ.

Amplissimum nobilissimumque Virginum Benedictinarum in Alsatia Cœnobium, ab Etthicone I. Agilolphingo Principe, Alsatiæ Duce, S. Otthiliæ parente, sub A. C. 690. conditum & amplissimè dotatum, cujus ipsa S. Otthilia primam egit Abbatissam, eique pari sanctitate S. Eugenia successit; Fuit & loci illius Antistita, Ven. mem. Herradis illa, fœmina doctissima, cujus aliqua superant ingenii monimenta.

Oudenburgum.

Insigne Flandriæ, Benedictinæ professionis Asceterium, quod condidit de consensu Roberti Frisii Flandriæ Comitis, & Radbodonis Episcopi Tornacensis S. Arnolphus Suessionensis Episcopus, in quo Beatissimæ Virginis Matris statua quædam, miraculis effulgens, magnam loco conciliavit Majestatem.

P.

Palatiolum.

Regium olim Virginum Benedictinarum Cœnobium constructum Treveris, à S. Rodoaldo ejus urbis Pontifice, sub A. C. 700. cui prima Abbatissa præfecta est S. Adela Dagoberti Magni Regis Franciæ filia.

Päring.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Monasterium, fundatum sub A. C. 1135. per Conradum Henricum & Gebhardum Comites de Raning Rotenburg & Mosburg. Confirmante Fundationem Henrico Ratisponensi præsule Comite de Wolfratshausen A. C. 1143.

Pamburg.

Sive corruptius Pomburg, ejusdem Ordinis in Bavaria similiter, ad confluentiam Trauni & Alzæ amnium, insigne Cœnobium, quod fundatum fuit à Berengerio Comite de Sulzbach ejusque conjuge Adelheide Comitissa de Megling. In quo Cœnobio sepulturam & Capellam propriam habent Barones, nunc Comites de Törringen.

Panz.

Alias Bantum & Banz scribitur, de quo jam supra, littera B.

S. Panthaleonis.

Magnificum atque celebre in Ubiorum metropoli Colonia Agrippina Cœnobium, consecratum in honorem trium cæteroquin SS. Medicorum Panthaleonis, Cosmæ & Damiani, quod ipsam ob vetustatem originis carere notitia, ait doctissimus Gelenius: Cæterum Ludovici Pii Imp. ejusque filii temporibus jam extitisse constare ex diplomate air; imo asserit Stengelius A. C. 670. ibidem jam passum S. Maurinum Abbatem. Restauravit postea Bruno I. Coloniensium Archipræsul Otthonis Magni Germanus, & ob id ipsum Fundator appellatur, confirmavitque Fundationem ejus Benedictus VII. Pont. Max. A. C. 977. Claruere in hoc Monasterio B. Christianus primus post restaurationem Abbas creatus A. C. 964. qui anno 998. sive ut alii contendunt 1001. sancto fine quievit XI. Cal. April. B. Fulbertus Abbas IV. S. Heriberto familiaris, qui & ipsum à morte apparens ad glotiam invitavit. B. Elias Abbas V. Aaron sextus Abbas qui cantum Gregorianum

gorianum à Leone IX. acceptum, primus patriæ induxit, & A. C. 1052. obiit. Beatæ mem. Henricus Abbas VIII. B. Hermannus cognomento Humilis Abbas IX. Comes Zutphaniæ qui ob. 1121. 4. Cal. Jan. Rudolphus Abbas X. à singulari eruditione & monimentis Ingenii celebratus. Wolbero Abbas XII. similiter commendatus. Godefridus ejusdem loci Monachus scriptor & Historicus celeber, itemq; Godefridus alius à morte miraculis clarus. Conditur ibidem & religiosissimè colitur corpus S. Albini alias Albani Martyris qui Verolamii in Britannia passus est sub Diocletiano Imp. 22. Jun. corpus item S. Maurini Abbatis & Mart. & corpus B. Brunonis I. eo nomine Archiepiscopi. Sed & aliæ præstantissimæ illic servantur reliquiæ: Particula aliquot Crucis Dominicæ, notabilis pars capitis S. Panthaleonis, caput S. Clematii, pars cranii S. Maximi, similiter S. Quirini, ossa S. Balbinæ, pars brachii S. Bartholomæi pars brachii S. Sebastiani & S. Vincentii, digitus S. Ambrosii, mandibula S. Mariæ Magdal. mandibula S. Agathæ & digitus, mandibula S. Barbaræ & digitus ejusdem, ut multas alias taceamus.

Parcum.

Sive de Parco Ordinis Præmonstratensis in Germania inferiore Cœnobium Diœceseos Mechliniensis, fundatum fuit A. C. 1129. à Godefrido Barbato Duce Brabantiæ.

Paris.

Insigne olim Benedictini Ordinis ad pedem montis Vogesi Monasterium, quod Monachorum genere nobilium, nobilitatem sæculi præ Christi servitio præferentiû insolentia ac superbia penè perierat, à summo Pontifice Maulbrunnensi Cœnobio incorporatum est A. C. 1453.

Partenense.

Inferioris Germaniæ Cœnobium, situm in Diœcesi Leodiensi, Ordinis Præmonstratensis.

Passaviense.

Benedictinæ disciplinæ Monasterium, florentissimum quondam, ad quod S. Wilhelmus Abbas Hirsaugiensium & alterum è lectissimis suis discipulis Abbatem misit.

S. Pauli.

Celebre Benedictini Ordinis in Carinthia Monasterium. De quo fusius Hieronymus Megiserus in Chronico Carinth.

S. Pauli aliud.

In urbe Ultrajectina, Benedictini Ordinis, olim in monte sancto situm milliari uno ab Amersfurto, ditionis Ultrajectinæ oppido, quod ad honorem B. M. V. annos 1005. Ansfridus Episcopus Trajectensis condidit, ibiq; resignato Pontifice cuculllum amplexus in Domino requievit.

S. Pauli aliud.

Splendidum olim Benedictinarum Virginum in urbe Ratisponensi Monasterium, à S. Wolfgango Ratisponensi Episcopo ope Henrici Ducis Bavariæ conditum, & Sanctissimè informatum, ut inde sibi quoque peterent exempla sanctitatis, Monasterium superius atq; inferius ejusdem civitatis. Ejus prima Abbatissa fuit Beatæ memoriæ Brigida soror S. Henrici Imp.

S. Pauli aliud.

Ultrajectense nimirum fundatum à S. Ansfrido Comite Teisterbandiæ Episcopo Ultrajectensi A. C. 1005. ad quod se deniq; recipiens sancto fine quievit A. C. 1008. Monasterium hoc additum fuit Congregationi Bursfeldensi A. C. 1469. comparuit etiãnum per Procuratorẽ in Capitulo generali A. C. 1605.

S. Pauli aliud.

Dictum de Siloe, alias etiam S. Catharinæ, Benedictini Ordinis Diœceseos Trajectensis prope Groningam situm, utriusque sexus, Congregationis Bursfeldensis, cui se adjunxit A. C. 1469. comparuitq; ultimo per Procuratorem A. C. 1575 in Capitulo

S. Pauli aliud.

Prope Bremam nimirum, ejusdem Diœceseos incertum quo conditore, mature tamen Ordini Benedictino, superioris sæculi calamitatibus, præreptum A. C. 1524. pro cujus restitutione Patres Benedictini Congregationis Bursfeldensis ferventer institerunt A. C. 1563. apud Archiepiscopum Bremensem.

S. Pauli aliud.

Cognomento *in Stadis*; etiam B. M. V. dictum, diversum à Priore, ac similiter in Diœcesi Bremensi situm, Congregationis etiam Bursfeldensis, cui adscriptum fuit A. C. 1510. Excusavit autem absentiam suam in Capitulo generali A. C. 1525.

S. Paulini.

Pervetus Benedictinæ professionis apud Treveros Cœnobiû, præmaturè tamen Divo Benedicto ereptum communicatumque in Collegium Canonicorum sæcularium.

S. Paulinæ.

Alias Paulina cella, insignis Benedictini Ordinis Abbatia in Thuringia, Diœcesi Moguntina, fundata temporibus Henrici IV. Imp. à S. Paulina Comitissa Thuringica, quæ inclusorum rigidissimum sectata institutum in vita & post mortem, infinitis legitur claruisse miraculis, ibidem tumulata. Cæterum Cœnobio illo à se condito, coloniam Monachorum Hirsaugiensium induxit, quibus Abbas primus ex eodem Cœnobio præfuit sanctæ memoriæ Gotungus, vir maximorum meritorum cujus vitam Trithemius descripsit.

Pegavium.

Illustris nominis in Saxonia Monasterium, cujus meminit in Catalogo Abbatû Imperialium Frid. III. Imperator, quibus jus ferendi suffragii in Comitiis Imperialibus competebat.

Pellisium.

Benedictinæ Regulæ Reformationis Cisterciensis

ensis in finibus Ungariæ Cœnobium, cujus meminit in descriptione Ebracensis Cœnobii Bruschius.

Pergenium.

Benedictini Ordinis Nobile Monasterium, ad honorem S. Crucis, pro Virginibus Deo sacratis conditum in Diœcesi Eichstettensi, præfectura Heers-Brugck dimidio milliari à Neoburgo Danubiano, quod fundatum fuit sub Otthone II. Imperatore, ab Jllustrissima Principe Willitrude Bertholdi ultimi Bavariæ Principis A. C. 976. quæ in eodem se ipsam Christo devovens prima ejus Abbatissa fieri meruit; & magnam deinceps nobilissimarum Virginum multitudinem Regum Regi copulavit.

Peterlingen.

Latinè Paterniacense Cœnobium, cujus meminit in Catalogo Statuum sive Ordinum Imperii jus suffragii in Comitiis habentium Fridericus III. Imperator.

S. Petri.

In Abdickhofen, de quo jam superius, littera A.

S. Petri aliud.

Benedictini Ordinis Cœnobium situm in Diœcesi Argentoratensi, de quo Rotulus, ut vocamus, Visitationis de A. C. 1485. quo obiisse ibidem, legitur Theobaldus Abbas.

S. Petri aliud.

In Ubiorum metropoli Colonia Agrippina quondam pro Ascetis Divi Benedicti conditum ab Hildeboldo Archiepiscopo Coloniensi sub A. C. 840. In quo plurimo tempore Episcopi sepeliri voluerunt, quo deinceps loco Metropolitana Ecclesia consurrexit.

S. Petri aliud.

In civitate olim Erfordensi situm, Benedictini Ordinis magnificum Cœnobium, ex quo ad Archiepiscopalem Moguntiæ Cathedram extractus est Richardus ejus loci Abbas, sive Ruthardus, eam multis meritis cumulavit. Eidem Cœnobio præfuit sub A. C. 1228. Wernherus postulatus ex Hirsaugia, alter penè S. Petri Fundator.

S. Petri aliud.

In monte Matronæ in Bavaria, de quo supra lit. M. Matronense.

S. Petri aliud.

Celebre sub Regula Divi Benedicti Monasterium in Saxonia fundatum in monte Lauterbergio, quod condidit sub A. C. 1130. Luitgarda sive Lucia, Conradi Magni Marchionis Landspergensis & Lusatiæ Conjux, Friderici Sueviæ Ducis filia.

S. Petri aliud.

In Hercinia sylva, duobus sive sesqui à Friburgo Brisiacæ milliaribus, conditum à Bertholdo Zäringiæ dehinc Alemanniæ Duce A. C. 1093. & consecratum à B. Gebhardo ejus germano Constantiensi Episcopo, sedisque Apostolicæ per Germaniam Legato, cum Monachos ex Weilheim, ubi primùm pater utriusq; Cœnobium fundaverant, transportassent.

S. Petri aliud.

Salisburgense nimirum, à Magno Bojorum Apostolo primoque Juvaviæ sive Salisburgi Episcopo S. Ruperto fundatum sub A. C. 580. cujus ipse etiam, ut vetustissima ejus loci monimenta habent primum Abbatem egit, quem deinceps memorabilis omnino virorum Jllustrium in Abbatia eadem sequutus est numerus, fuitque Cœnobium illud promptuarium SS. Episcoporum. Mortuus est S. Rupertus A. C. 623. quem sequutus in Abbatia est, & in Episcopatu S. Vitalis; hunc S. Ansalogus, Ansalogum S. Savolus, Savolum S. Ezzius, Ezzium S. Flobargisus, Flobargisum S. Joannes, Joannem S. Virgilius, & hi omnes S. Petri Abbates, iidem sanctitate clarissimi Juvaviæ Pontifices fuere. Auxit summopere res S. Petri S. Virgilius, in cujus gratiam multa Monasterio illi collata sunt, superantque etiamnum antiquissima Diplomata, quale illud est tempore Thassilonis Ducis, cum Ugo Actor ipsius Ducis & filius ejus Ulitb nonnulla Deo & S. Petro tradidissent, in cujus fine legitur: *Actum & confirmatum est coram Virgilio Episcopo atque Abbate & cunctis Monachis, Indictione* 4. 2. *Cal. Febr.* Virgilium sequutus est in Abbatia Bertricus, idem post pauculos annos electus Episcopus, mortuus A. C. 785. cum Abbatiæ annos 6. Episcopatui unum solummodo præfuisset. Hunc in utroq; munere Arno; qui primus à Leone III. Pont. Max. interventu Caroli Magni Imp. pallium & jus Legationis necnon Archiepiscopi titulũ meruit. Post hunc Ammilonius, Adalramus, Luitpramus, Adalwinus, Adalbertus, Diethmarus, Pilgrinus, Udalbertus, Egilolphus, Heroldus, Fridericus, omnes omnino ejusdem Cœnobii Monachi, iidem Archiepiscopi & Abbates fuēre. Ultimus ex Archiepiscopis iisdemq; Abbatibus S. Petri S. Thiemo fuit, qui A. C. 1102. apud Corozaim Orientis, Martyrium subiit, ut nemo miretur satis ex uno hoc felicissimo Cœnobio uni huic Archiepiscopali Cathedræ 101 Pontifices, duos scilicet & viginti concessos, & hos quidem inter novem compertissimæ sanctitatis, è quibus duo delecti sint præcipui Metropolitanæ Ecclesiæ, totiusque Diœceseos ac provinciæ Tutelares. Sed & aliis Cathedris diverso tempore Pontifices dedit idem Monasterium, Gurcensi Henricum, Brixiensi Reginbertum, & ut verbo dicamus, Promptuarium fuit lectissimorum Pontificum; cujus merita attendentes duo Eberhardi Archipræsules: alter alterius decreta confirmans: *ob antiquam*, inquiunt *dignitatem Ecclesiæ S. Petri, quæ Metropolis fuit, & omnis salutis fundamentum, totiusque provinciæ & multarum gentium, à qua dignitas omnis, & magnificentia cum multis aliis redditibus ad nostram Ecclesiam processit, &c. attendentes antiquissimam ejusdem Ecclesiæ dignitatem, & consuetudinem in processionibus, &c. ex certa nostra scientia, eam ut Matrem venerantes antiquam, &c. cum consensu Canonicorum Ecclesiæ, &c.* statuerunt: *Ut in perpetuum Ejusdem Cœnobii* Ascetæ, *ultimum & digniorem locum habere deberent, &c.* dignissimo omnino, grati animi exemplo, & quod supra omnem aliam gloriam Jllustrissimi Canonico-

rum

rum Collegii modestiam commendet, simulque Religionem.

S. Petri aliud.

Virginum Benedictinarum Cœnobium, haud longè à Creuzenach oppido.

S. Petri mons.

Vulgo Petersberg, quod crescente numero Fuldensium, eleganti loco coudere cœpit S. Sturmio Abbas, totum autem Monasterium absolvit sub A. C. 786. Landolphus ejusdem successor, & colonia sanctorum Monachorum instruxit.

S. Petri mons.

Aliud à Priore Cœnobium, Ordinis Canonicorū Regularium S. Augustini situm in Diœcesi Metensi.

SS. Petri & Pauli.

In Amesleben Benedictini Ordinis Asceterium, in Diœcesi Magdeburgensi Congregationis Bursfelsis, huic adnumeratum A. C. 1468.

SS. Petri & Pauli.

Aliud, Benedictini similiter instituti, prope Mersburg in Saxonia, ejusdem Diœceseos Congregationis Bursfeldensis, cui se addidit sub annum Christi 1460. circiter. comparuitque ultimo in Capitulo A. C. 1550.

SS. Petri & Pauli.

Novi-villariense professionis Benedictinæ, situm in Diœcesi Argentinensi, cujus meminit Visitationis Rotulus, ut vocant, de A. C. 1485. diciturq; eo ipso obiisse ibidem F. Martinus à Willsperg sive Wildsperg.

SS. Petri & Pauli.

Nec non S. Medardi, in Flierbach prope Lovanium Benedictini Ordinis, Congregationis Bursfeldensis, incertùm quo primùm anno eidem inserū, postea aliquamdiu intermisso usu segregatum, etsi A. C. 1605. denuo incorporatum eidem sit.

SS. Petri & Pauli.

Fuldæ de quo jam supra prolixius egimus.

Petrusium.

Vulgo Petershausen per antiquum Benedictini Ordinis Asceterium, situ elegantissimo, ad Rheni è Potamo lympidissimè emergentis alveum, & pontem ejusdem in Suburbio Constantiæ Acroniance à S. Gebhardo Episcopo, Brigantii Comite conditum A. C. 980. eundem quem Fundatorem primum etiam Abbatem habuit, qui postea successorem ibidem Beringerum nominavit, & præter multa alia dona eidem Cœnobio suo caput S. Gregorii Magni Româ attulit, ipse denique apud suos sepeliri voluit.

S. Petri consecrati.

Vulgo Weyh S. Peter, extra muros olim Ratisponenses Benedictini Ordinis Cœnobium, tempore Caroli Magni conditum, in colle Victoriæ, ubi corpora eorum qui in prælio ceciderant sunt condita, quod Monasterium S. Petrus Apostolus prodigiosè consecravit. Disjectum denique est per Philippum Comitem ab Eberstein, qui Cæsaris Præsidio militari Ratisponæ præerat, quod hostibus propugnaculi loco contra urbem inservire posset, & Monachi ad S. Jacobi translati.

Pettendorff.

Non longè à Ratispona insigne Virginum sanctimonialium Monasterium inter ostia Regeni & Nabi amnium, conditum à Ludovico IV. Imp. & Duce Bavariæ.

Pfaffenmünster.

Antiquum & celebre olim Bavariæ, Benedictini Instituti Cœnobium, quod sub A. C. 734. S. Pirminius ope Boicæ Principum condidit, & lectissima Monachorum coloniâ instruxit.

Pforten.

Sive zur Pforten Benedictini Ordinis Asceterium in Thuringia situm, prope Naumburgum celebrem civitatem conditum A. C. 1131.

Pfullingen.

Ordinis Pauperum, ut vocant, S. Damiani, & S. Claræ de Assisio Diœceseos Constantiensis in Ducatu Wirttenbergiæ, quod A. C. 1150. duæ sorores nobiles Mechtildes & Irmula ex familia Kremp à Pfullingen condiderunt, quod postero tempore opibus crevit & splendore, in quo multa Nobilitas Christi amplexa est servitutem.

Piburg.

Benedictini Ordinis Cœnobiū, sitū in Diœcesi Ratisponensi, cujus meminit Rotulus de anno 1485.

Pildenreütten.

Canonissarum Regularium, Ordinis S. Augustini Cœnobium perelegans, situm in nemore Norimbergensi, ad amplissimos lacus, Diœceseos Aichstadianæ, A. C. 1340. à Ludovico IV. Imp. conditum, inde cognominatum, quod imaginem Crucis Imperator eo loci prodigiosè apparentis fuisse intuitus, diceretur.

Pilhofen.

Benedictini Ordinis Virginum, antiquæ fundationis Monasterium.

Pirckenfeldt.

Virginum sanctimonialium Nobili genere natarum, sub Regula Divi Benedicti & Reformatione Cistercienſi illustre Monasterium ad Æstrum amnē haud multùm supra Neostadium Franconiæ, à Friderico Zollerano, primo Norimbergæ Burggravio, ejusque conjuge Helena A. C. 1276. fundatum; cui dein Cœnobio Equites de Seckendorff multa liberalissimè contulerunt.

Pluomentaal.

Domus Fratrum Teutonicorū in Bavaria, fundata à Bertholdo Mariscallo de Schiltperg. de qua Hund.

Sanct. Pölten.

Alias S Hippolyti Canonicorum Regularis Ordinis S. Augustini fundatum ab Austriæ veteris lineæ Marchionibus, quod S. Altmannus Passoviensis Episcopus insigniter demeruit & restauravit.

Pollingen.

Ejusdem Ordinis Cœnobium in Bavaria situm, pro Benedictinis primùm Virginibus per Landfridum, Waldramum & Eilandrum Agilolfingos Principes sub A. C. 740. conditum, mox à Thassilone Duce Fundatorum cognato insigniter dotatum, etiam Monachis introductis, quod dein ab Ungaris vastatum, S. Henricus Imp. restauravit. Cæterum Gisila Imperatrix Conradi Salici Uxor pulsis monialibus locum Canonicis Regularibus incolendum dedit, quod usque hodiè possedêre.

Pons Leoninus.

Virginum Cistercienfium ad amnem Oleachiam vulgo Lewich, medio fere itinere Treverim inter & S. Matthiæ Benedictinam Abbatiam, elegans Cœnobium, in quo quinquaginta genere Nobiles Virgines vivere & servire Numini, olim consuevêre. Ejus loci origo prima & Fundatores incomperti, secundarius tamen Conditor & Restitutor habetur D. Ortolphus Schuler Scabinorum Treverensium Princeps, qui A. C. 1322. ob. ibiq; meruit sepulturã.

Poplinium.

Insigne sub Regula Divi Benedicti in Ducatu Pomeraniæ Cœnobium, quod sub A. C. 1180. fundavit, & liberaliter dotavit Samborius Princeps Cassuborum, Dux Pomeraniæ, &c.

Porcetum.

Haud procul Aquisgrano illustre virorum sub Regula Divi Benedicti Monasterium, cujus prima fundamenta jecit S. Gregorius Græciæ Regis filius, eidemque primus Abbas præfuit, quod deinceps sub Reformatione Ordinis Cistercienfi mirificè effloruit.

Portense.

Ejusdem Instituti Cœnobium in Saxonia, quod sub A. C. 1190. fundavit magnus Monachorum Mecænas Ottho Marchio Misniæ & Lusatiæ, una cum conjuge sua Hedwige, Alberti, Ursi cognomento Marchionis Brandeburgii filia.

Posechium.

Vulgo Posech, Benedictinæ professionis, Congregationis Bursfeldensis Cœnobium, quod huic nomã dedit A. C. 1433. floruitque etiamnum anno 1550.

S. Præjecti.

Sive Projecti ejusdem Instituti, situm in Diœcesi Noviomensi.

Pratense.

Alias de Pratis illustre Virginum Benedictinarum Reformationis Cistercienfis in Germania inferiore Monasterium, conditum à Walbero de Marvis Episcopo Tornacensi sub A. C. 1248.

Pratense.

Aliud, sive idem sit cum superiore, quod tamen situm in eadem Diœcesi Cl. Robertus Ordinis S. Augustini esse persuasum habet.

Preittingen.

Vulgo Burg-Preittingen Benedictinæ familiæ ad Werram fluvium, in quo vel Visurgim Wideradus Bato ab Eppenstein Abbas Fuldensis, vir sanctus, diem ultimum obiit A. C. 1075.

Preittenauvv.

Preitenauw Hassiæ perillustre Cœnobium, Benedictinæ institutionis, Diœceseos Moguntinæ, fundatum & dotatum magnificè à Wernhero Comite, anno Christi 1117. missis eo ex Hirsaugia duodecim Monachis cum designato Abbate Druiwino.

S. Prisci.

Inferioris Germaniæ Cœnobiũ, prædicti Ordinis situm in Diœcesi Noviomensi, sive Noviomagensi.

Pronauvv.

Diœceseos Treverensis in Hassia Cœnobium, Congregationis Bursfeldensis, cui unitum fuit A. C. 1490. Cæterum expulsi ab Hasso videntur sub A. C. 1547. comparuêre nihilominus etiam post expulsionem in Capitulo generali A. C. 1550, 51, & 52.

Prüel.

Carthusianorum prope Ratisponam Monasterium amplissimum, olim Ord S. P. Benedicti quod fundavit Gebhardus II. Episcopus Ratisponensis Comes ab Hohenwart A. C. 997. Restauravit Hartwicus Episcopus filius Engelberti Ducis Carinthiæ, Albertus denique ejectis Benedictinis, rogato Papæ consensu Carthusianis tradidit A. C. 1484.

Prufening.

Proximum loco, uti litteratum, ordine, celebre item prope Ratisponam Monasterium, Ordinis Divi Benedicti, Fundatorem habuit S. Otthonem Bambergensem Episcopum Pomeranorum Apostolum A. C. 1109 cujus Abbas primus fuit S. Erminoldus illustri in Suevia genere natus Monachus Hirsaugiensis S. Wilhelmi Abbatis discipulus.

Prumia.

Sive Prunia, Cœnobium Salvatori factum, inter celebriora Benedictini Ordinis habitum, in quo Lotharius Imp. Aug. Ludovici Pii filius relicto Imperio Monachum professus est, claruerunque inter alios viros genere & sanctitate Illustres Wandelbertus Monachus, qui metricè scripsit Martyrologium cum operibus Bedæ editum, & Regino Abbas scriptor celeberrimus.

Pussiensi.

Ad spectatissimum Sueviæ montem Pussinum, veterum Alemanniæ Ducum aliquot residentiam, ut vocant, cujus Cœnobii primam Antistitam egit B. Tudecha quæ obiit A. C. 1231. fuitque Collegium Virginum Cistercienfium, quod deinceps Baindum prope Weingartten translatum est.

Q.

Quedlinburg.

Aliàs Quellenburg, famosissimum ac potentissimum Virginum Ordinis Divi Benedicti, in Saxonia Monasterium, quod sub A. C. 930. Henricus I. Imp. Augustus cognomento Auceps condidit, in eoque filiam

filiam suam Mechtildem Principem omni virtutum genere summè conspicuam Deo obtulit, quæ & prima fieri Abbatissa meruit, quam deinceps incredibilis Virginum & Principum illustrissimarum numerus subsequutus est, quæ in omni paupertate & humilitate in domo Dei abjectæ esse elegerunt.

S. Quintini.

Vulgo, *in Insula*, Benedictini item Ordinis Monasterium inferioris Germaniæ, situm in Diœcesi Noviomensi.

R.

Ramsauvv.

Ordinis S. Augustini mendicantium, quod sub A. C. 1412. in Comitatu Hagensi construxit Georgius de Fraunberg, infra Wasserburgum ad Oeni ripam, confirmante Fundationem Alberto Ratispon. Præsule.

Radstede.

Benedictinæ Professionis Illustre Monasterium, quod tempore Henrici IV. Imperatoris Huno, cognomento Gloriosus Comes ab Altenburg condidit, & liberalissimè locupletans, in eodem denique se ipsum Numini devovit, in quo & filius ejus unicus cucullum complexus Christo Domino sub Regulari disciplina se æternùm mancipavit.

Raitenpuch.

Canonicorum Regularium S. Augustini celebre Cœnobium in Bavaria, fundatum à Guelphone VI. Henrici Nigri Principum potentissimi Ducis Bavariæ, &c. filio, Henrici superbi fratre germano A. C. 1185. Quiescunt in hoc Monasterio corpora SS. Pirminii & Feliciani & caput S. Pinosæ Virg. cum magna parte corporis ejusdem, ex societate S. Ursulæ. Mortuus est Fundator A.C. 1191. Ibidem juxta filium, Guelphonem VII. qui ante Patrem decesserat, tumulatus.

Raitenhaslach.

Pulcherrimum Cisterciensiũ in Norico & agro Burckhausiano juxta Salzam amnem Cœnobium à Wolframmo & Hemma de Tegernwanck Dynastis eorumque filiis Wolframmo juniore & Henrico fundatum A. C. 1143. quam fundationem post triennium Eugenius Papa confirmavit.

Rameia.

Celeberrimum ab eximia sanctitate incolentium inferioris Germaniæ Cœnobium, ejusdem cujus proximum instituti, situm in Diœcesi Namurcensi. De quo nos sæpius in Menologio & Annalibus Benedict.

Ranshofen.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini in Bavaria Cœnobium, fundatum ad honorem S. Pancratii ab Henrico VIII. Duce Bavariæ, cognomento Magno seu Nigro Guelphonis IV. filio, confirmante & augente dotationē ejus filio Henrico IX. Cæterum decennio post, *nempe A. C.* 1135. ut ait Hundius, *primo consecratum est Monasterium à Reginoberto Episcopo Pataviensi 6. Id. Novemb. Henrico Duce IX. Bojorum, filio Henrici Magni, genero Imperatoris Lotharii, qui dictus fuit Superbus, &c.* allegatq; super hoc fidem Conradi eo nomine primi hujus ipsius loci præpositi, qui sic diligenter descripserit. Vixit Conradus 1177.

S. Ratthonis.

Sive Rassonis vulgo S. Graffrath. de quo jam supra littera G.

Rebdorff.

Canonicorum Regularium S. Augustini elegans ad Almonum amnem sive Altmulium, in amœnissima valle Monasterium, fundatum A. C. 1156. à Beatrice Imperatrice Friderici I. altera conjuge, quæ pagum Rebdorff condendo Cœnobio Conrado à Morspeck Episcopo Eichstettensi obtulerat. Dotavit egregiè locum Gebhardus ultimus Comes à Hirsperg, ejusdem sedis Episcopus, ibidem uterq; à morte conditus.

Rechentshofen.

Virginum sacrarum sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium in Wittenbergia Monasterium, alias Mariæ-corona appellatum fundatum sub A. C. 1200. à Comitibus de Vaihingen & Dynastis de Wizzenstein, quod deinceps alii & alii Albertus de Lamersheim, Suiggerus de Gimmingen, Walherus de Lupffen, &c. liberaliter dotaverunt.

Reckemense.

Ordinis Præmonstratensis in inferiore Germania Cœnobium. situm in Diœcesi Leodiense.

Reckenrieden.

Ejus solemnia mentio in Catalogo Abbatiarum per Fridericum III. Imp. edito, & actis Imperialibus inserto quarum Antistites tanquam membra S. R. I. jus suffragii in Comitiis Imperialibus habent.

Redageshausen.

Celebre sub Regula S. P. Benedicti, Reformationis Cisterciensis Monasterium, fundatum A. C. 1145. & consecratum 3. Cal. Julii.

Regius Fons.

Germanicè **Königsbrunn**/de quo jā supra lit. K.

Reichenbach.

Benedictini Ordinis Cœnobium in Bavaria, fundatum à Theobaldo Marchione de Vochburg in ditione sua ad amnem Regum, aliquot supra Ratisponam milliaribus, quod deinceps Religione & splendore ædificiorum excelluit.

Reichenbach.

Aliud ejusdem Ordinis Cœnobium, sanctissimi illius & meritissimi Cœnobii Hirsaugiensis membrum nobilissimum, quod Magnus ille Ordinis Reformator, idemque Monasterii Hirsaugiensis Restitutor & Abbas S. Wilhelmus A. C. 1082. in Nigra sylva loco, qui à Rivo, qui ibi Murgam amnem influit, Reichenbach dicebatur, condidit, Bernone ingenuo quodam, fundum offerente. Priorum loci illius Catalogum, vel pro ipsa eorumdē dignitate, & quia

non ita obvius est ptnponimus, ex quo tanto pluris æstimes Archisterii Hirsaugiensis, ex uno hoc ejus membro eminentiam & dignitatem.

Priores Reichenbacenses:

1. S. Wilhelmus, qui tamen postquam structioni aliquamdio & novi gregis ioformationi præstitisset Ernesto sequenti viro egregio cessit Prioratũ. Fuit autem Wilhelmus è sanguine Docum Bavar.
2. Ernestus nobilis de Gisenheim, sub quo & antecessore S. Wilhelmo primi hujus loci Conventuales extiterunt: Waltherus senior; S. Theogerus postea Abbas S. Georgii & Episcopus Metensis, Diethmarus Baro de Trivels, postea Abbas Weingartensis, Berino Baro de Sigburg, Dominus ab Heigerloch; S. Thiemo S. Wilhelmi cognatus è familia Ducũ Bavariæ postea Archiepiscopus Salisburg. & Martyr Reginardus Scriptor celeberrimus, Bern nobilis de Vischpach; Engilricus de Cureuberg, Ludepertus de Venningen; B. Gebhardus Dux Zäringiæ postea Episcopus Constantiensis; Henricus postea Abbas Breitenaugiæ, Bernolphus postea Abbas in Blidenstatt; Azelinus postea Abbas in Blawburen; Notgerus dein primus Abbas in Zwifalten; Wernherus post Abbas S. Albani - - - - - - - - - Baro à Ruseck - - - - N. - - Comes Palatinus de Tübingen. Wernherus dein Abbas S. Albani, Conzigo, postea Abbas Laurissensis.
3. Gotthardus Comes ab Urach postea creatus Episcopus Spirensis, sub quo, præter aliquos ex jam memoratis, Conventuales fuêre: Erckenwoldus postea Abbas I. in Scheurn; Bruno nepos Arnulphi Imp. Erlolphus, postea Murbaci, demum Fuldæ Abbas, Hildericus & ipse postea in Scheyren postulatus; Luitfridus Comes de Gamertingen; Adalo de Gundrichingen; Mancgold. de Sunthsen.
4. Bruno Comes de Wirtenberg, ex Priore hujus loci Abbas Hirsaugiæ, demum Episcopus Spirensis, clarus miraculis, obiit A. C. 1120. Sub quo Conventuales: Wernherus postea Abbas in Weingarten; Albertus de Fuchtwangen, dein Abbas Schweinfurtensis; Offimarus Dominus de Brenburg; Gumboldus de Wähingen; Ruderus ab Hammerstetten, &c.
5. Trudewinus: è cujus Ascetis alios inter spectatiores fuêre: Burcardus Comes de Malsch, forte Matsch, postea Abbas Weingartensis, Wipertus de Lockenhart; Pilegrinus dein Abbas Zwifalt; Waltherus de Reggsingen; Henricus postea Abbas Zwifaltensis; Mano de Schweindorff.
6. Adelhelmus Comes Palatinus de Tübingen, sub quo convixère alios inter: S. Ernestus postea Abbas Zwifaltensis & Martyr; Erlawinus de Berneck, Antwart ab Hohenstatt; Wazelinus; Gottfridus de Venningen; Udalricus de Flacbberg &c.
7. Wolmarus Baro, incertum cujus familiæ, postea Abbas Hirsaugiensis creatus A. C. 1120. Henricus de Diessen Bertholdus de Diessen frater Henrici; Brungerus de Lein-stetten, Uxmannus, Bertholdus & Adelbertus tresfratres, Comites de Blassenberg Goswinus de Spizenberg, &c.
8. Manegoldus de Kundorff dein Abbas Hirsaugiæ A. 1157. sub quo: Wolframus Dapifer de Dornsperg postea Abbas S. Michaëlis Bambergæ; Reginwerdus Comes de Leiningen; Helmericus, dein Abbas S. Michaëlis; Trurolphus & ipse Abbas S. Michaëlis Jodocus de Buch, &c.
9. Rupertus, factus dein Abbas Gottisaugiæ, demũ A. C. 1161. Hirsaugiæ. Sub hoc convixère inter alios: Fridericus; Henricus Baro de Graueneck; Luitfridus Pincerna Baro de Winterstetten; Reginbodo de Neüneck, Hugo de Thalheim &c.
10. Conradus Comes de Kirchberg, postea Abbas Hirsug. sub quo Conventuales: Berinwart Baro de Castell, Rudolphus Comes de Veringen; Sigefridus Comes de Veringen inter fratres conversos hujus loci, consanguineus Rudolphi; Gerungus ab Eringstein; Diepoldus - - - - Hermannus de Wechenheim, &c.
11. Henricus Marchio de Rumsperg, demũ Abbas Hirsaugiæ, sub quo: Hugo de Wiler; Conradus de Schorndorff; Gottfridus de Schauwenburg.
12. Marquardus Comes de Sonneuberg 1188. fit demum Abbas Hirsaugiæ, sub quo: Hermannus Comes à Sulz, Ludebertus de Stauffenberg Wielandus ab Altheim.
13. Luitfridus de Sindelstetten 1197. demom Abbas Hirsaugiæ 1205. sub quo: Enzmañus de Thalheim, Henricus ab Auw, Hugo de Wiler, Egilolphus ab Hardeck, Erckenbertus ab ab Höburg &c.
14. Eberhardus, genere Nobilis, postea Ab. Hirsang. sub quo Reginbodo de Güldelingen sive Gültlingen, Wildeboldus de Warkeodorff & plures alii.
15. Ernestus A. C. 1217. postea Abbas Hirsaugiæ 1231. sub hoc Conventuales bujus loci fuêre: Hugo Baro de Granenegg, Wernherus de Sallistetē, Mengilaus de Ober-Encheim & plures præterea.
16. Wolpoldus de Mur, hinc assumptus in Abbatē Hirsaugiæ, 1245. Sub quo hinc postulatus Campidoni Abbas Ulricus de Wurmberg A. C. 1253. Henricus de Sallestertē, Egilolphus de Brandeck, Gottfridus Hipp de Ergazingen; Burcardus de Sulzauw; Adelbertus ab Haigerloch, &c.
17. Volandus 1263. postea Abbas Hirs. A. C. 1276.
18. Kraffto Nobilis de Neüneck 1276. fit Abbas Hirsaug A. C. 1280. sub quo Conventuales: Hildeboldus ab Ysenburg; Bertholdus de Blanckenstein; Henricus Comes Palat. de Tübingen; Adelbertus de Waldegg, &c.
19. Godefridus Nobilis de Münchingen 1279. dein Ab. Hirs. 1293. sub qoo Conventuales: Bertholdus Comes ab Acheln, Eberhardus de Myringen, Richardus de Windeck; Marquard. ab Ylingē &c.
20. Conradus Stimmer A. C. 282. sub quo Bertholdus de Gundringen, Rudigerus de Wiler, &c.
21. Rudigerus, forte idem de Weiler, 1297. sub quo Hartmannus Nobilis de Diessen; Menradus ab Urach; Fridericus de Rosenfeldt, &c.
22. Luitfridus 1314 Sub quo Luitgerus de Töttingen, Albert & Luitfridus Hippen ab Ergaxingeo, Nicolaus de Waldkirch.
23. Wicardus 1326. postea factus Ab. Hirsaug. 1341 sub qoo Ulricus de Mellistetten, Conrad. de Binsdorff, &c.
24. Reimbotto Comes de Rortenfels 1339. sub qoo Heinzmannus Comes ab Eberstein; Anselmus ab Hirsdorff, Theodoricus Stoe à Storenburg, Felix de Simmetingen.
25. Volmarus II. 1343. sub quo Theod. de Diassen, Marquar-

Marquardus ab Ehingen; Wilhelmus à Liechtenstein; Hugo de Nellingsheim,&c. Sed Conventuales alii desiderantur.
26. Marquardus ab Ehingen fit Prior A. C. 1343.
27. Volzo Nobilis de Weittingen, 1353.
28. Hugo ex equestri familia de Neuneck A.C.1361
29. Hermannus designatur Prior A. C. 1369.
30. Theodoricus ex familia equestri de Diessen 1370
31. Henricus Culdin 1373. postea Abbas Hirsaugiæ.
32. Godefridus 1379. sequenti anno fit Abbas Hirs.
33. Reinhardus ab Auw ex equestri genere A. C. 1381.
34. Conradus III. cognomento Staler A. C. 1400.
35. Nicolaus Vogelin.
36. Nicolaus Comes de Sulz.
37. Wolfgangus Meiser de Berg, postea Abbas Hirs.
38. Joannes de Malmsheim.
39. Joannes II. ex familia equestri de Münchingen.
40. Joannes Georgius Hettinger.
41. Georgius, fit A. C. 1482. Abbas Hirsaugiensis.
42. Joannes ex equestri familia de Wangen.
43. Nicolaus Nobilis de Ersingen.
44. Joãnes Widel, hinc postulatus Abbas in Schut.
45. Joannes de Roth, dein Abbas Hirsaug 1503.
46. Henricus ex Equestri familia de Sternheim, dein Abbas Hirsaugiensis A. C. 1514.
47. Joannes Tubinger, designatus Prior A.C.1524.
48. Joannes Schultheis, Abbas dein Hirsaugiensis.
49. Georgius Fabri, re pessimè gesta deficit.
50. Dietericus Romanæ Ecclesiæ renuncians, paulo post à Coco Monasterii mactatur.
51. Jacobus ab Alpersbach peste decessit A.C. 1531.
52. Valentinus Wezelius. obiit 1581. miser Status Monasterii.
53. Joannes Hygelius designatus Prior A.C. 1581.

Et hue usque de Prioribus unius Prioratus Reichenbacensis ex quo advertas in hoc solo Monasteriolo, quanta ex multitudine virorum Nobilium, de reliquis tot nobilissimorum Cœnobiũ submetiaris.

Reicherſperg.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Cœnobium ad Oeni ripam supra Obernberg & Passavium in Ducatu Bavariæ, fundatum à Bernardo Comite de Reicherſperg ejusq; uxore D.Dietpurge Comitissa ab Helffenstein; sub A. C. 1090. Sepulturam illic habent Nobiles de Schwent, de S. Martin, de Trenbach, & de Kalling.

Reimburg.

Virginum sanctimonialium in Germania inferiore Monasteriũ situm in Diœcesi Harlemensi Ord. Bened.

Reinebeck.

Virginum item cœnobium ab Anhaltinis, nisi fallimur Principibus in Saxonia conditum, in quo alias inter Jllustres Virgines claruit Catharina Princeps Anhaltina.

Reinhartzborn.

Celeberrimum Benedictini Ordinis Cœnobium in Thuringia, ab hujus provinciæ Landgraviis conditum, in quod mirè beneficus fuit Ludovicus eo nomine II. Comes Thuringiæ, pater Ludovici III. Landgravii primi ejusdẽ regionis, qui & seipsũ ibidem in cucullo emancipavit. Claruêre in hoc Cœnobio multa insignia sydera, è quo ad cathedrã Halberstadiensem extractus fuit Herrardus Episcopus XIV. Situm est in Diœcesi Moguntina in quod multa item contulit Ludovicus III. supra dictus.

Reinhauſen.

Ejusdem Ordinis & Diœceseos fundatum A.C. 1096. in Saxonia & competenter dotatũ. Ejus primus Abbas fuit Reinhardus eruditione & sanctitate præcipuus, qui plurs reliquit duratura ad omnẽ seculorum æternitatem monimenta, multisque in vita & post mortem miraculis claruit; *per cujus meritum*, inquit Trithemius, *usque in præsentem diem omnipotens DEVS, morbum quem Caducum appellant, in eodem loco ipsum devotè invocantibus, curare perhibetur.*

S. Reinoldi.

Fuit hic Ordinis Divi Benedicti Monachus S. Panthaleonis Coloniæ, Martyrio deniq; coronatus cujus factum corpus Tremoniam translatum est in Sacellum quoddam ab Henrico de Mörs Archiepiscopo restitutum, cui paulo post Cœnobium Virginum Divi Augustini accrevit, cujus præcipua fundatrix Margarita de Waldecken extitit sub A.C. 1447.

Reinsdorff.

Celebre Benedictinæ professionis in Thuringia Cœnobium, situm in Comitatu Everfordensi, Diœcesi Halberstadensi, fundatum, ut credimus à Thuringiæ Landgraviis, insigniter dotatum à Comitibus Groizensibus & Beichlinganis. Adjunxit se Bursfeldensibus A. C. 1491. citatur in Catalogo mortuorum A. C. 1542.

Reüten.

Alias MARIÆ-reüten Wirtenbergiæ, prope Wildpergam oppidum Cœnobium Virginum Dominicarum, Diœceseos Constantiensis, fundatum fuit A. C. 1318. à Comite Burcardo ejusq; conjuge Rutgarde Palatinissa, ut ait Crusius, qui tamen in Paralip. c. 23. conditum vult A. C. 1309.

Reydingenſe.

Sub Regula Divi Benedicti pridem inchoatum Cœnobium absolvit Bretislaus Bohemiæ Dux sub A. C. 1052. & liberaliter dotavit, de quo Dubravius lib. 7.

Rheniburgum.

Alias Rhinsburg, nobile Benedictini Ordinis in Hollandia Cœnobium, quod sub A. C. 1130. Petronella Comitissa Hollandiæ fundavit Florentii II. Comitis Uxor, Lotharii Imperatoris soror, in quo deinceps multæ Jllustres Virgines, easque inter Herlindis Hollandiæ Princeps, Numini in cucullam se devoverunt. In eo videtur Abbatissa fuisse Ada filia Wilhelmi Comitis Frisiæ Orientalis, ejusque soror Richarda ibidem Monialis.

Rheters.

Sive Rheteris, Virginum item Benedictinarum Cœnobium, Wederoviæ, ad quod secedens Burcardus Abbas Fuldensis, ibide defunctus est.

Ribnicz.

Situm fuit Ribnicense Virginum Benedictinarum Cœnobium in Ducatu Mechelburgio, & dum illic Romanæ Ecclesiæ Religio floreret, florentissimum extitit, in quo magnus nobilissimarum Virginum cœtus religiosissimam vitam duxit, quas inter plures Ducali natæ genere, Elisabeth Henrici Pingnis, & Dorothea Magni Ducis Mechelburgii filiæ enituêre. Ursula item Henrici junioris Ducis filia dignissimam loci egit Antistitam.

Richlinghausen.

Insertum Cœnobium inter Abbatias S. R. I. quibus jus suffragii in Comitiis congruit, in Catalogo inter Acta Imperii relato à Friderico III. Imp.

Rickenhausen.

In eodem Abbatiarum Imperialium Catalogo recensetur.

Rickengen.

Illustre Virginū Professionis Benedictinæ Monasterium in Germania, cujus Abbatissam egit S. Hadeloga, de qua nos in Menologio Bened. 2. Febr.

Rietfelden.

Monasterium Ord. S. Francisci inter Pirckenfeldam & Neostadium Brandeburgiorum Marchionum, ad Æstum amnem situm. Eversum omnino est superioris sæculi diluvio.

Rinckovv.

Sive Rinckaugia gloriosissimi nominis Cœnobium Benedictini Ordinis, ad honorem S. Joan. Bapt. conditum, quod Ruthardus Archiepiscopus Moguntinus condidit. Vide supra S. Joan. Bapt.

Rindorp.

Nobilium genere Virginum celebre Cœnobium, Ordinis Divi Benedicti in Diœcesi Coloniensi, quod Arnoldus eo nomine II. Archiepiscopus Coloniensis Comes ab Altenea fundavit circa A. C. 1166.

Ringelheim.

Celeberrimum ejusdem Ordinis in Saxonia Monasterium, quod sub A. C. 921. Theodoricus ejusdem loci & nominis Comes fundavit; quod confirmavit atque auxit Theodorici Fundatoris gener Henricus I. Imp. Aug. imo Mechtilda hujus conjux Augustissima angustius à fundamentis exstruxit. Situm fuit in Diœcesi Hildesheimensi.

Rintelen.

Benedictinæ professionis Cœnobium in Russia.

Rintelen aliud.

Insigne Virginum Benedictinarum & verè nobile in Diœcesi Mindensi Cœnobium, cui A. C. 1230. sub regimine Conradi Comitis de Depholt, ex Monasterio Biseoppenhagen Sacræ Virgines immigrarunt, quæ propter cœlestem quandā visionem, abjecto nigro habitu, candidum sub eodem tamen Divi Benedicti Instituto, induerunt.

Ritenbuch.

Reperio in Catalogo quodam Monasteriorum à S. Wilhelmo reformatorum, absq; tamen fundationis & Diœceseos connotatione.

Rittershausen.

Abbatia Imperialis, cujus nomen designatum est & inter Acta Imperialia relatum à Friderico III. Imp.

Roberti-mons.

Germaniæ inferioris Cœnobium sacræ familiæ Cisterciensis, situm in Diœcesi Leodiensi.

Redadersdorff.

Sive Rodersdorff, Benedictini Ordinis Virginum Nobilissimarum lectissimum Cœnobium, cujus aliquamdiu Abbatissam egit sanctissima illa & admirabilis Christi sponsa magna Gertrudes, Baronissa de Hackeborn, soror S. Mechtildis, in cujus corde tantopere se delectari diversis electis Virginum sponsus contestatus est; ut in illo omnium tunc viventium electorum gratias congeminasse dixerit.

Rode.

Monasterium & Præpositura nobilis Monasterii Hirsaugiensis, de quo Trithemius, situmque est in Diœcesi Augustana, fundatum ab Hermanno Comite de Leiningen ejusque conjuge Adela, ac Diemone Comite de Brackfelden, quod tamen jussu ipsorum Fundatorum Hirsangiæ, perpetuo subjaceret, ejusque Præpositi institutio & destitutio ad jus Abbatis Hirsaugiensis in æternum pertineret. Alias Rodt appellatum.

Rodenkirchen.

Abbatia sub Regula Divi Benedicti, cujus Abbas S. Hildegardi familiaris eamdem litteris consuluit, & tanquam ab Oraculo pependit.

Rockenburg.

Insigne Præmonstratensis Ordinis in Suevia Cœnobium, duobus ab Ulma milliaribus loco eleganti & percommodo sub A. C. 1126. à Bertholdo Sifrido & Conrado fratribus Comitibus de Bibteck & Demutha Bertholdi prædicti conjuge Comitissa de Hohenzollern fundatum; qui etiam illic sibi sepulturam elegerunt. Fuit primùm Præpositura, ac post annum Christi 1440. Abbatiæ titulum meruit, cujus primus Abbas idemque Præpositorum ultimus fuit Joannes Deuringer, ex Ingenstetten pago proximo oriundus, Oeconomus felicissimus, qui rem Cœnobii dexterrimè promovit. Præest hodie Rev. D. D. Fridericus Patronus mihi colendissimus, singulare sui Ordinis ornamentum; qui omni semper superior fluctuum hujus sæculi mole, ut ipsam quoque demereatur æternitatem ingentem posteritati congestit thesaurum, instructissimæ ab omni tel litterariæ copia, Bibliothecæ: quo quidem, juxta virtutis, non possunt melius dignius que relinquere, exemplum posteris, viri & Antistites Religiosi.

Rolandi.

Insula Rheni in qua non longe ab oppido Bonnens

nensi Sanctimonialium Benedictinarum Monasterium construxit Fridericus Archiepiscopus Coloniensis sub A. C. 1099.

Ror.

Inferioris Bavariæ Monasterium, haud procul à Labaro fluvio, Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini, fundatum à Magno Abenspergensi, Babonis Abenspergii Comitis nepote, dicto de Ror, ejusque conjuge Irmengarde A. C. 1133. Sepulti ibidem aliquot Abenspergii Barones, & Nobiles de Wildenberg, cognominati Ebram, Ovenstetteri, Stumpffen, Schutffen, Hinzenhauseri, Preisingeri, Hächsenackeri, Kärgii Oshingeri, aliique.

Rorhalden.

Ordinis Præmonstratensis Cœnobium, de cujus Fundatoribus non est quod scribam.

Rorschach.

Situ elegantissimo Cœnobium, quod A. C. 1487. condere cœpit Udalricus S. Galli Abbas in editiore tractu quodam montis super ripa lacus Potamici infra arcem, supra oppidum Rorschachensis, quod etsi non multo post rebelles demoliri ausi sint, majore tamen postea splendore consurrexit. Hodie Gymnasio Benedictino florentissimum est, & quasi Palæstra exercitii litterarii Religiosorum.

Rosentaal.

Aliis Rostaal, quod alii ab rosis, alii ab Equis Rosarum sive Equorum vallem appellitant Monasterium an templum Collegiatum ad Mulbachium tribus à Norimberga milliaribus, constructum à S. Erbelgarde Comite Palatina Rheni.

Rosenburgum.

Virginum Cisterciensium nobile Cœnobium in Germania inferiori, in Diœcesi Ipreusi.

Roth.

Monasterium Bavariæ Ordinis Divi Benedicti ad Oenum fluvium supra Wasserburgum, quod sub Henrico IV. Imp. Conon sive Chuno Palatinus idemque Imperator confirmavit A. C. 1073. Habuit hoc Cœnobium Officiales suos hæreditarios Nobiles: Camerarios Equites de Schonstett; Dapiferos Equites ab Ottling, &c. Inter Benefactores numerantur Comites Wasserburgenses.

Roth.

Aliud Monasterium hoc nomine in Suevia situ, duobus à Memminga milliaribus, Præmonstratensis Ordinis fundatum A. C. 1126. ab Hemma Henrici Baronis de Wildenberg vidua. De cujus Cœnobii Abbatibus leges nonnulla apud Bruschium.

Roth aliud.

Feminarum scilicet in Franconia, ad cujus differentiam, proximè memoratum Münchrott appellatur, cum hoc Frawenroth dicatur.

Rotenhaslach.

Insigne sub Regula Divi Benedicti & Reformatione Cisterciensium Cœnobium conditum anno Christi 1144. & consecratum ad honorem B. M. V. & gloriosæ ejus Assumptionis 6. Cal. Novemb. de quo consulendus Angelus Manriquez, &c.

Rotnacum.

Rotnacense Benedictini Ordinis celebre in Germania inferiore Cœnobium, quod sub annum Christi 940. S. Gerardus Broniensis Abbas ope Arnulphi Flandriæ Comitis aliorumque fidelium condidit, & Ludovici Pii Imp. liberalitate.

Rottenhausen.

Sive Rockenhausen, cujus inter Abbatias S. R. Fridericus III. Rom. Imp. meminit, quarum Abbates jus ferendi suffragii in Comitiis habent.

Rottenmann.

Monasterium Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini in oppido ejusdem nominis apud Styros, haud procul ab arce Admontensis Cœnobii Strechoviana, in valle Paltæ amnis.

Rottenmünster.

Nobile Virginum sob Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium Cœnobium, cujus Abbatissa inter status Imperii censetur, & memoratur à Friderico III. Imp. in citato sæpius Ordinum S. R. I. Catalogo.

Rubea Vallis.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium in Germania inferiore Collegium situm in Diœcesi Mechliniensi.

Runa.

Celebre admodum sacræ Cisterciensis familiæ in Styria inferiore Asceterium, à Frid. I. Imp. Aug. cognomento Barbarossa fundatum & effusissima fide ium largitione donatum, ut inter celebriora Ordinis numeretur.

Ruperti Monasterium.

Benedictinæ professionis prope oppidum Bingense ubi Nahus amnis in Rhenum influit, quod instructa per Divinam revelationem sanctissima illa & mirabilis Hildegardis, eò ex monte S. Disibodi cum 18. sacris Virginibus occurrens, ope Meginhardi Spanheimensis Comitis condidit & liberalissimè dotavit; ubi & filia ejusdem Hiltrudis vitam integerrimè traduxit; & magnus deinceps Sanctarum Virginum numerus sub Hildegardis Magisterio mirificè profecit & refulsit.

Rynstorff.

Benedictinæ similiter Ordinis pulcherrimum olim Cœnobium, in Thuringia, Diœcesi Halberstadensi situm ad fluvium Uostrut prope Nebram, cujus initia Wizenburgi erant. Hinc translatum à Wiperti Groizensis Comitis parente Rinstorffium, & cum pro Virginibus primo fundatum esset, Viris ejusdem Ordinis concessum.

S.

Salem.

Alias Salomonis-villa, vulgo Salmensweiler celeberrimum potentissimumq; Sacræ Cisterciensis familiæ in superiore Alemannia, Constantiensis Diœceseos Cœnobium, ono circiter milliari à lacu Potamico dissitum, à Gunthramo primùm Barone de Adelsreutte sub annum Christi 1134. conditum à Conrado deio & Friderico I. Impp. atque inprimis Burcardo Salisburgensi Archiepiscopo liberalissimè dotatum, multa etiam aliorum largitione fidelium in magnam excrevit potentiam. Syllabus Abbatum loci hujus sequitur:

1. Frowinus A. C. 1137. è Monasterio Lüzel postulatus, vir religiosissimus. obiit A. C. 1165.
2. Godefridus mortuus A. C. 1168.
3. Erimbertus præfuit septennium, decessit 1176.
4. Christianus præfuit annis 15. extinctus 1190.
5. Eberhardus Comes de Rhordorff. obiit A. C. 1240.
6. Bertholdus Comes ab Urach, moritur 1241.
7. Eberhardus de Wolmatingen, resignat 1276.
8. Udalricus Grerter de Biberaco. obiit A.C. 1281.
9. Udalricus de Selfingen, qui Basilicam Cœnobii splendidissimam condidit. Vitam exuit 1311.
10. Conradus ex Eslingen. Resignat 1337.
11. Udalricus Comes de Sargans, obiit A. C. 1358.
12. Bertholdus Dncz. Resignavit A. C. 1373.
13. Guilhelmus Schtsylgk, primus Infulatus obiit 1395.
14. Jodocus Senner, præfuit annis 22. obiit 1429. cum resignasset A. C. 1417.
15. Petrus Ochser Ravensporgensis. obiit A. C. 1441.
16. Georgius Mönch Constantiensis, resignat 1459.
17. Ludovicus Oswaldt Uberlingensis. Resignat 1471.
18. Joannes Stantenat, ex Abbate Lucellensi, obiit 1495.
19. Joannes Scharpffer, obiit A. C. 1510.
20. Jodocus Negkar Uberlinganus. obiit 1529.
21. Amandus Scheffer. obiit Uberlingæ 1534.
22. Joannes Piscatoris Mimmeshausani filius. obiit 1543.
23. Joannes Appenzeller Constantiensis.

S. Salvatoris.

Benedictini Ordinis in Germania inferiore Cœnobium, situm in Diœcesi Audomarensi; de quo consulendi rer. Belg. Scriptores.

S. Salvatoris aliud.

Ejusdem Ordinis, in Belgio similiter Cœnobium, in Diœcesi Cameracensi, aliàs etiam B. M. V. in Eina appellatum. Congregationis Bursfeldensis eidem adscriptum A. C. 1524 jubetur reduci ad eamdem A. C. 1612.

S. Salvatoris.

Benedictini etiã Ordinis in Germania inferiori Monasterium situm in Diœcesi Mechliniensi.

S. Salvatoris.

Nobilissimum, & virorum sanctorum atq; Apostolicorum copia frequentissimum, in urbe Trajectensi ex quo S. Ludgerus primus Monasteriensis Episcopus, ejusdem sedis suæ & Daventriæ patronus Saxonum Frisiorumq; Apostolus; S. Gregorius, sanctusque Adelbertus sive Albericus è Regibus Frisiæ oriundus uterque Apostolicis meritis gloriosissimus, Trajectenses, Episcopi & plurimi alii Pontificea prodiêre.

S. Salvatoris aliud.

Treverense nimirum Benedictini uti prædicta omnia, Ordinis, potens magnificum, quod ex pensione ordinaria liqueat, ut cum S. Maximini inter præstantissima habitum, quadringentos aureos, S. Matthiæ 150. hoc S. Salvatoris quingentos dependat.

S. Salvatoris aliud.

Hoc Ordinis alterius, scilicet Præmonstratensis est, conditum à Berohardo & Friderico Beringeris viris nobilibus: cui etiam plurimum contulit Beroardus de Pranbach Episcopus Pataviensis sub A. C. 1299.

Salvelden.

Illustre Benedictinæ professionis in Diœcesi Moguntinensi Cœnobium, cujus Abbas quidam familiaris S. Hildegardi per litteras fuit, ipsamq; ut eommune Christiani orbis oraculum piè consuluit. Videtur & Abbas inter status S. R. I. à Friderico III. Imp. recenseri, ubi Salbelleose pro Salfeldense legitur. Fundatum fuit & consecratum ad honorem SS Petri & Pauli Apostolorum. Creaturque in Rotulo de A. C. 1484.

S. Salvii.

Ordinis Divi Benedicti potens olim Asceterium in Germania inferiori, quod ipse S. Salvius Episcopus & Martyr, cum socio ibidem, occisus, suo sacro corpore nobilitavit, ibidem conditus, sub cujus Tutela & nomine deinceps Cœnobium appellari cœpit A. C. 801. vulgo Sanct Saulve.

Sandavium.

Benedictini similiter instituti pervetus in Bavaria Cœnobium, religiosissimis olim viris felicissimum, quod A. C. 740. Landfridus, Waldramus & Elilandus fratres Agilolphingi Principes Comites ab Antorff & Loysa, Theodoberti Ducis filii condidere & liberaliter dotavêre.

Sarchinium.

Benedictinorum amplissima Abbatia quam S. Trudo Austrasiæ Princeps A. C. 657. condidit ioeoque primum ipse Abbatem egit, quod prædicto anno ipso petente S. Theodardus Trajectensis Episcopus solemniter consecravit; postero tempore à S. Trudone cognominatum.

Sarta.

Pulchrum sacratum Deo Virginum sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium in Ger-

in Germania inferiori Cænobium, situm in Diœcesi Tornacensi, conditum A. C. 1233. vulgo *Sart.* appellatum.

Schamhapt.

Divi Augustini Canonicorum Regularium ad fontes rivi Schambach in Ducatu Bavariæ Cænobium, fundatum à Nobili quadam viduâ Gertrude & filiâ ejus Luitgarda sub annum Christi 1130. fundationem confirmante Henrico Comite de Wolfraths-hausen Ratisponensi Episcopo anno salutis 1137. Quo loco sepulti Nobiles Mendorfferi, de Hinzenhausen & Muckental.

Schefftlarn.

In Bavaria & istud pro Ordine Divi Benedicti fundatum à Walcherico quodam sive Udalrico Decano in Teyningen viro Nobilitate generis & opibus conspicuo, ope & liberalitate Tassilonis Bavariæ Ducis; quod cum postea per Vngaros eversum esset, & penitus desolatum, anno demum salutis partæ 1140. Otho Frisingensis Episcopus connitente Henrico Boiorum Duce illic Cænobium restituit, & Præmonstratensibus concessit.

Schenbecken.

Illustre Cænobium quod sub A. C. 1140. sub Regula Divi Benedicti famulantibus Numini Virginibus condidit Luderus Werdensis Episcopus.

Schennis.

Virginum genere nobilium sub Regula Divi Benedicti olim viventium, hodie Canonissarum omni voto solutarum Collegium; fundatum sub A. C. 810. ab Hunfrido Rhætiæ Comite, Istriæ Principe, in partibus Helvetiæ, haud procul à lacu Wallenstattensi, quod postero tempore B. Algottus Curiensis Episcopus liberaliter restauravit & disciplinam veterem restituit; etsi deinceps ad liberiorem vitam ac licentiam deflecterent. Præest hodie Canonissis Domina Maria Cæcilia de Greüth hoc ipso anno 1652. post obitum Dominæ de Ramschwaag electa & confirmata.

Scheyrn.

Magnificum Bavariæ Ordinis S. P. Benedicti supra Pfaffenhofen Monasterium, è vetustissima arce & residentia avita Comitum à Scheyrn In Domum DEI conversum quod quidem initio in jugo montis Wendelstein à Domina Haziga Aragonum Regina, Otthonis Principis vidua A. C. 1079. constructum fuit, inde tamen paulo post, ad locum commodiorem in Vischpachauw ab eadem translatum est; donec inde etiam Vrenbofium, ac demum in ipsam Schyrensium Comitum arcem, transportaretur, quo loco centum & viginti Scheyrensis familiæ Comites & Principes sepulti memorantur.

Schinna.

Insigne Benedictinorum In Diœcesi Mindensi Afcecterium, fundatum sub Henrico Mindensium Episcopo circa annum Christi 1145. à Comitibus ab Halremunt, quod præfatus Pontifex consecravit 2. Cal. Novemb. Fuit in Congregatione Bursfeldensi cui nomen dedit A. C. 1468.

Schipplitz.

Nobile Benedictini instituti in Thuringia Cœnobium, à Thuringiæ Landgraviis conditum in loco residentiæ suæ, arcis Weissenburgiæ, quam Numini atque Ordini cedere voluerunt.

Schlechdorff.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Collegium, situm ad radices superioris Bavariæ alpium, fundatum initio à Landfrido & Waldramo atque Elilandro Agilolphingis Principibus pro Ordine Divi Benedicti, verum post longam vastitatem illatam ab Ungaris, Ordini Divi Augustini datum à B. Othone Frisingensi Episcopo altero loci Fundatore.

Seckingen.

Nobilissimum olim Virginum Benedictinarum ad Rheni fluenta Cœnobium conditum à S. Remigii & S. Benedicti discipulo S. Fridolino, quod deinceps in Collegium Canonicarum Virginum secularium conversum est.

Schliers.

Ejusdem Ordinis, & provinciæ inter Oenum & Mangwaldum amnes Cœnobium, & hoc initio pro Benedictinis fundatum A. C. 760. ab Adalundo, Hildevaldo, Odoacre, Gariovalda & Antonio viris Illustribus, quod simili modo è ruderibus excitantes Otho Frisingensis, & Henricus Boiorum Dux, Augustinianis concesserunt. Anno salutis partæ 1140. etsi ejus loci post restitutionem præcipui habeantur Domini Waldeccenses.

Scluchtern.

Benedictinæ professionis Cœnobium, cujus habetur mentio in Rotulo quodam Visitationis de A. C. 1485. non addita Diœcesi.

Schlüsselberg.

Alias dictum Agri-clavium quod fundatum fuit à Baronibus Schlüsselburgensibus, cujus Abbatissa secunda fuit B. Anna ejusdem familiæ Baronissa sanctitatis fama & Prophetico spiritu clara. Vocatur idem etiam SCLVSSELAVV, estque familiæ sive Reformationis Cisterciensis, situm ad Ebrachium amnem, duobus à Bamberga Franconiæ milliaribus, in quo in hanc usque diem magna multitudo Nobilissimarum Virginum Numini se religiosissimè emancipavit.

Schönaugia, virorum.

Celebre Benedictini Ordinis in Diœcesi Trevirensi quatuor verè milliaribus à Bingiorum oppido Cœnobium fundatum A. C. 1125. ab Hildelino quodam viro Nobili. qui in eodem Numini se devovens, ejusdem postea primus Abbas extitit.

Schönaugia, virginum.

Ejusdem Ordinis Monialium, ab Aildelino Dynasta, nunc primùm nominato, conditum, & ubius

unius solùm jactu lapidis hinc distans, in quo magna deinceps Christi Virginum Religio viguit.

Schönaugia.

Tertium hujus nominis Cœnobium, sub Regula similiter Divi Benedicti, sed Reformatione Ordinis Cistercensis, in nemoribus non longe Heidelberga distantibus, quod sub A. C. 1135. Bruggo Wormatiensis Episcopus ad instantiam Mellifiui Doctoris Divi Bernardi condidit; in quo & ipse post mortem sepultus est.

Schönaugia.

Quartum eodem nomine Cœnobium, ejusdem Ordinis Virginum Nobilium, in Franconia situm cujus meminit Rotulus Visitationis, ut vocamus, de anno 1485. recensetur; ipso anno illic vita defunctæ Domina Kunegunda de Wisenthauw ejusdem loci Abbatissa. D. Catharina de Visebboro, D. Brigida de Ridero, D. Anna ab Habern.

Schönenfeldt.

Ejusdem Ordinis Monasterium, & Virginum similiter Monialium in Bavaria, quod Butckhaimii primùm à se conditum, paulo pòst iidem Fundatores, quod minus Religioni & quieti locus congrueret Bertholdus Comes à Graispaeb & Adelhaida conjux Schönfeldium transtulêre A. C. 241. non procul ab ostiis Lyci fluminis, in quo magna dein sæculi Nobilitas servitutem Christi complexa est: Sepulturam ibidem habent Domini de Gumpenberg, & Equites de Sttaff.

Schönenstainbach.

Ordinis Prædicatorii Nobile Virginum Collegium, à disciplina olim egregiè commendatum, ex quo reformatæ Virgines postulatæ & introductæ in Cœnobium S. Catharinæ ejusdem Ordinis intra muros Norimbergenses.

Schönrain.

Insigne Cœnobium, etsi Prioratus solomodo titulo, in Franconia, quod membrum fuerat sanctissimi illius Cœnobii Hirsaugiensis, Abbati hujus loci immediatè subjectum, qui jus habuit instituendi destituendique Priorem, de quo Trith. Chron. Hirsaug. fol. 100.

Schöntal.

Potens & magnificum in Franconia sub Regula Divi Benedicti & Cistercensium Constitutionibus Asceterium, prope Meckmol, Brunbacum & Werthemium, quo ex Maulbruno prima colonia deducta fuit.

Schussenriedt.

A Schussio amne prætersluente, nec procul inde exorto, sic appellatum Cœnobium, Præmonstratensis Ordinis, quod sub A. C. 1188. ex arce in domû Dei conversum est à Beringario & Conrado Comitibus de Schussenriedt, quorum prior in Ordinem Fratrem conversorum illic adscriptus legitur.

Schuttern.

Benedictini Ordinis peregregium in partibus Rhenanis, Diœcesi Argentinensi Monasterium, vetustate ipsa reverendum, quod jam sub A. C. 600. fundatum memoratur, per Offonem quendam Anglorum Regulum: de quo legendus Coccius. Cæterùm à S. Pirminio restitutû an conditum sub A.C. 730. certa traditio est. In quo egregii deinceps viri floruêre.

Schvvabenheim.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Collegium, quod sub A. C. 1130. fundavit Adalbertus eo nomine primus Archiepiscopus Moguntinus Comes Sarepontanus ex familia Principum Lotharingiæ. Ad differentiã dicitur PfaffenSchwabenheim.

Schvvabenheim, Virginum.

Aliud ejusdem nominis Benedictini Ordinis Cœnobium quod in Diœcesi eadem Moguntinâ Hedwigis Comitissa NellenburgiaEpponis Comitis Uxor condidit, nata Ungariæ Regina, Toxonis Regia filia, mater B. Eberhardi Nellenburgii fundatoris omnium SS. Schaffhusani Monasterii, quæ & in recens à se condito Cœnobio Monasticeo professa, ibidem feliciter requievit.

Schvvarzach Alsatiæ.

Nobilissimum Benedictinæ professionis in Rhenana provincia, partibus Alsatiæ Monasterium quod A. C. 714. vel 25. Ruthardus Agilolfingus Alsatiæ Princeps & Irminsinda ejus conthoralis, instinctu S. Pirminii, in ripa Rheni fluviorum Germaniæ Regis, condidit, & à fundamentis exstruxit; quod deinceps ope & opera Meginhardi Comitis, alio, non procul à Liechtenauw oppido transpositum fuit.

Schvvarzach Franconiæ.

Ejusdem Benedictini Instituti, haud minus illustre quam prius, Cœnobium, in ejusdem nominis apud Ostrofrancos ad Mœnum amnem sito oppido, fundatum & liberalissimè dotatum in honorem Salvatoris, B. M. V. & SS. Sebastiani & Felicitatis Martyrum à Megingaudo Franconiæ Duce Comite Rotenburgio ad Tubarum, ejusque conjuge Imma sive Immina è Regibus Francorum oriunda, datis Fundationis litteris A.C. 816. Conditi ibidem Fundatores, cum filiis Arnoldo & Marquardo, Obiitq; Megingaudus 13. Decemb.

Schvvarzach Virginum.

Haud procul à proximè memorato Virorum Schwarzachio in Franconia conditum, quod exstruxit à fundamentis & liberaliter dotavit. Titrada sive Theodoreta neptis Caroli Magni Imp. Aug. ex Pipino filio A. C. 825.

Seebach.

Benedictinæ Professionis Virginum Sanctimonialium, cujus meminit Trithemius & hujus Abbatissa familiaris Sanctissimæ Hildegardi ipsam per litteras salutavit.

S. Sebaldi.

Benedictini similiter Ordinis celebre olim, in urbe Norimbergensi, Monasterium, in quo S. Sebaldus

bus corpore requievit, & magna miraculorum gloria à Numine illustratus, cum vrbem illam nobilissimam, tum circumiacentem vndiq; provinciam in numeris beoeficijs immortaliter demeruit, cum præseotissimum in variis morbis & periculis concurreotes vndiq; populi remedium invenirent.

Seccovium.

Vulgo Seckauw Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini magnificum atq; opulentom Cœnobiom in Styria superiori, in quo olim Archiduces sepulturam habuere, spectaturq; ibidem iosigne eorumdem io Sacello quodam monumeotum.

Seckingen.

Nobilissimum olim Virginum Beoedictinarum ad Rheni fluenta Cœnobium conditum à S. Remigii & S. Beoedicti discipulo S. Fridolioo, qood deinceps in Collegium Canooicarum Virginum sæcularium conversum est.

Seefeld.

Virginum S. P. Benedicti in Heluetia prope Vri sub cura & visitatione Jllustrissimi Principis Einsidlensis Cœnobium, à Dominis Vriensibus pro singulari erga S. Benedictum reverentia & devotione conditum, assignatis eidem auctoritate Apostolica, reliquiis possessionum, domus cuiusdam Teutonicæ, & alterins Ordinis quondam S. Lazari, nec non Hospitales alicuius, cum singula ad incitas penè redacta fuissent, cooperantibus diversis fidelibus, ut in loeo, cæterà desertissimo, Numinis etiam laudes resonareot.

Seefeld aliud.

Cisterciensiom sob Regula S. P. Benedicti Cœnobium, non moltotameo post fundationem transportatum ad montem Pussium à B. Tudecha loci Antistita, quæ tamen fundatio etiam tertiò translatis fuit io Baindt prope Monasterium Weingarten vbi osque hodie splendida Virginum cernitur Abbatia.

Seeligentaal.

Eiosdem Ordinis Sacrarum VirginomCollegium in Bavaria, in suburbio Landr buotensi conditum anno salutis 1 2 3 1. à Ludmilla sive Ludomia Bavariæ Ducissa Lodovici Ducis coniuge nata Dueissa Bohemiæ, io quo & ipsa cum ploribus deinceps Bavariæ Principibus est condita, Sepulti ibidem præter prædictos Duces Nobiles de Preising, hodie Barones Equites item Feüer de Pfetrach; & Käergl de Suespach.

Seemanshausen.

Ordinis S. Augustini Religiosorum Cœnobium, fundatum circa annum salutis 1260. à Seemanno Nobili Bavaro Archidiacono, sive ut alii vocant, Chorepiscopo Ratisponensi, in feriori Bavaria.

Seesteinense.

Deprehendimus hoc Germaniæ Cœnobium in Rotulo aliquo perantiquo, nec tamen qua parte Imperii Germanici, neque cujus Ordinis seu Fundatioois cooiectari licuit.

Seflingen.

Ordiois Divi Francisci Nobile tamen, opulentum simulq; religiosissimum Virginum Monasterium, olim castrum insigne eiusdem oominis Pincernarum in dextra Blavii fluminis situm io ipsa tamen Vlmensi primum Vrbe iochoatum A. C. 1237 & pro Monialibus Ordinis S. P. Benedicti fundatum ope Conradi Imperatoris, qui Friderici II. filius extitit: donanobus locum Conrado Barone de Zimmern Divitis Augiæ Abbate, & Vdalrieo ac Pelegrino de Freyberg Equitibus. Transtulit eum Vrbem Hartmanous Dillingæ Comes Episcopus Augustanus. Sed & non multo post ulterius promovit & in loco arcis suæ Seflingen à fundamentis erexit Domina Wilburgis Comitissa Harmanni prædicti mater, nata de Kelmünz, quæ etiam prima loci noviter structi, mutatâ iam Regulâ in S. Francisci, mater & rectrix extitit; io quo postea ingens Nobiliuo & rigidè viventium Virginum multitudo se Numinis servitio emancipavit.

Seidenstetten.

Elegans ac iosigne Inferioris Austriæ Cœnobium Ordinis Diui Benedicti, quod sub A. C. 1 1 2. Vdalscalcus Comes ab Heeftr, Vdalrici Pataviensis sive Passaviensis Episcopi pater coodidit.

Selgenstadt.

Nobilissimom olim io Ostrofrancis Benedictini Instituti Asceteriom, quod Imma Caroli Magni filia fundavit, & Lodovicus Pius Imp. eiusdem frater plurimum locupletavit atque extulit, in quo etiam Immæ maritus Eginardus sæculo renuncians, primus eiusdem Abbas extitit, & multa præclarissimi ingenij mooimeota posteritati reliquit. Felicissimum fuit idem Cœnobium illatione & thesauro corporum SS. Marcellioi & Petri Martyrum, quæ prædictus Imperator Roma impetravit & Cœnobio A. C. 828. intulit; quod etiam ab iisdem deinceps fuit cogoominatum,

Selgenstadt.

Aliud, Beoedictini item Ordinis in Diœcesi Hildesheimensi quod sub A. C. 860. S. Altfridus eiusdem sedis Episcopus, Corbeiæ Saxooum Monachus coodidit.

Selz.

Benedictinæ professionis potens & splendidum olim io Alsatia, inter Saverem Sulzbachiumque amnes Monasterium, fundatum ab Adelbeide Imperatrice sanctissima, Otthonis Magni Imp. conjuge sub annum Christi 968, & magnificentissimè dotatum, quam fundationem Ottho II. & III. confirmarunt, & hic ius cudendæ monetæ Abbati concessit. In hoc multi viri illustres insigniter effloruere è quibus Ioannes de Fleckenstein Abbas A. C. 1422 Episco-

Episcopus Basileensis creatus est; multa Rhenana nobilitas in servitio Christi generosè sese cælis commendavit. Translatum est hoc Cœnobium ab Ordine, & versum in Præposituram secularem, & illustre Collegium Canonicorum.

Seon.

Sive Seun, & Seuven Ordinis Divi Benedicti in Bavaria, fundatum ab Arbone Comite de Diessen & Andechs, & in honorem S. Lamberti Episc. & Mart. consecratum, quod S. Henricus Imp. liberaliter auxit atque exornavit.

Sepulchri Domini.

Insigne Benedictini Ordinis Cœnobium in Vrbe quondam Cameracensi, quod sub A. C. 1064. S. Lietbertus ibidem Episcopus construxit & dotavit, de quo Colvenerius, & Miræus.

Sepulchri Dominici.

Aliud à superiore, in Diœcesi Bambergensi, Ducatu Franconiæ. Ordinis S. Dominici Sanctimonialium, fundatum A. C. 1255. ad quod inchoandum ex Aurachio Dominatum colonia Virginum sacrarum submissa est.

Sertogendala.

Monasterium sub Regula Divi Benedicti in Germania Inferiori Diœceseos Mechliniensis, sub constitutionibus Cistercensium.

S. Servatij.

Magnificum sub Regula Divi Benedicti Reformationis Cistercensis, in Diœcesi Ultraiectensi Monasterium, quod A. C. 1233. Willebrandus sive Willibrordus Comes ab Oldenburg eiusdem sedis Episcopus fundavit.

Siberacum.

Professionis Benedictinæ Cœnobium, quod sub annum salutis partæ 190. fundavit, certè locupletavit Hermannus Archiepiscopus Coloniensis Henrici Crassi Ducis Savoniæ ad Visurgim filius.

Sigebergense.

Illustrissimum potentissimumq; prope Coloniam Benedictini Ordinis Cœnobium, pulcherrimo ediffissimoq; situ, loco munitissimo conditum, à S. Annone Archiepiscopo Coloniensi sub A. C. 1060. qui in eodem sæpius commoratus, in Archiepiscopali etiam dignitate rigorem Monachicum strictè observavit. In eodem Cœnobio S. Northertus Præmonstratensis Ordinis Auctor spiritum imbibit, & sanctissimè institutus eodem sæpius se recepit. In eodem Gervicus Dominus à Woldmondstein Monachum professus vitam sanctissimam egit, qui Waldsassense postea Cœnobium fundavit. Ibidem ingens sanctitate, eruditione, & generis sublimitate virorum Illustrium numerus exsplendoit, ut non tam ab amne præterfluente Legebergense dicas, quam Sigeberg & Sigberg, à palma Victoriæ, quâ de se ipsis multi maximique Heroes hic triompharunt.

Sendelsberg.

Magnificum Benedictinæ Regulæ in monte Sindeno Asceterium à Richwino Præposito dein Neovillariensi Abbate conditur A. C. 1135. quod post biennium Theodovinus Legatus Apostolicus S. Rufinæ Episcopus huius olim Cœnobij professus solemniter consacravit.

Sindelfingen.

Benedictini olim Ordinis Cœnobium fundatum A. C. 1083. ab Adelberto Comite Palatino de Tubingen & Willica eius coniuge Ducissa Poloniæ; mutatum deinceps in Præposituram secularem.

Sittingenbach.

Illustre in Ducatu Brunsuicensi Cœnobium Diœceseos Halberstadensis, in quod sub vitæ finem se recipiens Conradus Episcopus Halberstattensis, Pontificatu ultro se abdicans vitam laudabiliter clausit.

Sitis.

Quod nonnulli Bitis appellant Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Collegium situm in Diœcesi Genevensi.

Siverstadt.

Professionis Benedictinæ Asceterium, quod sub A. C. 745. Landfridus, Waldramus & Elilandus fratres è vetustissimo Agilolfingorum Principum genere fundaverunt, circa alpes superioris Bavariæ, haud procul à Lyco fluvio, & nobiliter dotaverunt.

S. Sixti.

In Holzbuochen cognominatum, cuius meminit Rotulus quidam, ut vocant, Visitationis de anno Christi 1485.

Solenhofen.

Benedictini Ordinis Cœnobium alias Cella Solonis appellatum, quod in vico Soala Diœceseos Eichstettensis S. Sola sive Solon Abbas S. Bonifacii magni Germanorum Apostoli discipulus sub A. C. 760. fundavit, ibique in Domino requievit. *vir in omni actione*, ut vetustissimus scriptor ait, *Apostolis penè consimilis.*

Sonegiæ.

Sonegiense Celeberimum in Belgio, Diœcesi Cameracensi, Benedictini Ordinis Cœnobium, quod sub annum Christi 651. construxit & liberalissimè dotavit S. Vincentius Princeps Hannoniæ cognomento Madelgarius, S. Waldetrudis maritus, de quo Chron. Camerac. Iepesius, Wion alijque.

Sonnenburg.

Illustre admodum Virginum nobilissimarum Benedictini Ordinis in Comitatu Tyrolensi. Diœcesi Brixiensi Cœnobium, fundatum anno salutis 1018.

1018. à Volcoldo Comite Goritiæ atque insigniter locupletatum. Placet Abbatissarum, quia non ita obvius est Syllabum attexere:

1. Wilpurgis Comitissa Goritiæ Illustrissima neptis ex fratre Volcoldi Fundatoris præfuit ab anno Christi 1018. usque 1046. quo obiit.
2. Leutgardis, quæ vita excessit A. C. 1072.
3. Euphemia, ob. 1091. 4. Hildegarda ob. 1119.
5. Mechtilda, obiit 1132. 6. Adelh. Sueva ob. 1163.
7. Bertha, obiit 1182. 8. Beatrix ob. 1188.
9. Gaysla, mortua 1228. 10. Sophia obiit 1254.
11. Gutta, decessit 1265. 12. Hailwigis 1271.
13. Ottilia de Räsen, mortalibus valedixit 1299.
14. Bertha obiit 1312. 15. Adelheit obiit 1315.
16. Demutha de Luenz, mortua A. C. 1388.
17. Gutta de Velfegg defuncta A. C. 1339.
18. Gutta de nomine familiæ non constat, obiit 1373.
19. Margaretha Trautsonin de Matray. obiit 1379.
20. Ursula Maseydern, vitam exuit A. C. 1411.
21. Ursula Kitzen, defuncta A. C. 1428.
22. Ursula Fuchsnerin mortua A. C. 1431.
23. Margaretha, de genere nil scitur, obiit 1436.
24. Verena de Stuben, exauctorata A. C. 1462.
25. Barbara de Schondorff, extincta A. C. 1472.
26. Barbara de Kiniglio ab Ehrnburg, obiit A. C. 1498.
27. Felicitas Domina de Schrofenstein, moritur 1524.
28. Clara Vintlerio de Plätsch, extincta A. C. 1547.
29. Ursula Baronissa de Wolckenstein, obiit 1562.
30. Felicitas Vintlerin, de Plätsch, decessit A. 1565.
31. N. de Caldea defecit A. C. 1567.
32. Catharina de Thunn, vita excessit 1618.
33. Elisabetha ab Andrian, mortua A. C. 1621.
34. Anna Genefra Baronissa de Spaur hodie magna cum laude præest, cui religiosissimè paret sequens sacrarum Virginum chorus:

Praxedes Baronissa ab Annenberg Decanissa.
Dorothea Domina ab Arzt, senior.
Catharina Baronissa de Spaur.
Catharina de Rost.
Susanna Gallin ab Anfidell.
Maria Elisabetha Mörlin de Müllen.
Magdalena Recordinin de Neün Procuratrix.
Agnea de Morenberg.
Catharina Füegerin de Friedtperg.
Helena Regina Vintlerin de Plätsch.
Catharina Baronissa de Welsperg.
Beatrix de Rost.
Maria Susanna Baronissa de Wolckenstain.
Dorothea Drappin Domina de Bissein & Curburg.
Anna Sabina Khuonen Baronissa de Belasy, &c.
Cæcilia de Trautmanstorff.
Elisabetha in der Maur.
Anna Maximiliana Baronissa ab Annenberg.
Lucretia de Glösa.
Barbara Victoria Khuonin Baronissa de Belasio.
Maria Barbara Händlin Baronissa de Goldstain.
Anna Recordinin de Neün, &c. Hucusque de Monasterio Sonnenburgensi.

Sornitzg.

Benedictini Ordinis Cœnobium in Saxonia, situm in Diœcesi Misnensi fuitque Virginum Sanctimonialium nobile Collegium, cujus meminit Rotulus Visitationis de A. C. 1484.

Spanheim.

Celebre Benedictini Ordinis Cœnobium fundatum A. C. 1124. à Meginhardo & Rudolpho Comitibus Spanheimensibus & conjuge utriusq; Mechtilde ac Richarde, fuitque una cum Basilica consecratum ab Adelberto Archiepiscopo Moguntino 7. Iduum Junii, qua ipsa die Beatæ memoriæ Bernhelmus Abbas constitutus est, idem dehinc 8. Cal. Julii ab eodem Archiepiscopo solemniter consecratus. De hoc Cœnobio magnum Chronicon scripsit Trithemius.

Spanheim Virg.

Ejusdem Ordinis Nobilium Virginum perillustre Monasterium, in quo plurimæ mira sanctitate Christi sponsæ gratissimas se se victimas quotidiana corporis mortificatione Numini obtulêre. De quibus in Menologio nostro Bened.

Spainshart.

Præmonstratensis Ordinis magnificum Cœnobium Diœceseos Ratisponensis in superiore Palatinatu inter Kemnatum & Pressatum oppida in fertilissimo agro situm, quod sub A. C. 1145. Adelfolcus, Reinholdus & Gerardus Dynastæ de Reiffenberg condidêre. Fuit initio Præpositura solumodò, postea ad Abbatialem promota dignitatem, cujus Abbas primus ex præposito renunciatus est A. C. 1459. Georgius Ochs à Gunzendorff.

S. Spiritus.

Ordinis S. Claræ nobili genere natarum Virginum intra muros Luzelburgenses Monasterium, fundatum & constructum primitus pro sororibus, quas Pœnitentes vocabant anno Christi 1140. à Duquadam Luzelburgensi, concessum A. C. 1257. Ordini S. Claræ.

Spittal.

Insigne atque opulentum Canonicorum sæcularium in commune viventium Collegium in Austria superiore, prope fines Styriæ, nec procul à celeberrimo Divi Benedicti Admontensi Cœnobio, cujus Dominus Præpositus qui hodie rebus præest, cùm ob præstantissima animi talenta magnasque virtutes, tum ob reconditam eruditionem, toti provinciæ singulari est ornamento.

Sprengersbach.

Benedictini ut credimus Ordinis Abbatia cujus Antistes legitur familiaris fuisse per litteras S. Hildegardi.

Stabulaus.

Stabuletum potentissimum Illustrissimumque Benedictini Ordinis Cœnobium in Diœcesi Leodiensi quod sub annum Christi 657. Rex Sigebertus cum prolem non haberet, Divæ opum suarum scribens, regia munificentia fundavit & locupletavit, cooperantibus & promoventibus

strenuè opus S. Remaclo Trajectensi Episcopo, & Grimoaldo Duce Brabantiæ, quorum ille postea in hoc ipso Cœnobio, relicto Pontificatu Monachum professus est. Abbas autem Stabulensis inter S. R. I. Principes adoumeratus est.

Stadense.

Nobile Benedictini Ordinis Cœnobium in Germaniæ inferioris partibus, cujus pronuper Abbas fuit Emmericus, vir multa eruditionis laude commendatus.

Staffelsee.

Pervetus Virginum Ordinis Divi Benedicti in Bavaria Cœnobium, quod circa annum Christi 740. constructum & liberaliter ditatum fuit à Landfrido, Waldramo & Eilando. Agilolfingicæ gentis Principibus, cui præfecta fuit, Galovinda soror illustrissima Fundatorum.

Stambs.

Egregium Cistercianfis sanctissimæ familiæ in Comitatu Tirolensi tribus ab Oenipoote milliaribus Cœnobium, ad ripam Oeni fluminis conditum, in quo multa corpora Serenissimorum Austriæ Archiducum requiescunt. Asservantur in eodem Monasterio, præter insignes alias Reliquias caput S. Zachariæ, patris S. Joannis Bapt. quod non semel religiosè venerati fuimus, sed & in Capella singulari portio aliqua Sanguinis Christi, cujus tamen originem & Historiam sæpius indagando habere non meruí. Florentissimum hodie Cœnobium est sub Reverendissimo D.D. - - - - - - - - - - cujus admirabili industria atq; ingenio primævum longè exsuperat fortunam & florem, & ædificiis & inquilinis splendidum omnino atq; magnificum, eminentissimum tamen, & absque comparatione præstantissimum Capitis dignitate.

Stauriense.

Cœnobium Ordinis Benedictini in Frisia Occidentali, vulgo Staueren, fundatum fuit à Sancto Odulpho, Cathedralis Monasterii Trajectensis Monacho, ope fidelium & pia largitione in quod insignem meritis Ascetarum coloniam induxit.

Stedentaal.

Ordinis Divi Benedicti Monasterium, quod sub annum Christi 1290. fundavit Ludmilla Regis Bohemiæ filia, uxor Ludovici Ducis Bavariæ.

Steffanfelden.

Ordinis S. Spiritus Monasterium in Alsatia conditum à Stephano Alsatiæ Landgravio Comite ab Egesheim, quod postero tempore Ordini prædicto cessit, sub A. C. 1300. cujus primus Magister fuisse creditur Joannes de Rumersheim, mortuus A. C. 1338. In quo Cœnobio ingens Nobilium multitudo sepulturam elegit.

Stein.

Alias S. Georgii in Stain oppido Confœderatorum Helvetiæ etsi in solo Imperiali, quo translata olim fuit Abbatia Durlliana, quo titulo & possessionibus post desolationem superioris sæculi reliquiis gaudet Rev. Dominus Abbas Petrusianus.

Steina.

Benedictini Ordinis Monasterium, situm in Diœcesi Moguntina, cujus fit mentio in antiqua Rotulis Visitationum.

Steinach.

Aliud ajusdem pene nominis in Diœcesi Herbipolensi.

Stainen.

Alias S. Mariæ Magdalenæ Cœnobium Basileæ, Rauracorum fundatum tempore Burcardi Baronis ab Haseoburg, ejusdē sedis Episcopi sub A.C. 1080. quod postea datum est Ordini Prædicatorum.

Steinheim.

Insigne Virginum Ordinis S. Dominici in Wirtenbergia, Diœcesi Spirensi Monasterium, fundatum A. C. 1255. à Bertholdo Libero de Blanckenstein ejusque conjuge Elisabetha de Steinbeim, quā Fundationem confirmavit Henricus Episcopus Spirensis anno præfato.

Steingaden.

Præmonstratensis Ordinis Cœnobium in Bavaria, quod sub A. C. 1147. Guelpho VI Henrici Magni Ducis Bavariæ filius Henrici superbi frater germanus Spoleti & Saxoniæ Dux, magnificè condidit & dotavit in quo & filius ante patrem immatura morte abreptus, & ipse demum Fundator sepulturam acceperunt. Confirmarunt fundationem Philippus Romanorum, Rex, & Fridericus II. Sepulti ibidem Equites de Schwangauw, & Hoheneck.

S. Stephani.

Nobili genere natarum Virginum ab omni professione liberarum, in urbe Augustana Collegium; etsi initio verè Sanctimoniales essent, fundatum à S. Udalrico Episcopo Augustano, qui sororem suam Eleusiniam eidem præfecit.

S. Stephani.

Insigne Monasterium Ordinis Divi Benedicti in Suburbio Herbipolensi, quod sub A. C. 060. Adalbero Comeade Laimbach & Scherdingen Episcopus Herbipolensis fundavit & splendide dotavit.

S. Stephani aliud.

Cognomento de Helmenstider, Ordinis S. Benedicti fundatum à S. Lothario, primo ejusdem Abbate.

Stolpen.

Stolpensis in Pomerania Cœnobii Fundator extitit Ratiborus Dux Pomeranorum, quod situm fuerat ad Penam amnem, cœpitque construi sub A. C. 1140.

Strumia.

Strumensis sive Strumiensis in Germania inferiori Abbatiæ conditor fuit A. C. 1085. Gerardus secundus

secundus Cameracesis & Atrebatensis Episcopus tradiditque sacris Deo Virginibus sub Regula Divi Benedicti. Abbatissarum loci hic est Catalogus:

1. Fulgeodis electa 1085. 2. Beatrix 1125.
3. Maria 1154. 4. Machtildis 1274.
5. Adela 1204. 6. Agnes 1214.
7. Maria II. 8. Maria III.
9. Ida Clariacensis. 10. Amissa 1281.
11. Maria IV. 1288. 12. Margar. de Fosseox.
13. Benedicta. 14. Adela Donayensis.
15. Eustatia Busquet. 1359. 16. Marg. Dalavil. 1364.
17. Maria V. 1371. 18. Maria VI.
19. Roberta. 20. Joana de Chapig. 1397
21. Jacoba Monteligiana electa A. C. 1400.
22. Joanna Riveria, electa A. C. 1410.
23. Thomassa de Calonoe 1443.
24. Margaretha de Noyelle.
25. Jacoba de Betencourt, electa 1446.
26. Margaretha de Ranchincourt A. C. 1471.
27. Jacoba Buzeria el. 1493. mortua 1424.
28. Joanna Ranchincurtia electa 1523. ob. 1550.
29. Joanona du Pré, electa 1550. obiit 1569.
30. Magdalena de Warluzel, mortua 1584.
31. Isabella de Vaox. obiit A. C. 1589.
32. Margaretha de la Chapelle, obiit 1602.
33. Claudia da Belvalet.

Stürzelbronn.

Insignis Abbatia Alsatiæ sub Regula Divi Benedicti fundata primùm à Simone Lotharingiæ Duce, anno 1143. ac dein à Friderico filio, & Matthæo nepote ad summam perfectionem deducta, qui ibidē sepulti sunt. Sed & magna Nobilitas illic quoq; elegit sepulturam, è quibus post Fundatores præcipui Comites Bitzæi aliquot & Bipontini Domini à Fleckenstein, Vinstingeo, Falcostein, &c.

Suben.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, Bavariæ Monasterium, quod fundavit Engelbertus eo nomine tertius Dux Carintbiæ, una cum Comitissa Utha conjuge sua è familia Sulzbacensi.

Suiveck.

Suivecanum Garmaniæ inferioris Cœnobium sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium situm io Diœcesi Gandavensi.

Summontorium.

Vulgo Hohenwart illustre admodum Virginū Benedictinarum io Bavaria Cœnobium, de quo supra lit. H. Hoheowart.

Sunnenfeldt.

Monasterium Nobile Virgnom sacræ familiæ Cistereiensis, io Franconia, de quo Brusch. in Chronolog. Monast. Germ. fol. 90.

Sunsheim.

Benedictini olim Ordinis Cœnubium in Diœcesi Spirensi, qood deinceps versom est in Collegium Canonicorum secularium.

Surburg.

Spectatissimum quondam sub Regula Divi Benedicti Monasterium in Alsatiæ partibus à Dagoberto Rege coodirum, quod non aliter atque Sunsheimium postero tempore factum est Collegium secularе & Præpositura Canonicorum.

Suselicense.

Ordinis Benedictini Cœnobium io partibus Saxoniæ.

Sylva Monialium.

Vulgo Nonnenwaldt Virginum Ordinis Divi Benedicti Cœnobium cujus meminit Rotulus Visitatioois anno 1485.

Syloa.

Monasterium Monialium Ordinis S. Benedicti in Saxonia.

S. Symphoriani.

Celebre olim Benedictinarum Virginum Cœnobium in Diœcesi Treverensi haud procul à Monasterio ejusdem Ordinis virorum S. Martini extra muros urbis Treverensis, quod Adelbero de Luxenburg in Episcopatum se violenter intrudens, evertit.

Syon.

Monasterium Ordinis S. Wilhelmi in Helvetiæ provincia Zürichgoviana sive Turegiana haud procul ab oppido Klingnauw, fundatum, ut creditur, à Baronibus de Clingan.

T.

Tegernsee.

Potentissimum atque amplissimum superioris Bavariæ Monasterium iotra Isaram & Oenom in faucibus Alpium propa lacum Tigurinum ab Alberto & Ottogerio Agilolphingis Principibus Comitibus de Warngew & Tegernsee (quos nonnulli Grimoldi Ducis filios contendunt) sub A. C. 700. conditum ab Orthone II. Imp. ejusque ex fratre Luitholdo cognominem Otthonem restauratum; cujus Cœnobii Abbates, more Principum equestris Ordinis Officiales perpetuos sive Hæreditarios habuēre. Eos inter Marescallorum officio functi sunt Equites ab Irinsporg, hisq; defunctis Domini de Thor; Camerarii fuēre Nobiles de Warngew, hisque extinctis Equites de Pieuzenauw; Dapiferi, Equites ab Hohenrain, tum Nobiles Turndl, demum Equites ab Hohenkirchen; Pincernæ sive Pocillatores Equites ab Eling, quod post eorum obitum, munus nobile de Sunderndorff impetrarunt. Amavit locum specialius S. Henricus Imp. & non pauca contulit, cordiq; admodum habuit ejus Reformationē, cui etiam reclamantibus Ascetis S. Gothardom ex Altaich accitum, Hildesianum postea Pontificem præfecit. Colitur in hoc Cœnobio corpus S. Quirini Regis & Martyris & plura alia SS. corpora.

Tennenbach.

Illustre sub Regula Divi Beoedicti & Constitutionibus Cisterciensium Cœnobium de quo Angelus Marique aliique Cisterciensium rerum scriptores.

Teraghen.

Virginum Sanctimonialium Collegium in Diœcesi Gandavensi, cujus meminit Claud. Robertus.

S. Theodori.

Illustre Benedictini Ordinis Cœnobium Bambergæ quod sub A. C. 1170. condidit Gertrudes Marchionissa Landspergensis & Lusatiæ, Hermanni Principis Palatini Uxor, connitente strenuo, idemq; insigniter locupletante Fundatricis germano fratre Hermanno Episcopo Bambergensi, in quo eadem post mariti obitum Monasticen complexa est, & frater Episcopus elegit sepulturam.

Theolegium.

Aliàs Dolegium celeberrimum sanctissimumq; Diœceseos Treverensis sub Regula Divi Benedicti Cœnobium, fundatum à Dagoberto Rege sub A. C. 627. consilio S. Modoaldi Archiepiscopi, & S. Mauritio consecratum, ex quo ingens Sanctorum numerus, & magnorū Pontificum prodiit, qui maximis meritis cùm Germaniam tum Galliam obstrinxerunt. Ex Abbatibus, præ aliis claruêre: S. Wendelinus, S. Paulus postea Virdunensis Episcopus, Grimo sive Adelgisus Dagoberti Regis frater, Hildo Abbas 13. postea Virdunensis Episcopus, Theofridus Abbas XIV. ad eamdem cathedram extractus; Berthehardus Abbas XXII. & ipse ad eamdem sedem promotus; Hildinus, Hattho, Gerardus, Frido, Bernonus seu Barnonius, Berengarius, omnes ex loci hujus Abbatibus, Virdunensium Pontifices, ut nemo satis splendorem hujus loci miretur.

Theris.

Sive Tharis Benedictini similiter institutì nobile Cœnobium, in Ducatu Franconiæ Diœcesi Herbipolensi, quinque à Bamberga per descensum Mogani fermè milliaribus distans, cujus Abbas olim fuit Rudigerus moribus & eruditione insignis, ex Hirsaugia postulatus.

Thorna.

Fundavit Thornense Benedictinæ Professionis in Diœcesi Leodiensi Cœnobium Arnfridus Comes Huyensis de consilio Notkeri prædictæ sedis Episcopi, in quo & Domina uxor ejus & filia Monasticen professæ sunt, & magnis virtutibus emicuerunt sub anno Christi 1000.

Thierhaupten.

Superioris Bavariæ cultissimum Cœnobium Ordinis S. Benedicti, ad Aichbium pisculentissimum amnem, haud procul à Lyco fluvio, tribus ab Augusta Vindelicorum, totidem à Donoverda milliaribus, elegantissimo & maximè fertili loco, in colle editiore ex quo Augustam Donoverdamque intuearis situm, quod sub A. C. 750. Thassilo Bavariæ Dux condidit, Lotharius autem I. eo nomine Imperator restauravit, Gebhardus denique Ratisponensis Episcopus Witelsbacensis Palatinus ejusq; frater Rapatho Comes Hohenwarttensis ampliavit ac locupletavit. Sepulturam ibi habent Nobiles Hinterskircher de Schönleuten.

Töss.

Celebre Virginum Ordinis S. Dominici in Helvetiæ Comitatu Turgovico Cœnobium, modicis initiis, à nobili quadam matrona Euphemia ab Herten primò conditum, quod postea sub A. C. 1234. Hartmannus senior, & Hartmannus junior Comites Kyburgii de novo fundaverunt: Sed & Agnes Alberti Cæsaris filia, Ungariæ Regina & Vidua plurimum auxit & locupletavit.

Toroltanum.

Benedictini Ordinis in Flandria celebre olim Cœnobium in quod S. Ansgarius S. Rembertum puerum instituendum misit.

Trans-Aquas.

Alias Monasterium B. M. V. fundatum ab Hermanno XIV. Mimigardevordensi Episcopo sub A. C. 1040. sub Regula S. P. Benedicti, à quo dein mutato & mutuato nomine Episcopatus ipse & oppidum cœpit Monasteriensis appellari.

Traunkirchen.

Ordinis Divi Benedicti vetustissimum Virginum Cœnobium, fundatum sub A. C. 900. ab Ottocaro Agilolfingo Styriæ Marchione postquam eodem loco una cum Leutholdo Marchione Hunnos felicissimè triumphasset. Absolvit Fundationem felicissimè Albertus filius, & triumphatæ Gentilitatis Trophæum nobiliter exornavit.

Troncinium.

Ordinis Præmonstratensis Cœnobium in Germania inferiori Diœcesi Gandavensi.

S. Trudonis.

Benedictinæ Professionis potentissimum in Hasbania Diœcesi Leodiensi Asceterium, vulgo S. Tron ubi quiescit Eucherius Episcopus XXXVI. Aurelianensis, & S. Trudo, cujus festum agitur 23. Novem. in quo floruit Theodoricus Abbas scriptor egregius. Vid. Aub. Miræus & Molanus.

S. Trudonis.

Fœminarum Ordinis S. Augustini Brugis in Flandria. De quo Claud. Robertus.

S. Trudperti.

Vetustissimum celeberrimumque in Brisiaca ad Herciniam tribus à Fryburgo milliaribus Monasterium, à primis Habspurgi Comitibus ante mille annos conditum, è cujus vetustissimis monimentis Agilolphingicæ Gentis, & Habspurgi Comitum origines & deductiones multo & longo labore, distinctissimè tamen & clarissimè, deduximus. Incoluit primum S. Trudpertus, S. Ruperti Salisburgensium primi Episcopi, & Magni Bojorum Apostoli frater germanus, sub A. C. 600. & proprio sanguine Martyr irrigavit & sacravit Regii generis Princeps, quem tot sæculis illic corpore quiescentem devotio fidelium coluit, & in sua primùm receptum cùm vivum fovit prisca Habspurgi Comitum pietas, tum sera eorumdem posteritas mortu-

mortuum honoravit, nec dubium quin & tanto post Patronum potentissimum, ut in vota promptissimum experiatur.

Truttenhausen.

Ordinis Canonicorum Regularium S.Augustini ad Vosagum Præpositura fundata à Gunthero de Wernheim & Landsperg A. C. 1181. Friderico I. Barbarossa Sueviæ atque Alsatiæ Duce approbante & juvante.

Tuitium.

Aliàs Monasterium Divitense B. M. V. sive Herbertinum, cujus initia celebrantur ex Voto Otthonis III. Imp. & S. Heriberti Archiepiscopi Coloniensis, ut si quis alter alteri superstes esset, utraq; pia vota effecta daret. Quod S. Heribertus etiam post obitum Cæsaris strenuè adimplevit, & Cœnobium à fundamentis anno Christi 1002. jactis, ad supremum usque fastigium eduxit, Pilegrinus autem successor plurimũ ornavit & locupletavit. Sed & Hermannus II. S. Anno, & Sigevinus Archiepiscopi insigniter auxerunt. Fuit Cœnobium semper spectatissimum & magnos viros educavit, è quibus B. Vulpertus primus Abbas, & Rudolphus ejus successor electus Osnaburgensis Episcopus plurimum resplenduerunt. Sed ante & super omnes spectatissimum illud Germaniæ sydus S. Rupertus vulgo Tuitiensis, Matris Sapientiæ sapientissimus & eruditissimus discipulus, qui relicta ingenii maximis monimentis mundũ implevit admiratione, omnemq; immortaliter demeruit posteritatem. Conditus in eodem Cœnobio religiosissimè colitur meritissimus ejusdem Fundator S. Heribertus, asservaturque aliæ pretiosissimæ Divorum Reliquiæ, inprimis ex Divæ Ursulæ felicissima Martyrum societate.

V.

Valciodorum.

Magnificum prorsus atque inprimis celebre sub Regula Divi Benedicti in Germania inferiori Monasterium, vulgo Vazor, in Diœcesi Leodiensi, ad Mosam fluvium prope Dionantum, ex quo lucu plurimi viri illustres prodiêre, de quibus in Annal. & Menol. Bened.

Valcuria.

Ejusdem Ordinis, nec minus illustre Cœnobium in Diœcesi Namurcensi, in quo quiescit S. Eloquius. Fundatum fuit sub A. C. 977. ab Eilberto Comite. Videatur Aub. Miræus.

S. Valentini.

Sub Regula similiter Divi Benedicti in Alsatia & oppido Rufach, uti habetur in Rotulo Visitationis de anno 1485. in Diœcesi Basileensi.

Vallis Benedicta.

Ejusdem Regulæ sub Constitutionibus Cisterciensium sacrarum Deo Virginum Cœnobium, situm in Diœcesi Leodiensi, fundatum A. C. 1213.

Vallis DEI.

Ejusdem Instituti Virginum in eadem Diœcesi, fundatum anno 1180.

Vallis Ducis.

Vulgo Valldoc, in Diœcesi Mechliniensi inferioris Germaniæ, de quo Cantipratanus lib. 2. c. 10.

Vallis Gaudii.

Monasterium similiter sacræ Cisterciensis familiæ situm in Diœcesi Coloniensi.

Vallis-Cella.

Ejusdem Instituti, vulgo Vancellei Diœceseos Cameracensis, secundo milliari à Cameraco, fundatum A. C. 1131. consecratumque 16. Julii cujus primus Abbas fuit Radulphus à S. Bernardo constitutus. Vide Anselmum in supplem. Sigeberti Henriquez, Miræum, &c.

Vallis S. Crucis.

Ejusdem Ordinis Virginum Cœnobium de quo supra littera C. S. Crucis.

Vallis S. Georgii.

Ordinis Benedictini Nigrorum, situm in Diœcesi Moguntina.

Vallis-Scholarium.

Insigne Monasterium, quod in ipsa urbe Leodiensi, teste Stephano Abbate Alnensi ejusque Epitaphio, condidit Robertus de Torota Episcopus Leodiensis.

Vallis S. Lamberti.

Monasterium Ord. Divi Benedicti sub Constitutionibus Cistercii, in Diœcesi Leodiensi, quod anno Christi 1201. fundavit Hugo ejusdem sedis Episcopus cognomento de Petra-ponte.

Vallis Liliorum.

Cœnobium Ordinis Præmonstratensis in Germania inferiori propè Mechliniam.

Vallis Rosarum.

Verè Roseum, Virginum Christi lectissimarum Cœnobium, sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cisterciensium, situ in Diœcesi Mechliniensi, prope ipsam hujus Metropolim, in quo requiescit religiosissimè coliturSanctissima illa Virgo B. Ida de Lovanio, quinque vulnerum Christi signaculis insignis, & coronæ spineæ doloribus à Numine coronata, ejusdem loci rosea Sanctimonialis.

Vallis B. M. V.

Ejusdem Instituti insigne Virginum Collegium in Diœcesi Leodiensi, prope Huyum oppidum.

Vallis S. Mariæ.

Ejusdem quoque Professionis situm in Diœcesi Ultrajectensi, prope Daventriam.

Varmenton.

Ordinis Divi Augustini in Germania inferiore Cœnobium, situm in Diœcesi Iprensi.

S. Vedasti,

Loogè Jllustrissimum potentissimumque Benedictini Ordinis, inferioris Germaniæ io ipsa urbe Atrebatensi Monasterium, quod A. C. 655. condere cœpit S. Anspertus Cameraceosis simul & Atrebatensis Episcopus, inque illud A. C. 658. transtulit corpus S. Vedasti, dotavit antem ad preces S. Vindiciani Theodoricus I. & magnifice locupletavit, ex quo deinceps fulgidissima tori Belgin sydera illuxêre. Abbatum Syllabum subnectimus:

1. S. Autpertus idem Fnodator, Episcopus & primus loci à se conditi rector. Obiit 13. Decemb. A. C. 675.
2. S. Vindicianus, S. Antperti in Episcopatu & Cœnobii Prælatura successor, qoi, nequid cæteri quoq; Episcopi in Cœnobiũ auderent, ejus Prosecturam resignavit A. C. 690.
3. B. Hatta è Blandinio postulatus, cum huic Cœnobio annos 20. præfuisset, repetitus à suis ibi 5. annis præfuit.
4. S. Hadulphus filius S. Ragnnlphi Mart. elect. 71n.

5. Magdebaldus 730. 6. Ragenfredus 731.
7. Gossilenus 732. 8. Guido. 74n.
9. Lombaous 744. 10. Adalricus 747.
11. Sigebertus 773. 12. Radfridus 783.
13 Raddo 795. cui Alcuinus dicat vitam S. Vedasti.
14. Adalnngus 815. 15. S. Fulco, dein Remens.
16. Madfridus 852. 17. Rothnldus (Archiep.
18. Adalardus. 19. Car. Calvus Rex 866.
20. Hngo 869. 21. Hugn II. 871.
22. Rodulphus. 23. Balduin. Calvus Com.
24. Alckmarus. 25. Adelhelmus.
26. Arnulphus Cnmes. 27. Hugo III.
28. Hugo IV. 29. Hildebrandus.
30. Framericus 965. 31. Malfridus 972.
32. Fucardus 993. 33. Richardus ex Abbate
34. Matholdus 1018. 35. Ledwinus (Virdun.
36. Jnannes. 37. S. Poppo 1049.
38. Balduinus Pius Com. 39. Adelelmus, nb. 1060.
40. Archébnldus. nb. 1067 41. Adalardus.
42. Adloldus. 43. Henricus.
44. Galtberus. 45. Gerricus.
46. Martinus. 47. Heoricus II.
48. Joannes II. 49. Joannes III. 1186.
50. Joannes IV. 51. Henricus III. 1194.
52. Raymundus. 53. Odo.
54. Jnannes V. 55. Martions II.
56. Hugo V. 57. Paulus. 1258.
58. Simon, 1262. 59. Garinns II. 1279.
60. Rudolphus II. 61. Petrus Portensis 1306.
62. Nicnlaus. 63. Eustathius.
64. Joannes Faber postea Episcopus Carnoteosis 1380.
65. Ludovicns. 66. Robertus 1385.
67. Joannes VII. de Moy. A. C. 1394.
68. Sigerus fuit in Concilio Coustantiensi.
69. Joannes VIII. Mericurtius, 1416.
70. Joannes IX. le Clerc. 1428. obiit 1462.
71. Carolus Bnrbnnius 1443.
72. Robertus II. Briconetus. postea Archiep. Rem.
73. Jacobus de Kelles, electus 1497.
74. Mattinus Assettus. 1508.
75. Hieronymus. 76. Rogerius.
77. Thomas Parenty Bruxellensis 1571.
78. Joannes X Sarracenus postea Cametacensis Archiepiscopus, Capuzinis Cœnobium struxit Attrebati A. C. 1591.
79. Philippus Caverellius, cui Aubertus Miræus dicavit Origines Benedict. A. C. 1614. Patribus Societ. Collegium Atrebati ædificat; & Collegium S. Georgii Benedictinum Duaci.

Vejelsdorff.

Ordinis Benedictini Cœnobium, alias S. Michaelis Vejelstorffense appellatum, de quo Rotulus Visitatinnis de anno 1484.

Velegradum,

Insigne Benedictini Ordinis in Bnhemia Cœnobium quod sub A. C. 1120. Uladislaus Dux Bnhemiæ fundavit, & magnis reditibus locupletavit.

Veronhofen,

Beoedictinæ Professionis nobile Virginum Monasteriom quod sub A.C. 890. S. Verona condidit Ludovici Regis Bavatiæ filia.

Vestera.

Canonicorum Regularium Ordiois S. Augustini Cœnobium, cnjus Præpositus S. Hildegardem Abbatissam tanquam commune Germaniæ Oraculum per litteras consuluisse legitur.

Veteris-Campi.

Mnnasterium sub Regnla Divi Benedicti & Ordinis Reformatione Cisterciensi fundavit Fridericus eo nomine I. Archiepiscopns Colooiensis, Marchio Forolíviensis; quod plurimum auxit atque ornavit, Bruno Comes de Alsena.

Veteris Montis.

Ejusdem instituti lectissimum Asceterium, fundatum ab Adolpho I. Comite Alsenæ, qood ausit munificè Bruno ejus pronepus Archiepiscopos Coloniensis, in eoque demom pnsito Electnratu Monachum professus est. Sepulturá ibidem elegeruot, Duces Montenses.

Veteris-Cellæ.

Benedictini Ordinis Virginnm Nobilissimarum Cœnobium, quod ante annos mille salutis scilicet partæ 635. S Bilhildis cum Sigeberti Episcopi Moguotinensis avunculi sui cnnsilio, condidit. In quo præter alias Reliquias asservator Sndariom Christi, qood annis singulis pnstridie Paschatis, ex ambone qnndam prælucentibus facibus à Reverendissimn D. Suffraganeo explicatur & monstratur populo dum simul canit: *Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sudarium & Vestes, &c.*

Veteris Cellæ, aliud.

Situm est hoc Veterocellense Cœnobium in Saxonia Misoensi, quod sub . C. 1180. fundavit, cum conjuge sua Hedwige Braodeburgensi Marchinnissa Otho Marchin Misniæ & Lnsatiæ, qui ibidem cum uxore & filia sepultus est.

Veteris-Vineæ.

Virginum DEO sacrarum illustre Cœnobium,

Regulæ

Regulæ S. P. Benedicti sub Constitutionibus Cistercii situm inter Leodium & Trajectum in Diœcesi Leodiensi.

Viepach.

Monasterium Virginum Ordinis Divi Augustini in Bavaria, in monte Isaræ iminenti infra Landshuotum à Berengario Comite de Leonberg conditum sub A. C. 1196. Henrico Bavariæ Duce numarum Virginum adaugente.

Villeck.

Benedictinæ professionis nobilissimum Cœnobium, pro Virginibus Numini dicatis fundatum, sub A. C. 980. à Megengore Comite ac Principe Geldriæ ejusque conjuge Gerberga Godefridi Docis filia, cujus prima fuit Abbatissa borum filia S. Adelheides, miraculorum gloria supra omnem sæculi gloriam longè Jllustrissima de qua recens mortua ausus est affirmare S. Heribertus Coloniensis Aichiepiscopus, cum hæc mortua esset 5. Febr. die Sanctæ Agathæ sacra, siquidem uti Adelheidis, corpus S. Agathæ tunc præsens haberet, & copia alterutrius deligendi sibi daretur, nullo modo Agatham Adelheidi à se præferendam.

Villarium.

Monasterium longè felicissimũ sanctissimumq; sub Regula Divi Benedicti, ejusq; Ordinis amplissima Reformatione Cistercienſi, situm in Brabantia, Diœcesi olim Leodiensi nunc Namurcensi, Nivellam inter & Gemblacum, ad Diriæ amnis scaturiginem conditum A. C. 1147. Ex quo deinceps, admiranda prorsus Sanctorum copia prodiit, ut qui Menologii nostri sive etiam Calendarii Benedictini, menses diesqoe vel obiter inspexerit, toties congeminata sacratissimi bujus Cœnobii memoria totus attonitus reddatur. Sepultus ibidem fuit habitu Monachi Dux Brabantiæ Joannes A. C. 1565. ubi innumerabilis Jllustrium multitudo sæculo mortua est, priusquam sarcinam corporis exueret mortalem, veram indueret immortalitatem.

Viridarium.

Ejusdem Ordinis Virginum Collegium, Duaci inter & Cameracum, fundatum A. C. 1227.

Viridis-Vallis.

Ordinis S. Augustini, Diœcesis Mechliniensis, de quo hi apud Gazæum de ejus fundatione versiculi.

I. quater, & mille, ter C. tunc floruit ille
Qui viridem Vallem fundavit ad ethera callem.

Vischbachonna.

Monasterium insigne, quod alias Cella S. Martini in Vischbachonna dicebatur, membrum Cœnobii Hirsaugiensis, de quo Urbanus II. in Bulla ad Gebhardum Abbatem Hirsaugiensem, de anno 1095.

Vischingen.

Benedictini etiam Ordinis celebre atque opulentum in Helvetia, Comitatu Turgoviæ Cœnobium, à Comitibus Tockeburgiis conditum, & multorum donatione fidelium auctum & locupletatum, Virorum olim atque Virginum, in quo S. Ida sive Ittha, Comitis Tockenburgii conjux, nata Comitissa Kirchbergensis, ejusdem loci denique Sanctimonialis miraculorum gloria dum viveret, & à morte illustrissima colitur.

S. Viti.

Jllustre prope vicum Nenmarekt Benedictini Ordinis Cœnobium, olim in Elsenpageo à Diethmaro Comite de Dornberg fundatum, quod inde sub annum Christi 1171. Wolfrannus Comes nepos ejusdem an filius ad montem S. Viti prope Neumarckt transtulit, inde S. Viti appellatum.

S. Viti aliud.

Benedictini Ordinis prope Mogum in oppido Hasfordensi, cujus meminit Rotulus Visitationum de anno 1485.

S. Viti aliud.

Situm in Diœcesi Salisburgensi, ejusdem Ordinis de quo idem Rotulus, aitque visitatum pridie Conceptionis Beat. Virg.

S. Viti.

Corbeiense è præcipuis totius Germaniæ, Ordinis Divi Benedicti, de quo littera C. sub nomine Corbeiæ.

S. Viti aliud.

In Gladbacb nimirum, Diœcesis Coloniensis ejusdem Benedictinæ professionis, Congregationis Bursfeldensis, cui unitum fuit A. C. 1511.

Vivenissa.

Ejusdem Regulæ, Constitutionum Cisterciensium nobile Virginum Collegium in Germania inferiori, Diœcesi Leodiensi.

Vladenstadense.

Benedictini etiam Ordinis Monasterium, Diœceseos Moguntinensis.

Vliderbeck.

Abbatia Benedictini Ordinis in Diœcesi Mechliniensi, quam eamdem puto cum illa de qua supra lit. F. Fliderbeca.

S. Udalrici.

Alias SS. Udalrici & Afræ Martyris in Vindelicorum metropoli Augusta, Benedictini Ordinis celeberrimum & amplissimum Cœnobium, sublimiore & augustiore urbis loco situm, ex Divæ Afræ templo, per S. Udalricum Episcopum, in Canonicorum Collegium, inde à Brunone Episcopo ejusdem sedis in Monasterium Ord. S. Benedicti conversum, cujus Abbates Ordine damus:

1. Reginbaldus Comes à Dillingen & Kyburg ex nepotibus sancti Udalrici. Electus A. C. 1012. Fit Spirensis Episcopus A. C. 1031. obiit 1039.
2. Dego vir doctus & Religiosus electus 1015. obiit anno Christi 1018.
3. Gotisgenus, obiit 1020. 13. Cal. Januarii.
4. Frideboldus S. Henrici Imp. Confessar. ob. 1030.
5. Henricus ex Priore electus, vir egregius ob. 1044.
6. S. Thieto, sive Theodo, obiit A. C. 1050.
7. Adalbero vir eruditus, moritur A. C. 1065.

8. Theodomarus ab Embricone Episcopo obtrusus, obiit 1080.
9. Sigehardus à conventu electus. obiit 1094.
10. Hartmannus è Gotvicensi Cœnobio, ob. 1096.
11. Berengarius resignat 1107.
12. Guntherus ex Abbate Wessenbrunnensi, cedit 1109.
13. B. Egino, vir sanctus, obiit Pisis in Italia A. C. 1122.
14. Wollemarus vir præstans. decessit A. C. 1216.
15. Udalscalcus de Mayfack laudatissimus ob. 1151.
16. Hezilo optime meritus. Extinguitur A. C. 1167.
17. Udalricus de Biberach, vir utilis. obiit 1174.
18. Henricus de Meysick, sub quo Guelpho Dux Spoleti Marchio Tusciæ Princeps Sardiniæ dotat Cœnobium liberalissimè. Moritur Henricus A. C. 1181.
19. Menigoldus, sub quo exustum Cœnobium, ob. 1188.
20. Henricus III. Præsul dignissimus, obiit 1195.
21. Erchenboldus Jllustrator Cœnobii, mortuus 1203.
22. Udalricus ex Priore Abbas, bonus Oeconomus, Resignavit 1209. obiit 1211.
23. Henricus IV. de Ballesheim vir insignis ob. 1216
24. Dietho postulatus ex Füessen, vir utilis. ob. 1225
25. Luitfridus Præsul sapiens, resignat A. C. 1232.
26. Hildebrandus, obiit A. C. 1244.
27. Goswinus de Thierheim, obiit 1267.
28. Theodoricus de Rott, vitam reliquit A. C. 1288
29. Sibotho cognomento Stolzhirs, resignat 1292.
30. Henricus ab Hagenauw. resignat 1315.
31. Marquardus ab Hageln, obtrusus, aliàs Ordinis S. Dominici sub hoc exustum Monasterium ob. 1333.
32. Conradus Winckler, Confessarius Lud. IV. Imp. alter Cœnobii Fundator. Decessit 1355.
33. Joannes de Fischach benè meritus moritur 1366.
34. Fridericus de Gummeringen minus laudatus, ob. 1379.
35. Henricus de Gabelbach, exauctoratus A. C. 1396
36. Joannes Lauginger, præfuit utilissimè, postolatus ex Fuessen. obiit A. C. 1403.
37. Joannes Kussinger ex Abbate Uttenburano, primus Abbas infulatus, vir præstans, extinctus 1428
38. Henricus Hentter, inutilis moritur 1439.
39. Joannes ab Hohenstein ex Ebersperg postulatus resignavit A. C. 1458.
40. Melchior de Stamheimb, postulatus ex Wiblingen bene meritus, obiit A. C. 1474.
41. Henricus Fries, sub quo templum vi ventorum concidit totum, decessit A. C. 1482.
42. Joannes de Giltlingen familiæ Equestris nobilissimæ, Jllustrator Cœnobii meritissimus. ob. 1496
43. Conradus Morlin chorum S. Udalrici magnificè struxit, primum jaciente lapidem Maximiliano Imp. vita excessit A. C. 1510.
44. Joannes Schrott Augustanus, inutilis resignat 1517.
45. Joannes Kienlin, resignavit A. C. 1538.
46. Simon Goll Augustanus, defunctus A. C. 1548.
47. Jacobus Köpplin, Leugenfeldensis, obiit 1600.
48. Joannes Merck.
49. Bernardus Hertfelder eximia eruditione, pietate & magnis clarus meritis Præsul, idem multo nomine cùm de Cœnobio suo, tum de re Catholica meritissimus

Asservatur in eodem Cœnobio ingens SS. Reliquiarum thesaurus; corpus inprimis integrum S. Udalrici Cœnobii & totius Diœceseos Tutelaris, corpus item integrum atque incorruptum S. Afræ Martyris similiter Tutelaris totius Diœceseos. Item corpora integra SS. Hilariæ, Dignæ, Eunomiæ, Eutropiæ, Agape, Leonidis, Julianæ, Nimmiæ, Diomedæ, Euriæ & Faustæ Martyrum. Corpus integrum S. Simperti Episcopi, corpus integrum S. Wicterpi, sed & corpora integra BB. Tossonis, Nidgarii & Adalberonis Pontificum Augustanorum. Item corpora integra SS. Martyrum Dionysii primi Vindelicorũ Metropolis Episcopi, S. Afri patrui S. Afræ, Quiriaci, Largionis, Crescentiani, Eutichyani, Charitonis, Philadelphi, Petri, Emblasii, & plurium aliorum, quorum nomina ignorantur.

Ut nihil de plurimis aliis reliquiis memoremus, è quibus præ aliis æstimatur Crux S. Udalrico è cælo allata in signum victoriæ contra Hungaros, quam ipse in prælio exercitui præferebat.

S. Vdalrici.

Monasterium Brisiacæ, in finibus Herciniæ, haud procul à Divi Trudperti, membrum olim Cœnobii Cluniacensis, in quo S. Udalricus Divi Udalrici Episcopi nepos, Comes Kyburgius, Monachus Cluniacensis Sancto Hogoni cognomento Magno dilectissimus Priorem egit, & sancto fine decessit, mira miraculorum gloria à Numine commendatus.

Vlmense.

Sive Ulmi Cœnobium sub Regula Divi Benedicti haud procul Mechlinia conditum, & ab Ulmorum frequentia cognominatum, cujus Abbas primus exitit S. Libertus Comes Mechliniæ, Martyrio affectus sub A. C. 790.

Vlsinium.

Virginum Benedictinarum nobile Cœnobium quod sub A. C. 990. fundavit Beatæ memoriæ Bruno Werdensis Episcopus, è Ducibus Saxoniæ & Sueviæ oriundus, qui postea creatus est Pontifex Maximus & Gregorius V. appellatus.

Vndenstorff.

Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium conditum in Bava ad Geloonm fluvium anno salutis 1116. ab Othone Com. Pal. de Witelspach, quod A. C. 1131. Innocentius II. confirmavit.

Volckenrode.

Celebre sub Regula Divi Benedicti, & Ordinis ejusdem Reformatione Cisterciensi Asceterium è quo primos lapides & fundamenta Religionis petijt pro condito noviter à se Cœnobio Waldsassensi Beatæ mem. Gervicus de Wolmundstein.

Vraugia.

Vulgo Urauu, illustre Benedictini Ordinis Cœnobium in Franconia Diœcesi Herbipolensi conditum in honorem Laurentij Mart. à S. Othone Episcopo Bambergensi; cujus primus Abbas fuit

fuit Beatæ mem. Eckardus, relictis ingenij & pietatis egregijs monimentis etiam in terris immortalis.

S. Vrbani.

Magnificum Helvetiæ in provincia Argoviæ Sacræ Cistericiensis familiæ Monasterium Aarwangam inter & Arburgum ad amnem Murgam, in territorio Luceroate, fuodatum ab Equitibus de Langenstein & Kapfenberg tempore Henrici VI. Imp. A. C. 1194. Sepulti ibidem Fundatores Udalricus Lupoldus & Wernherus fratres, quorum duo posteriores ibidem cucullum amplexi sunt. E Benefactoribus celebrantur Nobiles de Luterberg, de Messe Mutzweil, de Muleria, de Matistetteo, ab Erisweil, de Stettenberg, Ortenfels, HohenOrstein, ab Herchenstein, Reüschlingen, Rynow, Wiodperg, Grimslen, de Schipfeo, de Seedorff, Zimickem, Grünenstein, Schlierbach, Rudern, &c.

Vrovvencloster.

In Valle oon procul dissita ab Oestbruck, insigne olim Virginum Benedictinarum Collegium quod propè Ostbrugam primo condidit sub anoum Christi 1120. Godobaldus Traject. Episcopus, inde traoslatum A. C. 1138. & dotatum a Mathilde Imperatrice, & Hermanoo, Theodorico, & Heorico Equitibus; coosecratum io hooorem cœlorum Augustæ.

Vrsicampus.

Volgo Orcamp, sub Regula S. P. Benedicti & Sacratissima Ordinis Reformatione Cisterciensi, fundatum A. C. 1129. à Simone Episcopo Noviomensi, Hugonis Magni Veromanduorum Comitis filio: in quo Simon Foodator eum quatuor Episcopis sepelitur.

Vrsperg.

Præmonstratensis Ordinis eleganti loco Cœnobium, quod sub A. C. 1125. fundatum fuit à Wernhero Comite de Schwabeck (quæ arx duobus milliaribus à Mindeheymensi oppido distabat, avita Comitum sedes) cujus sorores Schwiohildis & Gisela altera Burgense, altera Edelstettense eodem tempore Cœnobia condidere.

Vrspringen.

Virginum Beoedictinarum Nobili genere conspicuarum illustre Monasterium, in Diœcesi Constantiensi, vno milliari ab Ehingâ oppido, ad limpidissimas aquarum Scaturigines situm fundatum à S. Udalrici parentibus Dillingæ & Kyburgi Comitibus, quod dein Rudigerus, Adalbertus & Waltherus Barones de Schelcklingen insigniter dotaverunt.

Vttenbura.

Opulentum ac splendidum prorsus Sueviæ Cœnobium, situm lo Valle Guntiana, fundatum à Syllacho Agilolfingo, Francorum in Alemannia Duce Ilergoviæ Comite, ejusque coojuge Ermisvinda, sive Irmentruda sub A. C. 764. In quo inter alia eximia Cœnobij sydera effulsere S. Totto, ex Alemanniæ Principibus Syllachi Fundatoris filius primus loci Abbas, B. Widgarius quartus ibidem Antistes, Augustanus postea Episcopus, demum Helvetiorum meritissimus Apostolus S. Ropertus Abbas XVII. egregia Vitæ sanctitate conspicuus, multique alii cum Nobilitate generis conspicui, tum singulari eruditione & Religione.

Vttenvveiler.

Sive Uthonis villa Monialium Monasterium in Suevia superiore, propè Bussium monte, alias Suevû, pro Heremitis S. Augustini coodidere sub A. C. 1450. Bertholdus, Conradus & Joannes de Stain Equites aurati, quorum primus obiit A. C. 1473. ibidem splendide tumulatus.

W.

Walciodorum.

Benedictinum potentissimum Monasterium in Diœcesi Leodiensi, cujus jacta fuot fundamenta ab Eilberto Comite A. C. 944. Vide supra Valciodorum.

Walckenriedt.

Canonicorum Regularium eclabre Collegium ex præpositura in Abbatiam conversum, cujus inter Abbatias Imperii meminit in Catalogo Ordinum Imperii Fridericus III. Imp.

Waldsassen.

Potentissimum in Nariscis Regulæ Divi Benedicti Reformationis Cisterciensis Monasterium fundatum A. C. 1133. à Gervico Domino de Wolmunsteio Monaho Sigeberti, ope Theobaldi Marchionis Vochburgensis.

Waldsee.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Monasterium ad lacum cognominem simm, à quo & nomen accepit, intra mœnia oppidi Waldseensis, fundatum à Friderico II. Sueviæ Duce, A. C. 1181. in quo Cœnobio multò Barones Dapiferi de Waldpurg sepulti sunt.

Waldt.

Nobile Virginum sub Regula Divi Benedicti & Constitutionibus Cistercii io Suevia superiore Cœnobium sub Visitatione Abbatis Salemitani.

Walfrode.

Quasi Wälf, sive Welphrode insigne sub Regula Divi Benedicti Cœnobium, conditum sub annom Christi 1330. à Lodovico Duce Loneburgio familiæ Brunsvicensis Otthonis Ducis filio Episcopo Mindensi, qui & ibidem sepulturam elegit, mortuus A. C. 1346.

Wallerbach.

Insigne sub Regula Divi Benedicti Reformationis Cisterciensis Cœnobium, cujus meminit Bruschius in Abbate 15. Waldsassensi in Chronologia Monasteriorum Germaniæ.

S. Walpurgæ.

Argentinensis Diœceseos illustre Cœnobium Professionis Benedictinæ virorum Religiosorum, conditum primo à Theodorico Comite Montis pelgardi, auctum à Friderico Coclite Sueviæ Duce ejusq; coojuge Juditha Guelphica Henrici Nigri seu Magni filia, Friderici I. Imp. parentibus, quod deinceps hic ipse jam Imperator A. C. 1164. Abbatiali

tiali honore sublimavit & plurimum locupletavit. Floruere in hoc Cœnobio multi egregia nobilitate Asceta è quibus sub A. C. 1430. Burcardus de Mülheim, Abbas Equestri nobilissimo inter Rhenanos genere, insignis Monasterij Restaurator, qui obijt A. C. 1479.

S. Walpurgæ.

Virginum Benedictinarum florentissimum felicissimumq; Cœnobium, Aichstadii conditum, ab Otkario sexto ejus sedis Episcopo sub A. C. 860. quod postea liberaliter dotavit LeodegariusComes. In quo usque hodie servatur magnus ille Sacratissimi corporis B. Walpurgæ thesaurus, ex quo tot sæculis ab obitu ejusdem prodigiosissimum emanat oleum, variis ægritudinibus mirificè salutare. Floruere in eodem ingenti numero nobilissimæ semper & genere & Virtute Virgines, ut haud immerito inter spectatiora Germaniæ Regum Regis computes Gynecæa. Ejusdem meminit Rotulus ut vocamus visitationis de A. C. 1484. memorantque tunc recens defunctæ & ad nuptias sponsi Agni vocatæ: Domina Sophia Abbatissa, D. Ursula de Absperg, D. Dorothea de Leourodt D. Anna ab Eich, Elisab. de Sackendorff, D. Anna Leutenpeckin.

Walsraden.

Benedictini Ordinis celebre Monasterium situm in Ducatu Lunæburgensi, quod sub A. C. 986. Walo Comes Ascaniæ Dominus Bernburgi fundavit, cum uxore sua Elisabetha filia Hermanni Comitis Hennenbergil,

S. Waltrudis.

Sacræ familiæ Cisterciensis illustre Cœnobium situm in Diœcesi Moguntinensi.

Wattenstein.

Religiosissimum Virginum Ordinis Divæ Brigitiæ in Pomerania Cœnobium in quo Catharina Ducissa Pomeraniæ juvencula DEO consecrari enixe exambiit; etsi invita à parentibus inde abriperetur & Joanni Palat. Rheni, Ruperti Imp. filio desponsaretur.

Wechselburgum.

Benedictini Instituti opulentum Cœnobium in Saxonia quondam situm, quod sub A. C. 1180. Dedo Comes Rochlizius & Withinensis fundavit, & prædiis ac possessionibus plurimis locupletavit.

Wechters-Winckel.

Virginum Divi Benedicti Nobilis Abbatia, cognomento de Altzen, cujus Abbatissa legitur extitisse familiaris S. Hildegardi Abbatissæ ipsamque per litteras consuluisse.

Weichen-Stephan.

Monasterium magnificum, situ elegantissimo, in editiore prope Frisingam monte olim Tethonia dicto, in quo dicitur castrum Pipini Galliarum & Alemanniæ Regis conditum fuisse, in quo & S. Carolomannus Rex diu habitaverit, condidit illic Benedictinis Religiosis nobile Monasterium Engelbertus Comes de Molpurg, Frisingensis Episcopus sub A. C. 1125. in quo multi egregii Ascetæ floruerunt. Sepulturam ibi elegerunt Nobiles de Fraunhofen, Hagenauw & Fraunberg.

Weiern.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Collegium in Bavaria fundatum à Sigebothone Comite ejusque conjuge Gertrude, approbante fundationem Conrado Salisburgensi Archiepiscopo A. C. 1133. sepulti illic Nobiles aliquot de Pienzenauw & de HohenKirchen.

Weiler.

Virginum, insigne olim, Ordinis S. Dominici Cœnobium, situm in Diœcesi Constantiensi, prope Esslingam oppidum, de cujus prima fundatione non constat, quod tamen Conradus Friderici II, filius Imperator Aug. jam anno salutis 1240. in protectionem suscepit, cæterum Richenza Baronissa de Neyffen ejusdem Dotatrix A. C. 1291. extitit.

Weiler aliud.

Cœnobiolum Ordinis S. Francisci Virginum Tertiariarum in eadem Diœcesi, haud procul à Monasterio & oppido Blaubyrano.

Weilheim.

Fundatum fuit hoc Monasterium ad pedem Montis Teccensis A. C. 1089. à Bertholdo & Gebhardo fratribus Ducibus de Zäringen, quorum ille postea magnus Alemanniæ Dux creatus est, hic factus Hirsaugiæ Monachus Episcopus demum Constantiensis, & per Germaniam Universam Legatus Apostolicus est renunciatus, verum ob loci incommoditatem, non multo post idem Cœnobium translatum est ad S. Petri Herciniæ, de quo supra egimus littera P. S. Petri,

Weingartten.

Pervetustæ & magnificæ Fundationis Ordinis S. P. Benedicti Cœnobium, à Pipino primum Majore Domus Regiæ Brabantiæ Duce & Alemanniæ Rectore, qui postea Galliarum Rex creatus est, fundatum, ad instantiam S. Altonis, Scotiæ Regis fili Germaniæ & Lycatiorum inprimis atque Ambronum & Vindelicorum Apostoli qui Paarum inter & Gelonum amnes pauperem primum Monachorum cellam sub A. C. 718. condiderat, Apostolicos illic cum suis discipulis labores solatus. Demeruit optimè meritum Pipinus, & struendæ nobili Abbatiæ amplissimos agros, sylvas, pascua aliaque contulit, quæ deinceps Rex factus, & Carolomannus frater regia auxere munificentia, & fundationem confirmarunt. Verum cum tertio post sæculo Aulicorum Guelphonis Principis licentia Advocatiæ pessimè gesto titulo, pleraque devorasset, ut vix jam pauculi Ascetæ Abbatem eligere prohibiti an jam coacti paupertate miseram illic vitam agerent, visus usque tertio comminari supremum tribunal Principi S. Alto, sic Guelphonem permovit, ut damna non solum à suis illata omnia resarciret, sed & fundatum ab Ethicone in Ambergöw Mona-

Monachorum cellam adjungeret, eligendique denuo Abbatis poteſtatem liberrimam concederet. Fuerunt que deinceps tanto in pretio ejus loci Religioſi, ut cum eorundem præſentia Princeps ægerrimè careret, optima cum illorum de voluntate totam fundationem Altorffium transferret; Guelpho denique tertius ipſis ibidem in monte Regiam ſuam cederet. Abbates ſubjiciamus.

1. S. Alto Scotiæ Regis filius, ordinatus ad Converſionem Gentium Epiſcopus, ac deiu cellæ à ſe conditæ Abbas primus, obiit decrepitus ſub A. C. 755.
2. S. Marinus S. Altonis diſcipulus vir Apoſtolicus.
3. B. Etho S. Altonis diſcipulus & in munere Abbatiali ſucceſſor claruit ſub A. C. 780.
4. Gebzo Abbas, incertum quo loco poſt Ethonem ponendus, cum fortè etiam ante ipſum & poſtea aliqui Abbates deſiderentur.
5. Rudolphus ex familia Guelphorum potentiſſimorum Germaniæ Principum, poſt comminationem S. Altonis Abbas deſignatus ſub A C. 952.
6. Eberhardus vir religioſiſſimus claruit. 970.
7. Henricus ultimus in Altomünſter, primus in Altorff qui cum univerſo Conventu eo migravit, 985.
8. Luitholdus ſecundus in Altorff, claruit A.C. 994.
9. Brandiſo, Branzo, ſive Brandiſius, ex familia ut colligitur Baronum Brandiſiorum, claruit, A. C. 1030.
10. Beringerus Jlluſtri genere vir, exemplar perfectionis, ultimus in Altorff, primus in monte Vinearum, ſic dicto, quod Sacellum Regiæ *S. Martini in Vineis* diceretur; olim ut creditur vinea circumdatum. Immigravit Palatio Principis cum ſacro cœtu A. C. 1055.
11. Adilhelmus Princeps Lucelburgius, Præſul digniſſimus obiit A.C. 1095.
12. Henricus ex Comitibus de Beienburg vir ſanct°.
13. Beatæ memoriæ Walchio ſeu Walicho, S. Wilhelmi diſcipulus vultu & moribus ſimillimus, ſub quo SS. Sanguinis lateris Chriſti theſaurus oblatus eſt. claruit 1100
14. Chuno Dapifer de Waldpurg Comes à Thann, ſub quo magnus Principum Comitum & Baronum numerus & octo minimum ex ſola Comitum de Thaon familia in vineis floruere. Superſtes etiamnum fuit A. C. 11 4.
15. Godefridus Dynaſta de Venningen, dein poſtulatus in Admoot, alter hujus Fundator extitit, claruit. 1130.
16. Gebhardus Comes de Thann, Dapifer de Waldporg claruit A. C. 1141.
17. Burcardus Comes de Matſch, à Friderico I. Imp. Principibus Imperii accenſus. Floruit A.C. 1150. & 1160.
18. Arnoldus Baro de Kuppingen, claruit 1167.
19. Diethmarus Comes de Triberg poſtulatus ex Hirſaugia, claruit A. C. 1170.
20. Marquardus Baro de Dorndorff, floruit 1179
21. Wernherus Mariſeallus Baro de Marckdorff, 1181.
22. B. Meiogoſus ex Comitibus de Lechsgmundt, Miraculis clariſſimus, obiit A. C. 1200, 21. Apr.
23. Beatæ memoriæ Bertholdus ex Comitibus ab Haimburg, vir meritiſſimus, obiit ſub A. C. 1231.
24. Hugo è familia Comitum Montfortiorum in Werdenberg vita exceſſit 1242.
25. Conradus Dynaſta de Wagenbach, obiit 1266.
26. Hermannus Toparcha de Biechtenweiler, fundator Monaſterii tertiariarum in Altorff, obiit 1299.
27. Fridericus Heller de Hellerſtein Deceſſit 1315.
28. Conradus Dynaſta ab Ibach reſtaurator Cœnobii mirificus, obiit A. C. 1336.
29. Conradus Dynaſta ab Vberlingen (familiæ non urbis id nomen fuit) moritur anno 1346.
30. Henricus Dynaſta ab Ibach laudatiſſimus obiit 1363.
31. Ludovicus ab Ibach Baro de Haldenberg & ipſe de Cœnobio meritiſſimus, obiit A. C. 1393.
32. Joannes ab Eſſendorff filius Udalrici & Sophiæ de Pferſheim, interfuit Concilio Conſtantienſi, obbiit 1416.
33. Joannes Blaarer de Güttingen & Wartenſee obiit 1437.
34. Erhardus à Frydang, ex primo Præpoſito in Hoſen Abbas Vita exceſſit A. C. 1461.
35. Iodocus à Ravenſpurg, equeſtri familia, cognomento Beutelin, Præſul utilis, Moritur A. C. 1477
36. Caſper, ſolus genere ignobilis, & ob id multa à ſuis perpeſſus ſub quo & anteceſſore laboratum ut Monachi inſtar Eluacenſium Canonici fierent, obiit Gaſpar 1491.
37. Hartmannus de Burgaw ex familia Equitum de Knoringen. Defunctus A. C. 1520.
38. Gerwicus Blaarer de Girſperg, vir incomparabilis Cæſaribus & Regibus gratiſſimus, ob. 1567.
39. Joannes Hablizel vir ſplenditus, aulam magnificam condidit obiit A. C. 1575.
40. Joannes Chriſtophorus Raitner à Zellerberg Gerwici ex fratris filia pronepos, Relignavit 1586.
41. Georgius feliciſſimæ memoriæ Antiſtes, ſui & plurimorum Cœnobiorum meritiſſimus Reformator. Reſignavit A. C. 1627. eodem anno mortuus.
42. Franciſcus Dieterich, Georgii Electi Curienſis Epiſcopi Decani Cathedr. Conſtantienſis frater germanus, cujus conatus maximos cum patriæ clades intercepit, tum ſuſtulit mors prœmatura A. C. 1637.
43. *Dominicus Layman de Liebenaw*, Pauli ex fratre Nepos, illius cujus eruditio toti Chriſtiano orbi innotuit æmulus eruditione & religione quem Deus opt: Max: Pacis jucundiſſimæ tranquillitati & fructibus, quam diutiſſimè ſervet, ſervet magnis magni Ordinis incrementis.

Aſſervatur in eodem Cœnobio in ſignis omnino SS. Reliquiarum theſaurus, è quo incomparabilis ille Sacro ſanctus lateris Dominici, exceptus à Longino Centurione Sanguis ſumma Hiſtoriæ celebritate teſtium Sanctitate, Pontificum Rom. auctoritate, miraculorum perpetuitate comprobatiſſimus. Sed & plures alii SS. Sanguinis, commixti cum terra portiones, minus tamen certa Hiſtoriæ fide, collectæ ſub Cruce; quia & alius Sacramentalis è ſacra profluens hoſtia ibidem oſtenditur, ut nihil de præſtantiſſimis aliis Sanctorum exuviis, de quibus in Sacrario noſtro Benedictino prolixius, hoc loco memoremus.

Weiſ-

Weissenach.

Benedictini Ordinis Monasterium situm in Ducatu Franconiæ, diœcesi Bambergensi, haud procul à Norimberga & Michelfelden, cujus meminit Rotulus visitationis de anno 1484.

Weissenburgum.

Benedictinæ similiter professionis potentissimum olim Cœnobium, cujus Abbas inter Quatuor -Viros S. R. I Principes Abbates, Ducali dignitate effulsit. Conditum primo fuit sub A. C. 630. à Dagoberto Rege, & regia munificentia splendide dotatum, ac dein à S. Pirminio Meldensi Episcopo felicissime restauratum ac reformatum sub A. C. 728. è quo nobilissimi quivis ac meritissimi de Ecclesia Spirensi Pontifices extracti ad cathedram, totis & amplissimis provinciis velut sydera cælestia facem prætulere. Abbatum Catalogum coram habes:

1. Principium Sigeberto Regi charissimus, qui ad cathedram Spirensem evectus, multa Ecclesiæ illi à Rege impetravit, aliaque inter decimas omnium victualium ex amplissima agro Nemetum provenientium.
2. Chedonius 3. Radefridus.
4. Ehrwaldus. 5. Iustulphus, postea Episcopus
6. Astramus 7. Gerbertus
8. Erembertus, creatus postea Wormatiensis Episcopus.
9. Dragebodo, dein evectus ad cathedram Spireosem, 678.
10. Bernardus seu Wernharius, fit Episcopus Wormatiensis.
11. David. pro meritis creatur Spirensis Pontifex 767.
12. Wiclandus post quem videtur unus Abbas desiderari.
13. Odgerus sive Odogarius, inde ad Archiepiscopalem Moguntiæ Cathedram extractus.
14. Grimaldus Ludovico Regi gratissimus.
15. Volcoldus, ex Abbate Episcopus, sedem non invenio.
16. Gerhochus.
17. Voltuicus. creatur Episcopus Wormatiensis.
18. Mimoldus. 20. Adelhardus aliis Geylo
19. Gerrichus præfuit annis octo obiit ibi bem May.
20. Ercambius præfuit annis tribus.
21. B. Adalbertus, Ruthenorum Apostolus, primus dein Magdeburgensium Archiepiscopus, ob. 981
22. Sanderadus vir celeber. præfuit annis 15.
23. Gisillarius alter Cœnobii Restaurator ob. 989.
24. Gerrichus, sponte resignat A. C. 1001.
25. Sigebodo, unum solummodo annum præfuit.
26. Luithardus obiit A. C. 1032.
27. Volmarus. Vita excessit A. C. 1043.
28. Arnoldus. Fit postea Spirensis Episcopus. 1051.
29. Samuel. Illustrator Cœnobii. obiit 1097.
30. Stephanus. 31. Menigandus
32. Udalricus. 33. Werinherus
34. Ernestus. 35. Benedictus.
36. Engiscalcus. 37. Gundelacus sive Gundericus.
38. Godefridus. 39. Waldramus obiit 1214.
40. Chuno. ob. 1248. 41. Conradus obiit 1251
42. Fridericus Weissenburgum muro cinxit. obiit 1262.
43. Edelinus benè meritus, moritur. A. C. 1293.
44. Wilhelmus Vita excessit A. C. 1301.
45. Egidius, defunctus anno 1312.
46. Bartholomæus, obiit A. C. 1316.
47. Wilhelmus, obiit A. C. 1322.
48. Joannes 15. annis præfuit. decessitq; A. C. 1337
49. Eberhardus de Saxeponte. obiit A. C. 1381.
50. Hugo de Navelden. mortuus A C. 1402.
51. Joannes de Veldenz. obiit. A. C. 1434.
52. Philippus Pincerna ab Erpach. extinctus 1467.
53. Jacobus Baro der Pruek. obiit. A. C. 1472.
54. Henricus, vitam exuit A. C. 1496.
55. Wilhelmus Præsul benè meritus. obiit A. C. 1500.
56. Rudigerus cognomento Piscator solutioris vitæ homo, Abbas ultimus idemque primus Præpositus auro se vinci passus, annuit ut Præpositura fieret sæcularis, anno 1526.

Successit in Præpositura Rudigero Philippus à Flersheim Episcopus Spirensis, qui Paulo III. & Carolo V. annuentibus Monasterium plenè Episcopatui incorporavit.

Fuerunt & alii multi ex eodem Cœnobio ad diversas cathedras pro vitæ meritis extracti, præter jam dictos Abbates, è quibus sola Spira æterno commodo meruit, è quibus Freydo, Carolo Magno Imperatori charissimus multa Episcopatui privilegia impetravit; Amelricus autem præter alia merita, magni etiam ingenii monimentis posteritati consuluit; Everardus autem; nequid ad gloriam Spiræ deesset, suo etiam sanguine Ecclesiæ libertatem asseruit. Sic & Godefridus è cellula Weissenburgensi raptus ad infulas, magnum moriens sui desiderium reliquit; Rupertus autem ejusdem Cœnobii Asceta, Spiræ salutatus Pontifex, ab Orthone III. cui erat charissimus, multa & magna impetravit. Vt verbo concludamus: Weissenburgum singulare Germaniæ ornamentum extitit, quamdiu Divi Benedicti leges sanctè coluit floreretque etiamnum, ut multa hodie, siquidem potentior quispiam, vel invitum Rudigerum sapere coegisset, & officium facere, quod ipse prodidit.

Weissenfeldt.

Insigne Saxoniæ Cœnobium quod sub A. C. 1270. Theodoricus Marchio Misniæ, Landspergæ & Lusatiæ Henrici Marchionis filius condidit.

Weltenburg.

Benedictini Instituti in ripa Danubii Cœnobium Divo Georgio sacrum, cujus sacram ædem S. Rupertus Boiorum Apostolus ipse consecravit, cæterum pulsis Monachis Hardovicus Ratisponensis Episcopus Canonicos Regulares substituit, quibus quinquennio post successor ejusdem Conradus, demue Benedictinos induxit, qui usque hodie illic Numini serviunt.

Wengen.

Alias S. Michaelis in Metropoli Sueviæ Vlmæ conditum de quo supra Litteram M. egimus.

Werda.

Felicissimum Sanctissimum Benedictinæ professionis

fionis Monasterium à S. Switperto Bearmensi Monacho, magno Westphaliæ, Hollandiæ, Batuæ, Frisiæ, Saxoniæ &c. Apostolo primum conditum, & lectissimâ Sanctorum Monachorum colonia instructum quod *fortem ad expugnandam perfidiam Saxonum* Gentilium *munitionem*, S. Marcellinus appellavit. Evasit mox idem Cœnobium Cathedrale simul & Monasticum Collegium, cujus ipse primus Episcopus S. Suitpertus fuit, acdein magna inde Apostolicorum virorum, & Sanctorum Pontificum copia prodiit, de quibus in Aquila nostra Benedictina prolixius. Perstitit hoc Cathedrale Monasterium ad usque tempora Gerardi Comitis de Hoia, ejusdem sedis Episcopi, sub quo Basilica cum Monasterio exusta, cucullum quoque Monasticum ignibus involuit, cineribus condidit.

Werda.

Ejusdem Benedictini Ordinis aliud eodem nomine Monasterium, quod. S. Hildegrinus primus Halberstadensium Pontifex ad Rutam amnem ædificavit, & liberaliter dotavit sub A. C. 790. in quo & post mortem sepeliri elegit, quæ ipsi optatissima evenit A. C. 827.

Wernerode.

Benedictinum similiter Asceterium, Congregationis Bursfeldensis cujus Abbas A. C. 1569. fuit Definitor Capituli.

Wessenbrunnen.

Alias Fons Wessonis, Benedictinæ Professionis Cœnobium, quod sub A. C. 740. Landfridus Waltramus & Elilandus Agilolphingi Principes condiderunt, restauravit autem non multo post, Thassilo Utilonis filius Boiorum Dux potentissimus Fundatorum cognatus A. C. 753. cum illud ab hostibus eversum fuisset, cum illic inter venandum scalam in cœlum usque porrectam conspexisset.

Wettenhausen.

Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini celebre Collegium, fundatum à Conrado & Wernhero fratribus Comitibus de Rockenstein, in Marchionatu Burgoviensi & Gertrude eorumdem matre, in quo sepulti Equites de Rodt, quorum longa illic Genealogia in templo conspicitur; plures dein Dynastæ ab Ellerbach, aliique atque inprimis Henricus Marchio Burgoviensis sui generis ultimus, mortuus A. C. 1283.

Wettingen.

Celebre Helvetiæ haud procul Badena ad ripam Limagi fluvii Benedictinæ Regulæ Reformationis Cisterciensis Cænobium, Latinè Maris-Stella nuncupatum, fundatum à Comitibus Rapersvillæ, atque inprimis Henrico cognomento Wandelbero, ejusque conjuge Anna Comitissa a Homberg sub annum Christi 1227. quam postea fundationem insigniter auxere cum Comites Kyburgii, tum Barones de Wasserstelz & Regensperg, aliique Dynastæ, qui tunc in Helvetia frequentissimi habitabant.

Wiblingen.

Religiosissimum Divo Martino Sacrum, Benedictini Ordinis, haud procul ab Ulma Sueviæ Metropoli ad amnem Ilarum situ pereleganti, inter amplissimos agros Cœnobium, quod sub A. C. 1099. Otho & Hartmannus Comites à Kirchberg fundavere, Locupletarunt horum posteri, qui etiam plerique ibi sepeliri elegerunt. Ejus primus Abbas fuit B. Wernberus nobilis ab Ellerbach, è S. Blasii Hercyniæ postulatus quem deinceps multi egregia Virtutis atque eruditionis laude celebres consequuti sunt. Conradus inprimis Rhue A. C. 1504. mortuus, qui præcipitante passim tunc temporis in declive Religione, Abbatum nervus, Religionis apex in præfixo exuviis corporalibus Epitaphio celebratur: Henricus dein Clausius, relictis ingenii summæque pietatis monimentis immortalis, quibus haud immerito accenseas re Benedictum & nomine qui hodie præest rebus, solo iis, quos nunc legisti, tempore inferiorem.

Widergoldesdorff.

Regulæ Benedictinæ Monialium Cœnobium cujus Abbatissa cum S. Hildegarde Abbatissa per litteras correspondit uti leges apud Trithemium.

Wildershausen.

Magni nominis in Saxonia Cœnobium, Benedictini Ordinis, quod circa annum Christi 850. Walpertus Saxoniæ Dux, Windekindi nepos cum patre suo condidit, & liberaliter dotavit, aliàs Wildeshusium.

Wildesberga.

Illustre Cœnobium, alias Wildsberg sive Wildberg appellatum, de cujus fundatione nunc quidem nihil ad manum est. Cæterum ex Abbate ejusdem creatus est 24. Eichstettensium Pontifex Conradus de Morsperg sive Morsbach, qui obiit A. C. 1171. insignis Cœnobii Heydenhaimensis Restaurator.

Wildsburgum.

Benedictini Ordinis nobile & potens Cœnobium, quod Carolus Magnus Imp. prope Weissenburgum oppidum condidit, eodem loco, quo prius Divi Nicolai Sacellum pater ejus Pipinus condiderat, inter venandum ejus loci elegantia mire delectatus.

Willersheim.

Abbatia spectatissima Sacræ familiæ Cisterciensis sub visitatione Abbatis Ebracensis in Franconia, cujus meminit Bruschius in Monasteriologia inter Abbates Ebracenses.

Wiltzburgum.

Benedictini Ordinis Asceterium situm in Diœcesi Eichstettensi, cujus meminit Romlus de A. C. 1485. & Joannis Abbatis ibidem mortui.

Wimarium.

Benedictinæ similiter professionis Monasterium Dio-

Diœceseos Moguntinæ, cujus meminit Rotulus, ut vocamus visitationis de anno 1484.

Wimmelburg.

Ejusdem Instituti Monasterium situm in Diœcesi Halberstadensi, Comitatu Mansfeldensi. Congregationis Bursfeldensis, cui se adjunxit A. C. 1491.

Winhausen.

Incertum nobis cujus Ordinis & sexus, fundatum sub annum salutis 1235. ab Agneta Henrici Gnelphici cognomento Iunioris Electoris Palatini coniuge, nata Marchionissa Landspergensi.

Windperg.

Præmonstratensis Ordinis in Bavaria Cœnobium fundatum à Comitibus, confirmante Fundationem Eugenio III. Pont. Max. A. C. 1146. Coluntur hic corpora SS. Martyrum Sabini Episcopi & Serenæ Viduæ, quæ spoleto huc transtulit Albertus III. Comes de Pogen. Sepulti ibidem, Nobiles de Ramsperg, Leubelfing, Satelpogen, Nussperg, & Alenckhofen.

S. Winoci.

Potens & splendidum Germaniæ Inferioris sub Regula Divi Benedicti Asceterium, situm in Diœcesi Iprensi. De quo in Vita S. Winoci, & diversis Belgii script.

Wissenauvv.

Ejusdem Ordinis Asceterium egregium in Franconia, Diœcesi Bambergensi.

Wolffs-Münster.

Insigne prope Fuldam Cœnobium, Benedictini similiter instituti, conditum à Gangolpho sive Wolfgango secundo Fuldensium Antistite sub annum Christi 790. & ab eodem cognominatum, qui etiam ibidem sepeliri elegit, & mortuus est. A. C. 815.

Worholdt.

Pervetus inferioris Germaniæ Monasterium Benedictini Ordinis, fundatum à S. Gerardo Abbate Broniensi sub A. C. 950. de quo in Monasteriologia nostra Benedictina.

Wosseckh.

Insigne sub Regula Divi Benedicti & Reformatione Ordinis ejusdem Cistereiensi Monasterium, situm in Bohemia juxta Litomeritzium, fundatum sub A. C. 1190. & insigni colonia Monachorum è Waldsassen petita instructum.

Wunnentaal.

Virginum Benedictinarum Cœnobium cujus meminit Rotulus Visitationis de anno 1485.

Wurmsbach.

Monasterium Virginum Regulæ Divi Benedicti sub Constitutionibus Cistercii, situm perelegantiloco ad ripam lacus Tigurini, haud procul à Rapersvilla, fundatum à Wernhero Comite Habspurgio Rudolphi I. Imp. patruele, confirmante & juvante fundationem Rudolpho fratre Wernheri, Episcopo Constantiensi.

Y.

Ylmene.

Virginum Sanctimonialium Benedictini Ordinis nobile Cœnobium, fundatum ad honorem Beatissimæ Virginis Matris & S. Nicolai Epicopi cujus meminit Rotulus Visitationis de A. C. 1484.

Yrsne.

Sive Vrsinium Benedictinæ similiter professionis celebre Asceterium, paululum infra Kauffburam Imperiale oppidum, fundatum A. C. 1182. ab Henrico Marchione de Rumsperg, ejusque filiis Godefrido & Bertholdo & sorore horum Irmelgarda. qui omnes ibidem in medio Ecclesiæ sepulti sunt. Inter Benefactores præcipuus recensetur, Udalricus Baro ab Vlrimis, in Adelburgo provinciæ Athesinæ castro residens, prædictæ Irmelgardæ filius. Sepulti ibidem plures de Benzenauw Equites. Cæterum Cœnobium insigniter restauravit Paulus Neccarus Abbas 23. prætereque alia ornamenta quibus illud exeoluit, insigni instruxit Bibliotheca.

Z.

Zedlitz.

Insigne omnino, Benedictinæ Regulæ, sacræ Cistereiensium Reformationis Monasterium in Regno Bohemiæ, octo milliaribus à Praga metropoli Moraviam versus, loco peropportuno situm, & insigni primum Waldsassensium Ascetarum colonia instructum, quod Anno Christi 1411. Insignis SS. Martyrum cœtus, ab Hussitis crudeliter interemptus, sanguinis sui purpura nobilitavit, cum illle oppressi Religiosi omnes gratissimæ DEO victimæ caderent.

Zimmern.

Ejusdem Ordinis Virginum DEO sacrarum nobile Cœnobium situm in Diœcesi Spirensi alias Vallis S. MARIÆ appellatum, quod sub A. C. 1230. fundavit Hermannus Herbipolensis Episcopus Baro de Lodenberg, in Zabergoia, haud procul ab oppido Giglingen, & nobiliter dotavit. De quo videantur Virginum Sacrarum monimenta, sive Documenta Monasteriorum Wirtenbergiæ rediviva.

S. Zenonis.

Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini apud Reichenhall, in Norico Collegium fundavit sub A. C. 1140. Conradus Archiepiscopus Salisburgensis, natus Comes ab Abensperg, primumque illic Præpositum Lonzonem ordinavit, obiit autem A. C. 1147.

Zwifalten

Zvvifalten.

Magnificum splendidumque Benedictini Ordinis haud procul à Danubio Haingum & Riedlingam inter, ad confluentiam rivi duplicis Monasterium, inde ad Duplices Aquas cognominatum quod sub A. C. 1088. Luitholdus & Chuno fratres Comites ab Achalm in Alpibus Sueviæ condidere. Floruêre in hoc Cœnobio semper viri cùm Religione tum virtute clarissimi, è quibus Notkerus inprimis, Vdalricus, Peregrinus & Bertholdus primi quatuor Abbates vitæ perfectioris egregia suis exemplaria seipsos exhibuere, Beatus Ernestus autem resignato Abbatis honore Gentium Doctor factus pro fide Christi in Oriente Martyrium subiit A. C. 1148. clarusque miraculis à Christianis Antiochiam translatus est. Sed & Religiosissimæ memoriæ Luitholdus alter Fundatorum ejurato sæculo paupertatem Christi ibidem in cucullo amplexus, maximam Virtutis opinionem apud omnes reliquit, ut Virginum Choros illustres prætereamus (fuit enim eo quoque nomine Duplex, Virorum scilicet, & Virginum Cœnobium) è quibus Ælberadis, Vracensis Comitissa, Lindavii quondam Princeps, humilis apud Zwifaldam conversa, etiam sanctitatis fama celebrari meruit; Gertrudes autem Boleslai Crivousti invictissimi Poloniæ Ducis filia, Christi servitium ibidem omnibus mundi Regnis prætulit, & felici fine quievit,

PARS OPERIS TERTIA
GENEALOGICA GERMANIAE NOTITIA.
QVA LONGE ILLVSTRISSIMA VETVSTISSIMAQVE EIVSDEM INTER EUROPÆ POPULOS NOBILITAS ASSERITUR ET COMPROBATUR.

POTENTISSIMARVM FAMILIARVM
ORIGINES, ET IN HANC USQUE DIEM CERTA GENERATIONUM serie deductiones è vetustissimis monimentis & comprobatissimæ fidei Authoribus distinctissimè & compendiosissimè describuntur.

Sed & exterarum aliquot & florentissimarum Origo Germanica docetur.

Legitimus denique modus, astruendæ per Majorum conjugia & puritatis, & convenientis cujusque generi Dignitatis,

Varijs Probationum Equestrium Tabulis Proponitur.

OPERA ET STUDIO
R.P.F. GABRIELIS BVCELINI ORD. S. P. BENEDICTI MONACHI THEOLOGI IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS.

Hi Nobilissimi Principes multitudinis, per tribus & cognationes suas. Numer. cap. I.



Cum Licentia & Facultate Superiorum.
ANNO CHRISTI M. DC. LV.

AVGVSTÆ VINDELICORVM, Typis Joannis Prætorij.

SENECA.

Eſt quippe aliquid, magnis clariſque à longo tempore cenſeri Majorum imaginibus, ſed ita talibus te ſemper oſtendens virtutibus, qualibus iſti claritatem partam ad poſteros transmiſerunt; Ne Nobilitas à Majoribus coepta in te deſinat.



GENEALOGICA
GERMANIAE NOTITIA
QVA LONGE ILLVSTRISSIMA VETVSTISSIMAQVE ejusdem inter Europæ populos Nobilitas asseritur & comprobatur.

AUTHORE
R.P.F. GABRIELE BVCELINO, ASCETA THEOLOGO BENEDICTINO IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTTENSIS.

GENEALOGICUM studium, si quod aliud ullum, facere ad solidiorem Historiæ cognitionem, atque inprimis, ad Chronologiæ comprobationem, nemo ignorare potest, nisi ignorantissimus omninò Historiarum. Ervero etiam Sacræ prorsus ignorantem se prodit, qui non meminit quanta fide, quantaque industria, tradita sit, ab ipsis orbis conditi, Cain atque Seth incunabulis, filiorum Adam, unius ab altero, denominata disertissime successio, & Generationis in generationem tanto decursu sæculorum, non ævi tantum unius, sed quinti; humani sanguinis, ad illũ longè inlaminatissimum, verè Regium, verè Augustum, in Virginum Virgine, verè Divinum in Filio Virginis & Sacro-Sanctum sanguinem deductio ac derivatio. Ut cum tanti videas in Divina Historia factam Genealogiæ Traditionem & consignationem, non possis non advertere, conducere plurimum; ad omnem omnino Historiæ Veritatem ac fidem, imo singulari quadam proprietate ad ipsam pertinere. Inde tantopere, Romana quoque Ecclesia & quotquot ab hac dependent Cathedræ in comprobanda pastorum successione, à tot sæculis laborant, suamque non minus facer, quam Equester ordo ab Antiquitate Nobilitatem commendant, memórabili utique cùm Cathedralium, tùm Monastericarum Ecclesiarum felicitate, quando tam longævo tot sæculorum decursu, iisdem legibus, ritibusque vixère, pleræque haud immerito usque hodie tanquam dignissima devictæ Gentilitatis atque Idololatriæ trophæa, suspiciendæ & celebrandæ.

Plausibilis non minus profanis quam Sacris est, sed & utilis omnino atque inprimis honorifica, per multos majores & sæcula Generis deductio, quin & sola Genealogiæ cognitio non jucunda solum illis est, qui ad illam adjecère animum, verum viris Principibus digna planè, Theologis autem & Juris-Consultis, atque iis maximè, qui moderandæ adhibentur Reipubl. pernecessaria, cum ex hac Jus cujusque in & ad rem, & quidem perditis tot alijs quibuscunque documentis, ac sæpè post multa etiam sæcula, atque supra omnem omnium memoriam, innotescat. Damnosa autem plurimum innumeris fuit ejus ignorantia, cum per hanc multi amplissimarum ditionum jure defraudati sint, quibus eæ post tot generationes debebantur, cum sese ipsi hæredes non agnoscerent, etsi ab alijs, quorum intererat illos nescire, agnoscerentur. Demeretur Genealogia Familiam quamvis, nec levi merito, cujus nomen ab interitu vendicat, quin & mortuorũ memoriam famamque asserit immortalitate, parentes charissimos reddit filijs, avos, proavos, abavus, atavos, tritavos, decavos, &c. seris nepotibus, velut redivivos è luto & cinere reproducit, memorabilique spectaculo in theatrum inducit, atque in Scena exhibet, quidquid desijt esse mortalium, eosque inprimis, quos ætates superæ tanquam præstantiores, magisque videri & coli meritos suspiciebant. Et quantum illud, quod plurimis à fortuna desertis, pupillis atque orphanis, viam denuo sternit ad gloriam, gratiamque potentum ijsdem conciliat, dum, quibus avita illorum innotescit fortuna, & majorum occurrunt merita, miseratione, ut dignum est, moti, benigniusque ad pauperes affecti, vel juvare ipsi dejectos & sublevare aggrediuntur, vel iis, qui id possint facilius, commendare. Sequuntur & alij fructus Genealogicum hoc studium: Ut DEI inprimis providentia familiarumque quarumvis cura; ex tanta plurimarum ætate, fama & gloria cognoscatur; uti subinde vindicta quoque & justa, sive ob nimiam gloriæ appetentiam; sive ob sacrorum, pauperumque oppressionem, manifestò cognoscitur, cum quas tanto temporum decursu servavit fortunatissimas & gloriosissimas, etiam cum frequentissimæ numero essent, & nunquam minus quam tunc prope occasum esse viderentur, repente extinxerit, uti alias repentè extulit, mirè promovit, & fœcundissimas ut beatissimas reddidit. Inde, docente mutationes has Genealogiâ, Divino timori observantiæque Numinis, addictior quisque redditur, dum merito cavet, ne

justa Divinæ fulmina indignationis, in se suosq; detorqueantur. Avitæ dein gloriæ servandæ, augendæ, propagandæque ad posteros, generosi spiritus animantur & concitantur, ipsaque juventus ad majorum exempla instituitur. Connubiorum item puritas commendatur, dum, qui suo genere digna meditantur, non auri splendore, non fœda ducti libidine, digna majoribus, honorifica posteris conjugia iniisse, his ipsis tabulis comprobantur, & siqui exerraverint, erroris manifesti, hoc ipso plectuntur, seris posteris exemplo futuri, suoque damno alios servaturi. Accenditur ob hanc ipsam conjugii puritatem, dignissima liberorum de parentibus deque Majoribus æstimatio, & ab hac animi gratitudo, dum consultum iis in altera etiam Vita cupiunt, qui in hâc posteris suis tanta pietâte industriaq; consultum voluêre, intaminatamq; quocunq; nævo Nobilitatem ad ipsos transmisêre; quo factum, ut ad diversos dignitatum gradus, amplissimas cathedras, & Pontificales etiam infulas, ipsis aditus aperiretur. Accedit, vulgi major deinceps de Nobilitate æstimatio, obligationis cujusq; ad alterum necessitudo, concors animorum unio; & quod ante omnia celebrari debebat, penitior totius Imperii & provinciarum cognitio, dum per familiarum conjugia, incrementa ac decrementa, Dominiorum ac possessionum quarumcunq; devolutiones ac revolutiones penitissimè penetrantur, causæ bellorum, pericula provinciarum, diversarum nationum depressio atque elevatio, imo quidquisque ab altero seu speret, seu metuat advertitur; quod quidem scire, virorum maximè Principum intersit, & eorum qui proximè ab ipsis, regendi Orbis gubernaculis, Consiliarii seu motores adhibentur; nec minus delectet, atque instituat viros eruditos; qui & Religiosis plurimum ad horrorem salutarem rerum humanarum, adeo fluxarum atque instabilium conducat; ut nemo sapiens miretur satis, qui Regum etiam ipsorum, qui Principum potentissimorum, nedum Nobilium cæterorum fortunam, & fortunæ in omnibus omnino inconstantiam, etiam cum diutissimè constans videri poterat, acuratius contueatur. Sed nunc Germanæ Nobilitatis originem & decora obiter dispiciamus.

Hanc Europæarum nulli prorsus cedere, imò puritate, atque integritate, potentia, fama, virtutum cùm militarium tum politicarum studio ad miraculum excellere, sed & antiquitate hujusque probatissimis argumentis ac monimentis, cum Romana non solum, sed & Græca certare pro compertissimo habere, & vero hâc ipsa lucubratione, satis nos Orbi demonstraturos nobis ipsi pollicemur. Ut nihil miremur magis, quam scriptores aliquot nostros, cætera eruditissimos deque patria meritissimos, in hujus astruenda Nobilitate, ad exteros respicere, & ut fit fluctuantibus, sibi plerumque ipsis non constare, litus peregrinum hâc illâcque quærere & respicere, qui in terra firmissima, firmato ac firmo pede, fluctuantis quaqua versum cæteræ Europæorum Nobilitatis poterant, dissipata velut naufragio fragmenta & tabulas circumspicere; cum Germanos suos, ab ipsa insuperabiles Fortuna atque ætate mirari debuissent. Et quid quod à Romanis, Germanæ Nobilitatis argumenta petunt, qui in ipso ipsi se ignorantes professi sunt? Qui quam disertissimè, ne Teutonum quidem nomen ante Julii Cæsaris tempora, sibi innotuisse, ipsis literarum suarum monimentis prodidêre. Sunt tamen hodie plurimi, qui quidquid à Latinis scriptoribus traditum non est; sive legere nolunt, quia Græcum est, sive falsitatis temere arguere non verentur, quasi Græca fide scriptum esset, quid quid à Græcis traderetur. Quo quidem ipso dum Latinis ignorantiam suam fatentibus tantum deferunt, Latinorum omnium & Romanorum evertunt monimenta, quorum, vel ipsismet quidem testibus, quidquid Nobilitatis non solum, sed Eruditionis est, è Græcorum haustum est puteis, uti fateatur necesse est Orbis universus, priusquam ab inflante scientia nimium sapere cœpisset, hoc est delirare Græcia, seipsa minime contentam Romam Veterem, in Novam denuo (hoc est Constantinopolim) immigrasse, potissima Nobilitate Constantinum Augustum prosequente, cum exules, & errore ductos in Italiam Majores suos fuisse, minimè Æneæ posteri ignorarent. Deferendum multo plus est Vetustissimis Græcorum scriptoribus, quam ignorantibus Latinis, præsertim cum oculatos plures testes habeamus, quique etiam antequam frontem intuerentur Teutonum Romani, amplissimas Germaniæ provincias acuratè palmo & pede dimensi sunt, cujus usque hodie quotquot superant Geographicæ tabulæ, fidem syngrapharum & sigillorum habent, & apud omnes sanè mentis homines merentur; ut taceam, de quibus postea dicendum erit, tam multa illustria, & longè Romanæ Urbis originem excedentia, Germaniæ nostræ vetustissima monimenta. Laborant frustra plerique in unius ferè Taciti, Historicorum cæterà Principis, exhaurienda de Germanis relatione, ne cogitant Tacitum non alia de Germanis, quam quæ illi renunciarant, quibus intolerandus contuitus majorũ nostrorum erat, memorare potuisse; tantum abest ut penitus Germaniam introspexerint, & Teutones agnoverint, de quibus ipse fateri cogeretur, *de Germanis triumphatum potius Romæ esse, quam sint debellati*, ut qui frontem obvertere hosti soliti erant, non tergũ, quique nihil metuerent, quam ne cælum rueret, eaque ruina opprimerentur. Hinc constat qualiter seipsos, aliosque decipiunt, qui Germanæ potioris Nobilitatis originem à Romanis petunt, & ex Italia deducunt, cùm tamen summæ Nobilitatis inter Romanos Italosque familiæ, vice versa sua generis principia ad Germanos referant, & verò inde summopere sibi ipsis applaudant, & præ cæteris glorientur, quasi vero tanto quisq; esset Illustrior quanto remotiore è loco oriundum se probaret, uti Germanis vix placuit aliquando cultus domesticus, cùm etiam hodie peregrina præ suis æstimare sint soliti, utinam non cum veste animi quoque mutata Germana synceritate. Coæva non tantum Romanis Germanorum incunabula sunt, verum etiam ætate priora, Nobilitatis autem etsi non majora, æqualia tamen, imo eadem principia: Romæ siquidem multis sæculis antiquiores Urbes Teutonia habuit, etsi minus cultas atque ornatas, quod Urbes subigere mallent quam condere, plusque spei in dextra haberent, & pectoris magnanimitate, quam in murorum robore, turrium altitudine ac firmitate. Sed neque sui Æneades, Anicii, ac Perleonii patriæ nostræ defuêre, non posteri eorum, quorum plerique parricidio, adulterio, fœdisque

aliis

aliis sceleribus omnem generis contaminarunt dignitatem, verum satu pares & gloria, Troiana æque atque illi origine, & quod celeberrimi, syncerissimi, atque antiquissimi cùm Germaniæ tum Galliæ tradidêre scriptores, iisdem editi parentibus atque majoribus, ad quos nomen, genus, & famam, vetustissimi quivis illustrissimiq; Romanorum retulêre. Ut haud leviter injurius in patriam videatur, qui tanquam indigæ laudis alienæ, ab illis turpiter emendicare non erubescat, qui nulla re magis felices sunt, quam scriptorum & laudatorum copia, cum nostri ad laudem & gloriam mallent viam gladio, quam calamo aperire. Fateor, nihil olim tantopere nostris atque Homerum aliquem, sive Livium defuisse, quorum postero tempore, & à mille ferè annis tanta etiam copia affluxit, ut in hoc ipso etiam reliquas superasse videantur nationes. Cæterum pro illis quos librorum scriptione & combinatione Romani condidêre monimentis, Trophæis devictarum Gentium illustres Germani, etiam cum incogniti illis essent à nomine, à virtute innotuerunt: cum enim necdum communi aliquo nomine, sed diversarum solummodo Provinciarum, Sicambri, Wandali, Catti, Suevi, Longobardi, Marcomanni, Mattiagi, &c. appellarentur, cogniti simul nec cogniti sunt, cum totis tamen Regnis incumberent, Angliam, Galliam, Italiam Hispaniam subigerent, barbarorũ communi appellati Nomenclatura, quod minus amicè Romanæ occurrerent ambitioni, & spem orbem devorantium, ipsi devorarent, quorum dignissimos Germanis, minimè Barbaris conatus atque successus, tot undiq; toto orbe Urbium ruinæ, monumenti sat grandis loco esse poterant, quibus, ne non apparerent, tanta juxta incendia pro facibus colluxere. Illud in Germanis solum desiderari poterat, ne tot populariũ diversa nomina, in diversa quoq; studia ivissent, uti hodie ivisse vidimus, qui si arma jungere voluissent, in eam nunquã Romana industria potentiam excrevisset, quodq; hodie ab octingentis jam annis potenter obtinent ac retinent Imperium Occidentale, etiam cum Orientali vendicare potuissent, & vero etiam retinerent, cum à tot sæculis & mille exemplis certissimum sit, Germanos, verè *Anicios*, atque *Invictos* nisi ipsi seipsos deserant, à nemine unquam, nisi à semetipsis expugnentur, debellandos. Hoc solo, siquid triumphi ex Germanis tetulit, Attilas major seipso fuit, etsi ejusdem se & originis jactaret, nihilque magis quam demereri eosdem beneficiis satageret, ut quem orbis timeret universus, ipse etiam haberet, quod metueret. Sed de Romanis jam satis, quibus Germani non invident, nec in illis suspiciunt quidquã nisi SS. Martyrum sanguinem, & Vicariam Christi in terris potestatem; de cætero suis Cæsaribus supra omnem priscorum gloriam, verè Aniciis, verè Augustis beati & gloriosi, quorum familiæ fortuna, etiam hodie, si vel ab inferis consurgant illi Orbis domitores, ob longè ampliorem, quam cum vel maxime vigebat majestas Romanorum potentiam haud immerito debeat esse admirationi; tanto etiam felicioribus Teutonibus, quod dum priscum illud Majorum suorum verè congeminent Romani; *Quondam fuimus Troës*; nostri & de prisca, & præsenti fortuna, Virtute & gloria sibi gratulentur. Nunc illorum errorem obiter perstringere oportet, qui dum à Galliarum Regibus Nobilitatis Germanæ Principes deducunt, rem sese plausu dignissimam fecisse arbitrantur. Indignum & hoc omnino est dignitate & fortuna Germanorum. Tantum siquidem abest, ut à Gallis Augustissimorum (de quo potissimum est controversia celebrioris nominis Historicorum) Austriæ Archiducum & Cæsarum Genus ritè deduci arbitremur, ut nunquam indignemur satis, ad id credendum, nedum affirmandum, Germani genii hominem induci ab aliis & persuaderi à seipso potuisse. Cum enim omniũ Historicorum fide certissimum habeamus, Germanos hostilibus semper animis, non minus in Gallos quam Romanos fuisse, illos autem siquid etiam tentarent in Teutones grandi quamptimũ clade repulsos esse, neque uspiam in provinciis nostris pedem, nedum sedem, figere potuisse; quis sibi imaginetur, à gente tunc adeo sibi invisa infensaq; tolerandos fuisse, Principes nullo inprimis suorum satellitio circumseptos, quo quidem ipso tanquam imbellibus prorsus atque effæminatis, haud immerito Galli insultassent, quin & stoliditatem exprobrassent, quorum patria nullũ Principatu dignum ederet, ita ut ab hostibus, qui sibi præessent sive petere, sive admittere debuisset. Longè aliter Germani, non accipere, sed dare, quibusq, Regnis ac provinciis jam olim Reges & Principes soliti; Galliæ, Angliæ, Hispaniæ, Italiæ, Asiæ, Africæ, Orienti æquè atque Occidenti, vel invitis quidem imponere Imperatores asnea, Pharamundos, Meroveos, Hengistos, Ethelbertos, Gundericos, Gensericos, Gundamundos, Honoricos, Thrasimundos, Hildericos, Alboinos, Agilulphos; Martellos denique qui Regibus imperare mallent, quam Reges esse, Balduinos, Henricos, &c. Orientis; Occidentis autem ab octingentis annis Cæsares creare soliti, ad quorum Principes, innata jam Genti & propria felicitate, mox docebimus, etiam hæreditate & Jure sanguinis, Regna Europæ penè omnia, Orientis plurima, novi Orbis longè amplissima & remotissima pertinere. A Gallis proin minimè accepit Principes Germania, sed postquam sexcenties irritata ac provocata, vim vi fortiter & gloriosè repulisset, & felicissimam ut exercitatissimam bello gentem maximis affecisset cladibus, quod quieti aliter consulere non posset, totam denique armis subegit, & Germanos Reges ipsis imposuit. Neque id semel, sed eosdem educatione & consuetudine Gallico ingenio adsuetos, sæpius exauctorans, Pipinos, Carolingos, Capetinos iisdem præfecit; uti usque hodie Germani sanguinis atque originis Reges ac Principes quosque maximos iisdem præsidere, quamprimum reapse ostendemus & comprobabimus. Unde autem provenerit, ut à Gallis & Galliæ Regibus Nobilissimos Germaniæ Principum exortos, plurimi, eosque inter magni etiam nominis scriptores contenderint atque affirmarint, rem penitius examinanti atque expendenti haud ita difficile est deprehendere; & verò certissimum est, non aliunde, quam quod non ritè, Francorum inter Gallorumque & nomen distinxerint & originem, evenisse. Franci Gallique toto cælo diversæ primùm nationes, cum hi Occidentales semper essent, illi, gravissimorum sanctissimorumq; & vetustissimorum testium fide, ex Orientis partibus, in nostras concessissent, iisdẽ multis sæculis mutuo inimicissimi, rapinis, flãma, ferro sese mutuo infestarent, nulla satis fluminũ

 ampu-

amplitudine seu produnditate disterminati, quin concitante odio sese mutuo ad cædem quererent, nunquam desituri nisi alteri ab alteris subigerentur. Duravit diutissimè robustissimarum gentium contentio, ita tamen ut Marcomirus Troio-Scytharum primus in Germania Rex, admissus in societatem armorum & terrarum à Saxonibus, contra juratos illorum hostes rem statim feliciter promoveret, finesque in confinia Galliæ pedetentim produceret, donec nunc data nunc accepta clade per nongentos penè annos ejusdem posteri Galliâ demum universa potirentur; quod Pharamundi ac tùm integrè Clodovæi Magni temporibus contigit. Ab his Germani sanguinis Principibus Francorum Nomen, cum jugo Gallis impositum est, iisdemque vicissim nunc Franciæ, nunc Galliæ Reges appellati, qui ex Francis Germanis amplissimo Galliarum Regno imperarunt. Quæ præfari obiter libuit ut distinctius quamprimùm, familiarum Germaniæ Principum Genesim ordiremur.

Harum ego quatuor potissimum omni exceptione majores, multo annorum studio, atque irremissa in singularum origines pervestigatione, deprehendi; binas quidem, non Romæ solùm sed & Troiæ incunabulis multo vetustiores, ut quæ non à seris, sed proximis Noè nepotibus & posteris, terris hisce nostris immigrârint, & à majoratu ætatis in suosmet exorsæ Principatum, crescente cum multiplicatione gentis potestate, victricibus longe lateque illatis signis, celebres omnino evaserint, atque inprimis remotis etiam gentibus formidandæ: Gotthicam dico sive Suevicam, atque Ascaniam, quarum illa majorem superæ Germaniæ partem, hæc amplissimas Saxonum provincias diu occupavit; utraque multis sæculis floruit, donec per sacra impia atque infanda, suorummet mactatione & oblatione filiorum, in brutum conversis barbariem populis Gotthica inprimis seu Suevica, sublatis nunc alieno nunc domestico scelere Principibus, nulla deinceps certa serie, ut nec potestatis designatione Principes nancisceretur. Ascania autem sibi constantior, etsi non pari semper potentia, & fortuna, ad hæc tamen usque tempora Principis nomen ac honorem servaret ac tueretur. Tertia Herula, sive Wandala fuit, incertum ex alterâne illarum oriunda, an Troiæ posthuma, Saxonum certè sive Ascaniæ æmula, quæ angustis minus contenta finibus, gloriam suam latè circumtulit, & formidandam olim Romanis Hispanorum potentiam, non tantum subegit, sed & Africam tertiam orbis partem Imperio suo addidit, servatura procul dubio diutius, & fortè usque hodie, nisi plus quam Gyganteo ausu, arma minari cælis ausa esset, & in sacrilego simulque fratricida Gilimere humiliata esset, in hodiernam usque nihilominus diem, in Ducibus Megapoleos, sive Mechelburgiis, tanto decursu sæculorum, quasi perennans, continuata. Quarta autem cæteris, longè illustrior, Græcorum famam, Troiæ gloriam Teutoniæ intulit, Romæ obscuravit, Aniciæ fortunæ ac genti coæva, æqualis per omnia, uti & consanguinea fuit; incertum qua denique nominis impositione, Agilolfingorum, sive Agilolfingica cognominata. Hæc efferatam tot prælis atque cædibus Teutonum gentem cultissimam reddidit, dignissimamque hospitii mercedem optimas disciplinas patriæ primùm nostræ intulit. Namque Saxonum inter recepta fines, eosdem paolo post gloriosissimos reddidit, & contra diversos hostes fortissimè propugnavit; hisque quam maximè probantibus è Geldria ac finitimis, ubi sedem beneficio Saxonum obtinuerat, progressa, Amicorum fines tutissimos reddidit, hostes quaquaversum longè submovit, suasque ditiones, ultra citraque Rhenum quotidianis fere progressibus ampliavit, nobilissimas Urbes condidit, easque lectissimis Legibus instruxit; dissociatamque moribus ac studiis Germaniam Germana fide atque synceritate socians, hostibus universis terribilem atque insuperabilem fecit; nulla confœderatorum injuria, verùm jure belli æquissimo Libertatem asserens suam atque propugnans, non tam à Rege pestifero Franco, quam ab eximia probitate sua & Principum suorum Libertate, verè FRANCA, hoc est Libera cognominata; eadem ut ab augmento vere Augusta & Auchenia, sic & ab invicto robore Anicia, ab armis Gentilitiis, ut jus idem taceam sanguinis, non minus quam Romana illa, Perleunia dicenda, agnoscenda & celebranda. Scio ridere nonnullos, quasi larvas & quæsitos Germanis titulos hæc nomina; illos scilicet, quibus Troia quoque ipsa (certè bellum Troianum, ut Chrysostomo & Methrodoro) fabula est & commentum Anile, quos tamen nisi scriptorum omnium tam Græcorum quam Latinorum monumenta convincerent, procul dubio illi nobis tanquam nimium credulis insultarent. Illos, illos inquam, qui ignorantiam ultro fatenti Tacito, deque his quæ nunquam viderat seu audierat ominanti credere malunt, quam Religiosæ, Germanæ insuper fidei, quin & oculatis quos hi allegant testibus; quasi decorum ipsis esset, uti impunè huc usque fuit, patriam & avitam exsufflare gloriam, & hostibus exteris concinere in exsibilanda sacrosancta majoribus nostris ANTIQVITATE; quin & comminisci, atque ab ingenio suo extorquere in eversionem ejusdem, & Veterum scriptorum Fidei ac synceritatis, putidissima argumenta, quorum tamen plerosque advertimus in iis ipsis, quæ credere nos volunt, titubare. Neque tamen inficior, in hoc præcipuè minus ineptè loqui, dum Græcos omnino atque Asiaticos Germaniæ arcent aditu, ut nimirum majores nostros omni scientiarum cognitione prorsus intercludant; quos tamen vel ipsa quidem linguæ maternæ phrasis, ut alia omnia taceam Græcæ & Orientalium æmula, totque insuper familiarum Illustrissimarum, urbium potentissimarum, scriptorum insuper, tot ante sæcula probatissimorum, opprimunt ac planè obterunt monimenta, etsi hæc somnia illis, sed revera somniantibus, videantur. Inde frustra lethargo decombentibus, testes producas, argumenta congemines; quibus Hunibaldus nullus, Berosus nullus, Manetho, Megasthenes, Theocalus, Wastaldus, Heligastus nullus, Vethani, Richemari, Merodaci, Arabaldi, Ruthwici, Caradaci, Doraci, nulli uspiam Gentium, nedum apud Teutones horum aliqui fuere; quos tamen etiam exteri scriptores, vetustate clari & sanctitate, nedum nostræ & superæ ætatis Germani & domestici, pro legitimis, simulque optime de omni posteritate meritis, agnovère, etsi scripta plerorumque, tot inter tot sæculorũ incendia ac ruinas, priusquam toti rei litterariæ ad miraculum consuleret Typographico invento Germania, majore ex parte deperdita sint, præter ea, quæ alii & alii, subsequi temporis

poris Authores, nimirum S. Gregorius Turonensis, Aimoinus Floriacensis, pluresque è Gallis atque Germanis in sua volumina transtulere; quos omnes, plurimosque alios qui in Bibliothecis etiamnum diversis latent MSS. tùm perière autem hac ultima tempestate penè innumeri, si diligentius, rigidi illi, & novi ac novissimi Antiquitatis Censores evolvissent, haud ita temerè, in Hunibaldum, Berosum, horumque lectores, cultores & sectatores prorupissent, uti nemini non Religioso antiquitatis observatori bilem movere debent, coacervati in eos cavilli & scommata, qui Veterum honori consultum voluere, quos inter magnus revera ille Trithemius Spanheimensis Abbas, dum indefessa atque insuperabili prorsus sedulitate atque industria conservare & transmittere ad posteros studuit, neglectas passim, vitio temporis, Antiquitatis reliquias, non majorem pro tanto studio ac merito, ab ejusmodi cavillatoribus gratiam accepit, quam ut nirpissimam ingenuo homine, ne dicam Religioso, & Religiosorum Antistite, mendacii notam referret, falsographus audiret. Longè modestius de Trithemio (minimè cæteroquin eorum quos falsitatis vel minimum suspectos habuerat assentator) Gaspar Scioppius, qui vindicem tanti Abbatis contra ejusmodi Censorem agens: *Reliquum est*, inquit, *ut hic Cato, Trithemium ingenio ad fingendum, & sarcinas lectoribus imponendas natum, aut multo studio factum fuisse insimulet, &c. Hoc autem, cui persuasurum se speret ipse viderit; quemadmodum etiam quomodo hanc judicij sui temeritatem, Christo Iudici probaturus sit. Non ego quidem, quæcunque in Historia scripsit Trithemius vera esse, aut credo, aut alijs persuasum volo, nam & alicubi eum dormitasse, aut oscitasse, aliasque res egisse agnosco, & in loco, alienæ fidei simpliciter credidisse intelligo: Sed hæc humana sunt, facileq; veniam sibi ab omnibus bonis inveniunt. Illud autem nullum excusationi locum relinquit, falsa scientem volentem literis prodere, & Auctores in quibus ea inveneris, comminisci. Cujus culpa dicam periculum non est, nequis Trithemio impingat, qui hominem ex libris suis pernoverit. Plurimos enim scriptores, qua Sacros, qua profanos, ab eo visos esse, ac lectos constat, quorum hodie nullum usquam vestigiũ invenitur; postquam scilicet agricolarum, Lutheri doctrina efferatorum, tumultibus, benè magnam Germaniæ partem turbari, multaque Monasteria & arces, cum bibliothecis & tabularijs suis expilari, cremari, funditusque everti contigit. Magnæ ergo imperitiæ & iniquitatis est, siquid se Trithemius in Veteribus & idoneis rerum Auctoribus legisse dicat, quod apud eos non exstet, qui hodie sunt in manibus, id continuo falsum, & commentitium judicare.* Ita Scioppius pro Trithemio. Et nos idipsum de eo quem sequitur Trithemius, minimè fictitio, sed neque fingente Hunibaldo, quem proximos ætate, eosdemque celebres cùm Galliæ, tum Germaniæ scriptores plurima Bibliothecarum monimenta, secutos testantur. Minimè tamen diffitentes, multa subinde etiam fabulosa, quibus nec Græca caret, nec Latina Historia, intervenisse, sed &, quod de corruptis nonnulli queruntur nominibus, non potuisse non tanto decursu temporum, in tanta describentium ignorantia, & linguæ ipsius, nedum characteris corruptione atque inversione contingere, quin multa (uti æri quoque contingit, marmori & chalybi) subinde vitiarentur, quod tamen quidquid est vitii & peccati, ad ipsos referre Auctores, indignum planè & inexpiabile appareat. Sic de Beroso detrahere plurimi ausi sunt, nec tam fabulatorem proclamare, quam fabulam facere, quem tamen doctæ Athenæ, Plinio teste, tanti fecerant, ut tanto viro statuam statuerent, & linguam statuæ auro funderent. De quo Manetho Ægyptius: *Berosus*, inquit, *inter omnes Chaldæos Historicos probatissimus, paucis verbis collegit quidquid in Chaldaicis scriptis de præcipuis Regnis mundi, à cataclysmo usque ad Regnũ Troianum reperit, &c.* quem & Athenæus plurimi facit, ejusque auctoritatem libro contra Appionem Josephus allegat: Tertullianus autem Vetustissimis scriptoribus accenset. Cujus etiamsi parvus etiamnum libellus è tot Orbis ruinis superet, trium tamen magnorum extare compendium, quin & plurimorum qui pridem periere Auctorum, continere Nucleum comprobatur; de quo Gotfridus Viterbiensis sæpius illum laudans: *Berosus*, ait, *omnes libros Chaldaicos deflorauit, &c.* ut frustra queratur Volaterranus, *portentosa esse nomina, quæ in libello ejus memorantur*, cum ea multis aliis, in Historia non minus, quam ille sit, versatis, benè nota sint, & ab ipso Cornelio Tacito, libro de Moribus Germaniæ nonnulla memorentur. Berosum proin merito in recensendis primis Teutonum Regibus, plurimi è nostris Scriptoribus, atque inprimis versatissimi in Historia Germaniæ Saxonea secuti sunt; ut nihil dolendum magis sit, quam ita in sensu suo abundare nonnullos, ut quidquid sua ipsis non dictat ratio, absque ratione censeant esse, quasi vero rationabile sit, fidem detrahere majoribus, convellere tot urbium, tot Provinciarum, tot Principum documenta ac monimenta, sibique ipsis in facie universi, absque rubore abblandiri, quasi vero nunc primùm, ex novorum hominum cerebro ANTIQVITAS nasceretur. Et pudendum omnino fuerit Britannos, Scotos, Gothos, Danos, Occidentales æque populos atque Germani sint, suas origines Regumque ac Principum seriem adeo scitè, nomine contradicente, redhibere posteris, & hoc Teutonibus negari, cum tamen pro ipsa ratione climatum, & natura populorum, fides, probitas, humanitas, ingenium, incolarum, quam latè patet, Germaniæ, non possit non præ aliis (si demas invidentes) probari orbi universo, & siquidem ritè expendatur, adamari; ut pro hoc ipso à superbissima cæteroquin Græcorum natione pro Germanis fratribus habiti sint & honorati, etsi multo post Germanorum primùm nomine, cum primùm Romanis innotescerent, cognominati.

Sciendum autem est, Chaldæos atque Ægyptios, cùm è Divinis, tùm ex aliis Hebræorum libris, (qui diligentissimè privatorum etiam hominum Genealogiam deduxere) dum universi molirentur & texerent historiam, pleraque fide optima descripsisse, sedulo in migrationes gentium, seriem Principum indagasse, & cum latè quaquaversum potentia sese exporrigerent, non minus ingenio & digno cognitionis studio se extendisse, à quibus Græci deinceps vetera mutuati, in recentiora suamet industriâ non minus dextrè, quam quemvis Latinorum indagasse, sed & singulas provinciarum nostrorum investigasse ac perlustrasse, ut cum innumeris exemplis constet, quantum alii gladio, alii ingenio tentarint, dubium esse nemini possit, si vel nulla uspiam Treverorum Augusta, nulla Helenopolis sive Francofurtum, Mar-

soburgum, Solodurum, Moguntia nulla, Basauburgum nullum, nulla uspiam Germaniæ tanta monimenta superessent, non potius. Se tamen adeo amplas, & in meditullio regnorum florentissimorum sitas provincias, populos insuper adeo frequentes, bellicosos, & celebres, latuisse illorum in inquirendo solertiam; sed neque hos ita immemores prorsus suæ originis, & expertes penitus humanitatis, ut dum hostes armis appeterent, amicos, consanguineos & socios, brutis omnibus insipientiores & crudeliores, aspernarentur. Fides proin merito Berofo, qui, ut supra ex Viterbiensi audivimus, omnes Chaldaicos defloravit libros, adhibenda est; merito qui ipsum sequuti, & post ipsum prosequuti Historiam, sunt audiendi; etsi subinde, uti non omnia omnium legimus, ratiocinando & computando ac conferendo, non singula assequamur & penetremus; cujus nos quoque cum Græcis, Ægyptus, multisque aliis Latinis, Gallis, & Germanis scriptoribus, & non paucis sive sanctitate sive Religione clarissimis, Gregorio Turonensi, Aimoino, Gotfrido Viterbiensi, Trithemio, &c. ut sexcentos alios cùm typo vulgatos, tum MSS.tos sileam, auctoritatem sequi, minimè veremur, imo eum reverentia, eos quoque omnes quos Trithemius numero 29 enumerans, sequutū se profitetur, etsi plerosque ipsi non viderimus, oculati tamen & Religiosissimæ fidei, uti & summæ industriæ viri credentes assertioni, quanta possumus grata animi significatione tanquam de posteritate meritissimos, colimus, & ut simul commendemus, concinnatam ab iisdem Pricipum Germaniæ seriem subjicimus:

PRIMORUM TEUTONIÆ, pòst Germaniæ cognominatæ, Regum series,

I.

TUIACO, Moysi Geneseos 10. ASCENAS, Latinis postero ævo ASCANIUS, Germanâ deinceps corruptione TUIACONIA, TEUTSCH vulgo appellatus, Homeri filius, Japeti Nepos, Noe pronepos, anno post cataclysmum 131. in Europam destinatus, in magnam deinceps crescens familiam ac gentem, intra Rhenum ac Danaim dominatus, ob miraculum sapientiæ à posteris cum ætate in varios prolapsis errores, pro DEI interprete ac nuncio habitus, quin & Divinis honoribus coli cœpit. Decessit anno post Diluvium 307.

II.

MANUS secundus Rex Teutonum, sive MANNUS, de quo Berosus lib. 5. & Tacitus lib. de moribus Germ. Heroicis Virtutibus spectatissimus, à quo vitili magnanimitate heroem appellari MANNUM, vulgo MANN placuit. Genuit plures liberos, quos inter Ingevon, Trevir & Nervius celebrantur. Primus patri in Regno successit, alter Treveros Urbem ac gentem condidit, tertius Nerviorum auctor extitit. Præfuit Mannus annos 66. sive, ut alii habent 72.

III.

INGEVON prope Herciniam maximè & partes Teutonum maritimas habitavit, à quo Seelandi præ aliis Ingevones cognominati. Præfuit annis 35.

IV.

ISTEVON Rheni potissimum accolas condidit, inde Josephus, vulgo Teutones; à Græcis appellari Rheginos, voluit; sive potius Rheningos, quasi Rheni accolas. Præfuit annis 51.

V.

HERMINON sive HERMION, posteri HERMANNUM dixere, Hermionibus à se nomen dedit, (à Plinio Herdevones nominantur) & Leges militares, ut plurimum, condidit, diligenter deinceps à Teutonibus observatas. Suis magna cum laude annis 63. præstitit.

VI.

MARSO, Marsoburgi in Misnia conditor, à quo Marsi sive Marsingi. Obiit anno Regni 46.

VII.

GAMBRIVIUS qui & CIMBRUS, à quo Cimbri, Dani uti nimirum, Sueci ac Gothi cognominati, præfuit summa cum potestate annis 44.

VIII.

SUEVUS, Suevorum conditor, à quo Carpathus mons Suevus cognominatus est, quem Naucle rus asserit fuisse Tiguri Fundatorem. Decessit anno Regni 47.

IX.

VANDALUS, auctor Saxonum & Venedorum, qui hodie Sclavi dicuntur. Quique olim longe lateque ditionem promoventes, Hispaniam, & Africam armis subegere. Præfuit annis 41.

X.

TUTO, à quo Tuiscones sive Germani etiam Teutones cognominati, etsi illa potissimum nomen convenitet, qui inter Albis ac Vistolæ ostia consedissent. Teutoni nomen Mercurii Germanici nonnulli affinxerunt. Præstitit sapientissimè annis 27.

XI.

ALEMANNUS, Regum Germaniæ postremus, quos Berosus enumerat, vulgo Germanorum Herculeadictus. Qui cum Regno amplissimo summa cum potestate annos 64. gloriosissimè præfuisset, relictis post se pluribus liberis morte absumptus est. A cujus deinceps obitu, in varios Reges ac Principes divisa ac subdivisa Teutonia, novas pro cujusque ingenio ac genio Leges accepit, & invalescente paulatim ambitione atque æmulatione, in crudelissima exardescens prælia, in barbaricam demum ferociam tanta sanguinis profusione defluxit ac deflexit, donec Orientalibus denuo disciplinis, ad saniorem revocata mentem, & frugem conversa meliorem; sinos de novo Principes recta & certa serie, ut & majorum facta, & rei publicæ successus, non minore, quam aliæ gentes industria, cum memoria recenseret, tum literis traderet. Quorum monumentorum reliquias, post tot patriæ bella, ruinas, & incendia à Trithemio & nonnullis Antiquitatis reverentioribus, magna industria conquisitas, collectas, & posteritati commendatas, adeo irreverenter à postremæ ætatis scriptoribus habitas, etsi haud immerito superius questi simus, tanto tamen æquius patriæ injurios ferimus, quanto iniquius, Veteres etiam rei Ecclesiasticæ scriptores, multo sæculorum decursu summo in honore habitos, eosque inter Ordine, eruditione & sanctitate eminentissimos, impunè, uti temerè, sive falsitatis, sive stultæ credulitatis in facie orbis tanto post coargui, & turpiter traduci, videre & tolerare cogimur; etsi non minimum nos soletur, non desore

etiam

etiam olim, qui eum patriæ tum Patrum, atque Antiquitatis olim Sacrosanctæ, violatam majestatem, ab ejusmodi oppressione vindicent, & cùm Patrum Ecclesiæ, tum patriæ nostræ Principum honorem generosissimè & gloriosissimè tueantur.

ALEMANNI Regis filios Boium sive Boiogerum, Noricum, Huunnum, & Helvetium multi Veterum atque recentiorum scriptorum recensent, cognominatosque ab iisdem, quas hæreditatis sortitione ac jure acceperant pruvincias Boieam, Noricam, Hunniam sive Hungariam atq; ac Helvetiam contendunt, quorum res gestas cum carmine solùm, & ut solent poetæ, figmentis variè corruptas, Veteres, teste ipso etiam Tacito, celebraverint, filiorumque ac nepotum, corruptiora etiam, Poeseos licentiâ, ad posteros nomina transmiserint, ipsá etiam Alemannicæ linguæ arduitate, scribentium totiesque describentiū imperitie, magis magisq; depravata, de industria prætermittimus; Boij tamen sive Boiogeri, Pragæ, nec non Passavii (Boioduri) olim conditoris, non possumus quin filium INGRAMUM cognomento Herminium, Ratisponæ, ab ipso primum Hermenæ cognominatæ fundatoris, & paucorum ex ordine nepotum nomina memoremus. Ingramus Hercinijs, Boiis multisque aliis Germaniæ populis, annos duos & quinquaginta feliciter præfuit, cui succedens Adologerus, sic Adelgero, annos quadraginta novem Regnū administravit. Tum Larinus, quem Laërtem nominat Tacitus (de quo fabulosa plurima Veteres) unum & quinquaginta annos; ac dein Ilsungus, quem Ulissem Tacitus vocat, Ascibùrgi ad Rhenum conditor tres supra quinquaginta, Regno potitus est. Atque huc usque certior primorum Germaniæ Regum series; interruptior deinceps atq; corruptior, ut tanti non referat meminisse, cum compertiora solummodo, magisque continuata describere statuerimus; ac proin Ascanios Principes, ad hos originem referentes, multo tamen post illos (quos nunc è Græcis & Trojugenis ortos producemus) suos ex nomine majores recensentes, haud immerito interea seponamus, suo postea loco repertituri; postquam longè celeberrimarum inter Europæos familiarum originem, & illustrissimi sanguinis deductionem, exhibuerimus.

VETUSTISSIMORUM GERMANIÆ PRINCIPUM ALtera Generis è Troiano sanguine, ex fide antiquissimorum MSS.torum nec non plurium typis tam Latino quam Germano idiomate vulgatorum Auctorum, cum Veterum tum recentiorum, deductio.

ANTENOR ex Troianorum Regum prosapia oriundus Troianorum ad Danubii primùm ostia considentium Rex creatus, post varia cum Scythis Gothisque Scamdianis prælia, triumpho denique multo sanguine parto immoritur anno ante Christum 440.

Sunno sive Suimo cū fratre Marcomiro in Teutoniam secessit, & prope Visurgim sedem fixit.

MARCOMIRUS, primus Troianorum in Teutonia Rex. Ad Rheni ostia consedit, in finibus Geldriæ, Frisiæ ac Westphaliæ, arctè primum habitans, mox tamen Regnum dilatans. Obiit 412. ante Christum.

Panthenor fratres sequutus, iisdem in stabiliundo Principatu fideliter adfuit.

Marcomirus II. bello clarus dum Rhenum trajicit mergitur 304. ante Christ.

Hector dilatato jam patrui Regno trans Rhenum residet.

ANTENOR II. Regni propagator. Uxorem duxit Cambren Belini Britanniæ Regis filiam, mira prudentia fæminam. Ipse obiit 382. ante Christum natum.

Priamus à fratre Rege maritimis partibus præficitur versus Septentr.

Theocalus Græcorum litteris & sapientia ad miraculum excultus, idem Jovis sacerdos, augur & vates celeberrimus.

PRIAMUS tertius Troiogenarum in Teutonia Rex secundus Sicambrorum, Conditor Neopagi & Neomagi. Anno ante Christi nativitatem 356. obiit.

HELENUS eo nomine I. Tertius Sicambrorum, quartus Troianorum in partibus Teutoniæ Rex, in regione Tungrorum cruentam de Gallis reportavit victoriam. Palladem coluit, & decessit anno ante Christum 337.

DIOCLES, Sicambrorum Rex IV. Saxonibus contra Gothos adfuit, & hostium ultra centena millia obtruncavit. Obiit 298.

HELENUS II. Sicambrorum Rex V. ob inertiam exauctoratur anno 284.

BASANUS Rex VI. Doctus & doctorum cultor ac promotor, sub quo Heligastus scriptor celeberrimus floruit, condidit Basaburgum. Obiit 248.

Priamus Nicanor Duces bello clarissimi.

CLODO-

CLODOMIRVS Sicambrorum Rex VII. Gloriosissimus Gallorum triumphator, cum hi ereptas sibi inter Mosam & Rhenum terras repeterent. obijt 230.

Sedanus Princeps, memorabili paternæ Justitiæ exemplo, convictus thori conjugalis violati, capite luit.

Helianus Princeps bello celeber.

NICANOR Rex Sicambrorum VIII. De Gotthis Saxones infestantibus memorabilem triumphum retulit. Vita excessit 196. annis ante Christum

Helenus eo nomine III. Princeps Sicambr. Orient.

Antenor pro Occanum Germanicum imperavit.

Priamus in Anglia diem supremum clausit.

MARCOMIRVS II Rex Sicambr. IX De Romanis, Gotthis, Gallis varios triumphos retulit. obijt anno 196. ante Christ.

Helenus prope Moguntiã imperavit.

Clodius inter Mosam & Rhenum.

CLODIVS Sicambrorum Rex X. cum Romanis Gallias invadentibus generosissimè dimicans occubuit anno ante Christum 157.

ANTENOR III. Sicambrorum Rex XI. Pacis studio, & humanitatis laude clarissimus, hostium filios Dijs immolari lege cavit. Mortuus anno 131.

CLODOMIRVS II. Sicambrorum Rex XII, juratus Gallorum hostis, cum illis etsi vario Marte, generosissimè tamen decertavit. Moritur ante natalem Servatoris anno 121.

MERODACVS Rex Sicambrorum XIII. Heros imperterritus de Romanis, Gallis, Treveris, Ubijs sæpius triumphans, arma Ravennam usque promovit, à C. Mario demum victus multa suorum millia perdidit. Naturæ debitum persolvit annis ante Christum 93.

CASSANDER Sicambrorum Rex XIV. Gallos felicissimo rerum successu sæpius attrivit, Gothorq; Saxonibus infestos repressit. Morte sublatus anno 62. ante Christum natum.

ANTHARIVS Rex XV. In Galliam opprimendam totus incubuit ingentesque inde thesauros retulit, Moguntinos grandi clade obtrivit. Obijt 37. annis ante natalem Domini.

FRANCVS Sicambrorum Rex XVI. primùm FRANCORVM nomen Sicambris Teutonibus imposuit; imo à se cognominari Sicambros meruit, Germanos universos ritè demeritus, quos sibi fœdere perpetuo adversum Romanorum ambitionem adjunxit. Idem Gallorum juratissimus hostis, ut videas quam graviter hallucinentur, qui Francos cum Gallis confundant. Obijt novennio ante quam Christus nasceretur.

CLODIO Francorum Teutonum, qui antea Sicambri dicti Rex XVII. magna Romanos clade affecit, & fines Regni late promovit Decessit anno post Verbum incarnatum 20.

HERIMERVS post patrem imperavit, & fortiter pugnans cõtra Gallos, Romanis hos juvantibus occũbit an. 31.

MARCOMIRVS III. post fratrem Rebus Francicis præfuit, & cum Romanis & Gallis felicissimè cõflixit. obijt an. 50.

Phrisius seu Frisius primus Frisiorũ Rex creatur.

CLODOMIRVS III. Francorum Rex V. Sicambrorum XX. Gallis Romanisque diversas clades intulit. Obijt A. C 62.

ANTENOR IV. Rex Teutonum Trojugenarum XXI. Francorum VI. ponte rupto, dum Mosam equo trajicit, cum multa nobilitate perit A. C. 69.

RATHERIVS Rex XXII. Rathertodamij in Hollandia conditor assiduis bellis cum Gallis Romanisque conflixit. Ejus gesta carmine primum scripsit Arebaldus, quas diu post solutâ celebravit Hunibaldus. Obijt Anno 90.

RICHIMER à Franco VIII. rerum Francicarum in Germania moderator, ab Antenore Rex XXIII. Gotthorum, Romanorum, & Gallorum triumphator felicissimus. Vita excessit A. C. 114.

ODEMARVS Rex XXIV. Conditor Odemerarisheim sive Odmarsheim, Pacis cultor singularis. Obijt A. C. 128.

Sunno sive Suimo Conditor Francofurti ad Oderam, Marchiæ Princeps.

MARCOMIRVS IV. Rex ab Antenore XXV. pacem & ipse coluit, urbes condidit, opibus crevit. Obijt A. C. 148. sub hoc Vastaldus, celeber inter Teutones scriptor vixit.

Clodomirus patri Sunnoni in Marchia successit, & ipse pace usus, opes congessit.

Clodomirus IV. Rex XXVI. Pacificus. decessit A.C. 165.

Marcomirus Marcoburgũ condidit.

Francus Francofurtũ ad Mœnũ condidit.

Clogio in Britañ. ob.

Nicanor et Suimo, Odemar.

Suimo-niam struxit.

Nicanor

Nicanor Frisiæ Rex creatur.

FARABERTVS Regum in ordine XXVII. contra Romanos rem fortiter gessit. Obijt An. 186.

Roricus in flumine mersus eidem Roræ nomen indidit.

SVNNO sive HVNNO, cognomento Veliphus, Faraberto patri in Regno successit, Regum XXVIII. vitam abrupit A. C. 214.

HYLDERICVS ab Antenore Rex XXIX. à Franco XIV. Hildeburgum in Rheni ora condidit, pacis bellique artibus illustris. Decessit anno 253.

BARTHARVS Francorum in Germania Rex XV. signa in Italiam, Galliam atque Hispaniam intulit. Mortuus Anno 271.

CLODIVS II. patri succedit in Regnum, rem fortiter in Gallia gessit. Obijtque A. C. 298.

Artharius bello fortissimus, Saxonum Boiorumque auxilijs, Gallias ac Hispaniam populatur

GVALTHERVS Rex ab Antenore XXXII. à Franco XVII. à clementi regimine commendatus. Moritur Anno 306.

DAGOBERTVS I. Legum optimarum conditor, æquitate & bonitate omni spectatissimus. Vitam reliquit A. C. 317.

CLOGIO Rex XXXIV pro patria contra Gallos & Rom. occumbit. 319.

CLODOMIRVS Rex XXXV. Regni amplificator. Mortuus 337.

Genebaldus Franconiæ Dux I. decessit A. C. 356.

HELENVS & Richimer quia ætatis XXIV. annum ex Lege Francica non habebant præteriti.

RICHIMER Rex XXXVI. fortiter cõtra Gallos & Rom. rẽ promovens, ab his deniq; cæsus gloriosè occubuit. 350.

THEODOMIRVS post fratrem regnat in ordine XXXVII. & ipse demum occub.

Dagobertus Franconiæ Dux II. Treveros bello obterit, & moritur anno 377

CLOGIO Rex XXXVIII. Cameracum expugnat Galliam ad Sunnam usque Regno Francorum adjicit moritur A. C. 378.

CLODIVS Dux Franconiæ III. Vir strenuus & in bellis plurimis contra Romanos invictus. Decessit A. C 398.

MARCOMIRVS Francorum Rex in Germania ultimus, Romanos prope Coloniã magna strage fundit. cæditur postea nostriq; subigũtur, A. C. 393.

Dagobertus post fratris cædem Iutetrex, obijt A. C. 398.

Marcomirus Dux Franconiæ IV. à Romanis frustra tentatus subjugari non potuit. Mortuus A. 402.

Genebaldus Dux Magnus Francorum Oriental. Tungros & magnã Galliæ partem cum Brabantia possedit. Obijt A. C. 415.

Marcomirus ea parte Rheni quæ Saxones respicit potitus.

Sunno vivo patre eam partem accepit quę mare & Galliam dividit.

PHARAMVNDVS ex Duce Franconię Rex Francorũ Leges Salicas condidit. Ob. 430.

Marcomirus post fratrem, fit Franconiæ in German. Dux. Obijt 423.

Sunno, interfuit inaugurationi fratris Pharamũdi

Sunno & Richimer Principes ad Regnum, ratione ætatis, inhabiles, magni tamen Duces effecti.

Clodius Crinitus sive Comatus Francorum Rex, Burgundiam subegit, & totam ferè Aquitaniam ditioni adjecit. Obijt 448.

Priamus Franconiæ Dux, Vita excessit A. C. 435. &c.

Albericus ab alijs Albero & Adelbertus Rex sive Princeps Alsatiæ Mosellanicæ Arduennæ Brabantiæ, &c. Vita excessit A. C. 491.

Meroveus Rex Francorum XLII. magnæ Galliæ partem invasit Parisiosque & Senones Urbes primarias occupavit, à quo tempore Gallia Franciæ quoque cognomentum accepit, decessit A. C. 458.

Genebaldus Dux Franconię Alemannus bello superavit & Rhenum transijt. Obijt A. C. 455.

Wambertus Rex Alsatiæ Mosellanicæ, Arduennæ &c. diem supremum clausit A. C. 528.

Childericus, adversa aliquamdiu fortuna exagitatus Aurelianensiũ deniq; atq; Andegavensiũ provincias Regno adjecit. obijt 484.

Sunno Franconiæ Dux Sunnhæmium ad Mœnum condidit.

Ansbertus Senator Romanus Dux Austriæ Mosellanicæ Marchio Imperij ad Schaldim à quo Carolingi.

Clodovæus Magnus, primus Francorum hoc est Germanorum, Monarcha Galliarum Merovingorum decus æternum. Mortuus A. C. 514.

Clodomirus Franconiæ Dux, à quo series Veterum Franconiæ Ducum.

Ecce quos non ex Hunibaldo solo, sed 29. Vetustissimis scriptoribus Abbas Trithemius, ex hoc & plurimis alijs, quorum allegat auctoritatem, Rosierius, ac præter hos sexcenti, cùm supera, tùm nostra ætate, & sacri & prophani, & Romanæ & diversæ Fidei Authores, scriptis suis celebrarunt, Veteres Germaniæ nostræ Principes; Principumque legitimam successionem ut nihil miremur magis, quam Neunarium sive Cluverium aliquem, dum rerum patriæ satagunt, & Romanorum potius studio quam domesticorum in eos solùm, incumbunt, quos in Ludo litterario, pueri memoriter tenuêre Historicos, fidem priscæ & Germanæ synceritati detrahere, meritissimis insuper viris, & honoris patrij assertoribus, gloriosissimisque Antiquitatis Vindicibus atque Servatoribus, temerè insultare, quin & convitium facere & turpissimam mendacij notam, viris gravissimis aspergere, cum tamen hi ipsi adeo rigidi censores, in suo quem præ alijs merito suspiciunt & adorant Tacito, non pauca legere potuissent, nec tacere, quæ nec Tacitus

Tacitus siluit, debuissent, quæque damnatus ab illis Berosus, fide optima retulit, cujus exemplo Princeps ille Latinæ Historiæ, Tuisconem celebrat ac Mannũ, carminibus antiquis apud majores decantatos, memoratque insuper nec suum Germanis Herculem defuisse. Sed & Troianæ per Germaniam Gentis ac deductionis explosoribus, idem ijsdem disertè contradicit, & ad institutum nostrum opportunè occurrit: *Ceterum Vlixem*, inquit, *quidam opinantur, longo illo. & fabuloso errore, in hunc Oceanũ delatum, adisse Germaniæ terras, Asciburgumq;* (Embricum hodie vocant) *quod in ripa Rheni situm, hodieq; incolitur, ab illo constitutum nominatamq;, &c.* Quibus quidem verbis, dum *fabulosum errorem* nominat, minimè fidem narrationi sive Veterum opinioni detrahit, sed morem Græcorum, historiam penè omnem fabulis doctè aspergentiũ, notat, quod etiam absque Taciti auctoritate, Græcarum vel obiter quidem gnari litterarum, nescire non possunt, etsi eas ipsas fabulas prægnantissimas constet esse reconditissimæ scientiæ ac mysteriorum. Fateor de Fide non esse, eâ nimirum quâ Verbo Divino absque dubio ullo & contradictione credimus, quæ tradita fide optima à majoribus accepimus; talia tamen sunt, quæ nisi ratio manifestè doceat fieri seu contingere nullo modo potuisse, non possint nisi cum magna irreverentia Sacræ Antiquitatis rejici, nedum explodi atque exsibilari, uti hodie multi tanto sibi doctiores plausûque videntur digniores, quanto majore fastu, priscæ illudunt synceritati, nec iam unius scriptoris arguunt atque irrident simplicitatem, quam omnium à tot sæculis majorum suorum carpunt perstringuntque velut delirantium credulitatem. Ausus alter illorum ad rogum expetere monimenta ejusmodi, quorum tot millia, eheu, alias tot clades tot sæculorũ absumpserunt, quasi sat esset Orbi universo, quæ ipse comminisceretur, inter thesauros recondere, cum vix verbum ille magnis tomis attulerit, quod non aliam, quam ex ejus mente patiatur interpretationem; ut planè de ijs nihil dicam, quæ absque authoritate ulla (etsi videri nolit, dum unum & alterum authorem bis terque describit) sui solùm ingenij placitis confingit, & persuasissima omnibus vult, tanquam Divinam Veritatem. Longè syncerius & verius majores nostri, absque colore & fucq, nudè ac purè tradentes quas à majoribus acceperant, & colere docti erant, Traditiones, etsi subinde contingeret has, nisi Sancta Mater approbet Ecclesia, & oris vitio corrumpi, & calami ac scriptorum diversitate. Sed, ad proposita paulatim gradum faciamus.

Vetustissimorum Germaniæ Principũ Tertia Generis ex Secunda Deductio, ex qua potissimi ac potentissimi Europæ usqua hodie Principes derivantur.

DEprehendimus in fine proximæ Deductionis, tres potissimum ramos arboris Stemmatographicæ, omnes à Marcomito, quarto Franconiæ nostræ Duce propius, à Marcomiro autem primo Trojugenarum in Teutonia Rege longius petita, tecta tamen & nunquam interrupta serie oriundos. Nam etsi nonnulli, de Clodij Crinitisuccessione nonnihil addubitare visi sint, ex eo quod Turonensis Gregorius Clodij his ipsis verbis ejusque successoris meminerit: *De hujus stirpe, quidam Meroveum Regem fuisse asserunt.* Aimoinus autem Clodionis affinem Meroveum appellarit; constanter tamen alij, non Meroveum tantum filium Clodioni, sed plurimos insuper filios filiasque attribuunt, constatque ex vetustissimis Thuringiæ monimentis & rerum patriæ suæ solertissimis Scriptoribus Thuringis, postquam Clodio anno Christi 445. cæsis Romanorum Gallorumq; exercitibus, fines Regni sui amplissimè, & in meditullium usque Galliæ protulisset, Saxones Thuringosque tanti Herois exambijsse amicitiam, & fœdere junctos, cum hoc paulo post negligerent. ferro coactos, postea ultroneos filium ejusdem (NB. sic enim disertè nominant) Merovæum sibi A. C. 447. anno ante obitum patris, Regem designasse & coronasse Quæ causa erroris Schaffnaburgio fuit, ut cum Meroveum Thuringiæ Regem Clodio successisse legeret, affinitatis potius respectu, quam successionis filiali jure à Francis nostris cooptatum putaret, nec sciret Meroveum in gratiam patris, priusquã huic in Regno avito succederet, Regem Thuringiæ fuisse, & quidem solemniter coronatum. Fuère proin, ut apparet, tres potissimum unius generis lineæ: Merovei Thuringiæ primùm ac dein Francorum in Germania & Gallia Regis, Alberici Arduennæ, Brabantiæ & Alsatiæ Principis, & Genebaldi Franconiæ Ducis, ex quarum prima MEROVINGOS, ex altera CAROLINGOS, ex tertia FRANCINGOS, seu Francones primævæ Nomenclaturæ in Germania dignitatem retinentes, constanti omnium assertione ortos agnoscimus. Cæterum quartam insuper eodem tempore, florentissimam, & Regiæ proximam omnino, reperio in Germania familiam AGILOLFINGICAM, cui Reges ipsi plurimum detulerint, in eaque agnoverint, & cognati sanguinis summam propinquitatem, & jus vetustissimum in potissimas Germaniæ provinciarum. Nominis primam impositionem nuspiam invenio, sed neque ratiocinando & ominando ita assequor, ut cogere in sententiam meam illos velim, qui qualitercunque sibi satisfacere videntur sua opinione. Fuisse ex Trojugenis & Francis, eâdem prorsus, qua tres reliquæ origine extra dubium ijs est, qui penitius Wolfingorum, Guelfingorum, sive Guelphorum Historiæ arcana rimati sunt. Etsi enim Agilolfingorum, non ita perspecta sit atque explorata ab ipso fonte primigenia Nominis deductio, qui tamen cùm vetustissimorum atque æqualium fide compertissimâ scriptorum, tùm ipsorummet olim assertione Principum, liquido constat, GVELPHOS fuisse genere Agilolfingos, eodemque jure ac nomine in horum illos sæpius, diversissimos ac potentissimos successisse Principatus, habebimus proculdubio & absque controversia Agilolfingorũ originem, dum Guelphingorum deprehendimus, cum tanti non referat in sola nominis impositione sive mutatione laborare, nec satis penetrare. Neque procul abest ut sentiam, haud alterum ab altero diversum esse, quam solâ, ut sexcentis docti exemplis sumus. nominis ejusdem corruptione. Porro Guelphos fuisse Francos origine, & quidem ex ijs qui Troia egressi ad ripas Danubij primùm, dein & ad Rheni ostia, mox ad hujus ejusdem oras superas consedêre, vetustissima diversorum Cænobiorum monimenta habent; & disertè asserunt codices diversi Bibliothecæ Weingartiensis, è quibus & scriptor ille noster hausit, qui Friderici Barbarossæ temporibus in

eodem

eodem Cœnobio claruit, & potuit, imo debuit multa ab eorundem Principum successoribus didicisse, Arbor omnino fide dignissimus, sanctorũ filius & collega religiosissimus, & qui ea quæ scripserat de Guelphis, *summa diligentia sese investigasse, & multum in diversis Chronicis, Historijs & antiquis Privilegijs quærendo laborasse*, asseveret. Cæterum in eo, quod divinando potius scribit, quam constanter asserendo, dum Sicambrorum sedes ad usq; Valentiniani Imp. tempora ad ostia Danubij collocat, haud leviter, etsi ignoranter, deviat, cum jam tanto ante innumeris & ocularis testibus certi simus, eo nomine Geldrenses & vicinos Westphalos appellatos; uti & illi pessimè aberrant, quibus Sicambria & Sicambrorũ nomen fictitiũ creditur, ab ipsis, quos solos adorant, Latinis scriptoribus toties celebratũ; quiq; nescire non poterant sic à præclarissimis scriptoribus nobilissimos Francorum, & ab ipso S. Remigio, hostem sacrorum dogmatũ, postea cultorem fidelissimũ Clodovæum Regem, eo nomine ante sacrum sacrũ Baptisma compellatum; etsi quoq; commentũ illis videatur, qui ex suo promptius capite omnia comminiscuntur, quã asseritæ multorum testimonio credendum velint veritati. Certum proin habentes Guelphos eosdemque Agilolfingos, è Francis & Trojugenis ortos, eosdem quos jam paulo antea possimus majores habuisse, in eo nunc potissimũ laboramus, ad quem ex his tanquam propiorem tantæ familiæ seu potius Genealogicæ lineæ parentem atque auctorem respiciamus. De quo cum diversimodè admodũ diversi sentiant, manifestè tamen advertimus, in designatione potius gradoum seu generationũ, quam originis dissentire. Adelgerum sive Adologerum, Hunni Veliphi, sive Veliphonis filium plerıq; (exq; ijs Annaliũ Scriptor præcipuus Aventinus) Theodonum Agilolfingorũ Auctorem faciunt, primũ post Attilæ Regis cædem, solutis in libertatem, post tot annorũ tyrannidem populis, ad avertendam Tyrannorũ ambitionem, Boicæ universę Regem consalutatũ. Quod etsi non ita temerè negandũ censeamus, illud tamen non ita propriè accipiendũ credimus, ut Hunni (sive ut melius legitur Sunni ac Sunnonis) Veliphi filius, quã nepos serus Adelgerus intelligatur, eo omnino modo, quo Christus Dominus, David sive Abraham filius dicitur; nimirũ recta generationis linea & serie ab ipso descendens. Placuitq; semper Welphi seu Welphonis nomen non tam, ad duodenã illam unius partus sobolem, de qua suo loco, quam ad Welphi sive Veliphonis pertinere; derivationem & siquidem tot etiam gemellos agnoscamus & Guelphos ab eventu cognominatos concedamus, tanto tamen promptius, id nominis assumptum, quanto se magis ab ipsa commendabat antiquitate, placuisse posteris opinamur. Cæterũ, ut proprius accedamus, etsi quid certi in re adeo remota & dubia statuere non decreverimus, suspicamur nihilominus, è Veteri Manuscriptorũ aliquot, & Weingartensis Historiographi, verbis nonnullis, ad Genebaldũ (quem corruptè hic Genesandum appellat) sive fratres ejus Marcomirũ & Sunnonem, proximè spectare & Guelphos & reliquos Agilolphingos, & fortasse ad Sunnonem & Richimerem Genebaldi filios, quos, quia per solam ætatem Regno inhabiles arcebantur, verosimile est tanto majore in respectu, & proximos Regibus habitos, ita ut tam ipsi quam posteri, Regni Legibus & consuetudine, nobilissimis quibusq; & amplissimis provincijs præficerentur. Qua ex causa consuetũ ijsdem: ut citatus memorat author, *ut divitijs & honoribus Regibus præstantiores, ipsi quoq; Romano Imperatori homagium facere recusarent; domum suam Regio more ordinarent, quæq; in eis officia, id est ministeria Dapiferi, Pincernæ, Marschalci, Camerarij, Signiferi per Comites, eisque æquipollentes regerentur, &c.* Ipsis etiam Regibus, dum contra illos nihil moverent, honori illorum consulentibus, regiumque in ijsdem sanguinem reverentibus, uti disertè in tabulis Legum Boicarum Rex Dagobertus: *Agilolfingi vero*, inquit, *usque ad Ducem in quadruplum componuntur, quia summi Principes sunt inter vos. Dux vero qui præest in populo, ille semper de genere Agilolphingorum fuit, & debet esse, quia sic Reges antecessores nostri, concesserunt eis, qui de genere illorum fidelis erat & prudens, ipsum constituebant Ducem, ad regendum populum illum &c.* Etsi ex illis nonnulli essent, qui Regum beneficio quidquam admittere, indignum genere suo ducerent, & avita contenti hæreditate, magnificè seipsos circumspicerent, adeo quidem, ut Atticus eo nomine II. ob admissam à Rege donationem & gratiã, Henricum filium tanquam degenerem execraretur, nec in vita reliqua intueri annueret. Nec improbabile, quẽ ex aliorum potius sententiâ, quam nostrâ, superiore tabulâ, Clodio Crinito dedimus filium Albericũ Adelbertum sive Adelberum, Sunnoni sive Richimeri junioribus adsignandũ; nisi Adelberum eundẽ cum Adelgero velimus, quem nisi alterius ex illis fuerit filius, certum tamen est, proximo sanguinis jure, in eorum hæreditatẽ successisse. Et sanè Auctorũ plurimi Theodones Agilolphingos, dum ex Marchionum Antuerpiensiũ & Brabantiæ Hasbaniæq; Principũ sanguine deducunt (etsi merito ea tunc dignitatũ nomina Belgæ scriptores minus agnoscant) eo ipso nostræ opinioni proximi fiunt, qui Adelgerum & Adelberũ, Tungris & Brabantis imperasse pro comperto habemus, etsi quo titulo Ducis, Principis an Præsidis præstiterint, ibidemq; substiterint nesciamus. Illud certissimũ, sive Adelgerum sive Adelberũ in Alsatia aliquamdiu sedem fixisse, ejusque posterorum alios & alios, Alsatiæ, Alemanniç, Turgoviç, Ergoviæ, Rhætiæ, Vindeliciæ, Norico denique, alijsq; amplissimis provincijs præfuisse. Quod deinceps distinctè intuebimur, & celebratã à Regum maximo Dagoberto *Agilolfingorum, Summorũ*, ut ipse appellat, *Principum* potentiã, tanto pòst redhibendo congeminabimus, atq; inde recta & nunquam interrupta serie, longè maximorũ etiam hodie Principum Europæ genus & posteritatem omnem clarissimè deducemus, & consignabimus. Habemus penes nos multorũ & magnorum, cùm nostræ tùm superæ, & priscæ etiã ætatis, multas etiam eorumdem manupropria scriptas tabulas Stemmatographicas, quas simul omnes in nostra Guelphica Historia proponere statuimus, ex quibus omnibus, etsi semper in uno alterove inter se discrepantibus, advertere tamẽ licuit, curiosius observanti, etiam cum in diversa ire primo intuitu videntur, haud ita longe abire seu respicere, quin inter se; (siquidem conciliari minus possint,) possint tamen colligari; atq; tum cuiq; posse demonstrari ad oculum confidimus, ex tot tantorum, tamq; diversorum sententijs, non tam probabilem nostram reddi, quam necessariam omnino, adeoque invincibilem Veritatem. Sed ut ad tres, tabulæ Stemmatographicæ loco extremo positas revertamur lineas, prius quã AGILOLFINGICAM pertexamus; sciendum Francicam sive Franconitam in Hugobaldo Clodomiri filio ac dein Heleno, Gotofrido, Genebaldo, Clodomiro,

b Heri-

Heriberto, Clodoveo, Gosberto, otroque patre & filio, continuatam, in Hettano denique Gosberti junioris desiisse filio, & ad alteram ex tribus lineis, Ansberti scilicet,, & quidem ad Pipinum ejusque filiom Carolum Magnum omnem transisse hæreditatem, qui maximo aucti regno, ut datorem quacunque grati animi Significatione DEUM venerarentur, totum Franconiæ Principatum Sacrum decernentes Numini, S. Burcardo primo Herbipolensium ex Monacho Benedictino Pontifici dono dederunt, & successoribus ejusdem perpetuum voluerunt. Ita, ut quoscunqoe alios præter Episcopos, legas Franconiæ Duces, Clientelares solum agnoscere debeas, quod nec ipsi quidem Agilolfingi semper Franci ac liberi, indignum genere duxere, dignius arbitrati Ecclesiæ & Pontificum, quam Regum censeri vasalli & clientes, ut qui in Ecclesiæ dignitate DEI ipsius venerarentur Majestatem, eaque reverentia suam orbi universo & posteritati omni commendarent Religionem.

Clodovei Merovingicam lineam, multis aliquamdiu Galliarum Regibus florentissimam, certum est (etsi contra multorum sententiam.) in Childerico Stupido, ultimo Merovingorum Galliæ Regum prorsus desiisse; jusque Regni ac potestatem, ad lineam item Ansberti memoratam, Pipinumque eundem translata esse: Ut frustra omnino se fatigent, quotquot Augustissimæ domus Austriæ nobilissimam intaminatissimamque propaginem, à turpissimis illis Regibus, quorum internecionem omnemque posteritatis spem disertissimis prædixit verbis Sanctus Columbanus, derivare allaborant, & pro Sigeberto quodam, Exulis cognomentum indepto, Theodoberti, ut volunt, filio, multa at revera inania referunt, nullo prorsus subnixa antiqui Authoris asserto, sive vetustiore quovis monimento, cum horum dictaris, non nisi tres masculos liberos Theodoberti, Clotharium; Guntrammum & Meroveum agnoscamus, quorum priores duos unà cum Sorore vinculis constrictos Metimque missos, ibiquè ab avia Brunichilde crudelissimè necatos, Meroveum vero parvulum, jussu Theodorici ad petram allisum legimus; Sigebertum nullum deprehendimus, nisi quem nuperi Scriptores ab superi & proximi solummodo sæculi Authoribus mutuati, alter alterius exemplo pro vero fictitium habent, solo Wulfgango Lazio veterum allegante fidem, Gregorij Turonensis magnâ sanctitate viri, & Aimoini Chronographi clarissimi, apud quos nil tale ego, sed neque Belforestius, Rosierus, Wionus, & Cæsar Historicorum nostræ ætatis Baronius reperimus, qui ultimus non solum nullius Sigeberti qui neci subtractus sit, meminit, sed una cum reliquis præstantioris notæ Historicis, sævientem in Theodoberti filios Brunechildem describens, eos omnes neci tradidisse asseverat. Ut taceamus quam inconveniens Turonensis adducatur testimonium, cum cædes Theodoberti ex Baronij sententia, in annum Christi sexcentesimum decimum tertium inciderit, & citatus pro hâc ipsa Gregorius tanto ante, anno Domini 595. vivere desierit. Ex quo facilè advertar. quantum à vero absit, assertionis adeo futilis com... sive putatitium argumentum. Et vero nihil proficere, si verum esse (quod fictum est) totum ex condicto côcedamus, quin & Ottopertum I. Altebergi sive Vindenissæ sive etiam Habspurgi Comitem ejusque progeniem a Sigeberto Exule rectè deduci annuerimus, inde fit manifestum, quod hæc eadem deductio non ita multo post, quam certissime desiisse in Ottoperto ejus nominis III. ejusque filia & Hærede unica Hiltrude Leutfridi Ducis conjuge, ex vetustissimis & Synchronis S. Trudperti scriptoribus & monimentis comprobetur. Ut dolendum omnino sit, gravissimos & laudatissimos, ut meritissimos cæteroquin scriptores, tantopere in Otperti I. stabilienda origine & descendentia desudasse, quam tamen in masculo deinceps extinctam semine, nec in fæminino quidem Hiltrudis perdurasse sanguine, postea docebimus; Hiltrude quoque ipsa cum Leutfrido marito absque prole defunctis; adeoque simul cadentibus, tot Guillemanni, Piespordij aliorumque sequacium machinis, etsi nos ejusdem quidem originis Otpertum, cujus & Agilo... (... non minus quam priore obnixi Guillemanno) contendamus, quamvis ad rectam ipsius lineam de posteris Habspurgijs seu Altenburgijs nec pilus pertineret; nisi de aliata integra Hiltrudis ad Luitfridum, & ab hoc transmissa per adoptionem ad Alberici Ducis quatuor filios hæreditate. Sed de his postea; nunc de tertia quoque, Ansberti nimirum linea, sermo instituendus.

ANSBERTI tertia, à magno deinceps Carolo CAROLINGORUM cognominata, linea, magnos omnino Reges, maximos Cæsares orbi dedit; quos etsi communi cum Merovingis patre Clodio satos, superior ostentat tabula, diximus tamen jam supra, non minus probabile, ad Genebaldum ejusque seu fratres seu filios pertinere, adeoque in Dagoberto I. communi omnium patre convenire. A quibus ijsdem, cum Agilolfingos quoque ortos, Guelphorum vetustissima monimenta & Historia nos doceant, testatissimumque reddant cùm communia utriusque insignia, tùm continuata eorundem ab eodem stipite, in diversorum Ramorum præcisionem initio, transfusi hâc illacque in cognatos Principatos,, & sexcenta alia (de quibus, in Guelphonica nostra Chronologia) in hanc rem argumenta; restat, ut Carolingæ prius lineæ seriem ac tabulas aliquot proponamus, priusquam eidem Agilolfingam propriè dictam adjungamus.

Carolingorum ex sententia Theodorici Piespordij, Gasparis Scioppij, Firmiani, Brombachij plurimumque celebrium Scriptorum tabula Stemmatographicæ deductionis.

Albericus, Alberto sive Adelbero, nonnullis Adelricus & Adelbertus Princeps Alsatiæ, Mosellanicæ, Arduennæ Brabantiæ, &c Uxor Argotta Theodorici Ostrogothorum Regis Soror. Obijt A. C. 492.

|

Wambertus Princeps Alsatiæ (â non nullis Rex dictus.) Dux Mosellanicus, &c. Uxor Lucilla Soror Zenonis Imperatoris, obijt 528.

Ansber-

Ansbertus Senator Rom. Dux Austriæ Mosellanicæ S. R. I. Marchio primus constitutus. à Clothario I. in generum ascitus, obijt A. C. 570.

Arnoldus Buggisus S. R. I. Marchio, Dux Austriæ Mosellanicæ ac Buillionæi. Uxor Oda filia Gunzonis sive Conradi Ducis Sveviæ.

S. Arnulphus S. R. I. Marchio, Dux Austriæ Mosellanicæ, Major Domus Regiæ. Uxor Doda Princeps Saxoniæ. Obijt A. C. 659.

Andegisus sive Anchises S. R. I. Marchio ad Scaldim, Dux Brabantiæ, frater Clodulphi Ducis Austr. Mosell. Uxor Begga hæres Brabantiæ.

Pipinus Crassus Heristallus Dux Brabantiæ & Hasbaniæ, Princeps Austrasiæ. Obijt A. C. 714.

Carolus Martellus Dux Brabantiæ & Hasbaniæ, Princeps Austrasiæ, obijt A. C. 741. Ux. Soanhilda fil. Theodonis Boiorum Regis.

Pipinus Brevis, Dux Brabanoæ ex Majore Domus Regiæ, Rex Galliarum potentissimus & Religiosissimus. Obijt A. C. 768.

S. Carolus Magnus Imp. Aug. & Rex Galliarum, à quo cæteri Reges usque ad Hugonem Capetum, dicti sunt Carolingi. Obijt A.C. 814.

Ludovicus Pius Imperator Aug. Decessit Moguntiæ A. C. 840.

Ita nonnulli Carolingos dedocunt. Placet & aliorum proponere dedoctionem:

Deductio Carolingorum ex Petri Opmeri Sententia.

ALBERTVS (sic enim Ansbertum appellat) primus Marchio S. R. I. hæreditarius à Justiniano Imp. constitutus.

ARNVLPHVS S. R. I. Marchio.

ARNVLPHVS II. S. R. I. Marchio.

ANSIGISVS S. R. I. Marchio, maritus Beggæ Ducissæ Brabantinæ.

PIPINVS HERSTALLVS. Uxor Plectruda, ex qua genitus Grimoaldus, ex pellice autem Adpaide.

CAROLVS MARTELLVS. Hucusque, corrupta tamen deductione, Opmerus.

Juvat & tertiam aliorum opinionem ponere, ut ex ipsa diversitate sententiarum veritas clarius innotescat. Cui & Theodonum adjungemus tabulam, ex qua deinceps multa ominemur.

Tertia Carolingorum ex opinione Hieronymi Henningij, Eliæ Reusneri, & plurimorum cum supera tum nostra ætate scriptorum, derivatio.

HVNNVS VELIPHVS, sive WELIPHO, de quo nos supra: non immediatè patrem Adelgerij, sed ex Patribus sive Majoribus fuisse, nisi secundus eo nomine sit dicendus.

ADELGERIVS sive ADALGARIVS (nonnullis Adalogerius) electus à Boijs Rex A. C. 456. victus ad Tolbiacum A. C. 495. Regio titulo se abdicat, Ducali contentus,

THEODO I. Dux Bavariæ; Norici magnam partem subigit, multas urbes per Boicam condit. Uxor Reginobirga, à qua Augustam Tiberij Reginoburgum appellavit.

Utilo (nonnullis Wattilo) Uxor Clotilda Regina, filia Theodorici Regis Austrasiæ per quam multas ad Rhenum Mosam & Scaldim ditiones accepit.

Theodo II. cogo. Magnus, à rebus fortiter gestis celeberrimus. Obijt anno Christi 537.

Hugopertus, alijs Sigebertus Marchio Antverpiensis. Obijt anno Christi 563.

Theodo III. à S. Roperto baptizatus. Obijt A. C. 565. Ux. Reginotruda filia Theodoperti Regis Austrasiæ.

Theodopertus cum patruele Thessalono Baioariam partitur. Obijt 577.

Garibaldus Boioariam totam vi occupat, Tassiloni restituere cogitur.

Gundoaldus frater Theodolindæ Reginæ Longobardorum, ducatu Astensi donatus.

Aribertus Rex Longobardorum creatus obijt anno Christi 661.

Perthavicus Longobardorum Rex. obijt A. C. 690.

Conibertus Rex Longobardorum. Decessit A. C. 703.

Luitbertus lineæ hujus ultimus Rex Longob. occ. 704.

Theodovalda Athesinorum Princeps, dein Bavariæ Dux.

Tassilo sive Thessalonus Princeps Bavar. Ob. 598.

Garibaldus Princeps Boiorum obijt A. C. 612.

Theodo IV. Dux Bavariæ, obijt A. C. 630.

Thassilo II. Boiorum Regulus, obijt A. C. 650.

Grimoldus Princeps Bavariæ obijt A. C. 695.

Theodo VI. Dux Bavariæ obijt A. C. 708.

Hugopertus Princeps Bavariæ. Mortuus A. C 735.

Utilo Dux Bavariæ. Obijt A. C. 765.

Tassilo ultimus hujus lineæ Bavariæ Princeps. Decessit 787.

Ascpertus, alijs Ambertus obijt A. C. 579. Ux. Blitilda fil. Clotharij Regis Gall.

Arnoldus Buggius S. R. I. Marchio Princeps Hasbaniæ, &c.

S. Arnulphus Major Domus Regiæ, Dux Aust. Mosell.

Ansegisus Dux Brabantiæ &c. S. R. I. Marchio.

Pipinus Crassus Dux Brabantiæ, &c.

Carolus Martellus Dux Brabantiæ, Major Domus.

Pipinus ex Duce Brabantiæ Rex Galliarum.

Carolus Magnus ex Rege Galliarum Rom. Imp. Aug.

Ludovicus Pius Imper. Aug. & Galliarum Rex.

Lotharius Imperator & posteri Carolingi de quibus suo loco.

Possemus adducere ad viginti, & plures etiam, ejusmodi tabulas, haud multu tamen aliter inter se, quam quas proposuimus diversas, eodem omnes respicientes, & siqoidem Carolingos ex Agilolphingis non derivent, pari tamen passu & gradu, etsi propiure alij quam alij origine eosdem deducentes; quos tamen omnes videmus in Francorum Germanorum, sive Clodij Criniti, sive Geoebaldi stirpe acquiescere, adeoque simul omnes in Dagoberto primùm, ac deinceps in Hunnone sive Sunnone, Velipho convenire, eumdem genitorem agnoscere. Nam etsi nonnulli contendant Hunnum Veliphonem genus ad Alemannuoi Herculem retulisse, ex parte matris seu aviæ alicujus intelligendam ejusmodi relationem inde liquet, quod cùm Carolingi, tum Guelphi atque Agilolfingi, in vetustissimis Diplomatibus, & apud æquales ipsi et Carolo & proximos scriptores Francicæ & Troianæ se uriginis disertè attestati sint, & vero etiam gloriati, ut B. Paulus cognomento Diaconus Caroli Magni æqualis de S. Arnulpho, in prædictis tabulis omnibus, communi omnium consensu, congeminato, disertè scribit: *Venerandus iste vir*, inqoit, *juventutis suæ temporibus, ex legitimi matrimonij copula, duos filios procreavit; id est, Anschisum & Glodulphū, cujus Anschisi nomen ab Anchise patre Aeneæ creditur esse deductum, &c.* Inde Æmilius de Pipino Rege Caroli Magni parente: *Ex amplissima familia, & tam veteri Nobilitate natus erat; ut cum auctor gentis, origoque prima ignoraretur, quod multi ejus stirpis Anchisij vocitati invenirentur, ab Anchise Troiano eos oriundos plerique jactitarent, &c.* Hæc fide Historica isti; ipsum Clodulphum Anchisij sive Ansegisi fratrem germanum in Diplomate Monasterio Metelocensi dato audiamus, Principem lectissimum & Religiosissimum Domus Lotharingicæ Archiparentem: *Nos igitur*, ait, *Clodulphus Dux Austriæ Mosellanicæ, Arnulphi Ducis filius, filij Arnoldi, ex antiqua ac nobili Francorum Troianorumque stirpe natus, &c. Data Treveris anno Domini DC.XLVI.* Et quis nun malit tantis tamque antiquis credere, quam nuper natis, & sua solùm ductis ratione tàntum deferre, ut cum ijsdem libeat Antiquitati illudere, quam tamen in omni ætate advertimus tanti factam esse, ut omnem semper novitatem triumpharet? Et mirandum sanè, cum tales vetustissima quævis exsufflent, mediæ saltem ætatis scriptores Marianum Scotum, Gotfridum Viterbiensem aliosque non attendere; quorum ille disertè *Ansgisum Anchisis Troiani nomine* vult *appellatum*; alter verò, Troianam propaginem in duo genera Regum (Æneæ scilicet & Priami) dividens, utrumque asseverat in Carolo Magno concurrisse. Nobis proin placuit semper, & placebit priscis subscribere, quibus antiquius nihil fuit Germana synceritate, quique idipsum quod tradiderunt nobis, ipsâ item Majorum suorum accepêre traditione, quam qui contemnit, certum est, suis potius delectari commentis, quam sedulo pervestigare veritatem, cujus ipse fulgidissimos è Traditione majorum radios, infirmis scilicet intolerabiles oculis, aversetur. Cujusmodi nos, etsi multos numero, non attendentes, uni Clodulpho magis quam mille Nevenarijs & novellis scriptoribus credimus, nec dubitamus, de constabilita satis origine prisca Carolingorum. Cæterum Agilolfingos, eo quoque spectare, supra satis diximus, cum Guelphos ejosdem familiæ præcipuos, Francos Trojugenasque paribus argumentis probaremus; cumque vetustissimorum fide Authorum certissimum sit Guelphos genere fuisse Agilolfingos, certissimum quoque erit, cum illi ad

eosdem

eosdem, ad quos Carolingi & Merovingi originem referant, eo quoque Agilolfingos pertinere. Illud solummodo dubium est, utrum Henningio & Reusnero in hoc potius, quam alijs credendum, qui Ansbertum sive Asopertum (ut ipsi vocant) Hugoberti sive Sigeberti filium, Utilonis nepotem contendunt, cum hi istum prætermittant, sed per Wambertum illico gradum ad Albericum faciant, quem nos eundem opinamur cum Adologerio sive Adeltico; etsi ex hac parte nihil affirmemus, quibus satis sit demonstratam saltem proximam generis & sanguinis propinquitatem, quamvis de fraterno nexu quidquam decernere non præsumamus. Nec defuere etiam ex novissimæ ætatis scriptoribus, qui Carolingos ex Agilolfingis ortos agnoscerent, Carolus Scribanus, Becanus, Procopius Joã. Heroldus, Raderus, alijque, etsi ea quæ attulimus minimè adverterent, certumque sit ad Pipinũ & liberos, non alio titulo quam Lege Patriâ, eademque à Dagoberto restitutâ & confirmatâ, Ducatum Bavariæ aliosque Principatus devolutos, quã Agilolfingis summi post Reges decreti honores sunt, utpote verè Regij generis Principibus, quos Eizingerus Adelfingos à nobilitate dictos, idemque nomen cum DELPHINORUM, uti hodie vocant Regum Galliæ filios, nomine affirmat. Quidquid sit, absque controversia, docentibus sic tabulis Legum longè vetustissimis, *Summi Principes* fuêre *Agilolfingi*. E quibus, quotquot usque hodie inter Christianos, *Principes Summi* terrarum imperant orbi, rectâ descendere, neque unquam interrupta serie, pergimus edocere.

Agilolfingicæ Gentis portionem fuisse Veteres Austrasiæ, Mosellanicæ, Brabantiæ, Arduennæ, &c. Principes, jam supra vidimus, è quibus nati Alsatiæ atq; Alemanniæ Duces, longè lateque per Sueviam, Helvetiam, Rhætiam fines suos & potentiam propagarunt. Cum enim aucti prole, & populorum frequentia, ad partes Rheni & Mosellæ inferiores, angustius habitarent, ad superos sese exporrigentes (ut è vetustissimis membranis Weingartensis memorat) per Alemanniæ amplissima spatia castra metati, nobilissima illic Palatia, urbes atque arces condidêre, cum liberos suos, tùm ministros honorarios & Palatinos diversarum provinciarum partitione, donantes atque locupletantes. Ex his potissima fuit Ethiconis, sive Attici eo nomine primi Serenissima Posteritas; cujus etsi variè varij majores ex ordine recenseant, pro compertissimo tamen habemus à Sunnone Welipho primùm, ac deîn Dagoberto, Alberico demum sive Adelrico, per intervalla temporũ, nunquam tamen interrupta serie, derivandum. Et volunt nonnulli Attici nomen affectione Romani potius nominis, an Atticæ originis, tanto post placuisse, cum alij Adelricum sive etiam Albericum nominent, eundem qui corruptiore deinde nomenclatura Ethico audijt; qua quidem diversitate nominum nihil communius occurit in Historia versatis, ut in Ansberto, Amberto, Alberto, Asopetto, Amprincto, superius vidimus, & multò adhuc plures leg mus ejusdem nominis, apud priscos scriptores, variationes. Sed & Wambertũ deprehendimus à nonnullis Hugopertum, alijs Sigebertum nominari; ab hoc fortè arrepta occasione erroris illius, cum Otpertum illum Altenburgium sive Habspurgium plurimi contenderent Sigeberti Ducis filium, Sigeberti Exulis (ut vocant) nepotem, cum hunc planè fictitium esse gravissimi prodant scriptores, & supra jam viderimus ex Prophetia S. Columbani, omnem Regum illorum desijsse posteritatem, adeoque, siquidem Sigeberti alicujus fuisset seu nepos seu filius, Sigeberti potius istius, nempe Wamberti seu Hugoperti fuisset, cujus fratrem germanus fuisse memoratur Theobertus sive Theodobertus, à quo nonnulli apud me MSS. Guelphingos, & quidem Watinum ac Ruthardum hujus filios; alij Burgundiæ Principes & Sabaudiæ Comites, sed, quidquid de istis sit, præmaturè nimis illos derivant, quorum genuinam originem, mox in tabula proponemus. Sic Uilonem, de quo in Tabula Carolingorum proxima (hoc est tertia) Wattilonem quidam nominant, aiuntque Alsatiæ potitum Principatu, Wattwilam oppidum condidisse, tresq; Rhombos ex cognatorum Bavaricis, eidem oppido pro insigni dedisse, unde Dynastarum de Wattwila arma gentilitia; quæ tamen, qui Helvetiæ immigrârunt, paulùm immutantes, pro rhombis totidem alas substituerunt, qua ex familia multi etiamnum superstites, nupertimè Joannes Bato, Losannensibus, Pontifex præstitit, & Rudolphus Regia forma, ut ingenio, juvenis, in spem maximam familiæ adolescit; quorum majores ex Palatinis potius Wattilonis, quam ejusdem fuisse generis, ex rhombis colligimus, qui non aliter ad Agilolfingos, quam ut hodie tot diversarum provinciarum insignia ad Habspurgios, pertinuêre; quorum ipsa gentilitia subinde, Nobilibus vasallis ex speciali gratia, ad arma familiæ cujusque propria adjunguntur. Sed nunc Veterum Alsatiæ atque Alemanniæ Ducum fragmentum subjiciamus.

FRAGMENTUM STEMMATOGRAPHICUM VETERUM ALSATIÆ ATQUE ALEMANNIÆ DUCUM.

LANDISIUS, sive LEODISIUS Magister Palatij, quem nonnulli Ercembaldi filium volunt, certa generis deductione ex Agilolfingis summis Germaniæ Ducibus, Occisus ab Ebroino, sub A. C. 685.

|

ETHICO, sive ATTICUS eo nomine I. cognomento Adelricus ab affine Rege Theodorico Dux Alemanniæ atque Alsatiæ constitutus A. C. 666. secundum alios 685. superstes fuit ad usque A. C. 699.

|

b 3 Adel-

Adelbertus al. Albericus Dux Alem. & Alsatiæ, sagitta traijcitur. Fundator 2. Monasteriorum.	S. Ottilia Rosvvinda Abbatissa Monialis in Hohenburg, &c.	Etho Comes Brisiacæ. Conditor Etbenheimensis Monasterij.	Hugo I. Comes Inferioris Alsatiæ Ux. Irmentruda soror S. Remigij Episcopi Argentin.	Bataicus sive Barthico Comes Ergoviæ & Wisleitaalensis.

Eberhardus Dux Alem. & Alsatiæ Fundator Murbacensis sub A. C. 724.	Luitfridus Comes Suntgoiæ Ux. Hiltruda Habspurgia ultima.	MazoRegulus infer. Alsatiæ Fundat. Masmünster.	Albericus Comes Lebertalensis.	HugoComes Brisiacæ.	Bleno & Bodal⁹.	Bero Comes Ergoviæ Fundator Beronensis.	

Ruthardus Dux Alem. & Alsat. Author Kyburgiorum Comitum.	Warinus Præfectus Alemann. Author Welforum.	Filius unic⁹ in Obruna fluv. mersus perijt.	Ortpertus hæres Habspurgi, &c.	Hugobert⁹ & Eberhardus.	Theobaldus Com. 1. Ferretti.	Etho Episc. Argēt.	Hugo & Adelbertus Cō. Ergoij.	

Maximi momenti hæc Genealogia est; utpote ex qua deinceps plurimas procerum Germaniæ, atque inprimis duas totius orbis Christiani potentissimas, absque ulla comparatione, familias, deducturi simus, ut prior merito, eadem penitius discutienda videatur.

Sciendum proin, versari in gravissimo errore, eos omnes quotquot à Sigeberto Exule Theodoberti II. Austrasiæ Regis fictitio filio Serenissimæ Domus Austriæ sive Habspurgiæ majores derivare conati sunt. Ut enim concedamus, præter omnem gravissimorum & synchronorum scriptorum fidem (qui Theodoberti filios omnes à Brunechilde nece traditos scribunt) Sigebertum hunc manus ejus evasisse, atque inde novæ in Alsatia sive Altenburgiorum sive Habspurgiorum Comitum familiæ Conditorem extitisse, nos tamen è Vetustissimis Antiquissimi & celeberrimi Monasterij Trudurtini ab Ortperto I. Habspurgio conditi monumentis, quam certissimo docti sumus, eamdem Ortperti familiam, in Ortperti eo nomine tertij filiâ unicâ Hiltrude penitus extinctam esse, ita quidem, ut quamvis illa ad Luitfridum Adelberti Alsatiæ atque Alemanniæ Ducis filium, maritum suum, tanquam hæres Altenburgiorum unica, omne attulerit patrimonium, ipsa tamen absque hærede decesserit, adoptatis Luitfridi mariti ex patruele Alberico nepotibus, Hugoberto nimirum Ortberto, Eberhardo & Theobaldo, quorum primus Altenburgio Comitatu potitus, secundus Habspurgio & Neomagensi, tertius Romaricimontis, quartus Ferretano, hic Ferretanorum Conditor fuit, uti Ortpertus nunquam deinceps interrupta serie Habspurgiorum atque Austriacorum. Ut proin frustra omnino in Velibaldo quodam inquirendo & cogendo, contexendaque Ortperti I. familia (accuratissimus cæteroquin & versatissimus in Historia) desudârit Guillimannus, cum vetustissimorum fide constet monimentorum, de semine & sanguine Velibaldi, Ortberti, Amptincti, Hertopetti (quorum etiam ipse seriem dubiam & incertam appellat) nihil prorsus, ad Ortopertum Alberici filium, natosque ex hoc in hanc usque diem Habspurgios & Austriæ Archiduces pertinere. Oportuisset ante omnia Trupertina serio exquiri atque inspici monimenta, utpote quod eo loci, tot ante sæcula condito longè illustrissimo triumphatæ Gentilitatis atque Idololatriæ Tropheo, nuspiam illustrius se nomen Habspurgium prodiderit, nactum eosdem, quos provinciæ totius Apostolus meruet, gloriosissimos Encomiastes; cum non uno titulo, neque uno sed pluribus voluminibus complexi Fundatorū suorū nomina & beneficia à mille, & supra, annis Trudpertini Ascetæ, Habspurgiorum Comitum tanto ante Nomen auditum & celebratum demonstrarent, quanto post Guillimannus & nonnulli contendunt in Ergovia primum innotuisse. Inspeximus sexcenties & millies, evolvimus, revolvimus, cum anno Christi millessimo sexcentesimo vicesimo quarto Novitiosum illic Magistrum ageremus, eadem lapidi, eadem æri incisa, eadem pergameno, eadem tot libris Habspurgiorum inscripta nomina, ut nunquam miraremur satis, in mentem cuiquam unque erudito homini venire potuisse, nova eadem & antea inaudita fuisse, prius quam in Ergovia sub A. C. 1026. sive ut alijs placet, 1034. Rapatho, Altenburgius, (uti nonnulli vocant) Habspurgum conderet, à quo deinceps primùm Altenburgij essent Habspurgij cognominari. Resuscitatum diversis & locis & temporibus id nominis fuit, & quidem ante nongentos jam annos cum in Hiltrude ejus Generis ultima consenuisset, atq; extinctum esset, in Alberici Ducis filijs renovatum ac restitutū, cum nomen idem cum hæreditate acciperent, & ad seros deinceps posteros, tanto decursu sæculorum, ad Augustissimus Cæsares nostros & Serenissimos Archiduces, nunquam interrupta serie, propagarent. Vidimus ipsi, legimus, & charactere, & in multum vetustate attrito, profundo nihilominus, ut largo, digitos immisimus, pulveres cum ætate vix superabiles extraximus, ut inscriptionem vetustissimi ex lapide monimenti exscriberemus, in qua distinctissimè *Habspurg* deprehendimus; & lapide, & monumento ipso, adeo nihil novitatis præferente, ut quotquot inspexerint, haud videantur sibi quidquam ab ipsa antiquitate & simplicitate priscæ modestiæ commendabilius ac venerabilius vidisse. Inscriptio sic habet:

Hic requiescunt Fundatores hujus loci, Comites de Habspurg, Ortpertus. R.-mpertus & Luitfridus Landgravij Alsatiæ: Item Hundfridus, Luitfridus & Hugo Domina Ermentruda.

Cum autem constat ex diversis alijs ejusdem Cœnobij monimentis, præter jam dictos Comites Habspurgios, Rotbertum etiam & Guntranum ibidem conditos, quorum nomina sepulchrali lapidi incisa non sunt, vel obiter quidem consideranti patet, Sepulchri quidem inscriptionem etsi antiquissimam, illo tamen posteriorem, nihilominus sub annum Christi octingentesimum & mortem Dominæ Ermentrudæ (quæ Hugonis conjux, Luitfridi Senioris nurus fuit) lapidi jam fuisse insculptam, cum eorum qui postea tumulo illati sunt, nomina lapis non caperet, adeoq; inscriptionem illam ducentis omnino annis, Habspurgo illo Ergoviæ antiquiorem; ut nihil de congeminato tot vetustissimis voluminibus, & Necrologiorum continuata tot sæculis lutione, HABSPURGENSIUM Comitum titulo memurem, quæ omnia omnem obruunt atq; evertunt contra sententium

entium

entium opinionem & assertationem. Et sanè nullum tota Germania illustrius comprobatiusq; vetustissimi sui Nominis monimentum Habspurgij habent, quam tumulum illum, impositumq; tumulo, à mille & amplius, annis amplissimum & celeberrimum Monasterium; in quo cum tot ante sæcula, Numini ac Tutelari suo gentisque Apostolo S. Trudperto, Austriæ Archiducum parentes & majores summa religiosissima debita reverentia & cultum comprobassent, tanto post, grati significatione animi, imminentis cum sibi, tum suis provincijs periculi, ijdem Principes Augustissimi, à suo Patrono admoniti sunt, etsi quorum interat ad eosdem referre, sive rem minus adverterent, sive ritè non ponderarent. Retulimus oratinus ipsi quod debebant, & maturius poterant alij, non sine admiratione & concitatione animi, Sacræ Cæsareæ Majestati FERDINANDO III. Cæsarum Augustissimo, cum in causa, conditi ab ejusdem Generis Principis, Vinearum Cænobij Aulam aliquamdiu sequeremur, rem memoratu dignissimam, & ex qua merito multa, quæ post consequuta sunt, ominari licuisset, ac profuisset. Contigit eo, quem supra notavimus anno, sæculi hujus quarto & vigesimo, ut sub primum noctis crepusculum mense Augusto, Cænobij ejusdem Basilica fulmine tangeretur; rem, uti & omen, advertente nemine, donec sub tertiam matutinam, omnes ad pensum ex more persolvendum Numini in Chorum descenderemus. Tum demum apparuit, quorsum fulmine suo Numen collimasset, quo digitum intendisset Sanctus Trudpartus Tutelaris. Horreo etiamnum cogitans periculum, etsi propitia, aversum manu, eadem qua intentabatur. Investigamus vestigia fulminis; cum aram inprimis maximam, quassam & dissolutam intuemur; & quod mirabamur ante omnia; dejectam crucifixi imaginem, stante cruce, præludium utique imminentis jamq; paratæ tempestatis; nec absque omine, triumphaturæ nihilominus, post multas denique ruinas Crucis, de invasuris Alsatiam Brisiacam & Imperium Iconoclastis. Soli sepulchro Martyris fulmen pepercit, à quo, velut indice ille notaret viam, recta ad tumulum contendit Habspurgium, & quod eousque vim continuerat, latè effusum, amplumque sibi aperiens aditum, inter & subter demum Ossa Habspurgi Comitum conquievit. Recitavi etiam altera vice, id peteret Cæsari, cum gratiam multoties haberem conveniendi suam Majestatem; attestatus, jam tunc ominosum mihi visum, & cùm Domui Austriæ portendere periculum aliquod, tùm ipsi Religioni; quod eo loco evenisset, quo tanti generis, & Nominis Habspurgij, Auctoribus, tam fidus excubitor accubaret. Uti reapse contigit, cum tanto deinceps mala Alsatiam involverent atque opprimerent nec titulum solummodo sepulchri violarent, sed Landgraviatû Alsatiæ nobilissimum à tot sæculis Habspurgij generis proprium exturquerent, ipso quoque Cænobio & Basilica prædictâ, tanto pòst Fundatorum suorum cineribus, suo busto & cinere patentante. Quâ quidem ipsâ etiam flammâ, & originis suæ commonefaciens & imminentis tunc fortunæ Domum Austriam bonum Numen; facem juxta multorum ignorantiæ submisit, dum ipse in primis patentibus eorundem seram & notaret & moneret posteritatem, non aliunde petenda Domus Augustissimæ principia, quam à quo ipse sibi singulariter delectos, & tanto tempore conservatos Principes commonefecisse adverteretur. Sed ut eò, unde digressi sumus revertamur. Resuscitatum proin tanto ante Habspurgium non in Otperto Alberici filio fuit, quam Habspurgum Ergoviæ conderetur, ut si in illorum originem oculos intendas, à quorum obitu hi posteri, non tam sanguinis, quam nominis & provinciarum *adoptati* (ut monimenta habent Trudpertina) Hæredes, Habspurgij dicti sunt, fateri cogaris haud minus temporis, inter Habspurgum ad Vogasi radices, sive ubicunque conditum, & illud Ergoviæ inde cognominatum intercessisse, quam ab hujus structione ad nostra usque intercesserit tempora, adeoque duplo vetustiorem, quam Guillimannus & alij contendant, Habspurgij nominis continuationem & derivationem. Cæterùm, dum Habspurgios illos primos, juxta indubitatæ fidei vetustissima Trutpertinorum documenta, extinctos dicimus, minimè tamen inficiamur, eòdem nihilominus, quo & Attici atque Alberici nepotes, ad radicem eandem, & quidem protopatentem Agilolfingorum sive Adologerium sive Albericum pertinere, adeoque longo intervallo temporum familiam singularem constituisse, uti & illam Gunzonis sive Conradi Alemanniæ Ducis, cujus tres filias Luitbergam, Odam, atque Fridburgam monimenta vetusta memorant, primâ Otperto I. Habspurgio, alteram Arnoldo Burgiso Mosellanicæ Duci, nuptas, tertiam Sigeberto Regi desponsam, pro Veteri Agilolfingorum more, quantumcunque per Canones licuisset, cognatorum conjugia exambientium, ne (quod usque hodie eorumdem posteri Austriaci observant) amplissimæ provinciæ & Principatus, adeo vetusto Jure familiæ proprij, seu dotis, seu hæreditatis quocunque alio titulo ad exteros devolverentur. Ut in hoc nimis quærum exercet, sagacissimus cætera quin scriptor Guillimannus, ad Velibaldum, nescio quem, respiciens, & ab hoc Vindonissæ atque Altenburgi derivans Comites, cum tamen in hoc ipse dubitare se fateri cogatur, & neque si *Velibaldus* legeretur in ea quam allegat inscriptione, *Comitis* tamen, nedum *Vindonissæ seu Altenburgi Comitis* ulla fieret mentio. Ut taceamus, neque tempus cum ijs quæ refert congruere, neque locum illum ad Velibaldum pertinere potuisse, uti certissimum habemus ex ipso Diplomate translati Vindonissâ Constantiam Episcopatus, Vindonissam non alium Dominum, quam Regem habuisse, uti & longè ante, constat, Burgundiæ Regni propiam fuisse, qui varios illuc Conventus & Concilia convocarunt; quæ clarissima sunt absoluti Principatus argumenta, & eo, de quo laborat tempore Guillimannus, nihil proprietatis ad Velibaldum, sive Ottbertum illic spectasse evidenter demonstrant, etsi postera ætate, ut multa alia à Regibus, non ad Velibaldi sive Ottberti nepotes, sed ad Attici posteros Vindonissæ potius rudera, quam magna inde potentia accessêre. Ottpertus proin senior, ut & Conradus sive Gunzo Otperti gener, etsi diversi lineâ, minimè tamen genere, ad eosdem, ad quos & Atticus atque Etho & Albericus, avos referendi, cum eosdem semper pro insigni leones, sed neque hos, neque scuta colore dissimilia, provincias sive ex æquo æqualiter

divisas, sive alternatim mixtas quaquaversum haberent, neque exterum quemcunque, nisi quem ipsi admitterent vasallum sive clientem, suis intercedere, nedum incumbere ditionibus annuerent. Hinc sive Helvetiam, sive Sueviam, sive Alsatiam superam sive inferam ritè lustres, ut multa passim sunt ab ijsdem condita Cœnobia, & priscæ potentiæ monimenta, eadem ubicunque appensa vetustissimis litteris sigilla, & Gunzonis tanto post eruti magno numero multis defossi sæculis nummi, Agilolfingorum, Guelphorum, Habspurgiorum, unum omnino idemque insigne referunt, uti & cum mutatis sedibus translata quoque nomina Altorffium Alsatiæ, & Sueviæ, Altenburgum Helvetiæ & Algoviæ, quo minus de Habspurgo Burgundiæ & Argoviæ dubites, alterum ab altero cognominata. Sicut & ab Alberico Clodij filio, Albericus Ethonis, à Velipho Welphones, ab Attico sive Ethicone I. secundus & tertius, ab Ottberto tot alij à Gunzone sive Conrado tot Conradi, & tota Gonzingorum seu Gonzagarum familia, à Rudolpho Rudolphi, alter ab altero, ad commendandam in avos posterorũ pietatem appellati sunt. Porro Ottbertus, sive Ottobertus Habspurgiæ postræ familiæ primus indubitata & recta serie ad nostræ usque ætatis Serenissimos Archiduces Auctor & Patriarcha, *Quartus* iden cognominatur, non quia à tertio ortus sit, sed quod, cum summa in gratia apud Luitfridum & Hiltrudem steriles Albericus ejus pater esset, & jam tunc adoptari, si quos meretur à Numine, filios speraret, Ottbertum à patre Hiltrudis dici voluerit, qui cum Ottbertus suæ familiæ eo nomine Tertius, idem vero & ultimus esset; alter sui generis sive lineæ primus, adoptatus ut nominis hæres sic ditionis, merito poterat, imo & debebat Habspurgensis eo nomine quartus appellari. Contexuit longè aliam, quam qui præsentes omnia continebantur Trudpertini, Genealogiam Guillimannus, & uni, quem propiorem ætati suæ noverat Manlio credere maluit, quam tot religiosissimæ fidei testibus, quotquot ad hæc usqoe tempora suorum Fundatorũ memoriam, ad sacram posteritatem transmissam voluere & diligenter commendatam, quasi propinquitas notitiæ, faceret etiam ad antiquitatis cognitionem, cum tamen Manlij tot in illa tradenda seu discutienda advertere debuisset errores commisisse. Trudpertinos audiamus: *Amprinctus post se reliquit unicum filium Otpertum hujus nominis III. qui & ipse unicam filiam Hiltrudem habait, qua Duci Luitfrido, hujus nominis primo Adelberti Alsatia Ducis filio nupta fuit Qui Luitfridus cum ex ea nullam prolem talisset, quatuor filios Ducis Alberici adoptavit; videlicet, Ottpertum hujus nominis quartum, propagatorem stirpis Habspurgensis, Hugebertum & Eberhardum, & Theobaldum Comitem Pfyretarum primum, &c.* Ita Trupertini. Qui ijdem, alio loco postquam priorem Habspurgi Comitum Genealogiam percensuissent, & in Otperto tertio ejusque filia Hiltrude desijssent, sic inquiunt: *Atque hi primi fuerunt Comites de Habspurg Fundatores primi Monasterij S Trudperti, qui ibidem sepulti cernuntur, in quibus & horum prima masculea proles defecit, &c.* Ut frustraneum omnino fuisse laborem Guillimanni intelligas, in pervestigando illo Ducatus Trans-Jurani Præfecto Velibaldo seu Willebaldo, Ottberti primi, (uti dubitans ipse persuasum alijs cupiebat) parente, cum neque hunc neque illum, ad Ottbertum quartum pertinuisse jam viderimus, & in hujus potius atque majorum ejusdem Alsatiæ atque Alemanniæ Principum originem fuisset inquirendum; cuius nos originis, indubitatum præ manibus habere confidimus & credimus argumentum. Cum enim nos Guelphingorum ex Agilolphingis, atque inprimis Ruthardi atque Warini, ex patre Eberhardo, avo Alberico, Ethicone proavo, competissimam Genesim ex Vetustissimis membranis & diversissimis auctoribus habeamus, nec minus certi ex ijsdem simus, es genere eorum de quibus supra egimus Francorum Germanorũ, qui ad inferiorem primùm, dein superam Rheni consederant oram, descendisse, dubitare deinceps prudenter non possumus, ejusdem cum Carolingis ac Merovingis originis esse, ea solum differentia, quod cum hi magnam deinceps Galliarum partem, sua insuperabili dextera occupassent, & Gallicam illic sobolem educassent, illi Germani sanguine, integritate & fide perpetuo manerent, & siquid Galliarum suis ditionibus adjecissent, ad usque Hugonis Capeti tempora, Germania patriæ suæ afsertum atque acceosum vellent, cum Carolingi atque Merovingi, etsi Germani Franci omnes origine, multum etiam nativitate, Gallorum tamen plerumque nationali, cognomento censerentur. Quæ consanguinitatis eum Carolingis propinquitas, & ab ijsdem majoribus deductio, causa multis cùm nostra ætate, tùm supera fuit, ut Habspurgios omnino à Carolingis deducerent, (uti eruditissimum simulque Religiosissimum Patrum Societatis Ensisheimensis Collegium in Dedicatione, *Carolum Religione sapientia & victorijs equè Magnam, eundem Habspurgici stemmatis conditorem* appellabat) cum Agilolfingos genere utrosque, nec alterum ex altero ortos dicere debuissent, uti benè Matthæus Raderus tomo 1. Bavariæ Sanctæ, his verbis docuit: *Vulo, ait, Agilolphingus, Theodonis I. frater, Carolinorum Author fuit, &c.* etsi is ipse tomo 2. ad illam respexisse videatur opinionem, *quæ Scriptores*, ut ipse ait, *plerosque, Gallos habet* è Regibus scilicet Galliarum descendisse. Quòd ipsum, ex parte etiam verissimum est, nisi ad Sigebertum illum exulem respiciat, & in illo cum multis versetur errore, qui Gallis, quod hi sibi necquidquam arrogant, tribuunt, annuuntque Reges Galliarum Germanis imperasse, cum viceversa Franci Germani Reges, subactæ à se Galliæ imperassent, ijdemque quos nos recta serie Majores Agilolfingorum & Habspurgiorum agnoscimus, Francorum potentissimi Reges; (sive Marcomiri Ducis, sive Regis posteritati Albericum, atq; Atticum assignemus) eosdem tamen suos, quotquot habuere parentes Dagobertum I. Sunnonem, Farabertum, ipsum etiam, à quo Germani cognominati Franci sunt FRANCVM, vix ullum habuerint, qui non partem aliquam Galliarum Regno adjiceret; ita, ut hoc titulo, jure etiam dici possit nati ex Regibus, etsi Germanis, Galliarum, quotquot dein demonstrabimus ex eorumdem sanguine, non tam Germaniæ & Galliæ, quam Europæ, & toti penè orbi dominati;

Eadem consanguinitatis ratio, multos insuper alios in eum errorem duxit, ut Habspurgios eosdem, contenderent ex Guelphis. & quidem Warino Alemanniæ Duce oriundos; quos non ex hoc atque illis, sed pari cum eodem ac ijsdem gradu, in loco ultimo

posità

posita Ducum Alsatiæ atque Alemanniæ tabulâ, videmus & deinceps videbimus, ex eodem proavo Ethicone editos descendisse, eadem semper arma, eadem sigilla, eadem gentis jura, immunitates habuisse; & quod summum est, a Numine, tanto decursu sæculorum, conservationem & generis & fortunæ, imo tanta incrementa gloriæ atque potentiæ meruisse. Cum proin de vera Habspurgiorum Comitum origine, ex monimentis S. Trudperti, atque eorundem & diplomatibus eidem Cœnobio datis, nec non scriptoribus Synchronis certi simus, Guelphorũ similiter originem inde, unde debebant, deduxerimus; hoc est utriusque familiæ Principum Genealogiam utrobique collegerimus ubi cum Majorum cineribus atque ossibus vetustissima gentis asservantur documenta ac monimenta, à Weingarttensibus procul dubio ac Trudpertinis petenda; eodem autem proavo Ethicone sive Attico, tam Ottopertum quam Warinum, illum Habspurgiæ, hunc Guelphicæ familiæ seu lineæ Auctores, natos didicerimus, inque eosdem diversos Alemanniæ, tam cis quam trans-Rhenanos, Sueviæ atque Helvetiæ Principatus ac ditiones sortitione hæreditatis divisos ac distributos certi simus, restat, ut dum altiorem utriusque originem quærimus, dum alterutrius cognoscimus, utriusque compertissimam habeamus. Atque ita dum vetustus ille Weingarttensis Welphorum Historiæ author supra laudatus, ex vetustissimis membranis, à Trojugenis & Francis, nec non Genebaldo, Sunnone, Marcomiro eorundem Stemma, sed & promotum à Danubij fontibus ad Rheni ostia, ac dein oras superas deducit Principatum, nemo deinceps prudenter poterit de Habspurgiorum vera & solida origine dubitare. Illud solummodo dubium manebit: Utrum amici patrem Leodisium, avum Ercenbaldum sive Erchinoaldum agnoscamus? & quem hujus parentem indagemus? in quo sanè haud diffiteor, me penè desperare, cum, quem nonnulli Egam suggerunt, certus sim Erchinoaldi nec patrem, sed neque consanguineum fuisse, cum vetustissimorum fide Auctorum habeamus, ideo evectum ad Majoratum Erchinoaldum, quod Clodoveo Regi, per Dagoberti matrem cognatione propinquus esset, quæ cum Saxonica dicatur, dubium me de Erchinoaldu quoque reddidit, etsi apud veteres scriptores sæpius observem, Saxones absolutè pro Germanis habitos, idemque multis fuisse Germanum dicere & Saxonem, cum Francos superius viderimus, primum Saxonibus cohabitasse, & revera à prima origine Germanâ dici conveniat Saxones, tanquam Westphaliæ & Geldriæ incolas, cum hanc & vicinia ejusdem beneficio Saxonum primam sedem habuissent. Habemus proinde ex superioribus plures omnino, & longè celeberrimas familias: Franciæ inprimis Regum, & Franconiæ Ducum, & ex his familias seu lineas ejusdem familiæ ac generis Merovingicam, Agilolfingicam, Carolingam, Guelphingam, seu Guelphicam & Habspurgiam eadem prorsus prosapia editas quibus & Lotharingam merito accensemus, sive Austrasiam, nimirum à Clodulpho Duce Anchisij sive Ansegisi germano fratre, nunquam interrupta serie ad hanc usque diem certâ generatione derivatam, de quibus omnibus suo ordine tractabimus, quotquot ex ijsdem ad nos usque, posteritatem suam certa & indubitata generationis serie transmisêre. Quia tamen ex illis ipsis merito illam anteferimus, quam DEUS optimus Maximus, supra omnes omnino Orbis Christiani, imo universi, familias quam longissimè extulit, & in hanc usque diem mirificè conservavit & fovit, quam ultimo loco proposuimus tabulam, ita prosequemur, ut eos solummodo, qui certi & indubitati sunt Stemmatis continui propagatores, sive indonati, novæ lineæ, ad usque tempora nostra productæ, conditores, memoremus, quo facilius initio totam, & minus confusam Genealogiam, nostræ ætatis summorum Principum, intelligamus, ac memoriæ imprimamus: deinceps ex his quamlibet distinctius atque latius repræsentaturi, eosque omnes quos in generali deductione ob nimiam multitudinem, & ad confusionem vitandam, omittere coacti sumus, adnumeraturi; donec his omnibus ritè redhibitis, ad reliquam Carolingorum & Agilolphingorum posteritatem nos convertamus, ac demum, aliarum item Germaniæ familiarum, cum pro generis dignitate, tum pro diversarum provinciarum, aliqua Nobilitatis repræsentatione, meminerimus. Nunc ergo ex nostra Sententia, quando aliorum huc usque secuti sumus, Habspurgiam, & qui connati ijsdem sunt, ejusdemque Generis Principes, etsi novæ familiæ Authores & Propagatores, rectam Generationis seriem prosequamur.

ALSA-

ALSATIÆ ATQVE ALEMANNIÆ DVCVM SERA, IN duabus Regum, nostræ ætatis, potentissimis familijs, posteritas.

ETHICO sive ATTICUS eo nomine I. cogn. Adelricus sive Albericus Dux Alemanniæ atque Alsatiæ, A. C. 685.

Adelbertus alijs Albericus Dux Alemanniæ & Alsatiæ. — Etho Comes Brisaugiæ, &c.

Eberhardus Dux Alemanniæ atque Alsatiæ, 734. — Albericus Comes Lebertalensis, &c.

Warinus Major Domus Carolomanni Dux Alemanniæ Comes Hegoviæ. — Ruthardus Comes Turgoviæ ex quo familiæ Kyburgi Comitum. — Otthertus Comes Habspurgius hæres veterum Habspurgi Comitum.

Isenbardus Dux Exercitus Caroli Magni, Comes Altorffensis. — Leutfridus Comes Habspurgius, &c.

Guelpho I. Comes Altorffii & Ravenspurgi. — Hundefridus Comes ab Habspurgo.

Conradus Com. Altorff. dein Dux Burgundiæ. — Ethico à quo Guelphi. — Guntramus Dives, Com. Habspurgi.

Robertus cogn. Fortis Dux Francorum, &c. — Conradus Minor ex quo Reges Burg. — Landolus Comes Habspurgi.

Robertus II. Dux Francorum, &c. - - - - - - Rapotho Com. Habspurgius.

Hugo Magnus Dux Franciæ & Burgundiæ - - - - - Wernherus I. Comes Habspurgius.

Hugo Capetus Galliarum Rex. - - - - - - Ottho Comes Habspurgius, &c.

Robertus Pius Galliarum Rex. - - - - - - Wernherus II. Comes Habspurgius.

Robertus Pius Dux Burgund. - - - Henricus I. Gall. Rex. - - - Adelbertus Comes Habspurgius.

Philippus I. Rex Galliarum. - - - - - - Rudolphus Comes Habspurgensis.

Ludovicus eo nomine VI. Rex Gall. - - - - - - Albertus Comes ab Habspurg.

Ludovicus VII. Rex Galliarum. - - - - - - Rudulphus Habspurg. Imperator Aug.

Philippus II. cogn. Augustus Rex Gall. - - - - - - Albertus I. Imperator Augustus.

Ludovicus VIII. Rex Gall. - - - Fridericus Pulcher Imp. - - - - Albertus Dux Austriæ &c.

Sludovicus IX Rex Gall. - - - Albertus cum Trica Dux Austr. - - Leopoldus Dux Austriæ, &c.

Philippus III. Rex Gall. - - - - Albertus Dux Austriæ. - - - - Ernestus Ferreus Dux Austriæ.

Philippus IIu. Rex Gall. — Robertus Borbonius. — Carolus Valesius. — Albertus II. Imp. Aug. — Fridericus III. Imp. Aug.

Ludovicus X. Rex Galliarum. — Philippus Longus Rex Gall. — Carolus Pulcher Rex Gall. — Ludovicus I. Dux Borboni^9. — Joannes Rex Galliarum. — Ladislaus Rex Ungariæ. — Maximilianus I. Imp. Augustus.

Jacobus Dux Borbonius Comes Carolesius. — Carolus V. Valesius Rex Galliarum. — Philippus Archidux Rex Castellæ, &c.

Joannes Dux Borbonius Comes Marchiæ, &c. — Carolus VI. Rex Galliarum. — Ludovicus Dux Aurelianensis. — Carolus V. Imp. Aug. — Ferdinandus I. Imp. Aug.

Ludovicus Borbon. Com. Vendosme. — Carolus VII. Rex Gall. — Carolus Dux Aurelian. — Joannes Comes Angolismensis. — Maximilianus II. Imp. Aug. — Philippus II. Rex Hispan. — Carolus Arch. Austriæ.

Ludovicus II. de Vendosme. — Ludovicus XI. Rex Galliarum. — Ludovicus XII. Rex Gall. — Carolus Com. Angolismensis. — Rudolphus II. Imp. Aug. — Matthias Imp. Aug. — Philippus II. Rex Hispan. — Ferdinandus II. Imp. Aug.

Joannes Dux Borbon. Com. Vendosme. — Carolus VIII. Rex Galliarum. — Franciscus I. Rex Galliarum. — Philippus IV. Rex Hispaniarum. — Ferdinandus III. Imper. Aug.

Franciscus Dux Borbonius Comes Vindocinensis. — Henricus II. Rex Galliarum occisus in Hastiludio. — Spes magna Maximi Generis. — Ferdinandus IV. - - - -

Carolus Dux Vendomius. — Franciscus II. Rex Gall. — Carolus IX. Rex Gall. — Henricus III. Rex Gall.

Antonius de Borbon Dux Vendomius,

Henricus IV. Rex Galliarum.

Ludovicus XIII. Rex Galliarum.

Ludovicus XIV. Rex Galliarum.

NB. Ne quæso ordinem hic Dignitatis observari velis, mi lector, sed vel ætatis, vel commoditatis, de cæteris autem quæ requiris deinceps prolixè edoceberis.

Authori-

Authoritates Stemmatis proximi.

DE Ethiconis sive Attici majoribus, jam supra, quos eosdem fuisse cum majoribus Agilolfingorum Theodunum, sed & Carolingorum, satis demonstravimus, & liquet ex eo; quod cum evidenter constet Guelphos sive Guelphingos, fuisse genere Agilolfingos, alterum ex altero evidentet demonstretur & comprobetur, dum una æque atque altera familia, cùm ipsorummet assertiune Principum, tùm vetustissimorum fide scriptorum, ad Francorum se Regium genus referat, ut jam aliàs demonstravimus tam Carulingos, quam Lotharingos, Anchisiadum nomine gloriatus, Trojanæ non minus quam Romanos Anicios originis fuisse, de quo Guelphingi præ alijs sibi gratulati sunt, & nomen tueri nunquam desierant Francorum seu Liberorum, atque avitæ gloriæ ac majestatis.

Ethiconis liberos omnes, aliâ tabellâ dedimus, istâ eos solummodo, qui ad rectam atque nunquam interruptam, nostræ ætatis maximorum Principum deductionem necessario erant exhibendi, quorum major natu Adelbertus, Adelticus sive Albericus Veterum Guelphorum Alemanniæ ac Bavariæ Ducum, exque illis natorum Regum Burgundiæ & Galliæ Autor, alter Etho, Fundator Ethenheimij, idemque longe Augustissimi Habspurgiorum Stemmatis Conditor extitit, ex quo tanta Cæsarum Maximorum, tanta Regum potentissimorum, Archiducum Serenissimorum copia prodijt, ut nulla unquam familia huic parem jactare se ausa sit, cui, quam latè patet orbis terrarum universus, DEVS Imperium promoverit, ita ut nullâ illis die, Sol dicatur occidere. Quo tanto cum genere, gemellum, ut vidimus, Gallo Capetinum (uti & vetustiore gradu ac relatione etiam Carolingum & Merovingum) mirum est, adeo in diversa tapt Studia, cum tamen, siquidem manus jungere placeat, uti Germani sunt sanguine, & hæreditaris divisione, nemo porro Barbarorum seu hostium obniti auderet, quin inter se ex æquo Orientem dividerent & Occidentem, Meridiem atque Septentrionem, deque Ecclesiæ Christi adversarijs universis quamprimum triumpharent. Quod ut denique fiat, post tantam Christiani sanguinis effusionem, seriò atque obnixè DEVM Opt. Max. obsecramus, & vel ob tantam sanguinis ejusdem propinquitatem in illa Abrahami conveniant, Lothum obtestantis: *Ne, quæso, sit jurgium inter me, & te, & inter Pastores meos, Pastores tuos: Fratres enim sumus. Ecce universa terra coram te est: recede à me, obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: Si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam, &c.* Genesis capite 13. Qui pacis amor Numini commendans nostros Principes in solido Abrahami voto, huic non absimiliter illos beavit, & tanta terrarum spacia illis propria voluit, juxta illud Veritatis: *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram.* Quam felicitatem & Beatitudinem, sicut toto Cœlo diversissimæ ignorare non possunt nationes, esse propriam Austriacorum, ita Regibus Pontificis, mitisque eorundem ingenio, certatim se devovent, atque inclinantur.

Eberhardum, sive Eberardum Adelberti filium, nemo unquam fuit qui negaret, & sic testantur omnes rerum Alsaticarum Scriptores.

De Alberico modicè variant, dum alij Ethonis filium esse contendunt, alij Hugonis, quod si etiam daretur hujus fuisse filius, staret nihilominus eadem deductio, &, ut antea, Albericus atque Eberhardus fratrum filij in eodem Avo Attico sive Ethicone convenirent; sicut de reliquo communis omnium est opinio, & multis juxta rationibus fundata & confirmata.

Ruthardum fuisse Eberhardi filium, constanter item universi, in hoc tantum diversi inter se, quod cum alij hujus prosapiam non continuarent, & forte nescirent, alij (quod fit quam sæpissimè) absque liberis decessisse opinarentur, & scriberent: cum tamen Turgoviensium Comitum potentissimorum fuisse auctorem constat ex ipsis sigillis ejus nepotum qui postera ætate Tockenburgiorum cognatorum canem Leoni Gentilitio adjunxêre, nisi placeat dici canem, quem condito à se Murbacensi Cœnobio pro insigni dederat Eberhardus pater, quem & posteri Guelphi, diversis è se natis familijs, sive ad illum Eberhardi respicientes, sive ad nomen Welff alludentes, communem voluerunt, & ut suo loco videbimus cassidi plerumque imposuerunt, cum tamen principis lineæ soboles Leonem rubeum perpetuo retinerent. Sed & Veteres Kyburgi Comites, priusquam per borum occasum, ad Habspurgios cognatos idem Comitatus devolveretur, ex Warino ortos disertè asserit Henricus Pantaleon, scriptor solertissimus; neque ob armorum diversitatem de hoc ambigendum, cum sæpe arma diversa filijs ipsi patentes dederint, vel eorum propria in quorum ditiones hæreditate successerint, vel ipsarummet propria ditionum, uti sexcentis exemplis contestatum reddere possemus, & nisi ferè quotidiano nostræ ætatis, neque unius, sed diversarum nationum; suspicamur que Kyburgios veteres, binis illis leonibus, Jus in Wandelburgium item & Vitedurantum Comitatus amplissimos prætendisse, quos omnes postea ad Habspurgios fortuna attulit. Cum bi tamen perpetuo, uti & Welphi, suum eundem leonem retinerent, etsi subinde (postquam in usum venerat galeas adornare) pro diversitate ejus quam adierant hæreditatis, dimidiatum supra leonem, nunc tintinnabulis sive nulis, nunc pennulis Pavonum adornarent, sive Cygnorum collo & capite insignirent, quod multo post factum est, & ad differentiam sæpe linearum familiæ diversarum, Sicuti vix contigit familiam quamcunque antiquam, nihil ejusmodi admisisse.

Porro Warinum Ruthardi fuisse fratrem, Synchroni & proximi ætate, concorditer memorant, religiosissimæ inprimis fidei Ascetæ Sangallenses. Sed & Stemmatographi cùm veteres, tum nostra ætate eruditissimi, qui Turgoviæ alterum præfuisse, alterum Hegoniæ, alij utrosque simul Alemanniæ præfectos, plerique Warinum Alemanniæ Ducem volunt, & appellant. Fuit idem Warinus, Major Domus Carolomanni Regis sanctissimi, cui tamen dissimilimum vita fuisse contendunt Sangallenses, dum nimirum, quos Carolomannus religiosissimè coluerat, Warinus pessimè odisse videretur, abrepto in vincula Divo Othmaro Abbate, & pessimè habito: cum tamen quicquid est sceleris, delatori potius Lamberto, & Sidonio Episcopo fuisset imputandum.

Albe-

Alberici filium fuisse Ottbertum, eundemque Habspurgiorum secundæ familiæ, ad nostra usque tempora superstitis, familiarumque toto orbe omnium longè florentissimæ, Protoparentem, jam supra ex vetustissimis Trudpertinorum probavimus monimentis; nec ullo modo contravenit eorum assertationi, qui tertiam sibi videbantur Habspurgiorum texere Genealogiam, cum minimè nuva ea esset, nisi secundum novæ arcis eodem nomine in Ergovia constructionem, quam Rapatbo Habspurgius Altenburgi Comes, juxta aviti nominis celebritatem à se conditam cognominari voluit; ut minimè super Etimologia tantopere laborare oportuisset, quasi à Habendo Habenspurgum dicta esset, eo quod Rapatho omnem suam HABENTIAM eo transtulisset, sicut Guillimannus novo huic Habspurgo attribuit, quod multo plures alij, primo illi ad Vogasi radices sito tribuêre. Frequentissimum illud tam in Germania nostra, quam Italia alijsque Provincijs fuit, ut si quis Illustrium novam arcem conderet, præsertim si avitã alio loco sitam, distrahi sive everti contingeret, ab illa novam cognominaret; ita gentiles Habspurgiorum & Altenburgiorum Altorffenses, præter Altorffium Alsariæ & Sueviæ, utrumque in Monasterium conversum, etiam tertium Saxoniæ; à quo posterorum multi cognominati sunt condidere; Sic triplex nomine Ramsuagium, unum in Rhætia supera, aliud in Valle Drusiana, tertium in Helvetia Ramswagij Dynastæ (olim Comites potentissimi) possidêre. Ita plurimi, qui ex remotissimis provincijs Germaniæ immigrasse dicuntur, ab nomine familiæ, sive arcis avitæ, alias dici voluêre; atque uti familijs multis in usu est, etiam in sacro fonte, majorum nomina filijs imponere, sic multo magis cordi est, avitum generis nomen, in structuris resuscitare. Et mirum sanè est tot tamque Illustribus monimentis nomen Habspurgium tantò ante tempora Rapathonis innotuisse, & fugere adeo rei Satagentes potuisse, cum tot illis Alsariæ Monasteriorum tabulæ & volumina, litteræ denique & sigilla omnem tollere Scrupulum potuissent, & debuissent; ut nihil dicam de Ludis Equestribus (quos procul dubio somnia cum nonnullis credent) in quibus longè ante Rapathonem Habspurgi Comites celebrantur, & Gunthrammus Dives Rapathonis Avus, non Altenburgius, sed Habspurgius appellatur. Fuit proinde longè antiquius Habspurgi nomen, & jam longè ante Ottoberti hujus nostri tempora non solum cognitum, sed & celebratissimum, cum Illustrissimi eodem ipso nomine Comites, non unum sed plura & magnificentiæ suæ, & egregiæ pietatis, durantia in diem usque hodiernum erigerent monimenta; quæ, postquam avita eorundem arx, intra Vogasi montana, sive ubicunque sita, ut mille alia castra, palatia atque oppida, esse desijt, nomen tamen Fundatorũ suorum ab oblivione vendicassent, etiamsi Ottopertus, de quo modo agimus Ethiconis pronepos, nomen eorundem non assumsisset; sollicitè semper curante Mecænatum suorum memoriam grata Religiosorum hominum posteritate, qui singulorum sigillatim & signatim memoriam ac nomina suis Ephemeridibus & Necrologijs quam diligentissimè adnotarunt, totque sæculis, (ut omnia fere eruditionis fulcra & Antiquitatis documenta) immortali cum merito posteritati conservarunt. Quæ nos ipsa toties legimus & evolvimus in tot vetustissimis chartis & voluminibus antiquissimi Cœnobij S. Trudperti, cum illic A. C. 1624. Sacrum Tyrocinium moderari cogeremur, tantoque diligentius rimari conati sumus, quanto pertinacius atque audentius multos pro opinione sua pugnare advertimus, contra rei ipsius, quam intueri poterant veritatem. Sed, quia jam in eo versamur, ut Principem, omnique exceptione majorem, Europæ imo universi familiam, Habspurgiam, uti cœpimus, ad nostra usque tempora distinctius per suas generationes, omnemque Sobolem deducamus; repetituri postea alteram Welphorum & Capetinorum ejusdem Generis lineam, cum jam unam Guillimanni, cætera doctissimi Scriptoris opinionem, rejecerimus, cum similiter prius enervemus sententiam, qui à Petro-Leonibus Romanis, Austrios Principes deducere conati sunt, ut deinceps securius, telam quam inchoavimus pertexamus.

Ortos ex Petro-Leonibus Hapspurgios plurimi tam supera, quam nostra ætate, nec levis momenti, sriptores tradidère; paucos è multis recensemus: Wighardus à Polheim, genere atque eruditione sed & gradu dignitatis Illustrissimus, Archiepiscopus Salisburgensis, Hermannas à Sulgauw, Jordanus ab Osnabrugg, Ottocarus ab Horneggg Eques Styrus, Joannes Enenckel Eques Austrius, Joannes Nadelerus, Jacobus Wimphelingus, Wolfgangus Silesius in Austriaca MSS. Cuspinianus, Henricus Gundelfingensis, Udalricus à Klingenberg, Josephus Grunbeckius, Albertus de Bonstetten, Felix Hemmerlin Canonicus Thuricensis, Henricus Constantiensis, Udalricus de Braiten-Landenberg, Petrus S. Wendlerus Præpositus Interlacensis, Sigfridus Abbas Zweetalensis, Fridericus à Brombach, Anonymus apud S. Urbanum in Argovia, item Anonymus Reinachiorum, MS. Philippus Gotthus in præfatione de Inventione S. Placidi & Sociorum, &c. Thomas Bozius, Hieronymus Rubeus, Richardus Ramichinus, Constantinus Cajetanus, Paulus Jovius, Lucas Contilis, Onuphrius Panvinus in duobus Instrumentis antiquis de stemmate Frangipanum, Arnoldus Wionus, Hieronymus Bardi Camaldulensis, Franciscus Rosiers, Chronicon Selestadiense &c. aiuntque similiter sensisse Maximilianum I. Juvius, Carolum V. Aug. Lucas Contiis, Sigismundum Archiducem Henricus Gundelfingensis, &c. & visi nos ipsi multis sumus, idipsum in plurimis cum typo vulgatis, tum MSS. in nostris lucubrationibus atque inprimis in Aquila nostra Benedictina cum Cæsarem Ferdinandum III in Nucleo dein Historico, cum Regem Ungariæ Ferdinandum IV. in Dedicatione eorundem operum *Anicios* salutaremus; longè tamen altiorem, quam hi omnes originem respicientes, neque tam subsequo sanguinis jure, quam altissimo atque antiquissimo, Magno Monachorum Archiduci BENEDICTO iantam posteritatem asserentes, cum in hoc & sacris ejus filijs Mauro atque Placido Romanam Anchisiadum stemma totum deficeret, & suprema ejusdem gloria cælis immigraret, Germanum vero, tantorum sublimi adeo Patrocinio, maxima deinceps incrementa sumeret, & veterem ANICIORUM majestatem non iam restauraret, quam longissimè superaret. Neque propterea negare velimus aliquam fortasse ad Anicius sanguinis relationem, in Petro-Leonibus Romanis,

nis,

nis, Michaelibus & Justinianis Venetis, Frangipanibus Ungaris, Sabbathinis Zabarellis, alijsque remansisse; illud tantum contendimus, ad illos, ut ætate sic gloria longè suppares, Augustissimos Principes nostros Habspurgios nullo modo pertinere, cum sexcenta ipsorummet Habspurgi Comitum superent Diplomata, ante scripta in Germania, quam illi contendant Perleonios nostris provincijs immigrasse; quorum vel unum sufficeret, ad omnia sententiæ illius argumenta dissipanda atque evertenda, si vel ultimi quidem in Ergovia Habspurgi Comitum nomina, innumeris recensita tabulis, subscripta litteris, inserta Necrologijs, memorata Equestribus ludis, sive prælijs celebrata, contueamur. Ut nihil de Rapathonis, hujus Habspurgi Conditoris, majoribus ad usque Ottopertum hujus familiæ primum, sed nominis quartum, nedum de ijs, in quorum uti hæreditatem, ita & in nomen successit, referamus, cum plerique ex scriptoribus memoratis, Petro-Leones illos Româ profugisse in Germaniam velint A. C. 1170. alij A. C. 1145. & Habspurgo conditi, cognominatæ inde familiæ Authores extitisse, quod planè ex ijs quæ jam diximus ridiculum apparet; atque illud præ alijs, dum à nonnullis, Cæsaris iram fugisse dicuntur, sive in exilium deportati; cum ipsi fateantur, Germaniæ, (nempe Cæsaris patriæ) immigrasse, atque illic tantopere efflorruisse atque excrevisse; unde Pontifici potius adversatos, Cæsari favisse intelligeres. Sed quis non credendum magis arbitretur testibus oculatis, & quidem ipsismet Comitibus Habspurgi, non utique nominis sui ignorantibus, tanto ante exulum illorum adventum, litteras donationum suarum subscribentibus, & sigillo communientibus? ut nemini sanè persuaserint, illi nisi ignoranti, & qui opinione magis rapi, quam vinci se ratione & veritate patiatur.

Paulùm subtilior, versatissimi in Historia, sententia est Friderici Brombachij, qui ad multo altiora fugæ illius respiciens tempora, omnes illos, de quibus modo, uti judicio antevertit atque ingenio, sic & tempore, asseritque fugam illam fratrum Perleoniorum A. C. 823. contigisse. Quo quidem à multis difficultatibus sententiam suam eximit, dummodo quæ deinceps narrat, firmiore niterentur fundamento. Versatur siquidem totus in eo, ut celebrem cæteroquin equitum de Rheinach familiam Habspurgijs Comitibus origine exæquet, è quorum MS.to quodam Chronico mira omnino adducit, atqui, nulli unquam mortalium comperta, præterquam ijs in quorum gratiam primum fabula cudebatur; & Schwendlero fortasse, qui sui Monasterij Historiam, haud leviter ea narratione visus est contaminasse. Poduit narrationis ipsos Rheinachios, neque unquam, ut vulgaretur libet, evinci potuere, etsi nonnemo esset, qui tanquam Delphicum Oraculum scripta illa suspiceret, & edi in publicum vellet, haud melioris notæ quam Lireri Historiam, quam nemo non fabulam credit, sed quæ sensus reconditi nihil habeat, imo prodat sive ignorantissimum omnis Historiæ Authorem, sive priscæ credulitatis illusorem. Obtulit mihi Ratisponæ in Comitijs A. C. 1640. Generalis Vigilum Præfectus Baro Reinachius totam Generis sui Historiam in Volumine sat magno descriptam; atqui longè ab his figmentis discedentem, quorum vel meminisse quidem toti familiæ minus decorum videbatur. Cujus cum de novo, & concinnius condendæ, me Authorem vellet, Benedictinos labores prætendi (uti bis eram occupatior) totam tamen Stemmatographiam ad compendium contuli, tomisque meis Genealogicis inserui, nihil minus, quam commenta ejusmodi inania referentem. Mirari nihilominus Brombachium debeo, ex hypothesi solùm, ut mihi videbatur, multa pulchrè inferentem, eoque magni etiam nominis Scriptorum verba cogentem, quæ tamen longè alio spectabant, cum si Rheinachios, sive Habspurgios notassent, nomen utique adeo jam tunc celebre silere non potuissent, nec debuissent. Ponamus particulam eorū quæ supposuit.

Flavius Anicius Frangepanis Petrus Leo, qui in diversas orbis partes prolem misit, obijt A. C. 772.

- Stephanus Anicius Frangepanis qui Olybriorum & Perleonum insignia mutavit, obijtque A. C. 817.
- Petrus Leo Frangepanis Princeps Maximus ad S. Paulum Romæ sepultus A. C. 823.
  - Rudolphus Petrus Leo exul A. C. 823. castrum Rheinach condidit. Author Rheinachiorum.
    - Luithardus Comes Sempaci, Toparcha in Rheinach, &c. Uxor Emerentiana ab Alavilla, ab his pergit deducere Rheinachios.
  - Michael Angelus Conditor Michaëliorum.
  - Nicolaus Bompanorum Scodiæ, & Pannorum Veggiæ Author.
  - Hugo in Apulia & Calabria condit Frangipanes, &c.
  - Petrus Petrus Leo restaurator Antiqui Castri Habspurg ad lacum Lucernæ & Conditor Habspurgiorū.
    - Luitfridus Altenburgi & Habspurgi Comes Restaurator S. Trudperti. Uxor Hiltrud ultima Com. Habspurgi & Altenburgi, ac hæres. Inde Habspurgij.
- Leo II. qui primus Frangepanis solummodo nomen retinuit.

Ita posuit quidem, supposuit Brombachius, visus sibi ab errore, quotquot ante prænotaveramus Authores, ad veram rectamque semitam revocasse. Et videri fortè poterat viæ dux expertus, nisi mox alio loco sibi ipsi non cōstans, longè deflecteret, & quem Petro Leoni Romæ sepulto nepotem hîc assignârat, filium obtruderet, in prolixâ & latâ quam scripserat, post alia omnia, Habspurgiæ Genealogiâ, à se

Palma Anicio Habspurgica Triumphalis, nomina appellatâ, in qua sicut alia multa, nusquam antea audita refert, & varias ex his Petroleonibus Habspurgijs familias deducit, ita diversam à nunc posita & a seipso scripta stemmatographiam orditur. Placet & hujus initia ponere, ne vito cætera eruditissimo & in Historia penetranda curiosissimo imponere videamur.

Anicius Petrus, Petrus-Leo Frangipanis ob civile Romæ A. D. 823. excitatum bellum, exulans ad lacum Lucernensem dirutum castrum Habichsporg restituit, &c.

Anicius Luitfridus Comes Habspurgi obijt A. C. 855. Uxor Hiltrudis ultima Comitissa Altenburgi & Habspurgi, &c.

Anicius Hogo Habspurgi Comes & in Egenesheim, Pfulingæ item ac Rheinfeldæ, 968. Uxor Gertrudr Comitissa Veringensis.	Anicius Luitfridus II. Comes Habspurgi restitutor S. Trudperti, olim fundati à vetusta familia, primæ familiæ à Regibus Francorum Merovingorum, A. C. 903.	Anicia Erentrudis Comes Habspurgi, Uxor Chunonis seu Conradi Comit. Strettlingę &c.

Ecce novam, & à priore diversissimam familiæ designationem. Hic enim dicitur civile illud bellum excitatum A. C. 823. illic jam mortuus eodem anno Petrus-Leo Princeps ille Maximus. Et quomodo, tantillum intra anni ejusdem spatium, Germaniæ immigrasset, arcem cum ditione comparasset, restaurasset, Romam revertisset; & siquidem revocatus fuisset, compositis tam brevi inimicitijs, filios secum esse non maluisset, quam ita dispersos vagari? cum, planè ex Epitaphio ejusdem apud Wionem appareat, summo in honore habitum semper, de cujus posito in oculis omnium elogio nemo unquam quidquam detrahere ausus sit. Verum alio loco, non patrem, sed filios duos exules solùm nominat. Attamen, si filij primùm venêre profugi in Germaniam, eccur profugus dicitur pater? idemq; Habspurgi propè Lucernam restaurator? Et quomodo Petrus Leo, Luitfridi, qui Hiltrudem duxit Haspurgiam, sive pater sive avus, Habspurgum condidit, & Habspurgensem se cognominavit, dum Hiltrudis etiamnum pater Ottpertus III. Habspurgi Comes superesset? sed & priusquam filiam hujus Hiltrudem, seu nepos seu filius Leutfridus duxisset? At qui uno loco facit patrem Habspurgi restauratorem, altero facit filios Petrum quidem Habspurgi restitutorem, Rudolphum Reinachij conditorem; mox quam Luitfrido I. assignat conjugem, copulat secundo. Ut facilè advertas, hæc nullo antiquitatis fundamento niti, sed solo ingenij variantis commento. Et cui persuadeam ego filiorum alterum appellatum Rudolphi nomine, cum nomenclatura hæc adeo esset Italis eo tempore peregrina? Suspicatus rem ipsam procul dubio Author, haud melius tamen rem pòst, quam antea, acu tetigit, cum peregrina Teutonibus nomina, Schwendlerum secutus, in Teutonica vertit, aitque: *Alterum tanquam Esau Leuthardi nomen, alterum, velut Iacob, Leutfridi assumpsisse.* Et quanta hæc gloria Rheinachijs esset, Esau comparati? ex liberis Equitibus servos fieri? *Cum Helvetij*, inquit, *ad usque A. C. 1243. nullum Latinum nomen usurparent.* Quis vero Rudolphi nomen esse Latinum crediderit? Aut quis eousque Latinorum nomina incognita Helvetijs fuisse imaginetur, quibus utique Julius Cæsar ex nomine innotuit, dum incubuit armis, nec obscuri esse poterant Comites illi Romani, quos ipse Vindonissæ & alijs locis imponit, qui hæc ipsa confinxit? Certè hebeti nimis ingenio fuisse Helvetios opportuisset, qui pastoris Ecclesiæ à Christo primo ac principis, nomen vel ignorassent eo usque, sive memoriter tenere nequivissent, ut pro distortâ ipsis pronunciatione PETRI, Luithardum dicerent, pro Rudolpho Luitfridum, cum tamen Rudolphi nomen, adeo promptè semper retinuerint, ut decem semper Rudolphus, pro quovis Luitfrido reperias? At quid in unâ designatione, relinquit Rudolphi & Petri nomina Exulibus, assignat autem filijs, in alterâ tollit parentibus, in filijs congeminat? Taceo reliqua, & tempori & rationi nimis congruentia. Id unum addo (ut de Reinachijs aliquid attingam) quod, dum nobilissimæ illi Equitum familiæ consultú cupit, ex supra citato centone affert pro argumento cognatæ Habspurgijs Rheinachiorum antiquitatis & valoris: *Eberhardum sive Engelbertum Rheinachium, quod coronam Imperij affectaret, ab Otthone primo, modesta sanè castigatione punitum jussum esse Leoni suo rubeo, caputium injicere caruleum, cum antea per omnia idem cum Habspurgijs insigne gessisset.* Credat, cui libet, talibus figmentis, qualibus lectorem pascit similiter Literus, non tam Veritatis studiosum, quàm fallendi temporis; ex quibus utilitatis nihil colligas, imo queraris merito, pro usu & fructu temporis, inutiliter tempus amisisse. Nec indiga ejusmodi Commentorum est celeberrima, sua virtute bellica & Equestri Nobilitate familia Rheinachia, quæ si vel ab ipsis Habspurgijs, uti Ampringia, sumpsisset originem, parem se tamen jactare non præsumeret, nedum, ut tanto ante illam affectasse Imperium credi vellet, quæ potius gloriatur Habspurgicæ Domui fidelissima semper servitia præstitisse, quo saltem nomine eadem sua insignia, etsi ad differentiam Habspurgiorum sic mutata, tueri poterat, uti hodie multis videmus pro novata Cæsaribus & Regibus strenua opera, Cæsareas Aquilas, Coronas Regias, cum differenti tamen nota aliqua, pro insigni concessas; etsi per hoc ipsum priscam ejus familiæ originem nullo modo in dubium vocare statuerimus, neque minus ijsdem quam Ampringijs concedamus, id potius contendentes; quod si verum esset ipsos ad Petro-Leones pertinere, tunc ad Habspurgios nullo modo referri posse, sicuti jam satis putamus à nobis demonstratum. Restat ut eos quoque qui ortos ex Guelphis, & Watino Alemanniæ Duce Habspurgios opinantur, avertamus.

Quæstio hic potius oritur de nomine, quidnam per Welphos prædicti Authores intelligant? Si enim Welphos ipsos, ex eo nimirũ tempore, quo primùm sic cognominati sunt Ethiconis primi posteri, parentes

tes Habſpurgiorum atque Auſtriadum eſſe contendunt, haud leviter falluntur; cum illis, poſtquam jam Habſpurgium cognomen aſſumpſere Alberici filij & nepotes, Guelphorum nomen, ſive ab eventu prodigioſo 12. gemellorum, ſive ex congeminato tanto poſt in mulris deinceps ejus lineæ Principibus Hunni Velphi ſive Welphi appellatione, impoſitum vulgo fit, atque deinceps multo tempore manſerit. Siquidem autem familiam ipſam & majores potius Welphorum Atticum ſcilicet, Albericum Seniorem, Dagobertum, Junnonem ſive Hunnum, Francom, & quos ſupra ex ordine recenſuimus Welfos dicere & majores eſſe Habſpurgiorum veliut, eſſe plane deductionem quam veriſſimam ultro confitemur, cum genus planè idipſum ſit, etſi diverſis deinceps lineis Habſpurgij alij, alij Welphi, ſimiliterque Altenburgenſes atque Altorffenſes dicerentur, & ſolo nomine diſtinguerentur. Cæterum, qui ex Warino primùm ortos Habſpurgios contendunt, fruſtra omnino agunt, cum hic par ætate, primo Habſpurgij nominis reſtitutori Otperto, proavum eundem quem Otpertus, Ethiconem primum habuerit, idem Warinus ipſe avus primi Welphonis, à quo deinceps primùm in uſum & conſuetudinem venit, ut poſteri Welphones dicerentur. Quæ quidem omnia, abſque ulla ulteriore refutatione, ex ijs quæ ſupra diximus fient manifeſta.

Quartam, & plurimis ſubnixam Authoritatibus, eorum ſententiam, qui ex Galliæ Regibus deducunt Auſtriades, facilè conciliamus, etiam ſatis initio hujus Tractatus innuimus. Tantum enim abeſt (ſi rité inter Galliæ & Franciæ Reges diſtinguamus) ut ab illorum opinione diſcrepemus ut potius eo omnes intendamus vires, ad idipſum & comprobandum, & ſtabiliendum. Longè tamen alij atque alij Francorum accipiunt Reges, quam nos admittere poſſimus, uti perſuaſiſſimom Germanis Galli volunt, & multi ex Germanis Hiſtoriarum minus gnari, ab hoſtibus ſeducti conceſſerunt: quaſi vero Galli aliquando Germanis imperaſſent. Idque ipſum eſt, quod hodie prætendunt in Germaniam Juris, cum ad Germanos, viceverſa abſque dubio ſpectet jus in Regna omnia Galliarum. Orti omnino, ut jam ſupra diſtinctiſſimè vidimus, è Francorum, imo & Galliarum Regibus Habſpurgij & Guelphi ſunt, atqui ex Germanis Francis, ex Francis Germanis reduplicativè, Gallorum dominatoribus, Galliarum jure belli legitimo factis Regibus, quorum uſque hodie poſteri, ſeri Ethiconis, & Guelphonis primi ex Conrado Judithæ Auguſtæ fratre germano nepotes, Galliæ dominantur, uti ante illos Carolingi & Merovingi, omnes omnino Germanæ originis Principes, à quorum majoribus, Gallia cum jugo Franciæ nomen accepit, & nomen retinebit, dum tales ipſi imperabunt, qui verè Franci, hoc eſt verè Germani ſunt, quales non minus quàm Carolingi ac Merovingi fuerant, ſunt hodie Capetini, & quotquot ex Regia horum familia vel Valeſiorum emicuerat, vel ſupereſt uſpiam Borboniorum. Cæterùm, ex Sigeberto exule, & Theodorici ſive Theodoberti poſteritate nihil poſſe demonſtrari pridem oſtendimus, uti neque ex Merovingis; quamvis ex eorùmdem ijſdem majoribus certum ſit, totum ſtemma derivari. Nec repetere hic libet ſeu juvat argumenta, verùm potius principum Familiarum Orbis omnium, poſtquam ejuſdem comprobavimus originem, plenius & diſtinctius conabimur exhibere. Quæ quia magna omnino & copioſa eſt, per partes in ſingulas partientes tabulas, quàm compendioſiſſimè proponemus.

HABSPURGICÆ FAMILIÆ PRIMA TABULA STEMMATOGRAPHICA.

Ethico sive Atticus, ab affine Theodorico Rege, Alsatiæ atque Alemanniæ Dux renunciatus sub A. C. 680.

Adelbertus sive Albericus Dux Alsatiæ & Alemanniæ, author Guelphorum, de cujus posteris postea.

Etho Comes Brisiacæ à quo postea Landgravij Alsatiæ, & qui dein nomen Habspurgensium assumpserunt.

Albericus Comes Brisiacæ & Lebertaalensis cujus liberos Luitfridus patruelis & Hiltrudis ultima Habspurgij Comitissa & hæres adoptarunt.

Hugobertus Comes Brisiacæ.

Ottopertus sive Ottpertus hæres Habspurgij adoptatus. Uxor Leutgardes.

Eberhardus Comes Brisiacæ &c.

Theobaldus Comes primus Pfyretanũ.

Luitfridus Comes Habspurgius Landgravius Alsatiæ Restitutor Monasterij S. Trudperti A. C. 890.

Hugo Comes Brisiacæ & Neomagensis.

Luitfridus Comes Suodgoviæ Dotator S. Trudperti.

Hundfridus Comes Habspurgensis in Königshofen, &c. Benefactor S. Trudperti.

Hugo Comes Habspurg. in Egenesheim.

Guotramus Comes Habsporgi Alsatiæ & Brisiacæ Landgravius, Uxor Itha, Comitissa de Caloë. Ille obijt 946.

Betzo Comes ab Habsporg.

Kanzelinus Comes ab Habspurg Brisiacæ Landgr.

Birchtilo

Gebizo sive Gebro Conditores Monasterij Sulzbergensis.

Rudolphus Comes ab Habspurg, Ux. Adelb. Froburgia Comitissa.

Radebotho Comes ab Habspurg, Uxor Itha, Ducissa Lotharingia.

Lancelinus Comes ab Habspurg, a quo Zäringenses & Padenses.

Wernherus Episcopus Argentinensis.

Ottho Comes Habspurgi.

Albertus Comes Habspurgi.

Wernharius Comes ab Habsporg, obijt Anno 1096. Uxor Regolinda Comitissa Nellenburgia.

Richenza, Uxor Udalrici Comitis Lenzburgij.

Ottho Comes Habspurgius, occisus ab Hessone de Buttenheim, Ux. Hilla Com. de Pfirt.

Adelbertus bello clarissimus, obijt anno Christi 1141.

Itha Uxor Rudolphi Comitis de Thierstein.

Wernherus sive Wernharius II. obijt A. C. 1143. Uxor Itha ab Homberg.

Adeheida, Uxor Emiconis ab Huuenberg.

Gertruda, Uxor Theodorici Comitis de Mompelgard.

Adelbertus Cogn. Dives Com. Habspurgius Uxor Itha Com. de Pfullendorff & Brigantio, Hæres.

Richenza Uxor Joannis Comitis Ferretani.

Rudolphus Com. Habspurg. obijt A. C. 1232. Uxor Agnes filia Gottfridi de Stauffeo.

Itha Uxor Henrici Comitis de Leyningen.

Albertus II. cogn. Sapiens, ob. 1240 Ux. Helwiga Comes de Kyburg.

Rudolph⁹ Taciturnus Uxor Gertr. Baron. Regenspergia.

Wernher⁹ obijt adolescens.

Helwiga Ux. Hermanni Froburgij.

Gertrud. Ux. Ludovici Cõ. Froburgij.

Albertus Cõ. Habspurg.

Hartmannus ob. juvenis.

Rudolphus I. Imp. de quo tabula sequenti.

Elisabetha Ux. Frid. C. Zollern.

Bertha, Ux. Orth. Baron. Ochsenstein.

Gotfridus, Ux. Elis. Ochsenstein.

Eberhardus, Uxor Anna Kyburgia.

Rudolph. Episcopus Const.

De Rodolphi Imp. posteria agimus tabella sequenti.

Gottfridus II. obijt in juventute.

Rudolphus Com. Habsp. Ux. Elisab. C. Rapersvillæ.

Hartmannus occisus 1332.

Eberhardus ob. 1361. Bertha C. Buchbeck.

Catharina Ux. Alberti C. Werdenberg.

Joannes, C. Habsp occ. 1337. Ux. Agnes Landgr. Alsat. Infer.

Rudolphus occub. anno 1315.

Rodolph⁹ alter in Kiburg, &c. obijt 1383. Ux. Anna C. Nidovia.

Hartman. & Berthold⁹ Ord. Teutonici.

Eberhardus Canon. Basil.

Joannes Præpos. Argentin.

Rudolphus obijt anno 1388.

Joannes obijt 1387. Uxor Elisab. C. de Nidovv.

Gottfridus III. obijt A. C. 1375.

Eggo, Uxor Anna de Bechburg.

Henricus cælebs.

Bertholdus cælebs obijt.

Verena Uxor Frider. C. de Zollern.

Joannes III. Com. de Habspurg, &c. Ux. Agnes ab Hohen-Landenberg.

Adelheit Ux. Henrici C. Montfortij.

Ursula Comitissa ab Habspurg, Uxor Alwici C. de Sulz

PARS

PARS ALTERA GENESEOS AUSTRIACÆ HABSPURGIÆ.

Rudolphus I. Imp. Augustus, obijt 1291. Ux. 1. Anna Comitissa Hochbergensis, 2. Agnes Duc. Burgund. ἄπαις.

Albertus I. Imp. Aug. occisus a nepote ex fratre A. C. 1308. Uxor Elisab. Duc. Carinthia Com. Goricensis.
Rudolphus obijt puer.
Hermannus in Rheno periit æt. 18. A. 1288.
Fridericus sepultus Tulnæ.
Carolus puer obijt.
Rudolphus Dux Sueviæ & Rex Bohemiæ, obijt 1307. Uxor Agnes Ottocari Regis Bohemiæ filia.
Jutta, Uxor S. Wencesiai Regis Bohemiæ.
Clementia Uxor Caroli Martelli Regis Ungariæ.
Mechtildes, Uxor Ludovici Electoris Palatini.
Margaretha Uxor Theodorici Comitis Cliviæ.
Agnes Uxor Alberti Electoris & Ducis Saxoniæ.
Hedwiges, Uxor Othonis Marchionis & Elect. Brandeburgij.
Catharina Ux. Otthonis Boij, Regis Ungariæ.
Euphemia monial. Tulnæ.

Fridericus cognomento Pulcher Rex German. obijt A. C. 1330. Ux. 1. Isabella filia Jacobi Regis Aragoniæ. 2. Kunegunda filia Ludovici Bavari Imperat.
Rudolphus Mitis Rex Bohemiæ, Ux. 1. Blanca filia Philippi Regis Gall. 2. Elisabetha filia Regis Pol.
Leopoldus Gloriosus, Arch. Austriæ Ux. 1. Catharina fil. Henrici VII. Imp. 2. Cathar. Duc. Sabaud.
Ottho Archidux Austriæ Ux. 1. Elisab. D. Bavariæ, 2. Anna filia Joannis Regis Bohemiæ.
Henricus Austriac. Uxor 1. Elisab. Com. Pal. Rheni, 2. Elisab. C. de Virnburg.
Albertus Sapiens Archid. Uxor Joanna Comitissa de Phirdt.
Agnes, Uxor Andreæ Regis Ungariæ.
Elisabetha, Ux. Friderici D. Lotharingiæ.
Anna, Ux. 1. Hermanni Brandeburg. 2. Henrici Ducis Vratislaviensis.
Catharina, Uxor Caroli Ducis Calabriæ.
Guta, Ux. Ludovici Comitis ab Oettingen.
Joannes, Albertum patruum occidit.

Elisabetha, Uxor Joannis Regis Bohemiæ.
Anna, Ux. Ludovici Romani filij Ludov. IV. Imp.
Fridericus obijt infans.
Leopoldus similiter.
Elisabeth Uxor Guntheri Com. Schwarzenburgij.
Catharina, Ux. 1. Baronis de Cosin, Galli. 2. Henrici Ducis Sagani.
Agnes Ux. Boleslai Ducis Suidnicensis.
Elisabetha Ux. Edvardi Regis Angliæ.
Fridericus obijt, æt. 16.
Leopoldus obijt infans.
Rudolphus Ingeniosus, Archidux Austriæ, &c. Ux. 1. Cathar. filia Caroli Quarti Imper. 2. Marg. Com. Tirol. Maultascha.
Albertus cum Tricis, ✠ 1395. Ux. 1. Elisab. filia Caroli IV. Imp. 2. Beatrix Burggr. Norimb.
Leopoldus Archidux, Sempaci occubuit, A. 1386. Uxor Viridis Ducissa Mediolanensis.
Fridericus Splendidus in venatione occisus, A. C. 1362.
Agnes, Ux. Henrici II. Ducis Jaurensis.
Margarita, Ux. Othonis Marchionis Brandeb.
Catharina monial. Vienn.

Albertus IV. cogn. Patiens obijt A. C. 1404. Uxor Joanna filia Alberti Ducis Bavar.
Wilhelmus Archid. Austriæ, obijt 1407. Ux. Hedwiges filia Lud. Regis Ungar. 2. Agnes filia Caroli IV. Imp.
Fridericus Senior, obijt A. C. 1440. Uxor 1. Anna Ducissa Brunsvicensis, 2. Elisab. filia Ruperti Imp.
Ernestus III. Arch. Austriæ, ob. 1420. Ux. 1. Margar. Ducissa Stetinensis, 2. Cymburga Ducissa Masoviæ.
Leopoldus Crassus Archidux Austriæ, obijt A. C. 1422. Uxor Cathar. filia Philippi Audacis Ducis Burgundiæ.
Agnes Archiducissa Austriæ, Uxor Boleslai ultimi Ducis Svidnicensis in Silesia.
Elisabetha Archiducissa Austriæ desponsata Comiti Goriciensi, ante nuptias decessit.
Catharina, Uxor Conradi Burggravij Magdeburgensis.

Albertus V. ex Archiduce Imperator Aug. eo nomine II. obijt A. C. 1439. Uxor Elisab. filia Sigismundi Imperatoris.
Anna Archiducissa Austriæ, Ux. Henrici Divitis Ducis Bavariæ.
Sigismundus Archidux Austr. Comes Tirol. obijt anno 1497. Ux. 1. Leonora fil. Jacobi Regis Scotorum, 2. Catharina Ducissa Saxoniæ.
Wolfgangus obijt infans.
Elisab. & Hedwig. & Marg. obiere ante ætatem.
Plurimi liberi ex 1. conjuge immature abierunt.
Fridericus III. aliàs IV. Imp. Aug. obijt anno 1493. Ux. Leonora filia Edvardi Regis Lusitaniæ.
Ernestus Archiduc. obijt 1425.
Rudolphus & Leopoldus infantes obierunt.
Albertus VI. cogn. Mitis, vita decessit 1463. Ux. Mechtildes Com. Palatina Rheni.
Margarita, Uxor Friderici Placidi Ducis Saxoniæ.
Catharina, Uxor Caroli Marchionis Badensis.
Elisabetha, Uxor Hugonis Comitis Werdenbergij.
Alexandria & Anna ✠ infantes.

Elisabetha Archid. Austriæ, Uxor Casimiri Regis Poloniæ.
Anna, Uxor Wilhelmi Ducis Saxoniæ.
Georgius infans obijt.
Ladislaus Posthum. Rex Ungar. & Bohem. in apparatu nuptiali obijt, anno 1458. ætat. 18.
Filiolus anonymus sepultus Tridenti.
Christophorus Archidux moritur ante patrem.
Joannes puer obijt.
Maximilianus I. Imp. Aug. Sapientissimus Cæsarum, à prima infantia ad annum ætatis decimum nihil ferè loqui auditus, obijt 1519. Uxor 1. Anna Ducissa Britanniæ. 2. Maria Ducissa Burgundiæ 3. Blanca Maria Ducissa Mediolanensis.
Helena in infantia decessit.
Kunegunda, Uxor Alberti cognomento Sapientis, Ducis Bavariæ, post cujus obitum Monasticen amplexa est.

Franciscus & Georgius infantes obierunt.

Philippus Archidux postea Rex Hispaniarum Catholicus, Princeps potentissimus, de cujus posteris tabula sequenti. Uxor Joanna Ferdin. Regis Catholici fil. &c.

Margaretha Ux. 1. Caroli VIII. Regis Gall. 2. Joannis filij Ferdin. Regis Catholici. 3. Philiberti Ducis Sabaudiæ.

PARS TERTIA GENESEOS HABSPVRGIÆ.

Philippus Rex Hispaniarum Catholicus Archidux Austriæ, &c. filius Maximiliani I. Imp. Uxor Joanna filia & hæres unica Ferdinandi Catholici Regis Hispaniarum.

Carolus V. Imperator Augustus Rex Hispaniarum atque Iodiarum Monarchatum maximus, natus A. G. 1500. Gandavi 24. Febr. obijt 1558. 21. Septemb. Uxor prima Isabella Regina Lusitaniæ, Nata Lovaniensis.

- Philippus II. Rex Hispaniarum, natus 1527. 21. Maij. obijt 1598. Uxor prima Maria filia Joannis Regis Portugalliæ, 2. Maria filia Henrici VIII Regis Angliæ, 3. Isabella filia Henrici II. Regis Galliarum, 4. Anna filia Maximiliani II. Imp. Aug.
  - Carolus Infans Hispan. natus 1545. 8. Julij, excessit 1568 16. Januarij.
  - Isabella Princeps & Infans Hispaniarū.
  - Catharina Uxor Emmanuelis D. Sabaudi.
  - Ferdinandus in infantia mortuus.
  - Jacobus obijt anno æt. 9. Christi 582.
  - Philippus III. Rex Hispan. natus 1578. obijt 1621. Uxor Margaretha filia Caroli Archiducis Austriæ, &c.
    - Anna Maria Mauritia, nata 1601. 22. Sept. Uxor Ludovici XIII. Regis Galliarum.
      - Margarita Catharina, nata 1623. 25. Novemb. obijt eodem anno 9. Dec.
      - Balthasar Carol. Dominic. Philipp. Victor, Lucas, obijt anno 1646. ætatis annorum 16.
      - Maria Infans Hispaniarum, nata 1638. 20. Sept.
    - Philippus IV. Dominic⁹ Victor natus 1605. 8. Aprilis, Ux. 1. Elisab. filia Henrici IV. Regis Galliarum, 2. Maria Anna filia Ferdinandi III. Imper. Augoste ducta 1648.
    - Maria nata 1606. Ux. Ferdinandi III. Imp. Aug. mortua 1645.
    - Carolus, natus 1607. 15. Sept. obijt 1632.
    - Ferdinandus S. R. E. Cardin. natus 1609. 16. Maij, moritur in Belgio 1641.
    - Alphonsus natus 1611. mortuus 16.2.
- Ferdinandus puer extinguitur.
- Joanna, Uxor Joannis IV. Regis Portugalliæ.
- Maria, Uxor Maximiliani II. Imp.
- Margaretha Gubernatrix Belgij, Uxor 1. Alexandri Medicæi, 2. Octavij Farnesij Ducis Parmensis.

Leonora, Uxor primo Emmanuelis Regis Lusitaniæ, secundo Francisci I. Galliarum Regis.

Isabella, Uxor Christierni II. Regis Daniæ.

Ferdinandus I. Imp. Aug. natus 1503. 10. Martij. obijt 1564. 25. Julij. Uxor Anna filia Uladislai Regis Ungariæ & Bohemiæ, &c.

- Elisaberha Austriaca, nata 1526. Uxor Sigismundi Augusti Regis Poloniæ.
- Maximilianus II. Imp. Aug. nat⁹ 1527. 1. Aug. ob. 1576. 12. Oct. Uxor Maria filia Caroli V. Imp.
  - Anna, nata 2 Nov. 1549. Ux. Philippi II. Regis Hispaniarum.
  - Ferdinandus natus 28. Martij 1551. obijt 1552. infans, 16. Junij.
  - Rudolphus II. Imp. Aug. natus 20 Julij 1552. Uxor Anna Austriaca.
  - Ernestus Archidux natus 1553. obijt 1594.
  - Elisabeth. nata 1554. Uxor Caroli IX. Galliarum Regis.
  - Maria nata 1555. obijt 1556.
  - Matthias Imperat. Aug. natus 1557.
  - Maximilianus Archidux. natus 1558.
  - Albertus Archidux Gubern. Belgij, n. 1559.
  - Wenceslaos Archid. natus 1561.
  - Fridericus nascitur 1562. ob. 1563.
  - Maria nascitur 1564. obijt eodē anno.
  - Carolus natus 1565. moritur 1565.
  - Margaretha nata 1567.
  - Leonora nata 1568. 4. Novembris.
- Anna Uxor Alberti Ducis Bavariæ.
- Ferdinandus Archidux, natus 1529. 14. Junij. Ux. 1. Philippina Welsera, 2. Catharina Ducissa Mantuæ.
- Maria Uxor Wilhelmi Ducis Cliviæ.
- Magdalena Virgo decessit.
- Joannes Iosantulus obijt.
- Barbara, Uxor Alphonsi II. Ducis Ferrariæ, obijt 1572.
- Carolus Archidux Aust. natus 1540. 3. Junij, obijt 1590. Uxor Maria Ducissa utriusque Bavariæ.
  - Ferdinandus natus 1572 15 Julij.
  - Anna, nata 1573. fit Regina Poloniæ.
  - Maria Christina nata 1574. 10. Nov.
  - Cathar. Renata, nata 1576. 4. Januar.
  - Elisabet. nata 1577 obijt 1585. 29. Jan.
  - Ferdinandus II. Im. Aug. natus 1578. Julij 9. Ux. 1. Anna Ducissa utriusque Bavariæ, 2. Eleonora Ducissa Mantuæ.
    - Christina nata 1601. 12. Junij, obijt infantula Græcij.
    - Carolus Archidux natus 1604. 25. Maij, statim post Baptisma extinguitur.
    - Joannes Carolus Archidux natus 1605. 1. Novembr. obijt 1619. æt. 14. 26. Dec.
    - Ferdinandus Ernestus Archidux; dictus Ferdinandus eo nomine III. Imp. Aug. natus 1608 13. Julij. Uxor prima Maria Anna Philippi III. Hispaniarum Regis filia: secunda, Maria Leopoldina, filia Leopoldi Archiducis, tertia Eleonora Ducissa Mantuæ, &c.
      - Ferdinandus IV. Rex Ungariæ & Bohemiæ natus anno 1633. 8. Septemb. Rex Ung. 1647. Rom. 1653.
      - Maria Anna, nata 1635. Ux. Philippi IV. Reg. Hisp.
      - Philippus Augustinus nat. 1637. obijt infans, 1639
      - Maximilianus Thomas nat. 1638.
      - Leopoldus, Ignatius, Franciscus, Balthasar, Joseph, Felicianus, natus 9. Junij 1640.
      - Ferdinandus, Carolus, Josephus, natus 1649. 7. Augusti.
      - Theresia, Maria, Josepha, nata 1652. 26. Martij.
    - Maria Anna, nata 1610 13. Jan. Ux. Maximiliani Electoris Bavariæ.
    - Cæcilia Renata, nata 1611. 16. Julij, Uxor Uladislai Regis Poloniæ, obijt 1644.
    - Leopoldus Wilhelmus Argentin. Passan. Halberst. & Olomuc. Episc. Generalis Hisp. exercitus.
  - Carolus natus 1579. obijt 1580. 17 Maij.
  - Gregoria Maximiliana & Leonora ✠✠
  - Maximilianus & Margarita.
  - Leopoldus Archid. Ux. Claudia Medicæa.
    - Ferdinandus Carolus Archidux, nat 1628. 17. Maij.
    - Clara Isabella, nata 1629. Ducissa Mantuæ.
    - Sigismundus Franciscus Episc. Augustanus natus 1630.
    - Maria Leopoldina nata 1632. Ux. Ferd. III. Imp. obijt 1649.
  - Maria Magd. & Constantia & Carolus ✠
- Ursula & Helena infantes obierunt.
- Joanna, Ux. Francisci Ducis Florentiæ.

Maria, Uxor Ludovici Regis Ungariæ ultimi, qui victus à Turcis anno 1526. in fuga perijt, in palude mersus, atque interemptus.

Catharina Posthuma, Ux. Joannis III. Regis Lusitaniæ, &c.

Ecce verè Anciam, non minus quam Romana, eâdem omnino propagine, Augustissimi nominis Habspurgiam gentem, cujus sicut vetustissimam deductionem superius ex coævis plerumque Auctoribus excerpsimus, ita trium proximarum tabellarum initium ad usque Guntrammi Divitis ætatem è pervetustis S. Trudperti membranis & tabulis; hinc ad Rudolphum I. eo nomine Cæsarem è Murensis Cænobij voluminibus hausimus; quorum Cænobiorum ab ijsdem conditorum, atque illius inprimis, tanquam Familiæ Habspurgiæ præ alijs, longè antiquissimum monimentum, & triumpharæ Gentilitatis atque Barbariei illustrissimum Trophæum, præ alija omnibus merito attendenda documenta sunt, cum apud Religiosissimos ejusmodi locorum Ascetas, perpetuâ (continuata tot sæculis successione) & traditione nomina Fundatorum & beneficia sexcentis conservata libris, ritulis atque elogijs, fidelissimè transmissa esse ad omnem posteritatem nollo modo sit ambigendum, cum de reliqua etiam Veterum rerum memoria & Historia, rem vel obiter consideranticonstet, solâ ferè Monachorum diligentia atque industria conservatam, in quorum tot Cænobiorum millibus, nullum non erat Bibliotheca aliqua instructum cujus volumina quotquot erant, sola Monachorum manu, arte atque industria tantos thesauros posteritati conservarunt, cum absque his & Græcorum & Latinorum labores omnes, imo tot Regum & Principum, quin & nationum integrarum, cum ruinis fortissimarum Urbium & castrorum, nomen & fama penitus interijssent. Quod vel ideo hoc loco scripserimus, ut universi intelligant, quam temerè à nonnullis, ea convellantur, quæ si convulsa sint, periclitetur tota Historiæ fides, pereatque omnis solidior cognitio Antiquitatis, cum tamen multos hodie reperire sit, qui pleraque Antiquorum susque deque habent, omnia disputant, vocantque in dubium tot sæculis indubitata, quasi vero sequentium non sint, qui omnem eorum damnaturi sint atque execraturi memoriam, qui ut nova sua commenta commendarent, sacram cunctis gentibus Antiquitatem lacerarunt, proscripserunt, exusserunt.

Docuimus proin, & evidenter demonstravimus multo Vetustius, quam novissimi nonnulli contenderint *Habspurgium* nomen, cujus nimirum, ante illud Ergoviæ, tot extent vetustissimæ memoriæ, ut, siquidem nullæ ad Vosagum ejusdem nostra ætate extitissent reliquiæ ac rudera, alio saltem loco fuisse necessario concluderemus, cum, siquidem concedemus, pleraque S. Trudperti documenta æqualia non esse primævæ illius Monasterij Fundationi, certum tamen sit eadem omnia, longè vetustiora esse Habspurgensis castri in Ergovia Fundatione, quæ tamen omnia Habspurgium & Habensburgium nomen congeminant, eoque ipso evertunt omnes adversariæ opinionis conjecturas, &, ut dici placuit, rationes. Ut nihil de ipsis dicamus Fundationis litteris, quarum copias (ne nobis ipsis nimis credere videremur) nuperrimè nobis de novo fideliter transcriptas communicavit Reverendissimus Dominus D. Georgius, loci ejusdem meritissimus Abbas, quas hoc ipso loco censuimus inserendas:

Litteræ Fundationis Cænobij S. Trudperti.

Quid salubrius atque utilius potest quisque cogitare, quam suo creatori se suaque subjugare de caducis atque transitorijs æternam vitam dum valet mercari, Domino monente atque attestante: Quid proficit homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Et illud sapientis: Redemptio animæ sunt propriæ divitiæ. Ideo Ego Luitfridus Comes de Abensburg in nomine S. Trinitatis (quod noscat honestas Sacerdotum, clarissima dignitas Regum, omniumque industria fidelium) decrevi devota mente, quoddam Monasterium in honore DEI constructum, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & S. Trudperti Martyris, qui ibi coronatus est, & in ipso sanctissimo corpore quiescit, ceterorumque Sanctorum, quod à præterfluente fluvio-le Numaga, nunc Monasterium S. Trudperti vocatur, restaurare & augmentare, cum ædificijs omnique ornatu ad Divinum cultum pertinentibus. Quod ego à fratre meo Hugone, in partem hereditatis possedi. Unde Divino timore compunctus, pro remedio animæ meæ & progenitorum meorum, atque etiam successorum, quidquid per Chartam traditionis donatum fuit ab Antecessoribus meis, Otperto videlicet, qui inductor fuit pretiosissimi Martyris, & Ramperto, cæterisque fidelibus eamdem vallem omnibusque sibi adjacentibus, à monte Samba, ubi oritur Numage, cum montibus & collibus, pratis, pascuis, sylvis, vallibus, cultis & incultis, ab ortu supradicti fluminis, usque ad fluvium Mezinbach ex utraque parte montium, in integrum, atque per totum, consentientibus filijs meis, Hundfrido, Luitfrido, Hugone, trado atque transfundo VValderico Abbati, & Fratribus ibi DEO servituris, ut habeant, teneant, atque possideant perpetualiter, sine omni contradictione. Insuper ego cum consilio filiorum meorum atque rogatu, ut propensius atque devotius memoria mei, meorumque filiorum augeatur in præfato Monasterio, exceptis his quæ prænominavimus, ex alia mea hereditate donavi ad ipsum locum, Hoc est in Mortenovia, in Bichmheim, & in VVittelingbach, & in Gamynubart in Alsatia, & Burcheim, & in Lymenhausen. Quidquid habere in istis locis visus sum; ad Altare vero, ubi desidero meum esse sepulchrum, dedi specialiter in Columbra unam Huebam, ut eam habeat Custos altaris & procurator, ad memoriam mei libentius peragendam. Hæc ego donavi de mea parte quæ me contingit propria hereditatis. Sed & præfati filij mei, pro DEI amore & Sanctorum ejus, quorum memoria & honor ibidem assiduè celebratur, ex sua quisque parte, quæ se contingit, propria hereditatis, ad ipsum locum dederunt: Hunsfridus videlicet, qui major est illis natu, in Nordgove unam curtim, quæ dicitur Kyniginshoven: Luitfridus in Suovvanisheym; Hugo in Egenesheym. In his prænominatis locis, ego ipse Luitfridus, & jam prænominati filij mei, quidquid visi sumus habere ad præsens, ad supradictum Monasterium per totum singuli quique nostrum ex se pari voto consimilique Consilio donamus atque tradimus, ut Abbas illius loci cæterique Monachi firmiter teneant, nullo hominum contradicente perpetuo possideant. Decimationem etiam in Sundhofen, & in Gundelsheym de nostris rebus concedimus eis simile ratione. Ipsi vero Monachi in ipso loco constituti, potestatem habeant eligendi Abbatem inter se, qui eos regulariter possit & dignè regere. Ipsi quoque filij mei Advocati sint rectissimi ipsius loci, atque Auctores, & Defensores, & heredes ipsorum. Et sub eorum Tutela ipsum Monasterium cum omnibus ad id pertinentibus, tam cautè & justè defendatur, quam sint reddituri inde DEO rationem. Sed & Abbas, quem ipsi constituerint,

potestatem habeat ad procurandum ipsarum rerum & Fratrum, & nihil inde servitij aut census exigatur à filijs meis, vel successoribus eorum ab ulla persona per Dominum DEUM omnium Creatorem obtestor, ut Electam Abbatem nullus audeat per pecuniam aut per aliquam occasionem injustè deponere aut constituere. Et si aliquis conatus fuerit hoc facere, nisi cito revocatus ab hoc cœpto tam nefario, tam acceptor pecuniæ quam dator, & quicunque inter eos mediator fuerit, cum Mago Symone, qui Spiritus S. dona æstimavit pretio pecuniæ, est præcipitatus Apostolica Authoritate in profundum Tartari: Et cum Iuda Ischarioth, qui Christum Dominum vendidit pro pecunia damnetur æterna damnatione.

Hæc acta sunt in ipso Monasterio, præsentibus his testibus, quorũ hic signacula subscripta sunt. Signum Illustri Comitis & filiorũ ejus Haudfridi, Luitfridi, Hugonis, qui hanc chartam donationis fieri & firmare rogaverunt. Signum Adelrici, signum Reginboldi ceni, Gotzhelmi, Geroldi. Item Adelrici, Drassemundi, Meginboldi, Vtonis, Landesfridis, Humberti, Gerbardi, Landthardi & aliorum multorum. Item signum Monachorum Gevverici, Hildelmi, Dietbardi, Gotzhelmi, Berhardi, Regingeri, Otbardi, VVilligeri, VVicharij. Ego itaque VVilligerus ex ipso Monasterio in vice Cancellarij Anno tertio Regnante Ludevvico filio Arnolphi, sub Comite VVolfinino 9. Kalend. Martij rogatus scripsi & subscripsi.

Huc usque Litteræ Fundationis, quas multum his dissimiles, ex Autographo (uti ait) à Wolfgango Lazio descriptas protulit Guillimannus, queriturque in margine à plerisque fraudulente ad nomen Luitfridi adjungi *Comes de Avensburg*, quod ipse & Lazius, tanquam multum suis adversans rationibus omnino prætermittunt, & benè, dummodo quod debebant, & expressimum habetur in litteris, substituissent *Comes de Abensburg*. Quod ipsum solùm, si nihil aliud superesset documentorum, sufficientissimum esset ad omnia contrasentientium obruenda atque evertenda argumenta. Certè, siquidem tantum in his litteris (& meritò) ponendum est momenti, ipsasmet inspicere oportuisset Historiam Habspurgiam ex Instituto tractantem, & non illico falsitatis & fraudulentiæ arguere eos, qui siquidem V, pro B. posuerunt, scriptorem Autographi contra ortographiam peccasse credentes, non data opera totum expunxerunt quod sibi adversari videretur. Etsi bona fide, redhibere ut scriptum erat, decuisset, & non eo trahere, quo ipsi collimabant ad *Avendi burgum*, sive AVENTINI nimis longè petiti & coacti montis, ab nomine relationem. Cæterum advertes Lector benevole, nos & in Luitfridi parente designando, & in ijs quæ compertissima habere sibi videbatur post Guntramum Divitem, Guillimannus, longè aliter sentire, & quoad primùm quidem, ita docentibus & cogentibus S. Trudperti monimentis, quoad alia, facilè fidem merentibus Actis Murensibus, quæ tamen ipsa allegat subinde Guillimannus, etsi vel non satis intellexisse videatur, vel neglexisse; quem erroris doctè redarguit Reverendissimus ejusdem Inclyti Cænobij Abbas D. Dominicus Tschudius, in libello, quem nupertimè typo vulgavit, de Cænobij sui Fundatoribus; uti & nos deprehendimus, & in hoc Guillimannum, & maximè in prima Altenburgensium & Vindonissensium, (sicut ipse appellat) Genealogia plurimum aberrasse, virum cætera æterno dignum honore & admiratione, & qui pleraque alia ad amussim expenderit; meritissimum de omni posteritate. Sed jam alteram Ethiconis progeniem, gemellam Habspurgiæ, distinctius designemus.

Tabula I.

Tabula I.

GVELPHORVM POTENTISSIMORVM ALEMANNIÆ PRINCIPUM STEMMATOGRAPHIA ET SERA POSTERITAS.

Ethico sive Atticus I. cognomento Adelricus, ex Hunni sive Sunnonis Veliphi seu Welphi posteris, Alsatiæ atque Alemanniæ Dux, A. C. 680.

S. Otthilia Abbatissa singularis familiæ Patrona.
Adelbertus sive Albericus Dux Alemanniæ atque Alsatiæ Monasterij Hanoviensis, itemque S. Stephani monialium Argentinæ cōditor. Is demū sagitta fortè traiectus occubuit.
Etho Comes Brisacæ ex quo Brisacæ Landgravij & Comites Habspurgij, S.

Mazo Dux Alemanniæ & Alsat. à nonnullis Rex Burgundiæ dictus Masmünster condidit.
Eberhardus ab obitu Mazonis ejusque filij, potentissimus, Alemanniæ atque Alsatiæ Dux Murbacensis Cænobij Fundator sub A. C. 724. al. 727.
Luitfridus Comes Suntgoviæ, Uxor Hiltrud. ultima Comitissa Habspurgi. Hi adoptant Alberici patruelis filios, utis. in Habsp.

N. Mazonis filiolus unicus æt. 8. annorum in Obrunam mersus.
Ruthardus Dux Alemanniæ atque Alsatiæ Comes Turgoviæ &c. Conditor Monasterij Schwarzach, Uxor Irmensuda.
Warinus Princeps Alemanniæ Major Domus Carolomanni Regis, C. Haidgoviæ.

Turgoviæ, Kyburgi, Vitoduri & Wandelburgi Comitum familiæ parentes.
Ethico II. à quo Helffensteinij Comites.
Isenbardus Princeps Alemanniæ, Comes Altorffensis, Uxor Irmentruda soror S. Hildegardis Imperatricis; Mater 12. Welphorum.

Guelpho I. Princeps Alemanniæ Comes Altorffensis & Ravenspurgensis &c. Uxor Ducissa Saxoniæ.
Guelphones alij undecim de quorū posteris suo loco.

Ethico III. Princeps Alemanniæ, &c. Com. Altorff. Uxor Juditha Regina Britanniæ.
Juditha, Uxor Ludovici Pij Regis Galliarum & Romani Imperatoris.
Conradus Major Domus Regiæ Dux Burg. Com. Parisiensis, Ux. Adelheit filia Hugonis cogn. Abbatis.
Rudolphus Com. Altorff. Primas Palatij Regij in Gallia.
Suana Uxor Brunonis Ducis Saxon.

Conradus sive Chuno Dux Franconiæ, occisus ab Alb. Babēberg 897.
Henricus I. Cō. Altorff. Uxor Hatta C. Andecc.
Bardo in maripe-rijt.
Luitgarda, Ux. Ludovici Regis Bavar.
Robertus cogn. Fortis Dux Frācorum, obijt 867.
Hugo Dux Franciæ & Burg. obijt 887.
Welphus Abbas Sancti Columbæ.
Conradus Junior al. Minor Dux Burgund. Transjuranæ.

Conradus I. Imperator August[9] electus āno 912. decessit 919.
Rudolphus Dux Infer. Bavar. C. Altorff. Uxor Itha Oening. neptis Otth. I.
S. Conrad[9] Episcopus Constantiensis.
Ethico IV. Dux &c. Uxor Luitgarda Regina Ungar.
Odo Dux & Rex Francorū Occid.
Robert[9] Dux & Rex Fr.
Rudolph[9] I. Rex Burg. ob. 912. Ux. Gisla.
Alaydes Ducissa Burg. Ux. Richardi Ducis.

Guelpho II. Dux Bavar. &c. Ux. Irmentrud. soror S. Kuneg. Imp.
Ethico IV. Episcopus August.
Gerburga Ux. Arnulphi Duc. Bav.
Hugo Magnus cogn. Albus Dux Franciæ & Burg. obijt 956.
B. Rudolphus II. Rex Burgundiæ, obijt 937. Ux. Bertha Duc. Saeviæ.
Waldrada, Uxor Bonifacij Marchionis Camer.
Rudolphus Rex Franciæ obijt sine liberis.

Guelpho III. Dux Bav. & Carinthiæ, &c. ultimus in Germania lineæ Altorffensis.
Chunissa sive Kunegunda, Uxor Azonis Arestini.
Hugo Capetus Rex Galliarū à quo in hodiernum usque diem Reges Galliarum, obijt 998.
Conradus Altorffensis, Rex Burgundiæ, obijt 994. Uxor Mathilda.
Adelheida, Uxor Lotharij filij Hugonis Italiæ Regis.

Guelpho IV. Arestinus in nomen & hereditatē Guelphorū veterū à Cæsare vocatus, à quo Brunsvicenses.
Robertus Pius Galliarum Rex, obijt anno 1040. Uxor Constantia filia Wilhelmi Comitis Arelatensis.
Gerberga sive Gerbirga, Uxor Hermanni Ducis Alemanniæ.
Rudolphus III. Rex Burgundiæ ex Altorffensibus ultimus, obijt sine liberis.
Bertha Uxor Odonis Comitis Campaniæ.

Hugo decennis Rex designatus moritur ante patrem.
Robertus Dux Burgundiæ, ob. 1074. de huj[9] posteris postea.
Henricus I. Galliar. Rex, obijt 1060. Uxor Anna Princeps Russiæ.
Odo Episcop. Altisiodor.
Alisa, Uxor Balduini C. Flandr.

Robertus ante patrem vita excessit.
Philippus I. Rex Galliarum, obijt anno Christi 1109. Uxor Bertha Comitissa Hollandiæ.
Hugo cum Godofredo Bulleoneo in Exped. Hierosl. Ux. Adela C. Veromand.

Constantia, Ux. Boemundi Principis Antiochiæ.
Ludovicus VI. Crassus Rex Gall. obijt 1137. Ux. Adelheida Moriennæ Comitissa.
Rudolph[9] Comes Veromanduæ.
Hugo Calmontij Dominus.
Simon Ep. Noviom.

Cōstantia, Ux. Eustathij Com. Bononiensis.
Philippus ante patrem obijt.
Ludovicus VII. Rex Gall. Ux. 3. Adela C. Blesensis.
Petrus, Ux. Isabella Cortenea.
Robertus I. Comes Druidū de quo post.
Rudolphus II. C. Veromand.

Adela Ux. Wilh. Cō. Pontivani.
Philippus II. cogn. Augustus Rex Gall. ob. 1223. Ux. 1. Elis. C. Hannoniæ, 2. Agnes Istriæ Ducissa.
Petrus Cortenens C. Altisiod. Ux. Jole C. Flandriæ.
Joannes & Guilelmus à quib[9] Tanlei Com.

Philippus Comes Bononiensis Ux. Mechtild. C. Bononiensis.
Maria, Ux. Arturi Com. Britanniæ.
Ludovicus VIII. Gall. Rex, obijt 1226. Ux. Blanca Regina Castellæ.
Robert[9] Imp. Cōstant. obijt anno 1229.
Philippus C. Namurci

Philippus in flore ætatis extinctus.
S. Ludovicus IX. Gall. Rex, obijt 1270. Ux. Margarita Comit. Provinciæ.
Robertus, à quo CC. Atrebatenses.
Carolus, à quo Reges Neapol. postea.
Alphonsus C. Pictaviens.
Balduinus II. Imp. Orientis.

Sed de S. Ludovici posteris sequentibus Tabulis, prius quam Burgundiæ Duces & Druidum Comites, ac Neapolis Reges expediamus.

Pars II.

S. Ludovicus Galliarum Rex obijt 1270. Ux. Margarita Comitissa Provinciæ.

Ludovicus Delphinus Franciæ, obijt æt. 19.

Philippus Rex Gall. ob. 1285. Ux. Elisab. Regin. Aragoo.

Petrus Comes Alensonij Ux. Joanna C. Blesensis.

Robertus Author Borbon. tab. seqq.

Joannes cogn. Tristan' ob. 1270.

Ludovicus ob. ante patrem.

Philippus IV. Pulcher Rex Gall. Ux. Joanna Regina Navarræ.

Carolus Valesius ob. 1328. Ux. Clementia Reg. Neap.

Ludovic' Com. Eburovicensis.

Isabella Ux. Eduardi II. R. Angl.

Robert' puer ob.

Philippus Ebrovicensis Rex Navarræ, ob. 1342. Ux. Joanna Regina Gall.
Philippus Valesius Rex Franc. Ux. 1. Joanna Ducissa Burg. 2. Blanca Regis Navarræ filia.
Ludovicus Com. Alensonij.
Carolus C. Alensonij, Ux. Maria de la Cerda.
Ludovic' X. Hutinus Rex Gall. obijt 1315. Ux. 1. Marg. Duc. Burgundiæ, 2. Clementia filia Caroli Reg. Ungariæ.
Philippus Longus Rex Gall. obijt 1330. Ux. Joanna Com. Burgundiæ.
Carolus Pulcher, Rex Gall. obijt 1327. Uxor 1. Blanca Comit. Burg. 2. Maria filia Henr. VII. Imp. 3. Joanna Com. Eburovicensis.
Isabella, Ux. Eduardi III. Regis Angliæ.

Carolus Rex Navarræ ob. 1387. Ux. Joanna filia Joã. Regis Gall.
Ludovic' Comes Bellomontij.
Joannes Rex Gall. ob. 1364. Ux. 1. Bona filia Joan. Reg. Bohem. 2. Joanna Com. Boloniensis.
Philipp' Dux Aurelian.
Carolus Episcop. Lugdun.
Petrus Cõ. Alensonius, Ux. Maria C. Bellomõt.
Philippus Patriarcha Ierosolym.
Ludovicus Comes Estampij.
Rupertus Comes de Perfche.
Joanna hæres Navarræ Ux. Philippi Ebroicensis.
Margarita, Uxor Lud. C. Flandr.
Ludovicus Delphinus Galliæ, ante patrem obijt.
Blanca Uxor Philippi Ducis Aurelianensis.

Carolus Junior Rex Navarræ, Ux. Leonora filia Hen. II. Regis Castellæ.
Petrus C. Mortani.
Carolus V. Sapiens Rex Gall. obijt 1380. Ux. Joan. D. Borbon.
Philippus Audax Dux Burgund. Ux. Marg. Comes Flandriæ.
Ludovicus I. Dux de Angio, Uxor Maria C. Blesensis.
Joannes I. Dux Biturigum, Uxor Joanna C. Armeniacensi.
Joannes Dux Alenconij I occub. 1415. Uxor Maria Ducissa Britanniæ Ioannis IV. filia.
Cathsrina, Ux. 1. Petri Navarræi Mortani Comitis, 2. Lud. Comes Palat.
Maria, Uxor Comitis ab Harcourt.
Margarita in Cænobio cælibem vitam exegit.

Blanca Navarræ Regina & hæres; Ux. Joan. Regis Aragon.
Carolus VI Beneamatus Rex Galliarum obijt 1421 Ux. Elis. Ducissa Bavariæ.
Ludovicus Dux Aurelian. occi. 1407. Ux. Valentina Duc. Mediolanensis.
Maria Uxor Wilhelmi Ducis Bavar.
Catharina, Ux. Joannis Montpensierij.
Joannes Dux Burg. Ux. Marg. Duc. Bavar.
Maria, Uxor Amadei Ducis Sabaud.
Catharina, Uxor Leopoldi Austriaci.
Margarita, Uxor Wilhelmi Duc Bavar.
Antonius Dux Limpurgi, Uxor Elisab. Marchion. Moraviæ, 2. Anna Lucemburgi.
Philippus C. Niverfius, Uxor Bona C. Artesia.
Ludovicus II. Dux de Angio, Uxor Jolantæ Reg. Aragon.
Joannes II Dux Biturrcensis, sine liberis masc.
Joannes II. Dux Alensonius, Ux 1 Anna Aurelian 2 Maria Armeniacensis.

Ludovicus Delphinus obijt ante patrem.
Maria mon. Possiaci.
Joanna, Uxor Joan. VI. Ducis Britann.
Michaela, Uxor Philippi Boni Duc. Burg.
Maria, Uxor Wilh. VI. Ducis Bavar.
Isabella, Ux. Rich. II. Regis Angl.
Carolus VII. Rex Fran. obijt 1461. Ux. Maria fil Lud II. D. Angiæ.
Joannes Dux Turon. Ux. Jacoba C. Hollã.
Catharina, Uxor Henrici V. Regis Angliæ.
Carolus Dux Aurel. Ux. 1. Isabella filia Caroli VI. Regis Galliæ, 2. Marg. Duc. Cliviæ.
Philippus C. Vertucij, Ux. Carl. D. Burg.
Joannes C. Engolism. Ux. 1. Maria D. Burg, 2. Marg. D. Britann.
Anna, Uxor Joannis D. Alensonij.
Marg. Ux. Rich. Stamp.
Maria Ux. Jo. Harcurij.
Philippus Bonus Dux Burg. Uxor Isabella Regis Lus.
Maria, Uxor Adolphi Clev.
Agnes Ux Caroli Borb.
Joannes Dux Brab. Ux Jacobe C Holland
Joan. C Stamp. Ux. Paul. Brossen.
Ludovicus III Angiens. Ux. Marg. D. Sabaud.
Renatus Rex Neapolit. Uxor Elisabetha Duc. Lotharing.
Renatus D. Alenson. Uxor Marg. D. Lothar.

Philipp' ob. infans.
Ludovicus XI. Gall. Rex, Ux 1. Regina Scotiæ, 2. Carlotta Sabaud.
Jolanta Uxor Amadai Duc Sabaud.
Catharina Uxor Caroli Audacis D. Burg.
Joanna Ux. Joan II. Ducis Borbon.
Magd. Uxor Gastonis de Foix.
Ludovic' XII. Rex Gall ob. 1514. Uxor Anna Duc. Britan.
Maria, Ux. Joannis Com. Fecensis.
Anna Abbat. Fontis Ebraldi.
Carolus Dux Engolism. Ux. Ludovica Bressana Duc. Sabaudiæ.
Maria, Uxor Caroli Cortinij C. Talleb.
Antoni' Dux Burg. obijt immature.
Judocus in pueritia carinctus.
Carolus Audax D Burg. occu. 1477. Ux. Isabella Borbon.
Carols, Uxor Joan. Albretsus.
Joannes Dux Lotaringiæ, Uxor Maris Borbonia.
Ludovicus Marchio Pontis Moncionis.
Jole, Uxor Friderici Vadimontij.
Carolus D Alensonij, Ux. Marg. soror Franc. Regis.

Joachim puer obijt.
Carolus VIII. Rex Gall. obijt 1498. Uxor Anna Ducissa Britanniæ.
Anna, Uxor Petri Borbonij.
Joanna sponsa Lud. XII.
Renata, Uxor Herculis Principis Aestini, & Ducis Ferrariæ.
Claudia Ux. Francisci I. Regis Franciæ.
Franciscus I. Rex Galliarum, obijt 1547. Ux. 1. Claudia Regina Franciæ, 2. Leonora filia Philippi Regis Hispaniarum.
Margarita, Uxor 1. Caroli D. Alenconij 2. Henrici Reg. Navar.
Maria Ducissa Burg. hæres unica Uxor Maximiliani I. Imp.
Renatus, Joannes, Elisabeth — infantes mortui.
Nicolaus Dux Lotharingiæ, &c. obijt sine liberis 1473.
Renatus Dux Lotharingiæ, Uxor Philippa Ducissa Geldriæ, à quo hodierni Duces.

Tres filioli omnes ante patrem in cunis absumpti.
Franciscus Delphinus veneno petit 1536. æt. 19.
Henricus II. Rex Galliar. obijt 1559. Ux. Cathar. Medicea.
Carolus Dux Aurelianensis ob. æt 23.
Madalena Ux. Jacobi eo nomine quinti Regis Scotiæ.
Ludovica & Carola utraque Carolo V. Imp. promissa ante ætatem obijt.
Margarita Ux. Philib. Sabaudiæ Ducis.

Franciscus II. Rex Galliæ obijt 1560. Ux. Maria Reg. Scotiæ.
Isabella, Ux. Philippi II. Reg. Hisp.
Claudia, Ux. Caroli Ducis Lotharing.
Ludovicus infans ob.
Carolus IX. Gall. Rex obijt 1578. Uxor Elisab. filia Maxim. II. Imperat.
Henricus III. Rex Gall. obijt 1589. Uxor Loysa Vademontia.
Franciscus Dux Alenson. obijt 1584.
Margarita Ux Henrici Reg. Navarr.

Pars III.

Pars III.

S. Ludovicus IX. Gall. Rex, obijt A. C. 1270.

Uxor Margarita Comitissa Provinciæ.

Robertus Comes Claromontanus, Uxor Beatrix Borbonia filia Joan. Ducis Burgund.

Joannes Baro Carolensis, Uxor Joanna C. Suessio. neuf. | Petrus Claromontius. | Ludovicus C. Claromont. Ux. Maria Comit. Hannoniæ. | Blanca, Ux. Rob. C. Bonoiensis. | Margar. Ux. Jo. C. Namurci. | Maria, Ux. Joan. March. Moo-ferr.

Jacobus, Ux. Joanna Comit. S. Pauli. | Philippus Com. Belloiocensis. | Petrus I. Dux Borbonij, Ux. Isabella Valesia. | Beatrix, Ux. Philippi Principis Tarentini. | Maria, Ux. 1. Guidonis Cyprij P. 2. Rob. Tarentini. | Joanna, Uxor Joan. Forestani.

Blanca, Ux. Petri Regis Castellæ.
Joanna, Ux. Caroli V. Regis Galliarum.
Bona, Uxor Amadei Ducis Sabaudiæ.
Ludovicus Bonus Dux Borbonius, Uxor Anna filia Berardi Delphini Arverniæ.
Jacobus Borbonius Dominus Marcæ. ✠
Catharina, Uxor Joannis de Harcourt.
N. Uxor Godefridi Ducis Brabantiæ.
Margaretha, Ux. 1. Joannis Salliani, 2. Armandi Albretani.
Joannes I. Comes Marca, Ux. Catharina Princeps & hæres Vindocimensis.
Catharina, Uxor C. Vindocimẽsis.
Isabella Ux. Lud. Com. Bellmōt.

Beatrix, Uxor 1. Joan. Regis Bohemiæ, 2. Eudonis Domini Graviarum.
Isabella, Ux. N. de Allebror.
Joannes I. Dux Borbonius, Ux. Maria Ducissa Bituricensis.
Ludovicus decessit æt. 16.
Jacobus Dominus Pransij.
Petrus cum patre Jacobo à seditiosis occ.
Jacobus à Joanna Regina Neapolis ad Regnum vocatus, Ux. Beatrix filia Caroli II. Regis Navarræ.
Ludovicus Cō. Vindocimẽsis, Ux. Joanna C. de la Valle.
Joannes Selusæ Domin', Ux. Cathar. Arresia de Belmoni.
Anna, Ux. 1. Joan. Bitur. C. Mompens. 2. Lud. C. Palat.
Maria, Ux. Joan. Bennensis.

Carolus I. Dux Borbonius, obijt 1456. Uxor Agnes filia Joãnis Ducis Burgund.
Ludovicus Comes de Mompensier, Ux. 1. Joanna fil. Beraldi Delphini Arvernensis ἄπαις, 2. Gabriela de la Tours, filia Bertrandi & Jacobæ Perthuæ.
Leonora, Uxor Bernardi Com. Armeniaci &c. qui pro Regno Siciliæ & Navarræ contendit.
Joannes, Ux. Isabella C. Belloloceosis.
Ludovicus Borbon. Esclusæ Dominus Petrus Borbon.
Jacobus Albinij Dominus, Ux. N. Vidua Antonij Torsiani.
Philippus Durisanti Domin', Uxor Joanna Lalana, 2. Joanna Cognatica Falconensis Domina ἄπαις.
Maria, Ux. Joannis Cruciani.

Joannes II. absque liberis obijt. Uxor 1. Joanna filia Caroli VII. Regis, 2. Cath. Armigniaca, 3. Joanna Borbonia.
Ludovicus obijt puer.
Petrus, Uxor Anna filia Lud. XI. Regis Gall.
Carolus S. R. E. Card.
Jacobus puer moritur.
Joanna Ux. Joannis Principis à Chalon.
Cathar. Uxor Adolphi Egmondæ Com.
Margar. Uxor Philippi Ducis Sabaud.
Gabriela, Uxor Ludovici Trimolliani.
Gilbertus C. Mompensier; Uxor Eleonora Marchion. Mantuæ.
Franciscus Borbonius Vendome Comes III. Uxor Maria Lucemburg.
Ludovicus Princeps Rupensis, Ux. Loisa Borbonia.
Joanna, Uxor 1. Jacobi Borbonij, 2. Joann. C. Bolon. 3. Francisci B. Gardiæ.
Joanna, Uxor Lud. Jocosani.
Carola, Uxor Engelberti C. Cliueosis & Nivers.
Renata & Isabella, mon.
Carolus, Uxor Bertrandi Allegrai.
Antonius, Uxor Joanna Albretana.

Susanna, Uxor Caroli II. Ducis Borbonij.
Ludovicus Borbonius amantissimus Patris ad tumulum ductus et immoritur.
Franciscus in bello occ.
Carolus II. Com. Mompensier Conestabilis Franciæ, occumbit in oppugn. Romæ 1517. Uxor Susanna Borbon.
Ludovica, Uxor Ludovici Borbonij.
Carolus Dux Venđme primus, Ux. Francisca Alensonia.
Jacobus puer obijt.
Ludovicus S. R. E. Card.
Franciscus, Ux. Hadriana hæres Tutævillæ.
Antonia, Uxor Claudij Ducis Lotharingij.
Ludovica Abb. Fontis Ebraldi.
Ludovicus Dux I. de Mompensier, Uxor Jacoba Longovicana.
Carolus Rupis ad Ionam Princeps, Uxor Philippa Mourespenia.
Susanna, Uxor Domini Riosani.
Bertrandus Borbonius, Uxor N.
Joannes Borbonius.
Antonius Borbonius cælebs.

Ludovicus puer excessit.
Antonius Dux Borbonius de Vendome, &c. Rex Navarræ, occisus Rotomagi anno 1562. tormento eurulit ictus Uxor Joanna Regina & hæres Navarræ.
Franciscus Dux Anguiens. bello clarissimus, denique in ter ludendum perit 1546.
Ludovicus alter etiam puer obijt.
Carolus S. R. E. Cardin.
Joannes Anguiuei Comes, bello Quintin. occub. 1557.
Ludovicus Princeps Condeus, occisus à Montesquio, 1569. Uxor 1. Leonora C. Rusiij, 2. Francisca Aurelian. Ducissa Longavillæ.
Maria Sponsa Francisci D. Cliviæ immaturé obijt.
Margarita Uxor Francisci Clivensis.
Cathar. Abbat. S. Crucis Pictavis.
Renata Chellarum Abbat.
Leonora mon. Fonteverall.
Franciscus juvenis decessit.
Maria, Uxor 1. Joan. Borbonij, 2. Francisci Duc. Nivers. 3. N. Ducis Longævillæ.
Franciscus Dux Mompensier, Delphinus Arverniæ, Uxor N. Marchionissa de Masier.
Anna, Uxor Hen. Duc. Niversij.
Francisca, Ux. Rob. Duc. Bolbonæi.
Carola, Uxor Wilhel. P. Nassovij.
Joanna & Loysa moniales.
Joannes & Henricus pueri mortui.

Joannes in pueritia decessit. | Henricus IV. ex Rege Navarræ Rex Galliarum ce. 1610. Uxor 1. Marg. filia Henrici II. Regis Gall. ἄπαις, 2. Maria Medicæa magna Hetruriæ P. | Catharina Uxor Henrici Ducis Lotharing.

Ludovicus XIII. Rex Gall. obijt 1643. Uxor Anna Maria Austriaca filia Philippi III. Regis Hispaniarum. | Gasto. Jo. Bapt. Dux Aureliae, Ux. 1. Maria Mompenseria, 2. Marg. Vademontia. | Isabella, Ux. Philippi IV. Regis Hispaniarum. | Christina, Ux. Victoris Amadei Ducis Sabaudiæ. | Henrica Maria Uxor Caroli Regis Angliæ.

Ludovicus XIV. Rex Gall. natus A. C. 1638. 5. Sept. Philippus n. 1640. 21. Sept.

Sed

Sed priusquam octas ex his alias atque alias familias producamus, primæ ea tribus ultimis Tabulæ authoritates, nequid ex nostro confingere cerebro videamur, in medium afferamus.

Auctoritates præmissæ Genealogiæ.

Ethiconis I. sive Attici Alsatij posteros ad usque Isenbardum satis supra probavimus, ex ijsque Habspurgiam longè Augustissimam Cæsarum nostrorum verè Aniciorum familiam clarissimè deduximus, ut proximum jam sit, alteram atque æmulam, etsi gemellam, & proximam dignitate, Regum Franciæ propaginem similiter, ut promisimus, ab eadem arboris radice, imo stipitis ac stirpis capite deducere.

Isenbardus.

Isenbardi parentem fuisse Warinum Alemanniæ Ducem Vetustissimæ concorditer docent tabulæ; Genealogiæ item variæ cum MSS.tæ tum typo vulgatæ; sed ante alia omnia antiquissima, mihique semper religiosissimè observata, & pro Sacris habita, Monasterij Illustrissimi S. Galli monimenta; quibus Isenbardi indubitati recta origine atque linea posteri, quæ in Divi Galli, & S. Othmarum ejus loci Abbatem admiserat Warinus, multis deinceps annis, imo sæculis aliquot, Votivis eo missis muneribus deprecari conati sunt, cum in Warinum statim, filiumque Isenbardum irati Numinis haud levia argumenta se proderent, ita, ut qui de Ecclesiarum jure detrahere ausi essent, & viris sacris profani incumbere, haud leves deinceps pœnas dependerent, tota ipsi regionibus exuti, donec seria pœnitentia sacrilegium agnoscerent, damnum non solùm compensarent, sed & beneficijs beneficia accumularent. Experti etiam longè pòst (uti deinceps videbimus) rigidum Voti exactorem, si à pensione pro delicto parentum semel suscepta quidquam detraxissent, sive solvere distulissent atque neglexissent. Sed & nostrâ ætate scriptores plurimi, & non contemnendi, Ægidius Tschudius, Melchior Goldastus - - - - à Rammingen, Fridericus Brombachius, alijque habent, ut de hoc rationabiliter nullo modo sit ambigendum, præsertim cum synchronorum planè atque oculatorum testium assertionem habeamus, à quibus ætate proximi Sangallenses accepêre è quibus, ille Gestorum Caroli Magni fide dignissimus scriptor, dum Isenbardi insigne refert facinus, libertati grandi periculo Magni ejusdem Imperatoris, inter venandum oborto, disertissimis verbis Warini filium pronunciat, ita Sangallenses suos alloquutus: *Consequutus autem feram Isambardus, filius VVarini, persecutoris Patroni Vestri Othmari, librata lancea inter armum & guttur, cor ejus penetravit, & Imperatori palpitantem consignavit, &c.* Sed ulterius progrediamur:

Guelpho sive Welfo I.

Isenbardi hunc filium fuisse, nemo huc usque fuit, qui ambigeret, constatque ex ijsdem, quorum nunc primum mentionem fecimus. Id unum inter Authores variat, unde primum hoc nomen Welphorum originem sumpserit, de quo ipse Guelphicæ Historiæ scriptor Asceta Anonymus Weingartensis addubitarit? Ipsum audiamus: *Dicitur; quod quidam ex antiquissimis istis, filiam cujusdam Senatoris Romani qui Catilina cognominabatur, in uxorem duxerit, ac filium ex ea progenitum Catilinam nominavit: quod quia theutonisatum. Gvvelff sonat, placuit omnibus, ut lingua naturali satisfacerent, & Romano nomine refutato, Guelphum eum theutonicè nominarent. Alij dicunt, quod dum unus ex istis apud Imperatorem moraretur, uxor ejus filium peperisset. Ille læto nuncio gavisus imperatori reversionem insinuat, causam tamen reversionis non indicat. Imperator verò rem percipiens ridiculosè eum taliter affatur. Pro Guelpho quis Vobis natus est repatriare festinatis? At ille nomen, inquit, quod jam infantulo dedistis, postea plenius dare debetis, nisi enim DEVS aliter ordinare voluerit, eum sub hoc nomine de lavacro sancto suscepturus estis, quod ita factum est, &c.* Ita vetustus Author. Alij, nonminus antiqui, à duodecim gemellis, Guelphorum nomen petunt, & Historiam seu fabulam ejusmodi referunt: Conjugem Isenbardi fortè, ante fores Castri Ravenspurgij, pauperem fœminam cum tribus gemellis intuitam, aspernatamque tanquam marito infidam, ex quo solo tres concipere liberos nequijsset, facessêre indonatam jussisse, cujus imprecatione duodecim uno partu Princeps ediderit; quos, unico retento, cum per absentiam mariti mergi aquis jussisset, neque absque Numine Dux ipse revertisset, conventam à Palatinis primùm feralis obsequij famulam, & catulos degeneres ferre mentientem, coactam denique ab ipso Principe scelus paratum prodere; agnitamque à patre pulcherrimam sobolem, clam conjuge, educatam peregre aliquot annis esse, donec regio excultos ornatu, undecim filiolos solemni demû, in idipsum instituto convivio, Matri adduceret. Ea eoque Guelphorum deinceps nomen posteris multo tempore remaneret. Quidquid de istis sit, nobis certissimum semper fuit ab Hunno Velipho sive Veliphone, nomine Welphonum, etsi tanto post, cognominatus seros ejus posteros esse, ac tum primùm eo revocato in memoriam nomine, congeminatum idipsum in multorum appellatione. Cæterùm neque rejicere possumus id quod de duodenis filijs constans refert traditio, cum plura etiam, eaque contestatissima ejusmodi exempla habeamus. Quale illud est Mezæ Hohenbergensis Comitissæ Wildpergæ in Parthenone Ord. Prædicat. conditæ, quæ uno partu novem edidit liberos, uti apud Helmerum reperies. Multo autem illustrius illud, uti planè stupendum, Mechtildis Hennenbergiæ Comitis (sororis Wilhelmi Hollandi qui ad Romani postea Imperij evectus est apicem) quæ partu similiter uno tot proles effudit, quot in anno dies numerantur, quod quidem mortalium nemo credidisset, nisi ejus rei jam prodigiosæ tanti, ijdemque oculati testes fuissent, tantaque superessent prodigij adeo insolentis monimenta. Et certè si gemelli non fuerint Guelphi illi, uti neque omnes, præter unum ex ijsdem, Guelphi appellati, haud dubium tamen nobis, duodena mascula prole beatum fuisse Isenbardum; in hoc enim falluntur plurimi, dum hos omnes Guelphoni I. assignant, pugnante contra eosdem ratione, dum nomen infantulis ab eventu insolito quærunt, quod jam in patre ipso habuissent. Verùm de duodena illa prolis, sive undena potius eorumdem (etsi forte non eodem sed multiplici partu)

fratrum

fratrum appellatione, è quibus variæ Principum & Comitum exortæ familiæ, suo dicendum loco, dum in gratiam eorum qui superstites usque hodie sunt, ex ijsdem posterorum, Guelphi repeteodi. Nunc primi Guelphonis liberi recensendi.

Ethico sive Atticus II.

ETHiconem II. ab Ethicone tritavo cognominatum, Guelphonis esse filium omnia omnino Guelphorum Veterum monimenta & memoriæ testantur, simulque tam nostræ quam omnium ætatum scriptores unanimiter asseverant; uti & certum est, eorū qui in Germania remanserant, & Guelphonum nomine diu post celebrantur, propagatorem extitisse.

Taditha Guelphica Ludovici Pij Imp. conjux Augusta.

HAnc Guelphonis I. filiam, Ethiconis I. sororem, nemo fuit unquam qui negaret, agnoscuntque Gallici æque atque Teotonici scriptores, veteres recentioresque, quos inter Syochronos summ æque auctoritatis & Fidei Theganus, in Ludovico Pio; *Accepit filiam, inquit, VVelphi Ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bavarorum* (Agilolfingâ scilicet) *& nomen Virginis Iudith, quæ erat ex parte matris, nobilissimi generis Saxonici, eamque Reginam constituit &c.* Quam alia inter encomia Freculphus Abbas Luxoviensis, postea Episcopus, in Præfatione libri 2. ad ipsam Augustam Juditham sic affatur: *Domina Augustarum f.lissima Iudith, dum in humanis quo altius excrescat non invenitur &c.* Illud in Juditha damnant nonnulli, quod sanguine nimis propinquam nupsisse Ludovico Pio asseverant, quam tamen propinquitatem alij & alij aliter atque aliter memorant, è quibus doctissimus Chiflettius, nunquam à me sine singulari reverentia eruditionis summæ nominandus, hanc texit Genealogiam.



Sed uti in posteris Judithæ ejusque fratris Conradi deducendis accuratissimus, ita in hoc defectu monimentorum nostrorum, in patria Judithæ extantium, multum aberrans, cum ejusmodi propinquitas conjugum eodem tempore multoties toleraia, & procul dubio tantas controversias in tantis Principibus dirimendis, minimè excitasset, præsertim cum ex antiquissima consuetudine ijdem Principes (ut jam supra vidimus ejusdem fuisse originis) id vel maximè attenderent, ut quantâ fieri poterat conjugiorum propinquitate, conjunctas jam semel provincias, amplissimamque derivatam ad se ab Avis hæreditatem in posteris quoque suis conservarent, quod usque hodie ex usu & Principum consuetudine esse advertimus, & novimus firmandæ potentiæ præcipuum fulcrum esse, ac stabilimentum. Fuit proin Ludovicum inter & Juditham propinquior multo nexus ac necessitudo, & tanta quidem, ut multi & Sancti Episcopi tolerandam non esse concluderent, etsi etiam alij essent, qui posse id Pontificia authoritate ratum haberi, & verò etiam sic conducere affirmarent. Uti & reddita marito deinceps detrusa aliquamdiu in Cœnobium, Juditha est. Ab obitu demùm Augusti eam ultro amplexa professionem, ad quam ab æmulis atque invidis magis quam religiosis olim rapiebatur. Fuit enim, uti æquales ætate scriptores habemus, neptis ex sorore S. Hildegardis Augustæ, Juditha (ita vetustissimi Campidoni, fundati ab Hildegarde Annales, Chronica diversa, Brombachius alijque) quo quidem in gradu cognationis, etsi non absque licentia, &, ut vocant, dispensatione, etiam hodie conjugatorum, non inter Principes solùm, sed & plebeios, sexcenta possemus exempla numerare. Sed & in eo minus benè, vir cætera perspicax, dum Isenbertum ac Warinum pro eodem habet, eum nos longè aliter à synchronis atque oculatis informati simus; certumque sit Warinum Isenbardi parentem extitisse. Cætera, quoad posteros, & Judithæ ex Conrado fratre nepotes, accuratissimè; cujus sublime cæteroquin ingenium, & compararam magnis de re Historica meritis auctoritatem maximi facimus, præsertim in ijs penitius dignoscendis ac dijodicandis, quæ semel sub manus ejusdem venire contigit, & quantum in instructissimæ Belgarum Bibliothecæ posteritati reservant thesaurorum, quorum potiorem evolvisse partem minimè dubitamus.

Conradus Major Domus Regiæ &c.

FUisse hunc Judithæ Augustæ, adeoque Ethiconis fratrem & Altorffensis Guelphicæ familiæ in

Gallijs propagatorem, præter multos nostrates, nostræque & priscæ ætatis scriptores, etiam Gallos Authores habemus; & quidem de quorum fide dubitare non liceat, utpote Conrado atque Judithæ æqualium, quin & familiarium, & quorum scripta non hodie primum in lucem edita sint, sed tot sæculis in oculis omnium, certè eruditorum maximè conspicua fuerint. è quibus unum vel alterum obiter tangimus, atque ipsorummet verbis reddimus contestatum. Theganus: *Suscipientes Reginam Judith, eamque vi velantes, & in Monasterium mittentes: & fratres ejus CONRADUM & RUDOLPHUM tondentes &c.* similiter Nithardus: *Reginam* (Judith) *velaverunt: fratresque ejus CONRADUM & RUDOLPHUM totonderunt &c.* Et de revocatione Judith ad Regnum, ita in Actibus Ludovici Pij, anno Christi 831. *Conjugem revocarunt, fratresque illius Conradum & Rudolphum, jam dudum attonsos, &c.* Annales Bertiniani, anno 844. *CONRADUS Caroli Regis avunculus &c.* & anno 866. *Rudolphus Caroli Regis* (Calvi) *avunculus, colica moritur.* Fragmentum Historiæ Francorum, ex Codice Bibliothecæ Thuanæ, nec non & Floriacense Chronicon eodem anno: *Avunculus quoque ejus* (Caroli Calvi) *Rudolphus, Consiliarius, Primasque Palatij, hominem exuit, &c.* Ita etiam præter alios, ex posteris scriptoribus Chesneus de Ludovico Pio: *Secundo Matrimonio, sibi junxit Iuditham, filiam nobilissimi VVelphi Comitis, sororem Henrici Comitis Ravenspurgij, Conradi Comitis Parisiensis, & Rudolphi Abbatis S. Richarij; primi Consiliarij in Palatio Regis Caroli, sui nepotis &c.* Atque hæc quidem de Conrado Welfi seu Guelphonis I. Alemanniæ Principis, Comitis Altorffensis filio, Regum Burgundiæ, & Galliæ universæ, in hodiernum usque diem recta & nunquam interrupta serie, Archiparente, ex indubitatæ fidei Authoribus producere placuit, ut omnis deinceps dubitationis causa præscinderetur. Nunc autem in laudem etiam ejusdem Conradi & filiorũ, è synchrono item Authore, Herrico S. Germani Antisiodorensis monacho, exscribere quædam lubet, qui hos ipsos, in quibus hæc retulit, libros, Carolo Calvo Imperatori, Conradi ex sorore Juditha nepoti, inscripsit & dedicavit: *Conradus*, inquit, *Princeps famosissimus, Collega Regum, & inter Primates Aulicos apprimè inclytus, per id temporis, regia munificentia maximis, & sua condignis nobilitate fulgebat honoribus. Conjux illi erat, Adelbaid nomine, primorum & ipsa in Natalium perinde titulis gloriosa. Quippe quæ avita, antiquorum procerum oriunda propagine, splendorem generis, augustissima æquiparabat stemmate dignitatis, &c.* Ita, libro 2. cap. 1. Iterum libri ejusdem capite 4. agens de fabrica S. Germani: *Robusta*, inquit, *diligentia confectum opus, multisque opitulante DEO seculis duraturum Chuonrado Principi, ejusque jugali benignissima* (Adelaidi) *immortalem de cætero feret memoriam meritorum: quorum pronam & incomparabilem in nos, locumq́, nostrum ex animo benevolentiam, posteritatis, locoque illorum, hereditaria devotio comprobavit: Filij scilicet æquissimorum parentum & probitati & pietati, quam simillimè respondentes, quibus, ultra omne quod humanum est, isdem locus, & animo sedit, & inedicibili amore carissimus evidenter apparuit; quos quia jam, dum incipientis nostræ felicitatis successibus torquebaris, acerbo præventos occasu; sors sæculorum proventus semper invida sustulisti;* (intelligit Robertum Fortem, & Conradum Juniorem seu Minorem jam defunctos) *ne tamen nos omnimoda præsidiorum spe, inceptos, ut cœperas usquequaque prosterneres, infrenes conatus tuos, & dira molimina rerum prudentissimus moderator elusit; hunc, qui cœlo propitio superstes adhuc vitales capit auras, nostra primùm saluti, multorum dehinc usui, cunctorum postremò profectui reservando. Is est Hugo, ut absque assentationis fuco, verum fatear, & nomine & officio Abbas; de quo quidquid dixero, infra meritum ipsius est: præstatque de eo silere per omnia, quam parum dicere. Neque enim quidquam nunc de eo tractandum suscepi, nisi quod eximia proles, egregijs manans genitoribus, hos quam simillimè tum dignitate, tum moribus repræsentat. Eo factum est, ut paternis annuente DEO suffectus honoribus, avitæ memor gloriæ & potestatis, & probitatis patriæ robustissimus hêros existat. Beato protegente Germano, votis nostris & cunctorum fidelium, ad sancta decus Ecclesiæ, & ditissimè, & felicissimè floriturus. Sed memoriam illius viri, omnes anni excipient consequentes. &c.* Ita per insigni sanè elogio, de Conrado nostro Guelphico Judithæ Augustæ fratre ejusque filijs, testis hic oculatus, idemque religiosissimæ fidei ut vitæ, Herricus monachus. Ut videas, quantum conducat Monachis benefecisse, quorum vix cæteroquin nomina (etsi tantorum Principum) aurum, argentum, æs, chalybs, marmora, alia quæcunque servare monimenta potuissent, nisi ejusmodi æterna grati contestatione animi Fundatorum suorum memoriæ, pietas Religiosissimorum Ascetarum consuluisset; quorum industriæ debetur, quidquid ferè Orbis hodie splendoris ab antiquitate habet, & tot illustrium monimentorum integræ & penè innumerabiles Bibliothecæ, è quorum Manuscriptis, pleríque etiam, qui hodie tanto numero typis vulgantur codices collecti & consarcinati deprehenduntur, atque utinam ijs, à quibus describitur, suus, ut debet, semper honor haberetur, cum multi alienis plumis se vestiant, & dum priscorum insultant simplicitati, illorum tamen scientia suam palliant ignorantiam, & dum suis loqui creduntur verbis, glorianturque ut suis, usi tamen alienis, ex diversis qui subinde è pulveribus emergunt manuscriptis convincuntur. Sed pergamus in deducenda porro, comprobandaque posteritate.

Robertus Fortis Dux Francorum
Comes Andegavensis, &c.

DE Rudolpho Conradi & Ethiconis Guelphorum fratre de industria silemus, quod jam satis, in Conrado nunc primũ, ex ijsdem synchronis scriptoribus, retulerimus. Sed & de Roberti genitore, & meritis patris & filij, satis item ex Herrico intelleximus, ut jam nihil porro superet, quam mortis ejus prætnaturæ meminisse. Ea contigit anno Christi 867. de qua Regino Abbas: *Rodbertus absque galea & loricâ occurrens, cum incautius dimicaret, & inimicos ultra insequeretur, interfectus est, &c.* de cujus Ducatu & potentia idem scriptor ad annum Christi 841. *Carolus*, inquit, *Placitum habuit in Compendio, ibique cum Optimatum consilio, Rotperto Comiti Ducatum inter Ligerim & Sequanam adversus Britones commendavit; quem cum ingenti industria per aliquot annos rexit &c.* Hunc Ducatum, ut mox audiemus, mortuo Roberto, Hugoni ejus fratri Rex commisit, quod minorennes etiamnum Roberti filij essent.

Hugo

Hugo cogn. Abbas, Dux Franciæ, &c.

HUnc ab avo materno, (erat enim mater ejus, de qua supra, Hugonis Abbatis senioris filia Adelais) cognominatum Abbatem, insigniter celebrat, idem Regino A. C. 867. *Non multo post interjecto tempore Hugo Abbas in locum Roberti substitutus est; vir strenuus,* (uti & supra ex Herrico audivimus) *humilis, justus, pacificus, & omni morum honestate fundatus: siquidem Odo & Robertus, Roberti filij* (ecce & Roberti fortis filios habemus!) *adhuc parvuli erant, quando pater extinctus est; & ideo non est illis Ducatus commissus. &c.* Ita Regino. Laudat eundem vetustissimum Chronicon Divi Benigni Divionensis quod ita habet: *His diebus effera Danorum natio, tertiam Neustrasijs inflictura cladem advenit, intulissetque majorem superioribus, ni Hugo, per Gallias Abbatis honore praditus, eorum temerarios compescuisset ausus. Auxiliante namque DEO, parva manu, tantas hostium phalanges fudit, ut vix superesset qui nunciare potuisset &c.* Hugonem solus Aimoinus Floriacensis filium Roberti Fortis, sed cum glossemate (forte libellionis, ut doctissimus observat Chiffletius) *ut fertur* facit, cum tamen indubitatè Roberti Fortis frater non filius esset, ut ex continenti Chronici Divionensis narratione constat.

Odo Dux & Robertus frater &c.

SUpererant duo filij, ita habet Divionense, *Roberti* (Fortis) *Andegavorum Comitis, fratris Hugonis Abbatis; senior Odo dicebatur, Robertus alter, patris nomine referens. Ex his majorem natu Odonem, Franci Tutorem pueri* (Regis Caroli Simplicis, qui annum tunc in cunis agebat) *Regnique elegere Gubernatorem &c.* Is ipse Odo Galliarum postea Rex est designatus. *De Odone,* inquit *Chiffletius, Roberti Fortis filio, qui è stirpe Vvelphica primus in Francia sceptrum obtinuit, sic Hermannus Contractus: A. D. 888. Odo Arnolphum Regem Franciam petentem, humiliter adiens, & benignè susceptus, permisso ejus invasum tenuit Regnum. &c.* Witikindus Saxo: *Huic* (Arnolpho Imperatori) *Odo diadema & sceptrum, & cætera Regalia ornamenta obtulit, Imperiumque Domini sui, gratia Arnulphi Imp. obtinuit, &c.* Otho Frisingensis: *Occidentalem Franciam Odo, Arnulphi, authoritate habuit, &c.* Sciendum autem, *Occidentalem Franciam* (à Germanis scilicet Regibus nostris, ut supra probavimus, sic cognominatam) illam dici, quam cæteroquin absolutè conveniret *Galliam* appellari; Orientalem autem, Regnum Teutonicum: quæ Francia, inquit toties laudatus & allegatus Chiffletius, Boioariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, & Lotharingiam comprehendebat. Ita exemplo VI. Vindic. Hisp. Inde Odo hic noster à Witichindo, *Orientalis Francus* (hoc est, Germanus) dicitur, *qui consilio,* inquit, *suo egit, ut cum Danis benè pugnaretur, unaque die ex illis centum millia caderentur &c.* Commendatur idem Odo à Roberto fratre germano successore suo apud Meyerum lib. 2. anno 899. *qui eodem jure consensioneque qua quondam Pipinus regnasset Austrasiam, fratrem suum regnasse dictitabat.* Porro de hoc ipso Roberto, Odonis Regis fratre, sic Guido de Basochijs Cantor S. Stephani Catalanensis apud Albericum: A. D. 920. *Robertus Odonis Regis frater, magna potentia Dux, amicorum suorum* (scilicet Rodulphi tunc Burgundiæ Ducis & Veromandensium simul, & Campaniæ Comitis Hereberti) *fultus auxilio, Regnique ferè totius consilio, Carolum Simplicem Regem Francorum, deturbavit avito solio quod ipse Rex factus ascendit &c.* Cæterum Roberto successit Rodulphus Richardi Burgundiæ Ducis filius, natus ex Hemma Roberti sorore, memorabili exemplo modestior Hugonis Magni (qui Roberti Regis erat filius) qui cum usurpare Regnum post patrem facilè posset, ut cujus industria militari Regnum dirigebatur, *sciens Regni instaurationem* (verba Chiffletij, quæ maximi semper facio, sunt) *ex suo pendere arbitrio, misit ad sororem Emmam, uxorem Rudolphi Ducis Burgundiæ* (qui fuit Richardi Ducis filius) *consultum, quemnam illa potissimum ad Regale eligeret culmen? ipsumne qui frater erat? an potius maritum Rodulphum? Illa itaque prudenter admodum & consulto respondet: malle se Regis mariti genu osculari, quam fratris. Quæ cum audisset Hugo, gratanter annuit, Regnique habenas & dignitatem Rudolpho permisit, qui omni prole carens, solus sui generis, Regno potitus obijt &c.* Quo proin mortuo facile ad illum se Regnum inclinavit, qui tanta apud omnes auctoritate fuit, ut ipsis etiam Regibus imperaret, nec tam deferret Regnum quam cederet. De quo Chaudius Robertus in Hugone Episcopo Bituricensi, ad marginem: *Is Robertus I. Rex Franciæ, fuit filius Roberti Ducis, cognomento Fortis seu Saxonis &c.* ut sicut superius vidisti Orientalem Francum, nempe Germanum dici, sic dum nunc Saxonem dici audis, intelligas, ex plurimis alijs exemplis, id unum subindicari, Gallicæ nationis non fuisse, sed Germanum origine, sicut & superius diximus, Francos primùm in Saxonia consedisse, donec Imperium longius latiusque quaquaversum propagarent. Sed de his modo satis, & ita quidem, ut nemo deinceps prudenter posse dubitare videatur.

Hugo Magnus Dux Franciæ &c.

ESse hunc Roberti Ducis filium, & Hugonis Capeti patrem, plerique & præstantiores quique tam Galliarum quam Germaniæ Scriptores habent, firmantque tantis rationibus, & synchronorum scriptorum authoritate ut nemini suspectum esse queat, nisi illis, qui Vili & plebeio genere natum Hugonem Capetum ex malevolorum nonnullorum scriptis, opinantur, qui cum dolerent plurimum & Judítham Germanam Principem Regno sublimatam, & germanos ejusdem & horum posteros, sæpius (etsi interrupta nonnunquam serie) sceptrum arripuisse, & in Hugone demum Capeto, eodem plenè potitos esse, de honore illorum detrahere, dum de Regno non possent, veriti non sunt; & Guelphicam præ Carolinga familia tanquam eo ipso Gallis contemptissimam, quia Teutonicam, contemptim traduxère; quasi vero non etiam Carolinga ex Germania ad Imperium Galliarum ascendisset, imo ejusdem originis cum Guelphis fuisset, his tanquam ignobiliorum imperium detrectantibus, quod illorum author præcipuus, Carolus Martellus illegitimo thoro natus esset, cujus contemptus, cùm Alberici, tùm Adelberti posteri, Ottpertus, Warinus, Isenbardus alijq; tam Martello quam Magno Carolo pœnas dependerunt, magna Principatuum, & avitæ ditionis parte spoliati. De quo nos plenius in Historia nostra Guelphica tractabimus; ut solo nunc brevitatis studio abstinemus. Cæterū de Hugone Magno, ejusq; patre, doctissimus

 Chiffle-

Chiffletius, & quorum allegat Auctoritatem, consulantur, uti & de Conradi Junioris posteris Burgundiæ Regibus, quorum cum hodie nulli rectâ & continuatâ serie superstites sint posteri, ad eos convertimur, qui pari cum Habspurgijs, & Capetanis derivatione, eadem primitus origine, ad hæc usque tempora, nunquam interrupta serie sanguinem cum nomine ac splendore propagarunt, ut deiu primùm, qui ex Habspurgijs & Guelphis orti sint, ad tabulas item distinctius referamus.

Deductio ulterior potentissimorum Germaniæ Principum, & tabularum superiorum continuatio.

Carolus Martellus Pipini Crassi Ducis Brabantiæ filius, serus Alberici ut supra vidimus Nepos.

Pipinus cogn. Brevis, Dux Brabantiæ, Rector Alemanniæ, Rex Galliarum.

S. Carolus Magnus, Rex Galliarum, & Imperator Augustus.

Ludovicus Pius Imp. Augustus, obijt 840.	Pipinus Rex Italiæ; obijt A. C. 810.
Lotharius Imperator Augustus, obijt A. C. 855.	Bernardus Rex Italiæ, obijt A. C. 818.
Lotharius Rex Austrasiæ quæ ab ipso Lotharingia dicta.	Pipinus Comes Leugenfeldensis in Norico.
Lotharius III. Comes Provinciæ claruit 880.	Bernardus Comes Lengenfeldensis.
Hugo Comes Provinciæ, Rex Italiæ Electus 926. ob. 946.	Arnolphus Dux Cæsarei exercitus occumbit 892.
Sigifridus alijs Otbertus & Albertus Marchio Tusciæ.	Luitbaldus sive Leopoldus Dux Bavar. occumb. 907.
Hugo Marchio Tusciæ &c. Dux Spoleti obijt A. C. 1001.	Arnolphus Dux Bavariæ obijt A. C. 937.
Azo sive Atto Tusciæ Marchio Princeps Atestinus, obijt 1055.	Arnolphus Schirensis Comes Pal. Bav. ob. 954.
Guelpho ex matre factus hæres Guelphorũ Veterum in Suevia, &c.	Bertholdus Comes Palat. Bav. obijt 982.
Henricus Niger, Dux Bavar. Spoleti &c. obijt A. C. 1127.	Wernherus Comes Palat. Bavariæ clar. 1010.
Henricus Superbus Dux & Elector Saxon. Bavar. &c. obijt 1141.	Ottho I. Comes Palatinus Bavariæ.
Henricus Leo Dux Saxoniæ &c. obijt A. C. 1195.	Ottho II. Comes Palatinus Bavariæ, obijt 1079.
Wilhelmus Princeps Lunæburgensis, obijt A. C. 1213.	Ottho III. Comes de Wittelspach, clar. 1103.
Ottho Dux Brunsuicensis primus, &c. obijt A. C. 1153.	Ottho IV. Comes de Wittelspach, Pal. Bavar. 1140.
Albertus Magnus Dux Brunsuicensis, &c. obijt A. C. 1279.	Otho V. cogn. Magnus Dux Bavar. A. C. 1180.
Albertus Pinguis Dux Brunsuic. & Lunæburg. ob. 1318.	Ludovicus Dux Bavariæ Com. Pa. Elect. occ. 1232.
Magnus cogn. Pius Dux Brunsuic. & Lunæb. ob. 1368.	Ottho VI. Dux Bavar. Elector Palat. obijt 1253.
Magnus Torquatus Dux Brunsuicensis & Lunæb. 1373	Ludovicus II. Severus, Dux Bavar. & Elect. ob. 1294.
Bernardus Dux Brunsuicensis & Lunæburg. ob. 1434.	Ludovicus ex Duce Bavar. Imperator.
Fridericus Dux Brunsuic. & Lunæburgensis, obijt 1478.	Stephanus cogn. Fibulatus Dux Bavar.
Ottho Dux Brunsuicensis & Lunæburg. obijt 1471.	Joannes Dux Bavariæ, obijt anno 1397.
Henricus Dux Brunsuic. & Lunæburg. obijt 1531.	Ernestus Dux Bavariæ, obijt A. C. 1438.
Ernestus Dux Brunsuicens. & Lunæburg ob. 1547.	Albertus I. cogn. Pius, Dux Bavar. ob. 1460.
Wilhelmus Dux Brunsuic. & Lunæb. obijt 1591.	Albertus II. Dux Bavariæ, obijt A. C. 1508.
Georgius Dux Brunsuic. & Lunæb. obijt anno 1640.	Wilhelmus Dux Bavariæ, obijt anno 1550.
Christianus Ludovicus & fratres Duces Brunsuic. &c.	Albertus III. Dux Bavariæ, obijt 1579.

NB. Fit

NB.

Fit hoc in pleriſque & iiſdem familijs, ut alij alios ſæpe multis gradibus imo totis ſæculis antevertant, dum alij & alij maturius liberis dant operam ſeu moriuntur.

Habemus pro[illegible]luas iterum eodem ſtipite primùm exortas propagines, uti longè plures afferre potuiſſemus, verum illas præ alijs deſignandas cenſuimus, quæ potiores alijs, & quidem hucuſque florere nunquam deſierunt. Sed quia in hac ipſa utriuſque deductione, rurſum ſexcentis aliorùm opinionibus contravenire nos minimè neſcimus, ne pro libitu quidquam comminiſci videamur, argumenta rei; rationes & probationes afferamus.

Auctoritates proximæ Genealogiæ.

DE Caroli Martelli, & Carolingorum origine & majoribus jam ſupra ſatis, & quidem ex vetuſtiſſimis æquè ſcriptoribus, atque ijs qui noſtra ætate & ſuperâ floruêre. Neque mortalium hucusq; quisquam repertus eſt, qui Pipinum Martelli, Magnum Carolum Pipini, Ludovicum Pium Caroli, Lothariū Ludovici, Lotharium II. primi, tertium ſecundi, Hugonem Regem, tertij Lotharij filium negaret. Illud novum videtur, Hugonem Tuſciæ Marchionem, à quo Giraldus Sardus, Pigna, Sigonius, & horum exemplo tota ſcriptorum phalanx, Eſtenſes hucuſque & Brunſuiceoſes deduxêre, cum Sigifrido ſive Otberto patre, ex Carolingis deducere; cum nemo ferè eſſet, qui non ex Actijs Patricijs Romanis, & primis Ateſtis Principibus continuata ſerie genus illorū derivaret. Sed rem minimè novam nos afferre, ſed æqualium tempore, conteſtatiſſimam auctoritate, ex ſequentibus quæ afferemus palam fiet.

Sigifridus, Ottpertus ſive Albertus, &c.

SIgifridum eundem omnino eſſe, qui & Ottpertus dicitur (ne cui alteri minus credatur) ipſe Ottperti fatetur filius Atto ſive Adelbertus, cum in Diplomate ſuo, quod eſt Mantuæ, ſic ſcribit: *Adelbertus qui & Atto, filius Otberti, qui & Sigifridus, &c.* Fuiſſe autem ex Regio Francorum ſanguine, & quidem Hugonis Regis Italiæ filium, teſtis ocularus eſt Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus Hiſtoriæ libro 3. cap. 5. qui Otpertum familiariter noverat. Sed & B. Petrus Damiani, ætate proximus, utpote natus quinto poſt Hugonis, Uberti ſive Ottperti filij, obitum anno. libro ſeptimo, Epiſtola duodecima; ut ſileant neceſſe, & tantis deferant, quotquot poſt hos aliter ſcripſere, cum ſint omni exceptione majores, & quorum nemo non venerari debeat auctoritatem. Cæterum Ottpertum, non ſolum Sigifridum, ſed etiam Albertum, Ubertum, Opertum, variante ſcriptorum manu, legi ſeu efferri, iidem meminere; Luitprandus lib. 6. cap. 6. Damianus loco cit. variantque ſimiliter tria Diplomata quæ Florentiæ extant in Monaſterio S. Benedicti, apparetque item in Chronico Reginonis.

Porro Ottpertum ſive Sigifridum eundem, à patre Hugone Rege creatum fuiſſe Tuſciæ Marchionem, in locum Boſonis, qui fuit Hugonis Regis frater, teſtatur Luitprandus loco citato, & Sigonius A.

Wilhelmus Dux utriuſque Bavar. ob. 1624.

Maximilianus Dux Bavar. Elector, obt 1651.

Eerdinandus, &c. Dux Bavar. Elector, &c.

C. 935. (etſi nimiùm aliàs in diverſa abeat) conſentiuntque diverſa apud Aſcetas noſtros Florentiæ Diplomata, quibus diſertè Otbertus Marchio dicitur, Petro Damiani ſimiliter nominante. Ut nihil de Hugone Ottberti fratre dicamus, quem Faleius ipſe & Pigna, Domus Eſtenſis Hiſtorici, Otperti Sigifridi fuiſſe fratrem aſſeverant; idque in Veteribus ſe reperiſſe mōnimentis; de quo Hugone Filius Gerardus, Gonzagicæ familiæ in hanc uſque diem propagator, ipſe fatetur, *patremque ſuum Hugonem filium Regis Hugonis nominat*, in Diplomate, quod Gaſpar Scioppius ſcribit extare in Scrinijs Ducis Mantuani. Confirmaturque inſuper ex alio Diplomate, quo Atto ſive Adelbertus Otperti filius, Hugonis tertij frater Gerardum de Gonzaga Hugonis II. filium, patruelem ſuum, *parentis* (hoc eſt Italis cognati) nomine appellat, eique velut uni ex Imperij proceribus Inveſtituram tribuit. Quod Diploma, ante annos 330. in Monaſterio S. Benedicti de Padolirone à Notario publico fuit citatum, ejusque vigore Gonzagis, Gerardi jam dicti, rectâ ſerie poſteris, Inveſtitura à Monaſterio cōceſſa. Quibus, neſcio, teſtimonijs & argumentis, quid poſſit aptius excogitari & produci ad demonſtrandū id, quod contendimus, atq; evincendū.

Hugo Marchio Tuſciæ, &c.

HUnc fuiſſe Ottperti Sigifridi filium teſtatur diſertè Sanctiſſimus teſtis, proximusque eidem ætate Divus Petrus Damiani, & quidem ſi tanto viro dubites credere de ſeipſo affirmat Hugo Otperti filium ſe nominans, in citatis ſæpius Diplomatibus, apud Monachos noſtros Florentiæ. Ut de hoc non minus certi ſimus, quam de patre ejus Ottperto, & Avo Hugone Rege, de quibus nemo amplius poſſit prudenter addubitare.

Azo ſive Atto Tuſciæ Marchio, &c.

HUgoni Azonem omnes deinceps tribuunt filiū, teſtanturque Ateſtinorum Archivi & ſcriniorum oculatiſſimi luſtratores, & Guelphorum Veterum apud Germanos non minus quam Italos monimenta. Soli Gaſpari Scioppio ſuſpectum, Azonem Hugoni in Marchiam non ſucceſſiſſe, ſed fratrem Hugonis Attonem ſive Adelbertū, cum tamen ipſe ſæpius meminerit ejuſmodi translationum, fateaturq; ultro Hugonem eumdem ceſſiſſe Otthoni III. Imp. Ducatum Spoleti & Marchiam Camerini, ut ſic quoque cedere potuerit Tuſciam Attoni fratri; etſi opinemur, hunc, cum minorennes etiamnū Hugonis filij eſſent, Marchiam à Cæſare impetraſſe, cum ceſſionis prioris cauſam contendat Scioppius, *quod tanto imperio ſe ſenſiſſet imparem Hugo*, hoc ipſo magis valente ad ætatem imparem tanto oneri Hugonis filiorū. Maluiſſet nimirū Attonem ſive Azonem Teudaldi fratrem, Attonis filium dicere, neq; tamen auſus eſt, contentus dicere in Hugone: *Ab hoc Hugone Giraldus, Sardus, Pigna, & Sigonius deducunt Eſtenſes, &c.* cum debuiſſet fateri,

 non

non hos solos, sed omnes cùm Italiæ tum Germaniæ Stemmatographos, Atestinos & Guelphos recentiores, derivare, cum tamen ipse, contra tot unus (eo ipso immemor sui ut horum,) scribere veritus non sit, *ante annum Christi 1200. nusquam Marchia Estensis legi mentionem*; cujus longè anteà notionem sexcentis orbis universus condidicit monimentis; & ipsorummet maxime Atestinorum comprobant documenta; ut in re adeo manifesta tædeat altercari, & diutius immorari.

Guelpho Dux Bavariæ, &c.

ITa Germani æquè atque Itali; ita, nemine excepto, universi, natum huncAzone Estensi Marchione asseverant. Certumque omnibus semper fuit, ab avunculo Guelphone, ejus familiæ & nominis ultimo, sic appellatum, cujus etiam, jubentèCæsare, amplissimam in Germania hæreditatem adijt, etsi præterita sorore & nepotibus Guelpho, Altorffensis Ascetas Weingartenses, hæredes ex asse ac fecisse vellet & scriberet; eo ipso meritus æternum de Imperiali Monasterio, etsi ab Imperatore suprema testantis Voluntas, ad instantiam Chunegundis, sive Chonizæ sororis, everteretur, & tabulæ delerentur. Ab hoc posteri aliquot cognominati deinceps Guelphi sunt, ijdemque à quibus deinceps appellata, factio Guelphica, adversaria Gibellinæ; quarum plurimi scriptores primam, & solidiori veritate, originem, ignorare visi sunt, cum in Italia primùm illas bellorū thesseras subortas contenderent, quæ in Germania primùm exauditæ sunt bello Tubingensi, uti constanter diversissimis Germanorum Annalibus traditur, immigrante deinceps in Italiam infelici hâc animorum, cum nominibus, collisione, & usque hodie necdum integre consopita. Versantur autem multi Genealogiæ minus periti & Historiæ, in illo errore: esse eosdem hos cum Altorffensibus & Alemanniæ Ducibus Guelphos, cum tamen diversissimos inter se viderit, etsi primæva origine ijdem essent, aliquot tamen sæculis, nec cælo disjunctos, sic & in familias diversas segregatos.

Henricus Niger Dux Bavariæ, &c.

POtentissimus, idemque religiosissimusGermaniæ Principum, Henrici Superbi pater, avus Henrici Leonis, cujus aliàs prolixè Genealogiam scripsimus, partemque dicavimus Serenissimis Brunsuici Ducibus Joanni Friderico, & Ernesto Augusto, dum clientis me nomine & munere Venerijs gratiosissimè dignarentur. Nec dubia ab hoc eorundem Principū intaminata successio, quam suo tempore tomo singulari descriptam dabimus, dignam omnino admiratione, ut nemo satis suspicere possit tanti generis dignitatem, atque incorruptæ per tot sæcula summæ & verè Regiæ Nobilitatis probationem; ut haud immerito Quatuorviris Ducibus S. R. I. accensi, nomen & honorem avitum perpetuo servent & tueantur. Sed nunc ad alteram tabulæ partem convertamur.

Probatio Ducum Bavariæ ex Carolingis.

HAnc versa vice à posterioribus ad anteriora ascendendo, facili negotio securissimam reddemus. Ortos namque ex Wittelsbachij Comitibus & conditoribus Duces Boicæ cum omnium omnino assertione Historicorum constet, nec quisquam sit, qui hos non ex Arnulpho (quem Malum, etsi per injuriam, multi cognominant) progenitos, eâdem quâ deduximus serie, contendat atque asserat; id solum restat, ut Arnulphum ex sanguine Carolinorum certo descendisse comprobemus. Arnulphū quidem, multi veterum Historicorū Sigebertus Hermannus Contractus, alij, præcipuè vero Luitprandus, qui eadem ætate vixit commemorant, sed ex Carolingis ortum nemo affirmat. Ateoim Auctor Appendicis Reginonis cum anno 907. patriLuitbaldo inBavariæDucatu successisse disertim testatur, inquit Scioppius; Luitbaldū vero à Carolo Magno ortum, non modo domesticis Boiorum Annalibus, sed & pluribus Ludovici IV. Diplomatis merito credimus. Ut de ulteriore porro deductione sive deductionis probatione non laboremus. Unde facilè apparet, quanti referat scriptores ejusmodi Veteres, tanto post è pulveribus emersisse, cum jam pro sua quisque ingenij inclinatione aliâ atque alia commentus pro certis traderet, quę jam longè aliter se habere ab oculatis edocemur, uti & supra multoties didicimus, & monemur deinceps religiosius Antiquitatem colere, nec tam somnia majoribus affingere, qui rei præsentes erant, quam ijs, qui cum loco & tempore sæpe fiut remotissimi, videre tamen sibi videntur, quæ ut pridem desierunt, ita & planè haud multo pluris quam somnia, & commenta ingenij facienda sunt, ptęsertim quando æquales tempore scriptores præ manibus habemus vel habere possumus, quorum, tot Ascetarum Bibliothecæ, cum magno labore, & incomparabili merito innumeros planè posteritati reservarint, id gratiarum sæpius à nonnullis referunt: *esse somnia Monachorum*, quæ Veritates sunt, & ut Antiquitatis venerandæ reliquiæ, prævalere omnino deberent omni novitati. Sed jam paulo distinctius & diffusius, tam Brunsuicensis, quā Boicæ familiæ, Generis amplitudinem & celebritatem, in tabulis designemus.

Tabula I.

Tabula I.

GVELPHORVM POSTERIORVM ATQVE EX HIS BRUNSVICI ET LUNÆBURGI SERENISSIMORUM DUCUM GENEALOGIA.

Hugo Comes Provinciæ Rex Italiæ electus A. C. 926. obijt 946. Lotharij III. filius, nepos II. Lotharij Imp. Aug. pronepos. Uxor Bertha Burcardi Alemanniæ Ducis filia.

Sigifridus Otpertus Marchio Tusciæ Uxor Willa filia Bonifacij Marchionis Camerini, &c.

Hugo factus Dominus Gonzagæ ac finitimorum locorum per uxorem ex familia Corradorum.

Atto sive Adelbertus Marchio Tusciæ, obijt A. C. 1009.

Hugo Marchio Tusciæ Dux Spoleti Ux. Maria Marchion. Lucensis &c. obijt 1001.

Gerardus de Corradis de Gonzaga ex quo usque hodie Gonzagæ Principes Mantuæ.

Bonifacius Marchio Tusciæ, 1009.

Teudaldus Marchio fundat Monast. S. Benedicti, 1017.

Azo IV. Marchio Arestinus, Uxor Chunza Guelphica, hæres unica.

Obizo Marchio Arestions bello clarissimus.

Bonifacius II. Marchio, Ux. Beatrix filia Conradi II. Imperat.

Guelphus, Veterum Guelphorum & nominis & Principatus hæres ex matre, Ux. Juditha C. Flandriæ.

Azo Junior, ex quo Arestini reliqui.

Mathilda Ducissa celebris illa Dotatrix Ecclesiæ, Uxor Guelphi Junioris.

Guelpho Junior, Uxor Mathilda propinqua.

Henricus Niger Dux Bavariæ, &c. Uxor Wulphilda Ducissa Saxoniæ, obiêre 1127.

Juditha Ux. Friderici Ducis Sueviæ mater Frid. 1. Imp.

Sophia Ux. 1. Bertholdi Ducis Zaringiæ, 1. Leopoldi Austrij.

Henricus Superbus, obijt 1139. Ux. Gertruda filia Lotharij Imp.

Guelpho Dux Bavar. Uxor Itha C. Calwe.

Henricus S. R. E. Cardinalis.

Mathild. Ux. 1. Theob. Vochburgij, 2. Gebhardi C. Sulzbac.

Helena, Ux. Wartislai Duc. Pomer.

Wulphild Ux. Rud. C. Brigant.

Henricus Leo Elector Saxoniæ potentissimus obijt A. C. 1195. Ux. Mechtilda filia Henrici Reg. Angl.

Guelpho Dux Spoleti, &c. Romæ pestilenti lue extinguitur, A. C. 1167.

Henricus Princeps Saxoniæ, Elector Palat. Ux. Clementia hæres Palatinatus.

Wilhelmus Dux Saxon. Infer. Comes Lunæburg, &c. Ux. Helena Regina Daniæ.

Ottho IV. Imp. Aug. obijt 1218. Ux. Maria Ducissa Brabantiæ.

Agnes hæres unica Uxor Otthonis Ducis Bavariæ, inde Electores.

Ottho Dux Brunsuicensis & Lunæb. I. ob. 1252. Ux. Mechtild March. Brandeburg.

Helena Ux. Alberti I. Electoris Saxoniæ.

Maria Ux. Waldemari Ducis Slesuicensis.

Adelhelda, Ux. Henrici Landtgravij Hassiæ.

Agnes, Uxor Wenceslai Principis Rugiæ.

Udalricus adolescens obijt.

Conradus Episcopus Werdensis, obijt 1303.

Joannes Dux Lunæburgensis, obijt 1276. Uxor Agnes Comitissa Holsatiæ.

Albertus Magnus Dux Brunsuic. obijt 1279. Uxor 1. Elis. Ducissa Brabant. ἄπαις, 2. Alexia Princ. Arestina.

Ottho Episc. Hiltesheim. ob 1279.

Elisabeth. Ux. 1. Henrici Landgr. Hassiæ, 2. Wilhelmi Hollandi Regis Rom.

Mechtild. Ux. Henrici Princ. Anhalt.

Ottho Strenuus Dux Lunæburgi, ob. 1330. Uxor Mechtild. filia Lud. Com. Palat.

Mechtilda, Ux. 1. Erici VII. Regis Daniæ, 2. Henrici III. Ducis Silesiæ.

Henricus cogn. Mirabilis, ob. 1644. Uxor Agnes Landgr. Thuring. filia Alberti.

Luderus militiam Teutonicorũ sequutus.

Conradus ijsdem accensus est.

Wilhelmus in sortitione Wolfesbyro potitus absque hærede decessit.

Albertus cognomento Pinguis Dux Brunsuic. obijt 1318. Uxor Richsa Herolorũ & Wandalorum Ducissa.

Wilhelmus Dux Lunæb. ob. 1369. Ux. 1. Maria Regina de Majorca, 2. Sophia Reg. Sueciæ, 3. Helena C. de Ravensperg, 4. Agnes Ducissa Saxon. Infer.

Ottho Dux Lunæb. Uxor Mechtilda Duc. Mechelburg.

Ludovicus Episc. Mindensis.

Joannes Administrator Bremens.

Henricus D. Bruns. Ux. 1. Helena filia Waldemari Elect. Brandeburgij, 2. Maria Regina Cypri.

Joan. Præpositus Embecensis.

Ernestus, Uxor Agnes C. Eberstein.

Margarita, Ux. Barnimi I. Ducis Pomeraniæ.

Elisab. Uxor Frider. Com. Beichling.

Ottho Dux Bruns. Ux. 1. Agnes filia Conradi I. Elect. Brandeburgij, 2. Judith. de Hassiæ.

Ernestus, Uxor Elis. Duc. Saganensis.

Magnus Pius, Ux. Agnes Brandeburg.

Albertus Episcopus Halber.

Henric⁹ Epis. Hild.

Elisabeth. Ux. 1. Otthonis Ducis Sax. Inf. 2. Nic. C. Holsat.

Mechtilda, Uxor Lud. Duc. Brunsuic. 2. Otth C. Schaumb.

Ottho juvenis perijt.

Mechtild. Ux. Henrici Com. à Waldeck.

Ottho Rex Neapolis, Uxor Joanna Regina & hæres Neapolit. cum filia Regina Cypri. D

Balthasar Comes Fondi.

Melchior Episc. Osnaburgensis.

Fridericus, Ux. Elisab. Baro. Homburgia. C

Albertus, Uxor Sophia Duc. Saxon. inf. B

Ottho puer obijt.

Ernestus Præposit⁹ Embecensis.

Agnes, Uxor Barnimi tertij Duc. Pomer.

Ottho Armipotens ob. 1394. Uxor Margar. Ducissa Bergensis.

Elisabetha, Uxor Wilhelmi I. Com. Hennenb.

Ludovicus, Ux. Mechtilda D. Luneburgia.

Magnus Torquatus ob. 1368. Ux Cath. Brandeburgia. A

Albertus Archiep. Bremens.

Ottho in Italia perijt.

Mechtild. Ux. Bernardi ab Anhalt Princ.

Helena, Uxor Otth. C. Hoij.

Agnes, Uxor Erici C. Hoij.

A Magnus Torquatus Dux Brunsuic. ob. 1368. Ux. Cathar. Brandeburg.

B Albertus Ernesti fil. Ux. Sophia Ducissa Sax. Infer.

C Fridericus, Ux. Elis. Homburgia.

D Ortho Rex Neapol. Ux. Joanna Regina.

Tabula II.

Helena, Uxor Jani Regis Cypri.
Ortho Dux Brunsvicensis, Ux. Schonetta C. Nassovia.
Ericus Dux Brunsvicensis ob. 1449. Uxor Elisabetha filia Orthonis Armipotentis Ducis Brunsvicensis.
Helena, Ux. Alberti Regis Succiæ
Agnes, Ux. 1. Buss. Com. Mansfeldij 2. Bugslai Duc. Pomeraniæ.
Anna Ux. Mauritij C. Oldenburg.
Sophia, Ux. Henr. Duc. Mechelburg.
Catharina, Uxor 1. Gerardi Duc. Slesvic. 2. Erici III. Duc. Sax.
Fridericus, Ux. Anna filia Elect. Saxon. ille Electus Imperat.
Ortho Archiepisc. Bremensis & Werdensis Episc.
Bernardus, Uxor Margarita filia Wenceslai Elect. Saxoniæ.
Henricus ob. 1416. Uxor 1. Sophia Ducissa Pomeran. 2. Margar. Landgr. Hassiæ, filia Herm.

Adelheida, Uxor Bugslavi Ducis Pomer.
Henricus Dux Brunsvicensis, Uxor Marg. Ducissa Saganens.
Albertus ob. 1486. Uxor Elisabetha Cō. de Waldeck.
Ernestus Præpositus Embeccensis.
Sophia, & Agnes & Elisab. Abbatissæ in Gandersheim.
Margarita Uxor Simonis Cō. Lippiæ.
Anna Uxor 1. Alb. Ducis Bavar. 2. Friderici Ducis Brunsvic.
Anna, Ux. Friderici Archid. Austriæ.
Cathar. Ux. Henr. Com. Swarzeburgij.
Ortho Claudus & Magn⁹, ob. 1445. Ux. Elis. fil. Herm. ultimi Cō. Lippæ.
Frideric⁹ Pius, obijt 14.8. Ux. Marg. fil. Frid. I Elect. Brād.
Cathar. Uxor Casimiri Duc. Stetini.
Gulielmus Victoriosus, ob. 1482. Ux. Cathar. filia Frider. I. Elect. Brandeburg 2. Mechtild. Schōburg.
Cathar. Ux. Frid. I. Electoris Saxon.
Henricus Pacificus ob. 1473. Ux. Helena filia Adolphi I D. Cliviæ.

Henricus in Grubenhagen, Uxor Margar. Duc. Saxon. ἄπαις.
Jodoc⁹ puer obijt.
Ernest⁹, ob. cælebs.
Sophia Abb. Gandersh.
Ericus Episc. Osnaburg.
Philipp⁹ in Embecc. & Grubenhagē, obijt 1551. Uxor Cathar. filia Ernesti C. Mansfeld. A
Bernard⁹ Dux Brunsvicensis, obijt 1463. Ux. Mechtilda Com. de Schoumburg, absque liberis.
Ortho Dux Brunsu. obijt 1471. Uxor Anna filia Juan. C. Nassovij.
Margaretha, Uxor Hulderici Ducis Megapolensis.
Gulielmus Junior Dux Brunsuicensis, ob. 1495. Uxor Elisabetha filia Bothonis Comitis Stolberg.
Fridericus, Uxor 1. Anna D. Brunsuic. Erici filia 2. Marg. C. Rittberg.
Ortho infans obijt.
Margarit. Ux. Wilh. P. Hennenbergij.

Ernestus, ob. 1576. Uxor Marg. filia Georgij Ducis Pomeraniæ.
Albertus occub. ad Nordlingā, 1546
Joannes occ. 1557. ad S. Quintinū.
Catharina, Uxor 1. Ernesti D. Sax 2. Phil. Swarzeburgij Comitis.
Wolfgangus. Uxor Doroth. fil. Frāc. D. Sax, Inf.
Philipp⁹, Ux. Clara filia Henrici Jun. D. Brunsuic.
Henricus Dux Brūsuicensis, obijt 1532. Uxor Margarita filia Ernesti Electoris Saxoniæ, &c.
Henricus Senior, Dux Brunsuic. occub. 1514. Ux. Catharina Ducissa Pomeraniæ.
Ericus Senior Dux Brunsuicensis obijt 1540. Uxor 1. Catharina filia Alberti Ducis Saxoniæ. 2. Elisabetha filia Joachimi I. Elect. Brandeb.
Anna Elisabetha, Ux. Wilhelmi I. Landgr. Hassiæ.

Elisabetha, Ux. Joann. Junioris Duc. Slesuic.
Elisabetha, Uxor Caroli Ducis Geldriæ.
Ortho, obijt 1549. Uxor Anna filia Mechtilda Comitissa de Compeamuss Itala, &c.
Ernestus, Uxor Sophia Ducissa Mecbelburg. ipse obijt 1546.
Apollonia Virgo obijt.
Franciscus, obijt 1549. Uxor Clara filia Magni Ducis Saxoniæ.
Anna, Uxor Barnimi Ducis Pomeraniæ.
Christoph. Episc. Werd.
Ericus Commendator Russiæ.
Henricus Junior, obijt 1568. Uxor 1. Maria Ducissa Wurtenberg. 2. Sophia Regina Poloniæ ἄπαις.
Franciscus Episc. Mind.
Georgius Episc. Mindens.
Wilhelm. Commendat.
Elisabetha, Uxor Wilhelmi Principis Hennenberg.
Catharina, Uxor Magni Ducis Saxoniæ.
Ericus Junior, Uxor 1. Sidonia D. Sax 2. Dor. D. Lothar.
Anna Maria, Uxor Alberti Ducis Borussiæ.
Elisabetha, Uxor Georgij Ernesti Princ. Hennenberg.

Ortho, Ux. 1. Marg. Com. de Swarzenburg, 2. Hedwig. C. Frisiæ Orient.
Anna, nata 1526. Ernestus obijt infans.
Fridericus similiter.
Margarita ob. æt. 7.
Susanna obijt 1511.
Franciscus Ortho, Uxor Elisab. Brandeburg.
Henricus, Uxor Ursula filia Franc. D. Saxon
Margarita, Uxor Joan. C. Mansfeld.
Wilhelmus, Uxor Dorot. filia Christ. Reg. Daniæ.
Elisabetha Ursula, Uxor Orth. Com. Schaumburg
Magdalena, Uxor Arnoldi C. Bentheimij.
Sophia, Uxor P. Hennenb.
Catharina, Uxor Henrici Burggr. Misnensis.
Clara Uxor Bernardi Princ. Anhaltini, 2. Bugslai D. Pomer.
Carol⁹ Victor, occub. 1545.
Philippus Magnus occub. 1553.
Julius, ob. 1589. Ux. Hedwig filia Joach. II. Elect. Brand.
Catharina, Uxor Joannis March. Brandeb.
Margarita, Uxor Georgij Duc. Monsterberg.
Maria Abb. Gandersheim.
Clara, Uxor Philippi Ducis Brunsvic.
Henricus & Joannes.
Joachim & Andreas pueri obiere.

Elisabetha, Uxor Erici Regis Sueciæ.
Ortho Henricus n. 1555.
Joan Frider. n. 1557.
Wilhelmus natus 1564.
Euno natus 1565.
Anna & Margar.
Henricus & Hedwig.
Christoph. Ortho Joan.
Elisab. & Cath Sophia.
Frid & Frid Aug.
Julius Ernestus, n. 1578.
Franz natus 1572.
Anna Sophia obijt.
Henricus similiter.
Sibylla Elisab. n. 1576.
Augustus n. 1579. Vxor 1. Clara Duc. Pomeraniæ, 2. Dorot. P. Anhaltinæ, 3. Elis. Duc. Mecbelburg.
Sophia, Vx Georg. Frid. Ducis Borussiæ.
Ernestus natus 1563.
Elis. Vx. Frid. C. Hohenloë.
Christianus n. 1566.
Augustus n. 1568.
Magnus. natus 1577.
Joannes n. 1583.
Clara nata 1571.
Anna Vrsula n 1572.
Margarita, n. 1573.
Fridericus n. 1574.
Georgius Dux Brunsuicensis, n. 1582. Vxor Anna Leonora Landgravia Hassiæ.
Sibylla nata 1584.
Sophia Hedwig, Vxor Ernesti Ludovici D. Pomer.
Henricus Julius, Vxor Elisab. filia Frid. II. Regis Daniæ.
Maria, Vxor Franc. D. Sax.
Elisab. Vxor Adolphi C. de Schaumburg.
Plures liberi obiere.

Henricus Augustus infans obijt 1627.
Rudolphus Augustus, nat⁹ 1628. Vx Christina Cō. de Barbi,
Sibylla Vrsula nata 1629.
Anonyma nata 1631.
Clara Augusta n. 1632.
Antonius Vlricus, n. 1633.
Ferdinandus Albert⁹ 1636.
Maria Elisab. nata 1638.
Christian. Franc. ob. infans
Christianus Ludovic⁹ Dux Brunsuic. & Lunæburg. natus 1622. 25. Febr.
Georgius Wilhelmus natus 1624. 16. Januarij.
Joannes Fridericus Mecœnas gratiosissimus natus anno 1625. 25. Ap.
Sophia Amalia Ducissa Brunsuicensis nata 1628. 24. Martij, nupta 1643. Christiani IV. Regis Daniæ, filio Friderico patris in Regno Successori.
Ernestus Augustus magnarum dotum Princeps, natus 1629.
Dorothea Magdalena ob.
Anna Maria Leonora.
Dorothea Hedwig, Vxor Ludovici Princ. Anhalt.
Fridericus Vdalricus, Vxor Anna Sophia filia Joan. Sigism. Elect. Brandeb.
Sophia Hedwig, Vx. Ernesti Casimiri Cō. Nassovij.
Hedwig, Vxor Vlrici D. Pomer.
Christianus Episc. Halberstad.
Rudolphus, natus 1602.
Elisab. Vx. 1. Augusti Ducis Saxon. 2. Joan. Phil. D. Sax. Lauenb.
Dorothea, Vxor Christiani Wilh. M. Brandeb.

BAVARIÆ DVCVM ATQVE ELECTORVM

Palatinorum continuata ex superis Genealogia.

Ortho Major Comes de Wittelspach, obijt A. C. 1183. cum triennio ante Dux suæ lineæ primus creatus esset, Uxor Agnes Com. Wasserburgia.

Mathilda, Uxor Rapathonis Comitis ab Artenberg.
Ludovicus I. Dux Bavar: occisus a Stychio mo- rione anno 1231. Ux. Ludmilla Regina Bohemiæ.
Sophia, Uxor Popponis Comitis Henneobergij.

Lodovicus a Frid. II. Imp. occisus.
Mechtilda, Uxor Frider. II. Imp.
Otthó Dux Bavariæ, fit Com. Palat: Rheni per Gertrudem Guelphicam uxorem suam, Henrici Elect. filiam.
Anna, Uxor Rudolphi Ducis Saxoniæ.

Catharina, Uxor Matthæi D. Lotharing.
Sophia, Ux: Gebhardi C. ab Hirsperg.
Ludovicus II. Ux: Maria Duc. Brabant: ἄπαις, 2. Anna Ducissa Polon. 3. Mathild. filia Rud. I. Imp.
Elisabeth: Ux: 1. Conradi Regis Siciliæ, 2. Meinradi C. Tirol.
Henricus, Ux: Elisab: fil: Belæ Reg. Ungar.

OtthoDux Bavariæ infer. Elect. Ungar. Rex, obijt 1312. Ux: 1. Cathar: filia Rud. I Imp: 2. Agnes D. Gloggou.
Ludovic. Dux &c.
Stephanus, Uxor Guta Ducissa Poloniæ

Anna, Ux: Henrici Landgr. Hassiæ.
Agnes, Ux: Henrici March: Brandeb.
Rudolphus I. Comes Palat: Elector, Dux Bavariæ, cognomento Balbus, obijt 1319. Ux: prima Mechtilda fil: Adolphi Nassovij Rom: Imperat: 2. Mechtild. Regina Angliæ.
Lodovicus Imper. Augustus eo nomine quartus, obijt 1347. Ux: 1. Beatrix fil: Henr. Dux: Gloggou. 2. Margar: filia Wilh: Com. Holland. hæres.
Mechtilda, Ux: Otthonis Ducis Brunsuicensis, &c.
Ludovicus prior, ex priore conjuge editus, perit in hastiludio 1282. juvenis.

Henricus, Uxor Margar: filia Ioan: Reg. Bohem.
OtthoMarchio Abac. ob: 1335. Uxor Richarda Com. Juliaci.
Beatrix, Uxor Henrici Com: Gorizensis.
Elisab: Ux: Otthonis Ducis Austriæ.
Agnes monialis.

Rudolphus Junior cogn: Cæcus Com: Pal. Elector, ob. 1327. Ux: Anna fil. Otth. Ducis Carinth.
Adolphus Simplex Palat. Elect: obijt 1329. Uxor Irmgard: C. Ottingens.
Rupertus Rufus C. Pal. Elector, ob. 1385. Ux: Beatrix Duc: Bergens.
Mechtild: Ux: N. Comitis à Spanheim.
Ludovicus Senior, Elect: Brandeb. Dux Bavar: Ux: 1. Marg: Reg: Daniæ, 2. Marg. C. Tirol.
Stephanus Fibulatus ob. 1375. Uxor 1. Margar: Burggr: Norimberg. 2. Elisab. Reg: Ung.
Mechtild. Uxor Frider: I. Marchionis Misniæ.
Wilhelm C. Holland. Uxor Mechtilda Reg: Angl.
Albertus, Ux: 1. Marg. D. Brigensis, 2. Marg: C. Phirtens.
Ludovic. Romanus, Ux: 1. Ingelburg. Mechelb. 2. Anna Austriaca.
OtthoElect Brand: Ux. 1. Marg: Austriaca, 2. Anna filia Caroli IV. Imp.
Anna Ux. Guntheri Imp.
Elis. Ux: 1. Joan. Duc. Bavari 2. Ulrici Wirtenb.

Joannes Bavarus Gomer in Andechs, obijt 1340. Ux. Elisab: filia Ludovici IV. Imp.
Anna, Uxor Caroli IV. Imp.
Rupert. Adolphus Elector Palat. obijt 1398. Uxor Beatrix Reg. Arragon.
N. Uxor Meinradi Cō. Artenburgij.

Meinradus Com: Goritiæ & Tirolis, ob. anno 1363. æt. 14.
Stephanus Junior, Ux. 1. Thadea Duc. Mediolan. 2. Margar. Clivensis.
Fridericus Landshutensis. Ux: 1. Aña C. Gratlpach, 2. Magd. Duc. Mediolani.
Elisabeth: Ux: Otthonis Ducis Austriæ.
Joannes, ob: 1397. Ux. Cathar. C. Goritiæ.
Wilhelmus D. Bavar. & C. Holland: ob: 1417. Ux: 1. Maria filia Caroli VI. Regis Gall. 2. Marg. filia Caroli Audacis D. Burgund.
Albertus D. Bavar.
Joannes Episc. Leodij.
Catharina, Ux. 1. Eduardi D. Geldriæ, 2. Wilh. D. Geldr.
Joanna, Uxor Alb. IV. Austriaci.
Anna, Ux: Wenc. Imp.
Margarita, Ux. Joannis Intrepidi, D. Burg.
Ingelburga, Ux. Frid. IV. Burggr. Norimb.

Rupert. Imper. Aug. obijt anno 1410. Uxor prima geotis incompertæ, 2. Elisab: Burggr: Norimb.
Elisabetha, Ux. Procopij Marchion: Moraviæ
Anna, Uxor Wilhelmi Duc. Bergensis.
Ludovicus Barbarus ob. 1447. Ux. 1. Anna fil. Joannis Borbonij, 2. Cathar. fil. Petri Alenconij.
Isabella, Ux. Caroli VI. Reg. Gall.

Henric. Dux Bavar. inf. Ux: Margarita Archiducissa filia Alberti IV.
Elisabeth. Ux. Frid. I. Electoris Brandeb:
Margaretha, Uxor Marci Comitis Mediolanensis.
Magdalena, Ux. Joan: Meinhardi Comit. Goritiæ.
Ernestus Dux Bavariæ dictus Monacensis, obijt 1438. Uxor Elisab. filia Barnabæ Ducis Mediolanensis.
Wilhelmus Ux Margar. filia Adolphi P. Cliviæ.
Sophia, Uxor Wenceslai Ignavi Imperatoris.
Jacoba Com. Hollandiæ, Ux. Joan. Ducis Brabantiæ, 2. Hunfridi Princ. Angliæ.

Rupertus cognom. Pipan. Com. Palat. ob. 1395. Ux. Elis: filia Joannis Ultimi Com. Spanheimensis.
Fridericus Comes Palat. obijt cælebs.
Ludovicus cogn. Cæcus alijs Barbatus Elect: Pal: obijt 1438. Ux. 1. Blanca filia Henr: IV. Reg: Angl: 2. Mechtild. Duc. Sabaud.
Stephanus, Ux: Anna filia Frid. ultimi Com: Veldentiæ ex Margarita Nassovia.
Joannes, Uxor Sophia Ducissa Pomeraniæ.
Ottho Comi Pal: Mosbaci Uxor Joanna filia Henr. Ducis Bavariæ.
Elisabetha, Uxor Frid. Archid. Austriæ.
Agnes, Uxor Adolphi Ducis Cliviæ.
Margarita, Uxor Caroli Ducis Lotharingiæ.
Ludovicus Gibbosus, Ux: Marg: Brandeb. ἄπαις.
Ludovicus Dives, obijt 1479 Ux: Amalia filia Frid. Elect. Saxoniæ.
Elisabetha, Uxor Ulrici de Wirtenberg Princ.
Joanna, Uxor Otthonis Princ. Mosbacensis.
Albertus Pius Dux Bavari electus Rex Bohemiæ, Uxor Anna filia Erici Ducis Brunsuicensis, &c.
Elisabet. Uxor Adolphi Bergensis.
Adolphus & Wilhelmi obiêre.

Rupertus Anglicus Comes Palat. obijt 1426.
Ludovic. Mansuetus Elect. Pal. ob: 1449. Ux. 1. Æmilia Brandeb. 2. Margar: Duc: Sabaud.
Rupertus Archiep. Colon.
Fridericus Victoriosus Elect: Pal: ob: 1476. Uxor civis Norimb.
Fridericus C. Pal. Simmer. obijt 1480. Uxor Marg: filia Arnoldi D. Geldriæ.
Rupertus Episc. Argent.
Ludovicus Niger, Uxor Joanna Croviaca.
Joannes Præpos. Augustæ Vindelicorum.
Rupertus Episc: Ratisp.
Albertus Episc: Argent.
Ottho C. Pal. Mosbaci.
Barbara Abbat.
Anna monialis.
Margarita, Ux. Reinhardi Com. Hanoviensis.
Elisab: Ux: N. Com. Reineck.
Dorothea, Uxor Landgravij de Leuchtenberg.
Georgius Dives, obijt 15. a. Uxor Hedwiga fil. a Casimiri Reg. Poloniæ.
Margarita, Vxor Philippi Elect. Palat.
Margarita, Vxor Frid. Gonzagæ.
Elisab. Vxor Ernesti Elect. Saxon.
Albertus IV. Sapiens, obijt 1508. Vxor Kuneg. filia Frid. III. Imp.
Wolfg: Sigm. & Christoph: cælibes mortui.
Barbara monial. Monach.

Mechtild. Vxor 1. Lud. Cō. Wirtenbergij. 2. Alberti Archiducis.
Philippus Ingenuus, Elect. Palat. obijt 1508. Vxor Marg. filia Lud. Divitis Ducis Bavariæ.
NN. Comites Leonstei-nij.
Joannes Dux Simmerensis, ob. 1557. Vxor Joanna Com: de Nassau.
Rupertus Episc. Ratisp.
Stephanus, & Wilhelm. & Frideric. Canonici.
Gaspar C. Palat. Bipont. Vx. Æmilia fil: Alberti Elect: Brandeburgij.
Alexander, Vx: Margar: filia Crafftij Com. Hohenloe.
Albert. Joan. Canon. Arg.
Philippus, Bipontinus.
Elisabetha, Vxor Ludovici Com. Nassovij.
Margar: Abb. Boppard.
Ludovicus obijt immat.
Elisabetha, Vxor Ruperti Virtuosi Com. Pal.
Margarita mon. Neuburg.
Sidonia sponsa Ludovici Com. Palat.
Sibylla, Vxor Lud. I. Elect. Palat.
Susanna, Vxor 1. Casimiri March. Brandeburg. 2. Henrici Elect. Palat.
Wilhelmus, Vxor Jacobea March. Badensis.
Ludovicus D. Bavar.
Ernestus, Episc. Passau.
Sabina, Vx. Ulrici Wirtenb.

A
Wilhelmus Dux Bavariæ, Uxor Jacobea filia Philippi Marchionis Badensis.

B
Alexander Comes Palat. Rheni, Uxor Margar. filia Craffti Com. Hohenloij

Rupertus, Ux. Ursula filia Joan. VII. Com. Rheni.
- Georgius Joannes C. Palat. Conditor urbis Lucelstein, obijt 1595. Ux. Anna Maria filia Gustavi Regis Sueciæ.
  - Georgius Gustavus C. Palat. Veldentij & Lutereccij &c. natus 1564. Uxor 1. Elisab. filia Christophori Ducis Wirttenbergensis. 2 Maria Elisabetha filia Joannis Com. Palatini.
    - Anna Magdalena nata A. C. 1602. Uxor Henrici Wenceslai Ducis Monsterbergici, obijt sine liberis A. C. 1630. 20. Augusti.
    - Joannes Fridericus natus 1604 desponsatus Sophiæ Cathar. Duc. Monsterberg. obijt in castris ante Augustam 1632.
    - Georg. Gustavus, & Elisab. infantes decessere.
    - Carolus Ludovicus natus 1609. ex vulnere obijt 1631.
    - Wolfg. Wilhelmus, natus 1610 obijt infans.
    - Sophia Sibylla obijt anno ætatis 4.
    - Maria Sibylla nata 1616. Maria Amelia obijt.
    - Magdalena Sophia nata A. C. 1622.
    - Leopoldus Ludovicus natus 1625. 1. Febr Uxor ejus Agatha Christina filia Philippi Wolfg. Com. Hanovij.
  - Margarita in cunis extincta.
  - Joannes Rupertus infantulus moritur.
  - Anna Margarita, Uxor Richardi Comit. Palatini, &c.
  - Ursula, Ux. Ludovici Ducis Wirttenbergensis.
  - Joanna Elisabetha Comit. Palat. &c.
  - Joannes Augustus, Ux. Anna Elisabetha filia Friderici III Electoris Palatini.
  - Ludovicus Philippus obijt ex vulnere in hastiludio, 1601.
- Anna, Uxor Caroli Marchion. Badens.
- Ursula, Uxor Wirici Com. Falcosteinij.

Ludovicus C. Palat. Neob. Uxor Elisab. Landgr. Hass.
- Wolfgangus Comes Palat. Rheni, Dux Bavariæ, Bipontinus Dux &c. natus A. C. 1526. obijt A. C. 1569 Uxor Anna filia Philippi Landigravij Hassiæ.
  - Anna Maria & Catharina Ursula Virg. obiere.
  - Georgius Joannes n. 1586. Uxor Susanna fil. Otth. C. Pal.
    - Georgius Ottho Com. Palat. obijt immature 1635.
  - Philippus Ludovicus, Uxor Anna filia Wilh. Ducis Cliviæ.
    - Anna Maria, Uxor Frider. Wilh. Ducis Saxon. n. 1575.
    - Dorothea Sabina nata A. C. 1576.
    - Wolf. Wilhelm. Dux Neoburg. n. 1578. Ux. 1. Magd Duc. Bavar. 2 Cathar. Carlotta, filia Joan. II Com. Palat. 3 Maria Francisca, F. Egonis C. à Fürstenberg.
      - Philippus Wilhelmus Dux Neoburgius Comes Palat. natus 1615. 14. Novembr. Uxor 1. Catharina Constantia filia Sigismundi Regis Poloniæ ducta 1642. 2. Elisab. Amelia Landgr. Hass.
      - Anonymus Comes Palat. Rheni.
      - Ferdinandus Philippus natus 1633. obijt.
      - N. filia, infantula decessit.
    - Augustus Com. Palat. in Sulzbach, n. 1582. Ux. Hedwiges Duc. Holsatiæ ducta A. C. 1620.
      - Amalia Sophia, Uxor Joachimi Ernesti Com. Oetting.
      - Christianus Augustus natus A. C. 1622 Uxor Amelia Joannis C. à Nassau, F.
      - Adolphus Fridericus natus 1623. obijt.
      - Augusta Sophia nata A. C. 1624 Uxor Wenceslai Poppela Lobkowiz, S. R. I. Princ.
      - Joannes Ludovicus natus 1625. moritur.
      - Philippus natus A. C. 1630. 19. January.
      - Dorothea Susanna infantula obijt.
    - Ottho Henricus, ob. infans Æmilia Hedwiga.
    - Joan. Fridericus in Hilpolstein, Ux. Sophia Agnes filia Ludovici Laudgravij Hassiæ.
      - Anna Ludovica obijt infans.
      - Maria Magdalena similiter decessit.
      - Philippus Ludovicus in infantia extinctus.
      - Fridericus similiter ereptus.
      - Maria Leonora, & Joanna Sophia similiter.
  - Barbara, Ux. Gottfridi Comitis ab Oettingen.
  - Maria Elisabeth. Ux. Emicouis Com. de Leiningen.
  - Joannes, Ux. Magdal. fratris soror Duc. Cliviæ.
    - Joannes II. Bipont. Uxor 1. Cathar. filia Henr. Duc. de Roan. 2. Ludovica filia Friderici IV. Elect. Palat.
      - Magdalena Catharina, Ux. Christiani C. Pal. Birckenfeldij
      - Elisabetha Ludovica nata A. C. 1613.
      - Cathar. Carlotta, Ux. Wolf. Wilh. Duc. Neoburgij
      - Fridericus, Ux. Anna Juliana C. Nassau Sarbruck.
      - Anna Sibylla, nata A. C. 1617.
      - Joan. Ludovicus obijt infans.
      - Juliana Magdalena, Uxor Frider. Lud. Palat. Bipont.
      - Maria Æmilia, nata anno 1621.
    - Joan. Casimirus, Ux. Cathar. filia Caroli Regis Sueciæ.
      - Christina Magdal. Uxor Frider. March. Badensis.
      - Carolus Gustavus Generalissimus Sueccorum.
      - Maria Euphrosina, n. 1625. Eleonora Cathar.
      - Joannes Gustavus Comes Palat.
  - Ottho Henricus, Comes Palat. Rheni, Uxor Dorothea Ducissa Wirttenbergensis.
    - Frider. Casim. Ux Æmilia Auriaca C. Nassov.
    - Maria Elisabeth. Amalia Elisabetha VV.
    - Dorothea & Sophia & Sabina VV.
  - Fridericus, Uxor Sophia Dorothea Ducissa Lignicensis Henrici Ducis filia.
  - Carolus Comes Palat. Rheni &c. Uxor Dorothea filia Wilhelmi Cognom. Junioris Ducis Brunsuic.
    - Georg. Wilhelm n. 1591. Uxor Doroth. filia Orth. C. de Solms.
      - Frider. Ludovicus, Uxor Juliana Magd. filia Joan. Bipont.
    - Christian⁹, Ux. Magd. Cath. fil. Joan. II C. Pal.
      - Carolus Ottho, n. 1625. Sophia & Elis. Julian.
      - Maria Magdal. Ux. Anthon. Guntheri Com. Swarzenburgij.
